This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KF
16987
NEDL TRANSFER
HN 4RK3 8

Digitized by Google

KF 16987

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS NONUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS NONUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXIV.

Digitized by Google

~~H85~~
~~bMem129.7~~
KF 16987

1894, Feb. 1.
Transferred from
Harvard College Library
to
Harvard [illegible]
Law School Library

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI VIGESIMI NONI.

Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportavit, et mandata Masinissae Scipioni exposuit, conquerentis, quod nondum exercitum in Africam trajecisset. Bellum in Hispania finitum, victore Romano, quod Indibilis excitaverat; ipse in acie occisus, Mandonius exposcentibus Romanis a suis deditus est. Magoni, qui in Gallia

Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus] *Sicilia C. Cecilius in Africa a Scipione missus* Boend. *C. Cecilius*, vel *C. Caecilius*, etiam Voss. Leid. et Exc. Pithoei. Mox *exponit* primum inveni in postrema Gruteri ed. Priores legunt *exposuit*, consentientibus Leid. Voss. Berg. Boend. et Norv. quod recepi, et Cl. Crevierius etiam probavit, ut adcuratius responderet praecedenti *reportavit*.

Conquerentis, quod non exercitum] Vet. lib. *quod nondum exercitum*. SIG. Similiter Leid. et Berg. Insuper *querentis* Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei.

Ipse in acie occisus] *ipse acie*, omissa praepositione, Berg. quod dictum esse potest ut *ceciderant pugna Cannensi* supra 23, 21, 7. ubi etiam olim *in pugna* edebatur. At hic reliqui *in acie* tuentur. Deinde *occisus est* Voss. qui

Digitized by Google

et Liguribus erat, ex Africa et militum ampla manus missa, et pecuniae, quibus auxilia conduceret: praeceptumque, ut se Hannibali jungeret. Scipio a Syracusis in Bruttios trajecit, et Locros, pulso Punico praesidio, fugatoque Hannibale, recepit. Pax cum Philippo facta est. Idaea mater deportata est Romam a Pessinunte oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam esset. *tradita autem est Romanis per Attalum regem Asiae. Lapis erat, quem matrem Deûm incolae dicebant. Excepit P. Scipio Nasica Cn. filius, ejus, qui in Hispania perierat, vir optimus a senatu judicatus, adolescens nondum quaestorius, quoniam ita responsum*

cum Leid. Berg. Boend. Norv. et edd. antt. mox versu seq. *τὸ est* post *deditus* omittunt, quod Ascens. anno 1513. addidit.

Qui in Galliam et Liguriam ierat] Vet. lib. *qui in Gallia et Liguribus erat.* SIG. *in Gallia et in Liguribus erat* Gruteri ultima ed. *in Gallia, in Liguribus erat* Leid. Berg. et Boend. *erat* et *ierat* in Mstis confundi, videbimus ad 39, 21, 6. *in Beulia in Liguribus* edidit Campan. unde Crevierius conjecit *in Albingaunis Liguribus*, adducto simul loco ex Liv. c. 5. ubi Mago *inter Albingaunos Ligures Genuamque* stare dicitur.

Ex Africa et militum ampla manus missa, et pecuniae] Duae priores voces desunt in Leid. tertia vox in Berg. et Boend. Tum *magna militum manus missa* Leid. Sed v. ad Epit. Liv. 49. Hinc *et pecunia* Boend. Mox *auxilia daret* Leid. *auxilia doceret* Voss. *auxilia duceret* Berg. et Boend. Praeterea *se Hannibali conjungeret* Leid. Livius infra c. 4, 6. *Conjungeretque se Hannibali.* Insuper *trajecit, Locros*, sine media copula, Leid.

A Pesinunte, oppido Phrygiae] *Pessinunte* ex Graecis. SIGON. *a Pessimonte* Berg. et Boend. *a Pessinonte* Voss. et Leid. V. ad Liv. 29, 10, 5. Mox *posse* deest in Voss. Sed ipse Livius eam vocem agnoscit infra cap. 10. *Eum pelli Italia vincique posse.* Praeterea *reportata*, pro *deportata*, Boend. sollemni scribarum errore. V. ad 39, 38, 9.

Quoniam ita responsum habebat] Ita ultima Gruteri ed. quod in nullo cod. obvium fuit. *responsum habebatur* edd. priores, et Norvic. *responsum videbatur* Boend. *responsum jubebat* Leid. Voss. et Berg. quod

Digitized by Google

jubebat: ut numen id ab optimo viro reciperetur consecrareturque. *Locrenses legatos Romam miserunt, qui de inpotentia Q. Pleminii legati quererentur, quod pecuniam Proserpinae abstulerat, et liberos eorum ac conjuges stupraverat. Pleminius, in catenis Romam perductus, in carcere mortuus est. Quum falsus rumor de P. Scipione proconsule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tamquam is luxuriaretur; missis ob hoc legatis a senatu, qui explorarent, an ea vera essent, purgatus infamia Scipio in Africam trajecit, senatus permissu. Syphax, accepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis, amicitiae, quam cum Scipione ipse junxerat, renunciavit. Masinissa, rex Massyliorum, dum*

verum puto, et in contextum adoptavi. Mox *repetiretur* Voss. *exciperetur* Leid. Berg. et Exc. Pithoei. V. ad Liv. 29, 11, 6.

De inpotentia Q. Pleminii legati quererentur] *de inpudentia* Leid. Voss. Berg. Norv. Exc. Pithoei, et edd. antt. cujus loco recte Froben. anno 1531. *impotentia* substituit. V. infra ad Epit. Liv. 43. Deinde *P. Levini* Voss. *P. Levinii* Berg. et Boend. *Pleminii Levinii*, duplici lectione juncta, Leid. et edd. ante Moguntiac. qui ex mente Livii *Q. Pleminii* substituerunt. Sed, auctorem, quemadmodum plerumque solet, praenomen omisisse, ex codd. vestigiis colligo; in quibus ideo *Publii* praenomen ei tribuitur, quod litera initialis perperam a nomine *Pleminii* separata erat.

Quod pecuniam Proserpinae abstulerat] *qui pecuniam* Leid. Voss. et Berg. V. ad 37, 35, 3. Deinde *sustulerat* Leid. Voss. et Exc. Pithoei. Mox voces *et liberos eorum ac conjuges stupraverat* exsulant a Leid.

Pleminius, in catenis Romam perductus] Prima vox deest in Voss. Leid. et Exc. Pithoei. *qui in catenis* legit Boend. Paullo post *tamquam is luxuriaretur* primum adparuit in ultima Gruteri ed. quod exstat etiam in Leid. et Voss. *tamquam luxuriaretur* legunt edd. priores. *tamquam ibi luxuriaretur* Berg. et Boend.

Amicitiae, quam cum Scipione ipse junxerat, renunciavit] *amicitiam renunciavit* Boend. quam sollemnem in hac re locutionem inlustrat Sigon. ad Liv. 42, 25, 1. Vox *ipse* deest in Berg. et Boend. Paullo ante *accepta in matrimonium Sophonisba filia Asdrubalis* Leid.

Digitized by Google

pro Karthaginiensibus in Hispania militat, amisso patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum saepe repetito, aliquot proeliis a Syphace rege Numidarum victus, in totum privatus est: et cum ducentis equitibus exsul Scipioni se junxit: et cum eo primo statim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio, adventu Hasdrubalis et Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum venerant, ab obsidione Uticae depulsus, hiberna communivit. Sempronius consul in agro Crotoniensi prospere adversus Hannibalem pugnavit.

Rex Masaesylorum] Vet. lib. *Massyliorum*, ut supra dixi. Nam *Masaesylorum rex* erat Syphax. SIG. Similiter omnes codd. et edd. ante Moguntinam. V. ad 24, 48, 2. et 28, 17, 4.

Dum pro Karthagine in Hispania militat] Vet. lib. *dum pro Carthaginiensibus*. SIGON. Similiter iterum scripti mei. Mox *patre Galla* Leid. Berg. Boend. Norv. et edd. ante Mogunt. Praeterea *regno exciderat*, pro *de regno*, Leid.

Cum ampla manu interemit] *cecidit* Leid. *occidit* Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Passim in Epitomarum edd. *interimere* exstat, ubi in Mstis leguntur *occidere*, *interficere*, *concidere*, vel similia verba. V. ad Epit. Liv. 57. Mox *hiberna communiit*, pro *communivit*, Leid. et Voss. Hinc *P. consul*, pro *Sempronius consul*, Exc. Pithoei.

Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCXV millia] Vet. lib. *CCLXV millia*. SIG. *CCXIIII*^{m}. Leid. Berg. Boend. Norv. Exc. Pithoei, et edd. ante Aldum. *ducenta quatuordecim millia* Voss. Et ita est in optimis apud Livium codd. c. 37, 6. quare hanc lectionem recepi. Ceterum haec verba in Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. et iisdem edd. rejecta sunt ad finem Epitom.

A populo damnatus] Addita voce *a populo Romano damnatus* Norvic. et edd. ante Gruter. qui in ultima ed. τὸ *Romanus* delevit, quod in nullo etiam meorum inveni. Paullo ante τὸ *Livio* deerat in Voss. Leid. et Berg. Mox vero *testimonium tulisset* Leid. *testimonium dedisset* Voss. Sed *testimonium dixisset*, ut vulgo editur, et reliqui codd. servant, dixit Livius etiam c. 37, 10.

Minime bona fide] Vet. lib. *non bona fide*. SIG. Non aliter est in Leid. Voss. Berg. et Boend. Passim editores in his Epitomis Livii dederunt *minime*, ubi in codd. superest *non*. V. ad Epit. Liv. 49. Livius etiam c. 37, 10. dixit *non sincera fide*. Ultima periodus hujus epit. ita exhibetur in Boend. *omnes tribus, una*

Digitized by Google

Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quatuordecim millia. Inter censores, M. Livium et Claudium Neronem, notabilis discordia fuit. nam et Claudius Livio collegae equum ademit, quod a populo damnatus actusque in exsilium fuerat; et Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset, et quod non bona fide secum in gratiam redisset. Idem omnes tribus, extra unam, aerarias reliquit, quod et innocentem se damnassent, et postea consulem censoremque fecissent.

excepta, i. *omnes XXXIIII*[or]. *omnem videlicet populum aerarium reliquit, quod innocentem se condemnassent*, reliquis omissis. *una excepta*, pro *extra unam*, etiam inveni in Berg.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS NONUS.

1 I. Scipio, postquam in Siciliam venit, voluntarios
2 milites ordinavit centuriavitque: ex iis trecentos juvenes, florentes aetate et virium robore, inermes circa se habebat, ignorantes, quem ad usum, ne-
3 que centuriati, neque armati, servarentur. Tum

§. 2. *Ex iis trecentos juvenes, florentes aetate et virium robore, inermes circa se habebat*] Quia sequitur, *quem ad usum neque centuriati neque armati servarentur*, ausus est quispiam, pro *insignes*, *inermes* supponere. Fuit in causa, quod verba perperam distinxisset, nimirum sic: *florentes aetate et virium robore, insignes circa se habebat*. Nos vero sic legimus et distinguimus: *florentes aetate, et virium robore insignes circa se habebat*, adstipulante codice veteri. RHEN. Centuriati erant voluntarii Scipionis milites, at non hi trecenti. Nota igitur locutionem, tum quid referat *ex iis*. GLAR. *ex iis* accipiendum est pro praeter eos, quos centuriatos habebat, trecentos juvenes non centuriatos habebat: sic 6, [1, 10.] *Alia ex eis edita etiam in vulgus. ex eis*, id est, praeter regias leges, et aeneas tabulas. Utroque in loco laborat Glareanus sine causa. SIG. Immutavit vir praecipitis ingenii Rhenanus legitimam lectionem, quae talis est habitans in Pall. 1. 2. et vet. ed. *florentes aetate et virium robore, inermis circa se habebat*. Sequitur enim paullo post: *laeto conditionem accipienti unum ex trecentis, quos inermes habebat, tradit*. Contra Pal. 3. *florentes aetate virium robore insignis circa se habebat*. In Spirensi similia vestigia secutus extrusit legitimam lectionem. GEBH. Et Glareanus hic nodum quaerit in scirpo, et Sigonius frustra subtilis. Neque enim *ex iis* est praeter eos, ut τὸ *iis* referatur ad centuriatos. Sed *ex iis*, puta *voluntariis*, habebat trecentos inermes, quos non centuriavit: quos stupidus sit oportet, qui dubitet, an fuerint alii praeter centuriatos. Hoc ergo non exprimitur, neque opus est, ut communis sermo hominum paullo consideratius loquentium prodit. Neque vero ausus est quisquam supponere, pro *insignes*, *inermes*, ut ariolatur Rhenanus, sed omnes

Digitized by Google

ex totius Siciliae juniorum numero principes genere et fortuna trecentos equites, qui secum in Africam trajicerent, legit: diemque iis, qua equis armisque instructi atque ornati adessent, edixit. Gravis ea militia, procul domo, terra marique 4
multos labores, magna pericula adlatura videbatur; neque ipsos modo, sed parentes cognatosque eorum ea cura angebat. Ubi dies, quae dicta erat, adve- 5
nit, arma equosque ostenderunt. tum Scipio, *renunciari sibi*, dixit, *quosdam equites Siculorum, tamquam gravem et duram, horrere eam militiam. Si qui ita animati essent, malle eos sibi jam tum fa-* 6
teri, quam postmodo querentes, segnes atque inutiles

Gall. Pall. Florent. Voss. Barberinus: *ex iis trecentos juvenes, florentes aetate et virium robore, inermes circa se habebat.* Ergo veterem lectionem reposuimus: nam alterum *insignes* deprehendimus tantum in duobus recentissimae manus: *robore insignes inermes.* Quod adjectum ab illis, qui non videbant, *τὸ robore* aeque pendere ab *τῷ florentes.* Narrat idem paullo aliter Val. Max. 7, 3. Videtur autem Scipio id consilii cepisse ab Agesilao Lacedaemoniorum rege, in cujus vita Plutarchus [p. 600.] *Ἀναχωρήσας εἰς Ἔφεσον ἱππικὸν συνῆγε, τοῖς ἐυπόροις προειπών, ἐι μὴ βούλονται στρατεύεσθαι, παρασχεῖν ἕκαστον ἵππον ἀνδ' ἑαυτοῦ καὶ ἄνδρα. Πολλοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ συνέβαινε τῷ Ἀγησιλάῳ ταχὺ πολλοὺς καὶ πολεμικοὺς ἔχειν ἱππεῖς ἀντὶ ψιλῶν ὁπλιτῶν.* J. FR. GRON. Omnes mei *inermes* servant. Ex suis vero solum D. laudat Hearnius, qui Rhenani emendationem comprobet.

§. 5. *Ubi dies, quae dicta erat, advenit, et arma equosque ostenderunt*] Scripsimus *arma equosque ostenderunt, et* particula dispuncta. RHEN. *quae edicta erat* Lov. 4. Hearnii D. et edd. antt. pro quo Lugdun. anno 1553. mox Paris. anno 1573. *dicta* substituerunt; probantibus eam scripturam reliquis codd. nisi quod *edita* sit in Lov. 5. *dictus* et *edictus* solent in Mstis commutari. V. ad 9, 14, 2. Similiter *editus* et *edictus.* V. ad 21, 62, 7. Praeterea Rhenani *et* expungentis emendationem probant omnes mei, excepto Ber. qui servat.

§. 6. *Malle eos sibi tunc fateri, quam postmodum*] Reposuimus, *malle eos sibi jam tunc fateri.* RHEN. Scripti, *malle eos se jam tum fateri, quam postmodo querentes.* J. FR. GRONOV. *si* pro *sibi* Put. apud Crevierium, et Flor. a m. 1. *sibi* a m. 2. *se* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii Oxonn. Deinde *jam tum fateri* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. V. ad 1,

Digitized by Google

7 *milites reipublicae esse. Expromerent, quid sentirent: cum bona venia se auditurum.* Ubi ex his unus ausus est dicere, *se prorsus, si sibi, utrum velit, liberum es-*
8 *set, nolle militare;* tum Scipio ei, *Quoniam igitur, adolescens, quid sentires, non dissimulasti, vicarium tibi expediam, cui tu arma equumque et cetera instrumenta militiae tradas, et tecum hinc extemplo domum ducas, exerceas, docendum cures equo*
9 *armisque.* Laeto conditionem accipienti unum ex trecentis, quos inermes habebat, tradit. Ubi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris ceteri viderunt, se quisque excusare, et vicarium
10 accipere. Ita trecentis Siculis Romani equites sub-

41, 7. Praeterea *postmodo* Flor. a m. 1. Voss. et Lov. 2. 3. ac 4. V. ad 25, 38, 12. Paullo ante vocula *ita* deficit in Flor. Voss. a m. 1. Lov. 2. Harl. et Hav.

§. 7. *Cum bona venia se auditurum*] Pal. 2. *exauditurum.* GEBH. Ita nullus meorum.

Si sibi, utrum velit, liberum esset, nolle militare: tum Scipio ei: Quando igitur] Reposuimus *utrum vellet*, pro *velit.* RHEN. Scripti *utrum velit, liberum* etc. *Quoniam igitur, adulescens.* Leve hoc: consensum tamen omnium Gall. et Voss. spernere non debuimus. J. FR. GRON. *velit* etiam omnes nostri, nisi quod voces *utrum velit* desint in Lov. 4. Codici itaque Rhenani, a reliquorum omnium consensu destituto, merito Gronovius fidem abrogavit: quemadmodum nec credo Msto Rec. *liberum dicere esset* exhibenti. Deinde *Quoniam igitur* omnes mei; cui merito typographorum omnium *quando* postponimus. Solent ceteroquin hae voces in Mstis confundi. V. ad 9, 8, 5. Insuper *tum Scipio: et quoniam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Cl. Crevierius eamdem lectionem in Put. et Victor. invenit; et libenter totum illud sive *et*, sive *ei*, resecari pateretur; quod etiam deest in Lov. 3. Denique *adulescens* etiam Flor. V. ad 6, 34, 11.

§. 8. *Et tecum hinc extemplo domum ducas*] Pal. 3. *et tecum extemplo ex hinc domum reduco.* GEBH. *domum* non adparet in Gaertner. Mox *exerceasque* Harl.

Docendum cures, equo tradito armisque] Jam ante dixerat, *equum armaque tradas.* addit iterum *equo tradito armisque.* Bene, mehercule, et sollicite monet Scipio. Sed glossema est, quod non reperias sine libro. Abest a veteri *tradito.* rectissime. *Docere equo, docere armis* eleganter. et duo Scipio edixit, ut

Digitized by Google

ſtituti, sine publica inpensa. Docendorum atque exercendorum curam Siculi habuerunt: quia edictum imperatoris erat, ipsum militaturum, qui ita non feciſſet. Egregiam hanc alam equitum evasiſſe 11
ferunt, multisque proeliis rempublicam adjuviſſe. Legiones inde quum inspiceret, plurimorum ſtipen- 12
diorum ex iis milites delegit; maxime qui sub duce Marcello militaverant: quos quum optima discipli- 13
na inſtitutos credebat, tum etiam ab longa Syracusarum obsidione peritiſſimos eſſe urbium obpugnandarum. nihil enim parvum, sed Karthaginis jam excidia agitabat animo. Inde exercitum per oppida 14
dispertit: frumentum Siculorum civitatibus imperat;

traderent arma et equos; deinde ut juvenes illos, equeſtris militiae ignaros, docerent uti equo, et armis ad equum. LIPS. 1. Epiſt. Quaeſt. 3. *docendum cures equo armisque* libri plerique MSS. nisi quod tert. *equo, armis.* Vet. ed. continet *equo tradito armisque.* quod recte Lipsius emendavit. GEBH. Omnes iidem cum Pall. *docendum cures equo armisque.* Cicero ad Pactum [9. ad fam. 22.] *Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.* Catone majore [8.] *Discebant enim fidibus antiqui.* J. FR. GRON. Vox *tradito* deeſt etiam in omnibus meis, praeterquam in Ber.

§. 9. *Laeto conditionem accipienti unum ex trecentis*] *Cui laeto* Pal. tert. Sed sec. *Laeto conditionem accipienti extemplo unum ex trecentis.* GEBH. *Cui laeto* Lov. 5. Harl. Rec. Ber. Gaertn. Hearnii D. et edd. vett. Sed recte jam Aldus pronomen omisit. Eſt enim ex numero eorum, quibus nasutiores orationem Livii, male, ut putabant, cohaerentem, connectere et fulcire conati sunt.

§. 10. *Docendorum atque exercendorum curam*] Voces *atque exercendorum* exsulant a Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. et Hav. Mox §. seq. desunt etiam voces *multisque proeliis rempublicam* in Flor. Voſſ. Lov. 1. et Hav.

§. 13. *Nihil enim parum, sed Karthaginis jam excidia agitabat animo*] Pall. 2. 3. *nihil enim parvum.* pr. *nihil enim rerum.* Amplius tert. *cogitabat animo.* GEBH. *nihil enim parum* operarum errore exſtat in edd. Modii, ac primis Gruteri, qui id ipse in poſtrema iterum correxit. *nihil enim rerum* Voſſ. Lov. 1. 2. et Hav. *nihil enim reum* Flor. Tum *exscidia* contra codd. omnium fidem iterum dedit Clericus; quem, nescio qua de causa, secutus eſt Cl. Crevierius. V. ad 5, 15, 9. Quod autem in uno Gebhardi Pal. *cogitabat ani-*

Digitized by Google

ex Italia advecto parcit: veteres naves reficit, et cum iis C. Laelium in Africam praedatum mittit; novas Panormi subducit, quia ex viridi materia ra-
15 ptim factae erant, ut in sicco hibernarent. Praeparatis omnibus ad bellum, Syracusas, nondum ex
16 magnis belli motibus satis tranquillas, venit. Graeci res a quibusdam Italici generis, eadem vi, qua per bellum ceperant, retinentibus, conceſſas sibi ab
17 senatu, repetebant. Omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim judiciis etiam

mo legitur, ex interpretis glossa natum puto. V. ad 25, 36, 5.

§. 14. *Inde exercitum per oppida dispertit: frumentum Siculorum civitatibus imperat*] Pal. tert. *inde exercitu per oppida dispertito, frumentum Siculorum civitatibus imperat.* At sec. exhibet *dispartit.* Porro pr. *imperans.* GEBH. *frumentumque Siculorum civitatibus imperans* Lov. 4. *frumentum Siculorum civitatibus imperans* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *dispartit* Lovel. 2. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. ac Mediol. anni 1480. V. ad 38, 36, 8.

§. 15. *Nondum ex magnis belli motibus satis tranquillas*] *nondum magnis belli motibus* Flor. *nondum ex magni belli motibus* Lov. 2. *To satis* deeſt in Ber. a m. 1. et quibusdam edd. Moguntina prioribus. Paullo ante *Paratis omnibus* Gaertn.

§. 17. *Judiciis etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis*] Pal. 3. *judiciis etiam pertinaces ad optinendam injuriam suas res Syracusanis restituit. non tantum ipsis ea res, sed omnibus Siciliae populis ratafuit.* GEBH. Tacitus 2. Hiſt. 84. *Ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante.* Videndus ibi eſt Gronovius. DUK. *ad opprimendam injuriam* Lovel. 3.

§. 18. *Eoque enixius bellum adjuverunt*] Vet. lib. *ad bellum.* SIG. Pall. duo, et vet. ed. *ad bellum adjuv.* GEBH. Put. Reg. Men. Voſſ. duo Pall. cum Sigoniano *eoque enixius ad bellum adjuverunt.* Cic. pro Quinct. [23.] *Ut omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, auctoritatem adjuvare.* Pro Archia 7. *Qui profecto si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent.* Ubi *adjuvarentur* eſt adjuti fuiſſent: nisi malis legere *adjuvaremur.* Plinius 31, 10. *Adjuvat ad claritatem.* ut ibi monuimus ex MSS. J. FR. GRON. *ad bellum* etiam Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. ac vett. edd. Praepositionem demum Frob. anno 1535. omiserat, quam loco reſtitui. Similiter *adjutor ad aliquid* apud Cic. frequens eſt. Ita de Amic. 10. *Ut aut libidinis ministri,*

Digitized by Google

in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, suas res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res, 18
sed omnibus Siciliae populis, grata fuit; eoque enisius ad bellum adjuverunt. Eadem aestate in Hispa- 19
nia coortum ingens bellum, conciente Ilergete Indibili, nulla alia de caussa, quam per admirationem Scipionis contemtu imperatorum aliorum orto. *Eum* 20
superesse unum ducem Romanis, ceteris ab Hannibale interfectis, rebatur. *eo nec in Hispania caesis Scipionibus alium, quem mitterent, habuisse: et,*

aut adjutores essent ad injuriam. 2. de Off. 15. *Eo plures ad benigne faciendum adjutores habebant.* Pro domo 12. *Adjutor ad rem perficiendam fuit.* Pro Rose. Am. 2. *Ut ad hanc suam praedam adjutores vos profiteamini.*

§. 19. *Conciente Ilergetes Indibili*] Vetus lectio *conciente Ilergete Indibili.* Subauditur *bellum*, quod praecedit. RHEN. *Illergete* est correctio Rhenani. A Pall. 1. 2. et vet. ed. abest *τὸ Illergete*, at ab tert. *τὸ Indibili.* GEBH. *Ilergete* non adparet item in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Ascens. anni 1513. *Ilergetes* autem, quod recte displicuit Rhenano, in nullo superest scripto vel ed. vet. sed demum exstitit in ed. Ald. quum Asc. memorata et Mog. edd. *Ilergete* etiam praeferant. Paullo ante *Eadem tempestate* Hearnii D. Deinde *in Hispania* deest in Lovel. 4. Tandem *ingens coortum bellum* Ber. *coortum est ingens bellum* Hav.

§. 20. *Ceteris ab Hannibale interfectis, rebatur*] Paullo post *Haec aliaque dicendo.* Non nego, *rebatur* etiam de eo dici posse, qui animi sententiam verbis expromit: sed tamen suspectum est. Saepe quaedam hujus generis in orationibus inculcata sunt. DUK. *rebantur* vulgo edebatur ante J. Fr. Gronov. idque invenio in Flor. a m. 2. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. eodemque ducunt vestigia illorum codd. qui, pro *interfectis rebantur*, exhibent corruptius *interficiebantur.* Tales sunt Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. Sed *rebatur* praestat. De uno enim Indibili sermonem esse, inde patet, quod mox subjungatur: *Haec aliaque dicendo concitat.* Tandem *rebatur* non adparet in Lov. 3.

Eo nec in Hispaniam, caesis Scipionibus] Omnes *in Hispania.* Conjungenda enim haec cum *caesis Scipionibus*, non cum *τῷ mitterent.* ad quod intelligitur *eodem*, vel *in eam.* J. FR. GRONOV. *in Hispania* etiam omnes mei, cum Hearnii N.

§. 21. *Quod nomina tantum ducum in Hispania Romani habebant*] Vetus lectio *Romani haberent.* RHEN. De hoc usu vocis *nomen* v. supra ad 5, 18.

Digitized by Google

postquam in Italia gravius bellum urgueret, adver-
21 *sus Hannibalem eum arcessitum. praeterquam quod*
nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent,
22 *exercitum quoque inde veterem deductum. Trepida*
omnia, ut inconditam turbam tironum, esse. num-
quam talem occasionem liberandae Hispaniae fore.
23 *Servitum ad eam diem aut Karthaginiensibus, aut*
Romanis: nec in vicem his aut illis, sed interdum
24 *utrisque simul. Pulsos ab Romanis Karthaginien-*
ses; ab Hispanis, si consentirent, pelli Romanos
posse. ut ab omni externo imperio soluta in perpe-
tuum

Heins. ad Vell. Pat. 2, 30. Graev. ad Cic. Parad. 4. et ad 5. ad Att. 15. *appellationem* vocat Suet. in Caes. 77. *Nihil esse rempublicam; appellationem modo, ac sine corpore speciem.* ita ibi recte legunt viri docti. DUK. *habebant* apud me superest in Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

§. 22. *Trepida omnia et inconditam inde turbam tironum*] Submovimus dictionem *inde*. Et distinximus [§. seq.] *nec in vicem his, aut illis.* RHEN. Pall. duo, *Trepida omnia, ut inconditam turbam tironum, esse.* GEBH. Omnes: *Trepida omnia, ut inconditam turbam tironum, esse.* Olim erat *et inconditam inde turbam*: quam particulam sustulit Rhenanus, nec agnoscunt eam nostri. Posset legi: *ut incondita in turba tironum.* Syphax de Numidis in militiam adscriptis 24, [48, 7.] *Omnia, velut forte congregata turba, vasta et temeraria esse.* Sed nihil opus mutare veterem lectionem. Illic comparatio mera est cum turba forte congregata: hic rei, ut se habet, atque semper habere solet, explicatio. Usus particulae singularis, nec Livio infrequens. Liv. 24, 45, 11. *Fama per totam urbem vulgata tumultum, ut principe amisso, fecit.* Sic Put. et Petav. melior. Idque significant alii, in quibus *ut pro principe*, vel *pro ut principe.* 25, 20, 5. *Annibal non Capuam neglectam, neque, ut tanto discrimine, desertos volebat socios.* Ita consensu omnes et Gall. et Pall. non *in tanto*, quod editur. Hoc l. 29, 31, 5. *Si quis arceat, ut quod maxime opus sit, acie dimicaturum.* Sic Put. Reg. Men. Pal. optimus. 36, 41, 2. *Annibal unus, cujus ut maxima apud regem auctoritas erat.* Sic MSS. et vett. edd. Vulgo deest. J. FR. GRON. *ut inconditam turbam tironum* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii D. ac N. Ita *ut* pro utpote supra est 3, 36, 7. *Hominum, non caussarum, toti erant; ut apud quos gratia vim aequi haberet.* 10, 41, 9. *Ad nutum omnia, ut ex ante praeparato, fiunt.*

Digitized by Google

tuum Hispania in patrios rediret mores ritusque. Haec aliaque dicendo non populares modo, sed Au- 25
setanos quoque, vicinam gentem, concitat, et alios finitimos sibi atque illis populos. itaque intra pau- 26
cos dies triginta millia peditum, quatuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quo edictum erat, convenerunt.

II. Romani quoque imperatores, L. Lentulus et 1
L. Manlius Acidinus, ne glisceret prima neglegendo bellum, junctis et ipsi exercitibus, per agrum Ause- 2
tanum, hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus, ad sedem hostium pervenere. trium mil-

Eodem sensu hanc particulam Livio ex conjectura reddere conatus est Gronovius supra ad 25, 23, 3. Solent autem particulae *ut* atque *et* saepe confundi. V. ad 21, 28, 8. Mox §. seq. *in vicem aut his aut illis* Harl.

§. 24. *Ut ab omni externo imperio soluta*] *ab omni imperio externo* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. cum edd. vett. *ab omni imperio inde externo* Hav. *ab omni externo inde imperio* Flor. Mox *in primos rediret mores* Lov. 5.

§. 25. *Haec taliaque dicendo*] Omnes Gall. *Haec aliaque dicendo.* J. FR. GRON. Similiter plerique mei. *taliaque* enim tantum exhibent Lov. 5. Ber. et Gaertn. Supra 8, 23, 17. *Haec aliaque ab tribunis nequidquam jactata.* V. ad 5, 2, 13. Alterum *Haec taliaque* saepe tamen apud Liv. obcurrit. V. exempla 9, 34, 26. 21, 53, 11. 26, 32, 5. 27, 34, 14. et alibi.

§. 26. *Itaque intra paucos dies*] Pal. 1. *Inter paucos itaque dies.* GEBH. *Inter paucos itaque dies* Lov. 1. et Harl. V. ad 5, 27, 2. *Intra paucas itaque dies* Voss. Lov. 2. 3. Gaertn. et Hav.

§. 1. *Ne glisceret primo negligendo bellum*] Vide, quantulum erratulum hic totum sensum perturbet. Legendum est, *ne glisceret, prima negligendo, bellum.* Juxta illud Nasonis, *Principiis obsta.* RHEN. Omnes *primo neglegendo*, quod correxit Rhenanus. An fuit *principio negligendo?* hoc est, dum negligitur principium. Ut 1, [20, 6.] *Ne quid divini juris negligendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo turbaretur.* J. FR. GRON. *primo* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quae lectio non displicet Crevierio, qui exponit negligendo eo, quod primum esset. Certe, si quid mutandum, malim *prima* cum Rhenano, quam *principio* cum Gronov. Ut librarii *primo* dantes errarint sollemni modo, de quo v. ad 6, 3, 8.

§. 2. *Junctis et ipsi exercitibus per agrum Anxetanum, ho-*

Digitized by Google

lium spatio procul a castris eorum posuerunt castra.
3 Primo per legatos nequidquam tentatum, ut discederetur ab armis. dein, quum in pabulatores Romanos inpetus repente ab equitibus Hispanis factus esset, submisso ab statione Romana equitatu, proelium equestre fuit, haud sane memorando in partem
4 ullam eventu. Sole oriente, postero die armati instructique omnes mille ferme passus procul a castris
5 Romanis aciem ostendere. Medii Ausetani erant: cornua dextrum Ilergetes, laevum ignobiles, tene-

stico, tamquam pacato] Mox *Anxetani*. Plinius tamen et alii *Auxetanos* legunt. SABELL. Ed. Mog. *in hostico, tamquam pacato*. MOD. *junctis et ipsi exercitus* perperam in Put. esse, supra monuit Gronov. ad 21, 60, 7. *junctis ipsi exercitus* Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. *junctis ipsis exercitum* Lov. 2. *junctis ipsis exercitibus* Hav. *in hostico* ante Mog. edidit jam Ascens. anno 1513. sed recte iterum Aldus praepositionem expunxit: in nullo enim scripto superest.

§. 3. *Primo per legatos nequidquam est tentatum*] Verbum *est* ignorant omnes Gall. iidem mox, *dein cum in pabulatores Romanos*. J. FR. GRON. Verbum *est* omnes mei, Oxonn. Hearnii, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. ignorant. V. Gronov. ad 28, 46, 15. Praeterea *dein*, pro *deinde*, praeferunt plerique nostri. Alterum non, nisi in Lov. 3. 4. 5. Ber. et Gaertn. inveni. V. ad 3, 3, 6. Mox *Hispanis* deest in Harl. Deinde *inmisso ab statione Romano equitatu, equestre proelium fuit* Flor. *equestre proelium* etiam Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antt. vox *proelium* omittitur in Hav. Insuper §. seq. *suam aciem ostendere* Hearnii L. 1.

§. 5. *Cornu dextrum Ilergetes*] Emendavimus *cornua*. Sic ordina: *cornua tenebant, dextrum Ilergetes, laevum ignobiles Hispani populi*. RHEN. Pal. 1. *cornu dextro Illergetes*. sec. et tert. consentiunt vulgato *cornua dextrum*. At prisca ed. *cornu dextrum*. GEBH. *cornua* etiam Flor. Elegans est loquendi genus, quod non intellexerunt librarii, et hinc passim mutare conati sunt. Supra 10, 18, 3. *Cum legionibus secunda ac tertia profectus in Samnium esset*. ubi multi codd. et edd. vett. *legione*. c. 27, 10. *Primam ac tertiam legiones pro dextro cornu instruxit*. ubi iterum multi Msti *legionem*. c. 41, 11. *Cornua, dextrum ad castra Samnitium, laevum ad urbem tendit*. 22, 23, 6. *Convenerat inter duces Romanum Poenumque*. ubi iterum alii *Romanos*. 23, 29, 4. *In cornibus, dextro Poenos locat, laevo Afros*. 24, 20, 3. *Consules, Marcellus retro, unde venerat, Nolam redit, Fabius in Samnium processit*. hoc lib. c. 22, 2. *Terrestrem navalemque exercitus ostendit*. V. etiam Rhenan. ad 27, 6, 8. ad hujus lib.

Digitized by Google

bant Hispani populi. Inter cornua et mediam aciem intervalla patentia satis late fecerant; qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et Romani, 6 more suo exercitum quum instruxissent, id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias. Ceterum Lentulus, ei 7 parti usum equitis fore ratus, quae prior in dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisisset, Ser. Cornelio tribuno militum imperat, equites per 8 patentes in hostium acie vias permittere equos ju-

c. 3, 14. et Cl. Duker. ad Livii 9, 27, 8.

Intervalla patentia satis late fecerant] Ita J. Fr. Gronov. anno 1665. edidit, consentiente ex meis Lov. 4. id autem requirere videntur praecedentia *erant* et *tenebant*. Priores cum plerisque scriptis legunt *fecerunt*. Mox *equitem*, pro *equitatum*, Lov. 4. et Rec. Mox §. seq. *exstruxissent*, pro *instruxissent*, Flor.

§. 7. *In dehiscentem intervallis hostium aciem equites inmisisset*] Vet. ed. et Pal. 1. *emisisset*. tert. *ei arti usum equitis ratus, quae prior in dehiscentem intervallum hostium aciem eq. emisisset*. Sic paulo ante, *qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent*. GEBH. Omnes Gall. Voss. et duo Pall. *emisisset*, nempe ex sua acie. Ut paullo ante, *qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent*. J. FR. GRON. *Emittere equites* et *equitatum* multis locis dicit Livius. V. Drakenb. ad 4, 18, 7. Nec tamen minus recte alibi legitur *immittere equites*. Vel hoc ipso cap. *Equitibus Hispanorum viam immittendi equos clauserunt*, 35, 58. *Quam concitatissimos equos immittere jubet*. DUK. *Inmittere equitatum* supra inlustravi ad 2, 31, 2. Hic tamen *inmisisset* demum vidi in ed. Curionis. Priores cum omnibus nostris, et Oxonn. Hearnii *emisisset*, quod recte Gronov. Livio iterum vindicavit. V. ad 28, 14, 11. et ad 10, 5, 7.

§. 8. *Equites per patentes in hostium aciem vias permittere equos jubeat*] Accusativus *aciem* lectori nebulas offundit. Docet vetustus codex esse scribendum *acie*, auferendi casu. Pro *permittere* vero scribo *immittere*. Nam sequitur *simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos clauserunt*. Sic sententia clara evadet, quae fuit obscurissima RHEN. *permittere* habet ed. Mog. quod primus Beatus mutavit in *inmittere*. MOD. *in hostium acie* Pal. 3. et vet. ed. Contra Pall. 1. et 2. *in hostium acies*. GEBH. Errat Rhenanus, cum supponit *immittere*. Nam eodem significatu est, quo apud Gratium notavimus 2. Obs. 13. l. 9, [22, 7.] *Infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ictu exanimem equo praecipitaret*. 30, [11, 9.] *Primo barbari segnius permittere equos, deinde stare, ac pro-*

Digitized by Google

9 beat: ipse, coepta parum prospere pedestri pugna, tantum moratus, dum cedenti duodecimae legioni, quae in laevo cornu adversus Ilergetes locata erat, tertiam decimam legionem ex subsidiis in primam
10 aciem firmamentum ducit; postquam aequata ibi pugna est, ad L. Manlium, inter prima signa hortantem, ac subsidia, quibus res postulabat locis, indu-
11 centem, venit. indicat tuta ab laevo cornu esse: jam

pe turbari. J. FR. GRON. *per patentes hostium inter acies vias* Lov. 5. *per patentes in hostium acies vias* Voss. Lov. 1. 2. et Ber. a m. 2. *per patentes in hostium acies vi* Flor. et Hav. Sed haud male *in hostium acie* Rhenanus. Contra *permittere* adversus eumdem Rhenanum vindicant omnes mei. De locutione *permittere equos* v. supra ad 3, 70, 9.

§. 9. *Adversus Ilergetes locata prona erat*] Quid opus fuit hic addere vocabulum *prona*, quod non est in volumine scripto, quum praecedat *cedenti duodecimae legioni?* Si enim cedebat, indigebat firmamento. Sic mox insulsisse videtur quispiam has dictiones *ex subsidiis*. neque enim sunt in archetypo nostro. Porro, quia sequitur *ac subsidia, quibus res postulabat locis, inducentem*, praelector aliquis inter exponendum *legionem ducit*, adjecit *ex subsidiis*. Eam glossulam alius in contextum retulit. RHEN. Pall. 1. et 2. *in laevo cornu adversus Ilergetes prona erat.* Deinde licet Pal. 3. expungat duas voculas *ex subsidiis*, tamen inducere cum avido mutationum Rhenano vetat Pall. 1. 2. priscaeque ed. consensus. GEBH. *adversus Illergetes locata erat* Rhenani codici debetur: nam antea habebatur una voce auctius *locata prona erat.* quod nos in uno tantum ex Flor. valde recenti invenimus. Nam alter etiam non nimis annosus *loca prona erat.* Duo optimi cum Barberino, duobus Pall. Petav. Regio, Menar. Voss. *adversus Illergetes prona erat.* Put. omnium princeps *adversus Illergetes roga erat.* Manus secunda adjecerat interlineares a principio *p*, et supra *g* virgula transfixam *n*, unde caeteri illi *prona.* Buslid. *proga erat*, et supra prius *a* superpositum *n*. unde Rubenius *pugnaverat.* J. FR. GRON. Veterum edd. lectio *adversus Ilergetes locata prona erat* apud me superest in Ber. et Gaertn. *adversus Ilergetes locata erat*, ut Rhenanus legit, in Lov. 5. *adversus Ilergetes prona erat* in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Cl. Crevierius vel Rhenani, vel Rubenii lectionem probat. Mox voces *ex subsidiis*, quas glossematis suspectas habet Rhenanus, in omnibus meis constanter supersunt.

§. 10. *Firmamentum ducit. Postquam aequata ibi pugna est*] Vide, an potius distinctio media post *ducit* ponenda sit. DUK. *aequa ibi pugna est* Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Eadem varietas erat supra 9, 3, 2. V. ad 10, 37, 2. *aequa ibi*

Digitized by Google

missum ab se Cornelium Servium procella equestri hostes circumfusurum. Vix haec dicta dederat, 12
quum Romani equites, in medios invecti hostes, simul pedestres acies turbarunt, simul equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clauserunt. Itaque, omissa pugna equestri, ad pedestrem Hispani 13
descenderunt. Romani imperatores, ut turbatos hostium ordines, et trepidationem pavoremque, et

ea pugna est Gaertn. Mox *ad Laelium Manlium* Hearnii D. V. ad 5, 32, 1. Tum *res postulabat et locus* Voss. Lov. 1. et Gaertner. *res postulabat locusque* Hav.

Venit, indicatque tuta] Scripsimus *venit, indicat.* RHEN. Omnes mei Rhenano concinunt praeter Lov. 3. Ber. et Gaertn. qui *indicatque* servant.

§. 11. *Jam missum ab se Serv. Cornelium*] In veteri libro legitur *Cornelium Servium.* RHEN. Put. Voss. alii, *Cornelium Servium.* Neque insolens illud Livio, praenomina postponere interdum. J. FR. GRON. *jam missum esse ab se Cornelium Servium* Flor. et Hav. *Cornelium Servium* reliqui mei, et Oxonn. Hearnii. V. ad 3, 1, 1.

§. 13. *Itaque, omissa pugna equestri, ad pedestrem Hispani descenderunt*] Antiquum volumen: *Itaque commissa pugna equestri ad pedes Hispanie iescenderunt.* Restitue sic germanam lectionem: *Itaque omissa pugna equestri ad pedes Hispani equites descenderunt.* Non discrepat sensus vulgatarum editionum, nisi quod alia verba supposita sunt. RHEN. Vet. lib. *ad pedes Hispani descenderunt.* Videtur autem vacare vox *equites.* nam priore versu posita est, et posteriore repetita. *equitibus ad pedes digressis.* SIG. *ad pedes Hispani equites descenderunt*, ut Rhenanus emendavit, laudat J. Fr. Gronov. ad Liv. 21, 46, 6. illustrans locutionem *ad pedes ire, descendere:* quin et ibidem in priori notarum ed. se lectionem illam probare testatus est. *ad pedes* praefert etiam Gifan. in Observ. in ling. Lat. v. *Pedes.* eaque lectio superest in Rec. et Hearnii D. Sed omnes reliqui mei *ad pedestrem Hispani descenderunt*, ut plerique editores, etiam post Sigonium, dederunt; nisi quod *descendunt* sit in Lov. 1. 3. et Voss.

Orant milites, ut perculsos invadant, neu restitui aciem patiantur] Put. Reg. Men. Voss. nesciunt τὸ *invadant.* Fortasse, *orant milites, instent perculsis, neu restitui aciem patiantur.* Non longe enim *et quia perculsis acriter institerant.* J. FR. GRON. Τὸ *invadunt* abest etiam a Flor. Lov. 1. Hav. et Hearnii N. Id tamen verbum sensus rationem postulare, et neglegentia librariorum accidisse, ut plurimi scripti eo careant, judicat Cl. Crevierius.

§. 14. *Ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes di-*

Digitized by Google

fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant milites, *ut perculsos invadant, neu restitui aciem patiantur.*
14 non sustinuissent tam infestum inpetum barbari, ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes de-
15 gressis ante prima signa peditum se objecisset. Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit. tandem postquam ii, qui circa regem, seminecem restantem, deinde pilo terrae adfixum, pugnabant, obruti telis obcu-
16 buerunt, tum fuga passim coepta, pluresque caesi, quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat, et quia perculsis acriter institerunt Romani. nec ante absceſſum est, quam castris quoque exue-

gressis] Castigavimus *degressis*. *degrediendi* verbo Livius in hoc libro rursum utitur haud procul a calce [c. 32, 4.] *Cum quingentis*, inquit, *haud amplius, peditibus ducentisque equitibus degressum jugis Masinissam persecutus.* Ceterum *ad pedes* rursum hic est, sicut paullo ante: *ad pedes Hispani equites descenderunt*; quemadmodum nos legendum monuimus. RHENAN. Vet. lib. *ni regulus Indibilis ipse cum equitibus.* Item quod aït, *equitibus ad pedes digressis*, *degressis* legendum, ut alibi. SIG. *Indibilis ipse* etiam Lov. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde, *ad pedes degressis* Flor. aliique. Supra 3, 62, 9. *Peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.* ubi in recentioribus codicibus similiter peccatur. Errorem autem hunc frequentissime a scribis committi, vidimus ad 4, 17, 11. Ceterum, quum tantum non omnes edd. priores *digressis* servassent, primus Modius *degressis* recepit; cujus loco Gronov. anno 1665. admisit *degressus*, ut quaedam edd. notarum Rhenani male legunt. Verum non solus Indibilis, qui eodem tempore, quo equites, ad pedes degressus erat, se ante prima signa peditum objecit, sed potius id fecit una cum equitibus ad pedes degressis. Recte igitur *degressis* revocavit Crevierius, qui tamen, quum in editione Campani *digressi* offendisset, legendum conjecit *ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes degressi ante prima signa peditum se objecissent.* Eadem forma, qua supra dixit 21, 60, 7. *Ipse dux cum aliquot principibus capiuntur.* ubi plura vide. Verum nullius codicis testimonio haec lectio confirmatur.

§. 15. *Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit*] *pugna fuit* Hav. Male. Supra 8, 38, 10. *Anceps dicitur certamen stetisse.* ubi etiam quidam codd. perperam *fuisse.* Vide, quae ibi notantur. Deinde *seminecem saucium restantem*, addita media voce, Hafn. et Hav.

§. 16. *Quia equos conscenden-*

Digitized by Google

runt hostem. Tredecim millia Hispanorum caesa eo 17
die, octingenti ferme capti. Romanorum sociorumque paullo amplius ducenti, maxime in laevo cornu, ceciderunt. Pulsi castris Hispani, aut qui ex proe- 18
lio effugerant, sparsi primo per agros, deinde in suas quisque civitates redierunt.

III. Tum a Mandonio evocati in concilium, con- 1
questique ibi clades suas, increpitis auctoribus belli, legatos mittendos ad arma tradenda deditionem- 2
que faciendam censuerunt. Quibus, culpam in auctorem belli Indibilem, ceterosque principes, quorum plerique in acie cecidissent, conferentibus, tra-

di equitibus spatium non fuerat] Ed. Mog. vet. *quia equos conscendendi ab equitibus spatium non fuerat*, diverso plane sensu. Sed frustra est. MOD. Pal. 3. et vet. ed. *quia equos conscendendi* (vet. ed. *condendi*) *ab equitibus spatium non fuerat*. GEBH. *ab equitibus* etiam Lov. 4. Ber. et edd. ant. quod recte Modio displicuit. Paullo ante Frob. anno 1535. eumque secuti editores vulgarunt *tum, fugâ passim coeptâ, plures caesi*. Et ita est in Flor. et, ut Sallierius monuit, in Put. optimo. Postea Cl. Jac. Gronov. primarum edd. lectionem *tum fuga passim coepta, plurescque caesi* revocavit, adstipulantibus reliquis nostris, et Hearnii L. 1.

§. 17. *Tredecim millia Hispanorum caesa eo die, octingenti ferme capti*] Pal. 1. *Decem tria millia*. Praeterea tert. *mille et quingenti ferme capti*. GEBHARD. Put. omnesque Gall. cum optimo Pal. et Voss. *Decem tria millia Hispanorum*. J. FR. GRONOV. Non aliter Flor. Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii L. 1. et N. *Decem et tria* Hav. V. infra ad c. 37, 6. Praeterea *M. et D. ferme capti* Lov. 4. *mille et quingenti ferme capti* Rec. et Hearnii D. *MV. ferme capti* ejus L. 1. Mox *Romanorum sociorum paullo amplius*, omissa particula *que*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hearnii N.

§. 18. *Aut qui ex proelio effugerant, sparsi primo per urbes*] Vet. lib. *at qui ex proelio*. Item, *sparsi primo per agros*. SIG. *at qui ex proelio* Lov. 1. 4. 5. et Hearnii N. *qui ex proelio*, prima voce omissa, Lov. 2. Male illud *at* Sigon. in contextum admisit. Optimi enim codd. alterum *aut* defendunt. Solent vero hae voces interdum commutari. V. ad 2, 45, 5. Deinde *per urbes* sola praefert ed. Bas. anni 1554. reliquae cum omnibus scriptis *per agros*.

§. 1. *Conquestique ibi clades suas*] Vet. lib. *contestatique ibi clades suas*. SIG. Omnes mei servant vulgatum, nisi quod *conquesti ibi clades suas* sit in Harl. *contestatique ibi cl. s.* in Rec. Mox

Digitized by Google

dentibusque arma, et dedentibus sese, responsum
3 est: *In deditionem ita accipi eos, si Mandonium ce-*
terosque belli concitores tradidissent vivos: sin mi-
nus, exercitus se in agrum Ilergetum Ausetanorum-
4 *que, et deinceps aliorum populorum ducturos.* Haec
dicta legatis, renunciataque in concilium. Ibi Man-
donius ceterique principes comprehensi et traditi
5 ad supplicium. Hispaniae populis reddita pax: sti-
pendium ejus anni duplex et frumentum sex men-
sium imperatum, sagaque et togae exercitui, et ob-
6 sides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hispa-
niae rebellantis tumultu, haud magno motu, intra
paucos dies concito et compresso, in Africam om-
7 nis terror versus. C. Laelius nocte ad Hipponem
Regium cum accessisset, luce prima ad populandum

increpatis Lov. 3. Sed. v. ad 4, 53, 12. Deinde *censuere* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 2. *In auctores belli, Indibilem ceterosque*] Omnes Gall. et Voss. *auctorem*. J. FR. GRON. Consentiunt Flor. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii Oxonn.

§. 3. *Ceterosque belli concitatores*] Pall. 2. 3. *concitores*. Justin. 5, 1. *Interim concitor et dux ejus Alcibiades absens Athenis insimulatur*. Inferius 37, 45, 17. legendum e Pal. MS. et vet. ed. *Thoantem quoque Aetolum, concitorem Aetolici belli, qui et illorum fiducia vos, et vestra illos in nos armavit, dedetis.* GEBH. Ita et Flor. ac Lov. 4. V. ad 23, 41, 2. Mox *si minus*, pro *sin*, Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. sollemni errore scribarum, de quo v. ad 4, 5, 6. Deinde *exercitum* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Hav. Junxerant Lentulus et Manlius exercitus, ut cap. praec. Livius narravit, et hinc tanquam unus exercitus considerari potuit: vel accipi potest *exercitum*, nempe quisque suum. Tandem *inducturos* Lov. 4. et Hearnii D. ubi prima syllaba nata esse potuit ex ultima litera vocis praecedentis. V. ad 23, 34, 5.

§. 4. *Comprehensi, traditi ad supplicium. Hispanis populis*] Omnes *comprehensi et traditi ad supplicium. Hispaniae populis reddita pax*. J. FR. GRON. Eadem lectio est in Hearnii Oxonn. Mstis meis, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. nisi quod *Hispanis populis* servent Gaertn. et eaedem edd. V. ad c. 5, 8.

§. 5. *Frumentum sex mensium*] Put. *et frumentum sex men-*

Digitized by Google

agrum sub signis milites sociosque navales duxit. Omnibus, pàcis modo incuriose agentibus, magna 8
clades inlata: nunciique trepidi Karthaginem terrore ingenti complevere, classem Romanam Scipionemque imperatorem (et fama fuerat jam in Siciliam transgressum) advenisse. Nec quot naves vi- 9
dissent, nec quanta manus agros popularetur, satis gnari, omnia in majus, metu augente, accipiebant. itaque primo terror pavorque, dein moestitia animos incessit: *tantum fortunam mutasse, ut, qui* 10
modo ipsi exercitum ante moenia Romana habuissent victores, stratisque tot hostium exercitibus, omnes Italiae populos aut vi aut voluntate in deditionem accepissent; ii, verso Marte, Africae populatio- 11
nes et obsidionem Karthaginis visuri forent, nequa-

sum imperatum, Ut et infra c. 5, 7. *duorum mensum*, non *mensium*. Et isto modo non semel Ovidius, notante etiam Prisciano [7, 771.] Sic in contrarium idem vetustissimus liber habet *principium*, *supplicium*, *civitatium*, de quibus etiam Priscianus l. 7. J. FR. GRON. *mensum* etiam in Reg. esse, monuit Crevierius. Ita alii codd. praeferunt supra 8, 2, 4. 9, 33, 6. et c. 43, 21. V. Voss. 4. Gramm. 14. Lindenbr. ad Censor. de Die nat. c. 22. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 65. Similiter *apum* et *apium*. V. ad 4, 33, 4. *sedum* et *sedium*. V. ad 5, 42, 1. De τῷ *principium* v. ad 2, 37, 12. de *supplicium* ad 35, 34, 7. de *civitatium* ad 33, 20, 11. et 41, 22, 7. Mox *ab XX ferme populis accepti* Hearnii D. *accepti* exsulat ab Hav.

§. 7. *Ad populandum agrum sub signis milites sociosque*] Ex more militiae Romanae. 23, 42, 9. *Ante explorato, et subsidiis positis, et sub signis ad populandum ducebant*. V. Schelium ad Polyb. c. 9. DUKER.

§. 9. *Deinde moestitia animos incessit*] *dein* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav. V. ad 3, 3, 6.

§. 10. *Stratis tot hostium exercitibus*] Omnes *stratisque tot hostium*, (sic et Put.) aut *totque stratis*. J. FR. GRON. *stratisque tot hostium* Flor. Lov. 4. et Ald. cum paucis eum secutis. *totque stratis hostium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. usque ad Aldum. Primus Froben. anno 1535. copulam omiserat, adstipulante Hearnii D. Mox *vi aut voluntarie* ejusdem N. Sed recte alii omnes vulgatum servant. Non videtur enim vox vel Liviana, vel hujus aevi fuisse. V. ad 3, 69, 8.

Digitized by Google

quam pari ad patienda ea robore, ac Romani fuis-
12 *sent. Illis Romanam plebem, illis Latium juventu-*
tem praebuisse; majorem semper frequentioremque
13 *pro tot caesis exercitibus subolescentem. Suam ple-*
bem inbellem in urbe, inbellem in agris esse. mer-
cede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem au-
14 *ram spei mobili atque infida. Jam reges, Sypha-*
cem post conloquium cum Scipione alienatum; Ma-
sinissam aperta defectione infestissimum hostem. ni-
15 *hil usquam spei, nihil auxilii esse. Nec Magonem*
ex Gallia movere tumultus quidquam, nec conjun-

§. 11. *Ii, verso Marte, Africae populationes*] Quis hic quicquam scrupuli habeat? Nemo est, qui non putet, hoc optime dictum. At depravata scriptura archetypi Spirensis, in quo legitur *versos arte*, ad eruendam germanam lectionem ansam mihi praebuit. Scribo *versa sorte*. Et arbitror, primum fuisse scriptum *versas orte:* deinde quum vocabulum *orte* nihil videretur significare, per transpositionem vocalium literarum *a* et *o*, *versos arte*. Elegans et aperta sententia erit: *Tantum fortunam mutasse, ut, qui modo ipsi exercitum ante moenia Romana habuissent*, etc. *ii*, *versa sorte*, *Africae populationes et obsidionem Carthaginis visuri forent*. RHEN. Praecessit, *tantum fortunam mutasse*. Et, si dicimus *mutatam* ac *versam fortunam*, cur fastidiosa aure respueremus *verso Marte*, i. e. mutato? ut taceam afferi hanc lectionem a Pall. 1. 2. et vet. ed. Tert. vero *versum ad Africae populationes et obsidionem Carthaginis visuri forent*. Rhenanus ineptissime restituit *versa sorte*. Dictum *verso Marte*, ut 31, 37, 7. *Convertit in effusum hostem equos, versaque momento temporis fortuna pugnae est, terga dantibus, qui modo secuti erant*. GEBH. Placeret conjectura Rhenani, *ii*, *versa sorte*, *Africae populationes*, si parum juvarent scripti. Sed illi tenent omnes vulgatum. 31, [37, 7.] *Versaque momento temporis fortuna pugnae est, terga dantibus, qui modo secuti erant*. J. FR. GRON. Omnes etiam nostri *verso Marte*. Aberrans itaque unius cod. librarius scripturam hujus loci Rhenano mendae suspectam reddere non debuerat. ut *versus Mars*, ita *anceps Mars* 21, 1, 2. *Varia belli fortuna ancepsque Mars fuit*.

§. 12. *Pro tot caesis exercitibus sobolescentem. Ceterum suam plebem*] Mihi non displicet hic lectio voluminis scripti *subolescentem*, ob propriam ac notam vim praepositionis *sub*. RHENAN. Voss. *suboles. cetm̄ sua*. Gud. *suboleseentem. Suam plebem*. Itaque delevimus τὸ *caeterum*. J. FR. GRON. *subolem. ceterum suam* Lov. 2. 3. 4. Hafn. et Hav. *subolens. ceterum suam*

Digitized by Google

gere sese Hannibali: et Hannibalem ipsum jam et fama senescere, et viribus.

IV. In haec deflenda prolapsos ab recenti nun- 1
cio animos rursus terror instans revocavit ad consultandum, quonam modo obviam praesentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agrisque 2
haberi placet, mittere ad conducenda Afrorum auxilia, munire urbem, frumentum convehere, tela, arma parare, instruere naves ac mittere ad Hipponem adversus Romanam classem. Jam haec agen- 3
tibus nuncius tandem venit, Laelium, non Scipio-

Harl. *suboles. ceterum suam* Lovel. 1. et Hearnii N. *suboles. cetm suam* ejusdem L. 1. *subolescentum. suam* Flor. *subolescentem. suam* Hearnii D.

§. 14. *Jam regem Syphacem*] Emendavimus ad fidem archetypi scripti: *Jam reges, Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione infestissimum hostem: et* particula ante accusativum *Masinissam* expuncta. Similem locutionem paulo superius habuimus [c. 2, 5.] *Cornua dextrum Ilergetes, laevum ignobiles tenebant Hispani populi.* Ubi quidam *cornu* scripserat, sicut hic *regem*, pro *reges*. RHENAN. Recte Rhenanus *jam reges*, dissentientibus quamvis omnibus meis, et Hearnii L. 1. ac N. Omnes tamen nostri particulam *et* ante *Masinissam* ignorant; quae demum etiam in ed. Ascens. anni 1510. adparuit, cujus loco priores plerique excusi *nec Masinissam* habebant.

Nihil usquam spei, nihil auxilii esse] *nec auxilii esse* Lov. 4. Male. Cic. 23. ad fam. 29. *Nihil aspere, nihil acerbe dixit.* V. ad 2, 55, 3. (* Liv. 39, 13, 10.)

§. 15. *Nec Magonem ex Gallia movere tumultus quidquam*] Ed. Mog. *Magonem ex Gallia movere tumultus nequicquam.* MOD. Similiter legunt etiam aliae quaedam edd. ante Aldum, qui primus reposuit, quod nunc vulgo exstat. Aldo autem consentiunt plerique codd. et edd. Rom. anni 1472. Parm. et Tarv. utraque. Sed *movere tumultus quisquam* legunt Voss. Lov. 4. Harl. et Hav. Et ita dare voluisse videtur librarius Lov. 1. qui tamen *priusquam* aberrans scripsit. *movere tumultum quemquam* Lov. 2. *movere tumultus quivisse* Lov. 3.

Nec conjungere se Hannibali] Put. *nec conjungere sese Annibali.* J. FR. GRON. Similiter Flor. Voss. et plerique reliqui codd. cum omnibus edd. usque ad Froben. anni 1535.

§. 2. *Delectus raptim in urbe agrisque haberi*] Observa unum hoc verbum forma passiva; reliqua, quae subjunguntur, activa proponi. Supra 3, 46, 5. *Placuit*

Digitized by Google

nem, copiasque, quantae ad incursiones agrorum satis sint, transvectas; summae belli molem adhuc
4 in Sicilia esse. Ita respiratum, mittique ad Syphacem legationes, aliosque regulos, firmandae societatis caussa, coeptae. Ad Philippum quoque missi, qui ducenta argenti talenta pollicerentur, ut in Si-
5 ciliam aut in Italiam trajiceret. Missi et ad duos imperatores in Italiam, ut omni terrore Scipionem
6 retinerent: ad Magonem non legati modo, sed viginti quinque naves longae, sex millia peditum, octingenti equites, septem elephanti, ad hoc magna pe-

omnium primum, fratrem Icilii pergere ad portam, et Virginium adciri e castris. V. ad 3, 51, 2.

Tela, arma parare Pal. 3. *tela, arma pararent, instruerent naves ac mitterent.* GEBHARD.

§. 3. *Summam belli molem adhuc in Sicilia esse*] Liber optimus omnium *summae belli molum.* Scribe *summae belli molem adhuc in Sicilia esse.* J. FR. GRON. Ut *moles summae belli*, ita *discrimen summae rerum* 10, 14, 9. et 39, 1, 8. *cura summae rerum* 4, 17, 7. *periculum summae rerum facere* 6, 22, 9. Omnes tamen nostri vel *summam*, vel *summa*, vel *summi.*

§. 4. *Ita respiratum, mittique ad Syphacem legationes* etc. *coeptae*] Ed. Mog. *mittique ad Syphacem legationes* etc. *coeptum.* MOD. Pariter omnes ante Aldum edd. cum Rec. Lov. 3. et Ber. *Ita respirari mittique* etc. *coeptum* Lov. 5. et Gaertn. *Ita respirari, mittique* etc. *coepta* Voss. et Lov. 1. 2. 4. Mox *in Siciliam aut in Italiam* Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et edd. vett. usque ad Froben. anni 1535. addita ultimo loco praepositione: quam Livium saepissime repetiisse, vidimus ad 6, 28, 6. Intercepta autem erat in aliis codd. a prima litera vocis sequentis. V. ad Epit. Liv. 85. Eos male Frob. imitatus est.

§. 5. *Missi et ad suos imperatores in Italiam*] *To Missi* abest ab ed. Mog. MOD. *Missi* non adparet in vet. ed. Pal. pr. legit *ad duos imperatores.* GEBH. Haud dubie *ad duos*, ut quidam scripti: Annibalem nimirum et Magonem. J. FR. GRON. *Missi* deest etiam in Ber. et edd. omnibus usque ad Aldum. *ad duos imperatores* etiam Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii L. 1. N. et ed. Rom. princeps. Ceterum vocula *et* operarum, ut videtur, errore excidit in ed. Gronovii, quam deinde etiam Doujat. ac Cleric. fideliter omiserunt; sed recte Hearnius restituit.

§. 6. *Octingenti equites et septem elephanti*] Lege absque *et* connectente particula. Continenter sequitur, *ad haec magna pecunia.* Ubi sciendum est, quotiescumque in vulgatis editionibus *ad haec* legitur, in veteri

Digitized by Google

cunia ad conducenda auxilia, quibus fretus propius urbem Romanam exercitum admoveret, conjungeretque se Hannibali. Haec Karthagine parabant agi- 7
tabantque. Ad Laelium praedas ingentes ex agro inermi ac nudo praesidiis agentem Masinissa, fama Romanae classis excitus, cum equitibus paucis venit. Is *segniter rem agi ab Scipione* questus, *quod* 8
tum non jam exercitum in Africam trajecisset, perculsis Karthaginiensibus, Syphace inpedito finitimis bellis, quem incertum haerere; si spatium ad sua, ut velit, componenda detur, nihil sincera fide cum

codice esse *ad hoc*, sicut et *urbem Romanam* fere semper, ubi vulgo scriptum est *urbem Romam*; quod et hic mox sequitur. RHEN. Meliores *ad hoc*, ut ex suo Rhenanus. J. FR. GRON. *quingenti equites* Rec. et Harl. *et quingenti equites* Hearnii D. Hinc *et septem elephanti* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Deinde *adhuc* Lov. 1. *ad hoc* Flor. Voss. Lov. 2. 4. et Harl. V. ad 21, 52, 10, Tandem *urbem Romanam* omnes nostri, cum ed. Rom. anni 1472. et id voluit etiam ed. Parm. in qua tamen per errorem datum erat *Romana*. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 7. *Haec Karthagine parabant agitabantque. Ad Laelium praedas*] Nos hic aliam induximus lectionem, praesidio freti voluminis vetusti: hanc videlicet: *Haec Carthagine parabant agitabantque, quum ad Laelium praedas ingentes ex agro inermi ac nudo praes. agentem Masinissa f. R. c. e. c. e. p. venit.* RHEN. Particulam *quum* adjecit Rhenanus, in Put. Reg. Men. Voss. et optimo quoque deficientem. Nec, si distinctionem mutes, ea opus est. J. FR. GRON. *quum* in uno inveni Harl. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. voculam illam ignorant. Ceterum *Carthagini* Harl. V. ad 28, 26, 1.

§. 8. *Quod non jam exercitum*] Omnes Gall. *quod tum non jam exercitum*. J. FR. GRON. *quod non jam exercitum* Flor. et Lov. 4. *quod non jam in Africam exercitum* Harl. *quod jam non exercitum* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *quoniam non exercitum* Lov. 5.

Quem certum haberet, si spatium] Omnes et hi, et alii, *quem incertum habere*. Emenda: *Syphace impedito finitimis bellis, quem incertum haerere; si spatium ad sua, ut velit, componenda detur, nihil sincera fide cum Romanis acturum*. J. FR. GRON. *quem certum haberet* servant Lov. 3. Ber. et Gaertn. *quem incertum haberet* Lov. 4. et Harl. *quem certum habere* Lov. 5. *quem incertum abere* Voss. *quem incertum habere* Flor. et Hav. Gronovii emendationem probat etiam Crevier. Solent autem *habere* et *haerere*

Digitized by Google

9 *Romanis acturum. Hortaretur, ac stimularet Scipionem, ne cessaret. Se, quamquam regno pulsus esset, cum haud contemnendis copiis adfuturum peditum equitumque. Nec ipsi Laelio morandum in Africa esse. classem credere profectam a Karthagine, cum qua, absente Scipione, non satis tutum esse contrahi certamen.*

1 V. Ab hoc sermone dimisso Masinissa, Laelius postero die naves praeda onustas ab Hippone solvit, revectusque in Siciliam mandata Masinissae Scipioni
2 exposuit. Eisdem ferme diebus naves, quae ab Karthagine ad Magonem missae erant, inter Albingau-
3 nos Ligures Genuamque accesserunt. In iis locis tum forte Mago tenebat classem: qui, legatorum

in Mstis confundi. V. ad 1, 37, 1. 5, 2, 10. 34, 39, 4. et viros doct. ad Suet. Domit. 10.

§. 9. *Hortaretur, ac stimularet Scipionem, ne cessaret*] Ed. Mog. *stimularet Scipionem non cessare.* MOD. Vet. ed. cujus traducem Mogunt. et Modius inspexerat, *non cessare.* Pal. 3. *hortaretur, stimularet Scipionem, ne cessaret.* Repetit eadem ferme c. 6, 1. *Scipione stimulato Masinissae adhortationibus.* GEBH, *non cessare* etiam Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. De ea locutione v. infra ad 37, 49, 1. *non cessaret* Voss. et Lov. 1. 2. Vulgatum servant reliqui mei, et, ut indicavit Cl. Sallierius, optimus Put.

Classem credere profectam a Karthagine] Pal. 2. et 3. *classem credere projectam Carthagine.* GEBH. *profectam Carthagine* Harl. Deinde *tutum esse* edidit Jac. Gronov. adsentientibus Flor. Voss. pluribusque aliis. Antea vulgabatur *tutum esset.* Sed *τὸ esse* deest in Hav.

§. 1. *Mandata Masinissae Scipioni exposuit*] Pall. pr. et sec. *verba Masanissae.* GEBH. *Masinissae mandata* Ber. Gaertn. et edd. usque ad Froben. anni 1535. *Masinissae verba* Voss, Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *verba Masinissae* Hearnii N. Paullo ante vox *Masinissa* abest ab Hearnii L. 1.

§. 2. *Inter Albingaunos Liguresque Genuam accesserunt*] Exemplar scriptum *inter Albigaunos Ligures Genuamque accesserunt.* Ut intelligas, intermedio loco inter Albigaunos, qui Liguriae populi sunt, et urbem Genuam accessisse. Et sequitur *In iis locis.* RHEN. Pall. 1. et 2. *Albinosguanos.* GEBH. Rhenano, particulam *que* trajicienti, adversantur Ber. et Gaertn. Reliqui omnes ejus mutationi fa-

Digitized by Google

auditis verbis, jubentium exercitus quam maximos comparare, extemplo Gallorum et Ligurum (namque utriusque gentis ingens ibi multitudo erat) concilium habuit. *et missum se ad eos vindicandos in libertatem*, ait, *et, ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo praesidia: sed, quantis viribus, quanto exercitu id bellum geratur, in eorum potestate esse. Duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria esse. satis scire, Sp. Lucretium se cum M. Livio juncturum. multa millia ipsis etiam armanda esse, ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur.* Galli, *summam ad id suam voluntatem esse*, dicere: *sed, quum una castra Romana intra fines, altera in finitima terra Etruria prope in*

4 5 6

vent. Et recte. Nam Albingauni ut Rhenanus docet, fuerunt Ligures. Locum autem, quo accesserunt, puto fuisse Savonem, ubi Magonem decem naves in statione reliquisse tradit Livius 28, 46, 10. Ea enim inter Albingaunos Ligures et Genuam sita erat. V. Cluver. 1. Ital. ant. 9, 68. In scribenda autem voce *Albingaunos* codd. varie dissentiunt. Sed, quum haec vera sit orthographia, librariorum erroribus non inmorabor.

§. 4. *Missum se ad eos vindicandos*] Pal. 2. *ad omnes vindicandos*. A Pal. 3. abest *se*. GEBH. Abest etiam ab Harl. Reliqui constanter agnoscunt.

Quanto exercitu id bellum gereretur] Pall. 1. et 2. *id bellum geratur*. tert. iterum *id* exterit. GEBH. Omnes Gall. duo Pall. vetustaeque edd. *geratur*. J. FR. GRON. Non aliter etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. *gereretur* primum vidi in Frob. anni 1535. Pronomen *id* deest etiam in Harl. et Rec.

§. 5. *Multa millia ipsis etiam armanda esse*] Pall. tres *multa millia armanda esse*, *ut duobus ducibus exercitibusque Romanis resistatur*. GEBH. Voces *ipsis etiam* desunt quoque in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. sola *ipsis* in Gaertner. Deinde *ut ducibus duobus exercitibus Romanis resistatur* Flor. *ut duobus ducibus exercitibusque Romanis resistatur* Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii N. *ut duobus ducibus*, *exercitibus duobus Romanis resistant* Lov. 4. Sed v. ad 28, 25, 6.

§. 6. *Una castra Romana intra fines*] Vox *Romana* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. 1. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Praeterea *in fines* legunt Voss. et Lov. 1. *ut in fines* Lov. 5. Deinde *adjutum ab se esse Poe-*

Digitized by Google

conspectu habeant, si palam fiat auxiliis adjutum ab sese Poenum, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum suum incursuros. Ea ab Gallis desi-
7 *deraret, quibus occulte adjuvari posset. Liguribus, quod procul agro urbibusque eorum castra Romana sint, libera consilia esse. illos armare juventutem, et capessere pro parte bellum, aequum esse.* Ligures haud abnuere: tempus modo duorum mensium
8 petere ad delectus habendos. Interim Mago milites, Gallis dimissis, clam per agros eorum mercede conducere. commeatus quoque omnis generis
9 occulte ad eum a Gallis populis mittebantur. M. Livius

num Harl. *adjutum ab sese esse*, proxima voce deficiente, Gaertn. *adjutum ab sese esse Poenum* Ber. et edd. ante Aldum.

§. 7. *Tempus modo duorum mensium petere*] *duorum mensum* Flor. a m. 1. et ita etiam in Put. legi, supra monuit Gronov. ad c. 3, 5.

§. 8. *Milites, Gallis dimissis, clam per agros eorum mercede conducere*] *milites Gallos, dimisso concilio, clam* etc. Hafn. et Hav. neque aliter Brancal. Latinii, nisi quod *consilio* praeferat. *milites Gallos, dimisso clam* Lov. 3. *milites Gallos, dimissis clam* Lov. 1. 2. 4. Flor. et Harl. *milites Gallos, dimissis clam per agros, qui eos mercede conducerent* Lov. 5.

Occulte ad eum a Gallicis populis mittebantur] Put. Reg. Men. Voss. *Gallis.* Mallem tamen *a Galliae populis.* J. FR. GRON. *a Gallis populis* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Similiter se in Pal. 1. et 2. invenisse, testatur Gebhard. ad Livii 6, 42, 4. Gronovius conjicit *a Galliae populis.* Ita *proximos Hispaniae agros* 28, 35, 3. ubi Gruterus, invitis Mstis, substituerat *Hispanos.* hoc lib. c. 3, 5. *Hispaniae populis reddita pax.* ubi vide. Sed nec codd. lectio displicet. Supra c. 2, 5. *Laevum ignobiles tenebant Hispani populi.* Eam lectionem etiam praefert Crevierius.

§. 9. *Si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat*] Vet. lib. *si Mago e. L. p. u. moveat.* Est autem genus dicendi simile ei, *is, quam proxime potest, ad urbem ducit.* Absolute enim utrumque dicitur. SIG. Pal. 3. *propius urbem admoveat.* GEBHARD. *Movere* absolute sine casu usurpari, vidimus ad 10, 4, 9. Verum, meis nihil mutantibus, uni testi credere, tutum non videtur. Paullo ante *trajecit*, pro *traducit*, Harl. et Rec.

In eadem statione circa Ariminum] Mog. ed. *in eadem re-*

Digitized by Google

vius exercitum volonum ex Etruria in Galliam traducit: junctusque Lucretio, si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat: si Poenus sub angulo Alpium quietus se contineat, et ipse in eadem regione circa Ariminum Italiae praesidio futurus.

VI. Post reditum ex Africa C. Laelii, et Scipione stimulato Masinissae adhortationibus, et militibus, praedam ex hostium terra cernentibus tota classe efferri, accensis ad trajiciendum quam primum, intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi, quae sub defectionem Italiae desciverat et ipsa ad Poenos. Spes autem adfectandae 1 2

gione. MOD. Omnes iidem *regione.* J. FR. GRON. *stationa* primum vidi in Frob. anni 1535. cui concinunt Harl. et Rec. Omnes reliqui mei, omnesque Hearnii cum edd. antiquioribus *in eadem regione.*

§. 1. *Et militibus, praedam ex hostium terra cernentibus*] Pal. 3. *et militibus praesidium et hostium terram cernentibus.* Idem liber post, sed etiam perperam, *intervenit major cogitatio.* GEBH. *intervenit major cogitatio* Lov. 4. *intervenit minor cogitatio* Lov. 1.

§. 2. *Spes autem adfectandae ejus rei ex minima re adfulsit*] Pal. 3. *adfectatae ejus rei.* GEBH. Quo magis considero, eo minus placet illa *res* tam prope *minimam rem*, et mox *gerebantur res.* Hoc tamen praedico: servant ita omnes libri, neque adversus pertinacem contendam. Nimis tamen suspicor, primum illud *rei* insiticium esse. Dixerat Livius: *intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi.* Subjungit: *spes autem adfectandae ejus ex minima re adfulsit*, nempe urbis. J. FR. GRON. Gronovii conjectura placet etiam Cl. Crevierio. At Ant. Perizon. praestare existimat, ut, *tes re* ultimo loco omisso, legamus: *spes autem adfectandae ejus rei ex minima* (vel, una litera mutata, *ex minimo*) *adfulsit.* Durum enim ipsi videbatur, ut ad illa *adfectandae ejus* ex Gronovii sententia intelligatur *urbis.* Cur tamen durum videri debeat, non adsequor; non ideo certe, quia *urbis* intelligendum, quum praecedat *urbem.* V. ad 2, 30, 4. Neque tamen ipse vel Gronovii, vel Perizonii conjecturam, sed potius vulgatum probo ob codd. consensum unanimem. Non modo enim Livius quaslibet voces saepissime repetiit; v. ad 1, 3, 9. verum etiam ipsam illam vocem *res.* V. ad 2, 18, 2.

Quod Latrocinii magis, quam

Digitized by Google

ejus rei ex minima re adfulsit. Latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidis facto, et Bruttiis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio, congruenti-

justo bello, in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidis facto, et Bruttiis, non societate etc. Lectio vetus *principio Numidis non societate magis Punica.* Caeterum *principio* hic adverbialiter accipitur, nam sequitur *postremo.* Quod non intellexit, qui *facto* participium cum praepositione *ab* infulsit, et, quia in Brutiis res latrociniis geri dicantur, praeterea adjecit *et Brutiis.* De hoc multum miror, cur pro ablativo *promptis* ipse supposuerit *congruentibus.* Nos totam sententiam sic distinximus et castigavimus, pro *quod latrociniis* scribentes *quia latrociniis,* hoc modo: *quia latrociniis magis, quam justo bello, in Brutiis gerebantur res, principio Numidis non societate magis Punica, quam suopte ingenio promptis in eum morem, postremo Romani quoque milites,* et quae sequuntur. RHENAN. Vet. lib. *quod latrocinii magis more, quam justo bello, in Bruttiis gerebatur res.* Placet. Subdit enim *promptis in eum morem.* Et 38, [32, 2.] ait: *Latrocinii magis, quam proelii modo.* SIG. Ed. Mog. *congruentibus in eum morem.* quod malim. MOD. Ut, quam foede hic locus ab Rhenano laceratus sit, demonstrem, initio adnotabo scripturam Pal. 3. *principio Numidis non societate magis Punica, quam suopte ingenio, promptis in eum morem.* Similibus vestigiis illico annuens Rhenanus confidenter affirmat, τὸ *principio* hic adverbii vice fungi, dein adjectitia esse *facto ab.* Tum etiam exterminans *et Brutiis* hiulcam plane et obscuram sententiam concinnat. Ego reduxi ex Pal. 1. et 2. tum antiquissima ed. genuinam lectionem *principio a Numidis facto, et Bruttiis non societate magis Punica, quam suopte ingenio, congruentibus in eum morem.* GERH. Haec Rhenani et Sigonii libri vexant, atque illis hi imprudenter manum et aures praebent. Prior *quia latrociniis,* alter *quod latrocinii magis more:* quorum utrumque haud dubie a mala manu. Nostri omnes tum Gall. tum Pall. sed et Voss. et *quod,* et *quia* ignorant, neque injuria: sed omnes quoque *latrociniis,* ut editur. Deinde iste truncus: *principio Numidis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio, promptis in eum morem.* Qua labe etiam unus e Pall. foedatus. Duo reliqui, omnes Gall. Voss. Flor. Barberinus, ut ante Rhenanum publicatum erat, *principio ab Numidis facto, et Bruttiis non societate magis Punica, quam suopte ingenio, congruentibus in eum morem.* Nusquam *promptis,* nisi in uno non summi pretii: id quod tamen, ceu unicam gemmam, ex Beati mangonio, caeteris spretis, editores receperunt. Nobis potior auctoritas tot codicum, et meminimus illorum l. 3, [24, 6.] *Omnes eae res in unum congruentes haud dubiam damnationem Volscii faciebant.* 25, [32, 2.] *Consilium advocatum, omniumque in unum congruerunt sententiae.* 26, [2, 5.] *De nulla re prius consules re-*

Digitized by Google

bus in eum morem. Postremo Romani quoque, 3
jam contagione quadam rapto gaudentes, quantum
per duces licebat, excursiones in hostium agros
facere. Ab iis egressi quidam urbem Locrenses 4

tulerunt, omniumque in unum sententiae congruebant. Quodque apud Senecam 6. Nat. Quaest. 1. *Et propositi operis contextus exigit, et ipse in hoc tempus congruens casus.* Totum igitur locum ita scribimus: *spes autem adfectandae ejus ex minima re adfulsit. Latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidis facto, et Bruttiis non societate magis Punica, quam suopte ingenio, congruentibus in eum morem.* J. FR. GRON. Rhenani codici per omnia concinit Harl. nisi quod *gerebatur res* legat. Sed *quod latrociniis* soli servant Ber. et Gaertn. at voculam *quod*, vel *quia*, reliqui nostri, omnesque Hearnii Oxonn. [ignorant.] In reliqua parte horum verborum ceteri mei tuentur lectionem, quam adversus Rhenanum Gronov. vindicavit, nisi quod *promtis* legat Rec. neque suos dissentire Hearnius monuit, nisi quod similiter *promptis in eum morem* in D. superesse notarit. Dicit Livius, initium res latrocinio in Bruttiis gerendi factum esse a Numidis; eos secutos esse Bruttios, qui et ipsi suopte ingenio in hunc morem congruerunt, tandem etiam Romanos, quasi contagione tactos, idem fecisse. Bruttiorum morem eumdem notat Livius supra 28, 12, 8. *Tum magnam partem juventutis abstractam a cultu agrorum bellum occupaverat, et mos vitio etiam insitus genti per latrocinia militiam exercendi.*

§. 3. *Postremo Romani quoque milites jam contagione quadam rapto gaudentes*] Pall. 1. et 2. τὸ *milites* non receperunt. Dein sec. cum vet. ed. praefert *raptu gaudentes.* 30, 13, 7. *Ut vita ejus fama mortis et latebris, ferarum modo in silvis rapto viventis, tegeretur.* GEBH. Vocem *milites* Put. Reg. Men. duo Pall. Voss. jubent aboleri. Sed et quidam *excursiones in hostium facere*, sine τοῦ *agros.* Forte *in hosticum.* J. FR. GRON. Vocem *milites* ignorant etiam Hearnii N. L. 1. tum Flor. omnesque reliqui, praeter Ber. Harl. Rec. et Gaertn. Praeterea voculam *jam* expungunt Lov. 4. Harl. et Rec. Mox *raptu gaudentes* Lov. 2. Ber. et Gaertn. Male. Supra 22, 39, 13. *In diem rapto vivit.* 28, 24, 6. *In hostico laxius rapto suetis vivere artiores in pace res erant.* Mox *in hostium facere* Voss. et Lov. 1. *Hosticum* autem vox est Livio frequens. Exempla v. ad 36, 43, 6. Quum tamen optimi vulgatum servent, hac conjectura non utar. 37, 8, 7. *Quum magnam praedam agi posse dixisset ex hostium agro.* c. 21, 9. *Depopulato circa urbem hostium agro.* 39, 20, 9. *Ubi primum ex hostium agro evasit.* 42, 54, 9. *Frumentari passim exercitum jubet in subjecto hostium agro.* Pariter *hostium terra* 37, 4, 10.

§. 4. *Ab iis egressi quidam urbe*] Omnes Gall. cum Put. et Voss. *urbem.* ut alibi, *excedere urbem.* 22, [55, 8.] *Custodes praeterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi ur-*

Digitized by Google

circumventi, Rhegiumque abſtracti fuerant. in eo captivorum numero fabri quidam fuere, adsueti forte apud Poenos mercede opus in arce Locrorum fa-
5 cere. Ii, cogniti ab Locrensium principibus, qui pulsi ab adversa factione, quae Hannibali Locros
6 tradiderat, Rhegium se contulerant, quum cetera percunctantibus, (ut mos eſt, qui diu absunt) quae domi agerentur, exposuiſſent, spem fecerunt, si redemti ac remissi forent, arcem se iis tradituros.

bem. Et sic defenditur apud Tacitum 2. Ann. 28. *Dum Histrio cubiculum principis exsultat.* J. FR. GRON. Praeter Ber. et Harl. qui priscae lectioni adhaerent, reliqui praeferunt *urbem:* quod recte Gronov. recepit. Supra 1, 29, 6. *Egressis urbem Albanis.* 3, 57, 10. *Priusquam urbem egrederentur.* 25, 8, 4. *Per speciem venandi urbem egressi.* Ita ex pluribus codd. emendavi. V. etiam ad 3, 68, 2. et 28, 2, 5. Locutionem inluſtrarunt Gebh. ad Liv. 23, 16, 10. Davis. ad Cic. 1. Tusc. 7. Cort. ad Sall. Jug. 35. et 1. Hiſt. p. 954. Cel. Burm. ad Phaedri 3, 16, 17. et ad Suet. Aug. 91. Pari modo *excedere* cum casu quarto conſtrui, dictum eſt ad 2, 37, 8.

Rhegyumque abstracti] *Rhegium* ex vet. lib. Et Graecis *Ρήγιον.* SIG. *Regium* sine adspiratione per *i* Latinum hoc nomen prolatum fuisse, quemadmodum etiam *Roma* sine adspiratione scribitur, exiſtimat Dausq. in Orthogr. parte 2. in v. *Regium.* Cluverius etiam, Latinos in hac voce adspirationem vitasse, probare conatur ex marmore in Ital. ant. 4, 15, 1296. Marmor illud ex diversis schedis bis edidit Gruter. p. 150. num. 6. et 7. et quidem priori loco adspiratio additur, posteriori omittitur; ut hinc nihil certi effici possit, nisi de lapidis scriptura melius conſtet. Alius obcurrit lapis apud eumdem Gruter. 174, 7. ubi *MVNICIPES. RHEGINI. IVLII* memorantur. Mox *τὸ forte* exsulat a Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§. 5. *Principibus, qui pulsi ab adversa factione, quae Hannibali Locros tradiderat, Rhegium se contulerant*] Hic rursus alia verba quispiam inseruit, quum scripserit Livius: *qui exsulabant Rhegii, pulsi ab adversa factione, quae Annibali Locros tradiderat.* RHEN. Put. Pet. melior, Reg. duo Flor. optimi clare: *Ii cogniti ab Locrensium principibus, qui pulsi ab adversa factione. quae Annibali Locros tradiderat, Rhegium se contulerant: quum caetera.* Men. Pal. optimus, Barberinus, Voſſ. eodem modo, nisi quod *principibus pulsis,* omisso pronomine. Pet. alter, duo Pall. duo alii Flor. et Andreae editiones: *principibus, qui exsulabant Rhegii, pulsi ab adversa factione, quae An. Loc. trad. Rhegium se contulerant.* Ita sine dubio invenit Rhenanus in suo codice, (nam, quomodo lectum ibi fuerit, silet) maleque judicavit, abesse debere *Rhegium se contu-*

Digitized by Google

ibi se habitare, fidemque sibi rerum omnium inter Karthaginienses esse. Itaque, ut qui simul desiderio patriae angerentur, simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent, redemtis extemplo iis remissisque, quum ordinem agendae rei composuissent, signaque, quae procul edita observarent, ipsi ad Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exsulum erat, referentes ibi promissa captivorum, quum spem ab effectu haud abhorrentem consuli fecissent; tri- 7 8 9

lerant, cum revera subjectum sit *exsulabant Rhegii*. Itaque restituimus veterem lectionem, firmissimis tibicinibus fultam. Phrasin quid opus illustrare? Tamen ne hoc ipso spernatur, quod nimis est vulgaris, est etiam Livii. 6, [4, 5.] *Qui aedifidicandi Romae pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Vejos se contulerant.* 22, [55, 5.] *Quo se Annibal post proelium contulerit.* 23, [17, 8.] *Cum paucis Romanis Latinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades contulerat.* J. FR. GRON. *principibus, qui exsulabant Rhegii, pulsi* Lov. 2. Ber. Gaertn. Harl. et Rec. quorum duo posteriores deinceps voces *Rhegium se contulerant* omittunt. Reliqui duplicem exhibent lectionem, quemadmodum etiam faciunt omnes ante Aldum edd. *pulsis* insuper edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Illam tamen scripturam, quam Gronovius probavit, altera, quae Rhenano placuit, veriorem esse, optimorum consensus evincit. *principibus pulsis ab adversa* etiam Lov. 1. 4. 5. quorum ultimus insuper *qui Rhegium*.

§. 6. *Ut mos est iis, qui diu absunt*] Pall. tres, et vet. ed. *ut mos est, qui diu absunt.* GEBHARD. Omnes Gall. et Pall. ut et editiones Andreae abolent τὸ *iis*, habentque tantum *ut mos est, qui diu absunt.* Id quod multo tenerius se mihi commendat. J.FR.GRON. Pronomen illud exsulare jubent etiam omnes tum mei, tum Hearnii Oxonn. Neque in ulla vidi editione ante Ascensianam anni 1513. Ratio, cur haec lectio Gronovio magis adrideat, quam se non satis perspicere Doujatius fatetur, partim esse videtur consensus optimarum membranarum, et vett. edd. partim mos pervulgatus scribarum, qui saepissime pronomen illud Livio aliisque addiderunt. V. ad 23, 15, 4.

§. 7. *Qui simul desiderio patriae agerentur*] Omnes Gall. et Ital. et Voss. *angerentur.* J. FR. GRON. Similiter cum Hearnii N. omnes mei, praeter Lov. 5. et Gaertn. Passim autem hae voces commutantur. V. ad 3, 6, 3. 5, 54, 3. 10, 14, 9. c. 29, 14. 32, 5, 2. 39, 53, 5. et aliis locis.

§. 8. *Signaque, quae procul edita observarent*] Prius *que* exemptum est in Pall. 1. ac 2. Tertius vero exhibet *signa procul edita.* Vet. ed. *signa quoque, quae procul edita.* GEBH. *signa quoque, quae procul edita* Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. an-

Digitized by Google

buni militum cum iis M. Sergius et P. Matienus
missi, jussique ab Rhegio tria millia militum Locros
ducere: et Q. Pleminio propraetori scriptum, ut rei
10 agendae adesset. Profecti ab Rhegio, scalas ad edi-
tam altitudinem arcis fabricatas portantes, media
ferme nocte ex eo loco, unde convenerat, signum
11 dedere proditoribus arcis. qui parati intentique, et
ipsi scalas ad id ipsum factas cum demisissent, plu-
ribusque simul locis scandentes accepissent, prius-

ni 1535. V. ad 5, 27, 1. *signa quoque procul edita* Lov. 4. Copula *que* excidit in Lov. 1. intercepta a sequenti pronomine *quae*. V. ad 41, 2, 11. Contra pronomen *quae* deest in Flor. Voss. Lov. 2. 8. et Hav. quod vicissim haustum est a praecedenti *que*. Alia exempla v. ad 3, 48, 8. 6, 20, 8. 9, 24, 15. c. 43, 1. 10, 34, 12. 27, 5, 1. 39, 32, 1. et Epit. Liv. 49. Paullo ante *peragendae rei* Lov. 2. *gerendae rei* Hav. V. ad 22, 28, 1. Mox *referente sibi promissa* Harl. *referentes sibi promissa* Lov. 3. Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535. V. ad 1, 55, 4.

§. 9. *M. Sergius et P. Matienus*] Cl. Hearne notat, Rupert. ad Sall. p. 45. legere *M'. Sergius*. Omnes tamen codd. in praenomen *M.* consentiunt, idque genti Sergiae usitatum novimus. Deinde *et Macienus* Hearnii N. *et P. Macienus* Gaertn. *et P. Mancinus* Ber.

Q. Pleminio propraetori scriptum] Pighius in Ann. ad ann. IOXLVIII. p. 215. scribit, eum Rhegium extra ordinem cum praesidio obtinuisse. Putavit scilicet, ei, quum privatus esset, nec umquam praetor fuisset, extraordinarium imperium a populo datum, et *pro praetore* Rhegium missum fuisse, qui ibi praesidio praeesset. Hoc duabus de causis probare non possum: primum, quod non habeo exempla aliorum, qui, extraordinario imperio a populo accepto, legati imperatorum fuerint: nam Pleminium *legatum Scipionis* vocat Livius capp. 8. 9. et 16. Quod autem 35, 8, 6. de Ti. Sempronio legitur, neque omnino simile, neque ipsum explicatu facile est. Deinde, quod non video, quomodo Pleminius, si imperium a populo accepisset, a Scipione in catenas conjici, quod quidam c. 21, 2. tradiderunt, potuisset. Mihi Pleminius hic ita *propraetor* dici videtur, ut C. Centenius 22, 8, 1. de quo ibi egi, et alii apud Gruch. c. 5. Refutat. ad Poster. Sigonii disput. Nec est, quod quis dicat, Pleminium fasces et lictores, insignia imperii, habuisse, c. 9. Nam legati, mandante vel absente imperatore, imperium et ejus insignia habebant. Cic. 12. ad Fam. 30. et 1. in Verr. 26. 28. Et cum hac cautione accipiendum est, quod Manut. ad Cic. 1. in Verr. 22. legatos imperium et lictores habuisse; et alii viri docti alibi scribunt, eos lictoribus et fascibus usos fuisse. V. Hotomann. et Lambin. ad Cic. 1. in Verr. 22. et Lipsium 2. de Mil. Rom. 11. DUKER.

Digitized by Google

quam clamor oriretur, in vigiles Poenorum, ut in nullo tali metu, sopitos inpetus est factus. quorum 12
gemitus primo morientium exauditus; deinde subita consternatio ex somno et tumultus, quum caussa ignoraretur; postremo certior res, aliis excitantibus alios. jamque *ad arma* pro se quisque vocabat: 13
hostes in arce esse, et caedi vigiles. obpressique forent Romani, nequaquam numero pares, ni clamor, ab iis, qui extra arcem erant, sublatus, incertum,

§. 10. *Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas*] Exemplar vetustum *ad editam altitudinem.* RHEN. Vet. lib. *ad edictam.* SIG. Recte hoc [*editam*] acceptum ab Rhenano: nam et sic nostri meliores. Put. *ad deditam*, litera una supervacua. Vulgo prius *ad dictam.* Sigonius e libro suo notat *ad edictam.* J. FR. GRON. *ad dictam* Lov. 3. Ber. et Gaertn. *ad deditam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii N. *ad debitam* Lov. 5. Hafn. et Hearnii L. 1. Sed recte Rhenanus et Gronov. *ad editam.* V. supra ad 21, 62, 7.

§. 11. *Priusquam clamor oriretur*] *oreretur* Harl. V. ad 23, 16, 7.

§. 12. *Deinde subita consternatio*] *dein* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. V. ad 3, 3, 6.

§. 13. *Postremo certiores, aliis excitantibus alios, jam pro se quisque ad arma v.*] Sic castigavimus et ordinavimus: *postremo certior res, aliis excitantibus alios. Jamque ad arma pro se quisque vocabat.* RHEN. Ut *certior res* legamus, sensus requirit, quamvis tamen alterum in plerisque Mstis obvium sit. V. ad 33, 45, 1. Deinde in vocum transpositionem consentiunt Florent. et Harl.

Incertum, unde accidisset, (omnia vana augente nocturno tumultu) fecisset] Vet. lib. *incertus unde accidisset.* SIG. Omnes Gall. Pall. Voss. *incertum.* Neque aliter priscae editiones. Illud Sigonii est: neutrum plana sententia. Potest enim τὸ *facere* conjungi vel τῷ *incertus*, vel τῷ *vana.* Si prius placet, lege *incertos.* 41, [2, 6.] *Clamor in portis audiebatur, et concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios incertum fecerat, an hostis intra vallum esset.* Tacit. 4. Ann. [50.] *Hostisque clamore turbido, modo per vastum silentium, incertos obsessores effecerat.* Sin, *incertum unde, accidisset, et omnia vana, augente nocturno tumultu, fecisset.* vel *incertum unde accidens, omnia.* 30. [18, 7.] *Territi equi vanum equestre auxilium fecerunt.* Quamquam et poesis: *augens nocturnus tumultus.* Ni tumultus nocturnus, omnia vana multiplicans, fecisset incertum Poenis, clamor ab iis, qui extra arcem erant, unde accidisset: utrum ab his ipsis, an vero tantus jam arcem occupasset numerus. J. FR. GRON. Modo *incertum*, quod ante Sigonium constanter typis descripti praeferebant, et praeter codices Gronovii servant etiam omnes mei, et

Digitized by Google

unde accidisset, (omnia vana augente nocturno tu-
14 multu) fecisset. Itaque velut plena jam hostium arce territi Poeni, omisso certamine, in alteram arcem (duae sunt haud multum inter se distantes) con-
15 fugiunt. Oppidani urbem habebant, victoribus praemium in medio positam. Ex arcibus duabus
16 proeliis quotidie levibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Hamilcar Punico praesidio praeerat: arcessentes ex propinquis locis subsidia copias auge-
17 bant. Ipse postremo veniebat Hannibal. nec sustinuissent Romani, nisi Locrensium multitudo, exa-

Oxonn. Hearnii, restituatur, nihil mutandum esse docet locus Livii, quem Gronov. ex l, 41. laudavit. *fecisset incertum* nempe Poenis.

§. 14. *Plena jam hostium arce territi*] *jam plena hostium* Ber. Sed *τὸ plena* deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. Mox *confugerunt* Hav.

§. 16. *Et arcessentes ex propinquis*] Put. *praesidio praeerat, arcessentes ex propinquis*, deleta copulativa, quam et caeteri omnes Gall. spernunt. Scribe: *Q. Pleminius Romano, Amilcar Punico praesidio praeerant: arcessentes ex propinquis locis subsidia copias augebant.* J. FR. GRON. Copulam delent insuper Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Mox §. seq. *ni Locrensium multitudo* etc. *inclinasset* Lov. 2. et Ber. *nisi Locrensium multitudo* etc. *inclinassent* Harl. V. ad 6, 19, 7. Optimi tamen aliique vulgatum servant.

§. 1. *Scipioni ut nunciatum est*, etc. *et ipse a Messana*] Vet. lib. *Scipio ut nunciatum est.* Placet autem magis, si a recto incipiat periodus, quam si ab obliquo casu. SIG. Adstipulantur priscae lectioni Pall. 1. 2. et vet. ed. At Pal. 3. *Scipio ut nunciatum est*, quod probat Sigonius. GEBH. Lectionem Sigonii servat Harl. dissentientibus ceteris meis omnibus.

§. 2. *Ne praesidium etiam periclitaretur*] Pall. pr. tertiusque *ne praesidio etiam periclitaretur.* sec. *ne praesidium ibi periclitaretur.* GEBH. *praesidio* etiam Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. Elegans autem est locutio *periclitari praesidio*, pro subire periculum amittendi praesidii. Ea inlustratur infra ad 38, 25, 7. Quominus tamen illam hic recipiamus, obstant quaedam. Nam optimi codd. vulgatum tuentur. Deinde illi librarii, qui *praesidio* dederunt, in errorem inducti videntur, quod ea vox mox sequatur hoc casu: idque tanto verisimilius est, quod propter hanc vocis *praesidium*, *praesidio* repetitionem omnia haec verba *praesidium etiam* etc. *fratre in* omittantur in Lov. 5.

Digitized by Google

cerbata superbia atque avaritia Poenorum, ad Romanos inclinasset.

VII. Scipioni ut nunciatum est, in majore discrimine Locris rem verti, ipsumque Hannibalem adventare; ne praesidium etiam periclitaretur, haud facili inde receptu, et ipse a Messana, L. Scipione fratre in praesidio ibi relicto, quum primum aestu fretum inclinatum est, naves mari secundo misit. Et Hannibal, a Butroto amni (haud procul is ab urbe Locris abest) nuncio praemisso, ut sui luce prima summa vi proelium cum Romanis ac Locrensi-

L. Scipione fratre] Praenomen omittunt Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Hearnii L. 1. *Laelius Scipione fratre* legit Harl. sollemni scribarum errore. Exempla v. ad 5, 32, 1. 6, 35, 5. 7, 3, 4. 34, 44, 1. et apud Statium ad Suet. Inlustr. Gramm: c. 10. et alibi. Contrario errore *L. Fulviusque*, pro *Laelius Fulviusque*, infra in Mstis obcurrit 30, 25, 9.

Naves mari secundo misit] Vide, ut illud *misit* posuerit. Nam ipse quoque una vectus est. Nisi classi praemiserit aliquot naves, quippe qui non longe post dicturus est: *Classis Romana a Messana Locros multa die superante accessit*. GLAR. Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, ut novo. nam depravate legitur *misit*, pro *transmisit*, aut *commisit*. Utraque enim lectio in veteribus libris reperitur. SIG. Videtur aliquid latere. nam Put. *nalles mari secundo misit*. Et posterius hoc *misit*, non *transmisit*, habent omnes Gall. Palatinique, et Voss. et editiones ante Sigonium. J. FR. GRON. *commisit* Hav. Alii mei cum omnibus Oxonn. *misit* vindicant. *Τὸ mari secundo* inlustrant, quae notavit J. Fr. Gronov. ad Tacit. de Morib. German. 2.

§. 3. *Et Hannibal a Butroto amni*] Put. *Et Hannibal abuloto*. Scribe *Et Hannibal ab Alece amni*. Hoc enim ei nomen est. Strabo l. 6, [260.] *Τοῦ δὲ Ἁλήκος ποταμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν Ῥηγίνην ἀπὸ τῆς Λοκρίδος*. Et facile inter se commutari has literas quid attinet addere. J. FR. GRON. Vocula *Et* omittitur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Deinde *Pluto amni* Hearnii D. *Brutoto amni* Lov. 4. *a Butrato amni* Gaertn. *adulto amni* Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. *ab Vulturo amne* Hav. *abuluto amni* Voss. et Hearnii N. *abulato amni* Lov. 5. *abuloto amni* Flor. Doujatius ex Barrio docet, Butrotum esse exiguum fluvium, qui in sinum Locrensem defluit, et hodie in Calabria ulteriori *Novito* vocatur. Verum apud alios nulla ejus mentio obcurrit. *Alecem*, vel *Halecem* praeter Strabon. memorari etiam apud Thucyd. 3, 99. viri docti testantur. Mox *haud procul ab urbe Lo-*

Digitized by Google

bus consererent, dum ipse, aversis omnibus in eum tumultum, ab tergo urbem incautam adgrederetur,
4 ubi luce coeptam invenit pugnam, ipse nec in arcem se includere, turba locum artum inpediturus, voluit; neque scalas, quibus scanderet muros, adtu-
5 lerat. sarcinis in acervum conjectis, quum haud procul muris ad terrorem hostium aciem ostendisset, cum equitibus Numidis circumequitabat urbem, dum

cris abest, omisso pronomine, Harl. Id autem vel addi, vel omitti posse, infra videbimus ad 40, 57, 3. Quum itaque reliqui vel id servent, vel ejus loco *his*, edd. principes *iis*, legant, unius fide ejicere ausus non sum.

Ut sui luce prima summa vi proelium etc. *consererent*] Continetur in Pal. 2. *ut sub lucem primam*. in tert. *ut sub luce prima*. Sic paullo post idem iterum sec. *sub lucem coeptam*. tert. *ubi luce captam invenit pugnam*. GEBH. *sub luce prima* Lov. 3. et Hav. Mox autem §. seq. *ubi luce prima coeptam invenit pugnam* Lov. 2. 3. 4. Deinde *adversis omnibus* Voss. et Lov. quinque. Male. V. ad 6, 23, 8. Saepe voces *aversus* et *adversus* commutari, dictum est ad 2, 31, 6.

§. 4. *Neque scalas, quibus scanderent muros, adtulerant*] Ed. Mog. *neque scalas, quibus scanderet muros, attulerat*. ut praecessit *voluit*, sequitur *ostendisset*. MOD. Libb. omnes *scanderet muros, attulerat*. GEBH. *scanderet muros, attulerat* plerique codd. Flor. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. aliique, cum priscis edd. pro quo Froben. anno 1535. *scanderent muros, attulerant* subposuit, consentientibus Harl. et Hearnii D. Postea J. Fr. Gronov. anno 1665. edidit *scanderent muros, attulerat*; quod servasse videntur Voss. Lov. 2. et Hearnii Oxonn. reliqui, ex quibus nulla locutionum varietas adfertur. Eamdem scripturam recentiores retinuerunt: pro qua priscam reduxi. *scandebat*, sive *scanderat muros, attulerat* Lovel. 1.

§. 5. *Circumequitabat urbem*] *circumequitat* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Hav. et id voluerunt librarii Lov. 1. et 5. qui tamen per errorem *circumquietat*, literis transpositis, dederunt. Mox *ad oppugnandum alia opus erant* Hav. *alia ad oppugnandum opus essent* Ber. cum multis edd. antt. *alia ad expugnandum opus erant* Harl. V. ad 40, 33, 9.

§. 6. *Progressus ad murum, scorpione ictus*] Progressus dicitur Annibal, *ictus* qui prope illum stabat: quomodo igitur cohaeret oratio, ni scribas cum Put. omnibusque Gall. *progressus ad murum, scorpione icto, qui proximus eum forte steterat, territus*. Annibal nempe, quum alter scorpione ictus esset. Fortassis etiam olim fuit. *steterat, absterritus inde tam periculoso casu*. Certe vocula *inde* id requirere videtur. J. FR. GRON. *ictus* omnes nostri praeter Flor. et forte Harl.

Digitized by Google

scalae, quaeque alia ad obpugnandum opus erant, parantur, ad visendum qua maxime parte adgrederetur. progressus ad murum, scorpione icto, qui 6
proximus eum forte steterat, territus inde tam periculoso casu, receptui canere quum jussisset, castra procul ab ictu teli communiit. Classis Romana a 7
Messana Locros, aliquot horis die superante, accessit: expositi omnes e navibus, et ante occasum so-

qui recte habent *icto*. Librariis errori caussa fuisse videtur omissum pronomen *eo*; quam ellipsin saepe alibi turbas dedisse, dictum est ad 23, 18, 4. Mox *qui proximus eo loco forte steterat* Hearnii L. 1. Verum et hic error inde natus est, quod librarius vocem *proximus* cum quarto casu construi non recordabatur; quod tamen Livio frequens esse, vidimus ad 8, 32, 12. Si deinde *absterritus* cum Gronov. malis, v. supra ad 5, 41, 6. Ceterum *communivit*, pro *communiit*, Lov. 5. *communit* Lov. 1. et Hav. V. ad 2, 51, 7. et 24, 7, 9. Similiter variant in *permunit*, et *permuniit*. V. ad 30, 16, 1. Plura alia v. ad 36, 20, 3.

§. 7. *Locros, multa die superante, accessit*] Sic quidem vet. ed. et Pal. 3. At primus *Locros, aliquot horis diei superante accessit*. sec. *Locros, aliquot horis die superante*. GEBH. Cur mutarunt, quod est in Put. Pet. Men. optimo Pal. *a Messana Locros, aliquot horis die superante, accessit?* Sane Put. et Voss. *diei*. quod posset explicari *superante horis*, ut erat apud antiquos *absente nobis*: sed ego Livii caussa illud malo. Sallust. Jugurth. 97. *Marium jam in hiberna proficiscentem vix decima parte die reliqua invadunt*. Haec scriptura in summae fidei et reverendae vetustatis libro inventa Gellio, ut notat libro 9, 14. probatur omnino a nobis: sed quod ille τὸ *die* patrio casu accipiendum putat, et plerisque viris doctis persuasit, id nihil verius judico, quam quod apud Virgilium vult [1. Aen. 636.] *Munere laetitiamque dii*. Nam Sallustium ita explico: *die vix quod ad decimam partem reliqua*: ut Livius, *die, quod ad aliquot horas, superante*. J. FR. GRON. *Locros aliquot horis diei superante* Flor. et Lovel. 1. ac 5. *aliquot horis die insuperante* Lovel. 3. *aliquot horis die superante* Lov. 3. Ber. Hav. et quidam alii. Alteri lectioni pauci tantum et minoris auctoritatis codices adhaerent.

Expositi omnes navibus] Pall. duo *e navibus*. GEBH. Scripti *expositi omnes e navibus*. J. FR. GRON. Ita omnes non tantum scripti praeter unum Harlej. sed etiam edd. usque ad Froben. qui anno 1535. praepositionem primus omisit, recentioribus eam scripturam servantibus, donec ultima Gruteri daret *expositis omnes navibus*: quod, quamvis forte ex errore operarum ortum, Heinsii tamen Elzeviriana retinuit, et demum a Gronovio emendatum est.

Digitized by Google

8 lis urbem ingressi sunt. Postero die coepta ex arce a Poenis pugna: et Hannibal, jam scalis aliisque omnibus ad obpugnationem paratis, subibat muros: quum repente in eum, nihil minus quam tale quidquam timentem, patefacta porta erumpunt Romani.
9 ad ducentos inprovidos, quum invasissent, occidunt. ceteros Hannibal, ut consulem adesse sensit, in castra recipit: nuncioque misso ad eos, qui in arce erant, ut sibimet ipsi consulerent, nocte motis ca-
10 stris abiit. Et qui in arce erant, igni injecto tectis, quae tenebant, ut is tumultus hostem moraretur, agmen suorum fugae simili cursu ante noctem adsecuti sunt.

1 VIII. Scipio, ut et arcem relictam ab hostibus

§. 8. *Aliisque omnibus ad obpugnationem paratis*] *ad oppugnationibus emparatis* optimus Put. ut Gronov. testatur ad 28, 46, 14. cujus librarius duplicem lectionem, *omnibus oppugnationibus*, et *omnibus ad oppugnationem paratis*, hac ratione jungere voluit. *omnibus ad oppugnationibus imparatis* Lov. 1. *omnibus ab oppugnationibus imparatis* Voss. *omnibus ad oppugnationem imperatis* Lov. 2. 5. et Gaertn. *omnibus ad oppugnationem jam paratis* Hav. *omnibus ad oppugnandum paratis* Lov. 4. Nihil muto, licet supra hoc cap. dixerit: *Dum scalae, quaeque alia ad oppugnandum opus erant, parantur.* Mox *eruperunt*, pro *erumpunt*, Rec.

§. 9. *Ceteros Hannibal, ut consulem adesse sensit, in castra recipit*] *cunctos Hannibal, ubi consulem esse sensit, in castra se recepit* Lov. 4. *consulem esse* etiam Harl. *recepit* autem insuper Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. ante Froben. anni 1535.

Ut sibimet ipsis consulerent] Conjeceram *sibimet ipsi.* Id jam sic scriptum invenio in membranis Gudianis. J. FR. GRON. *sibimet ipsi* ex Put. et Reg. adsentientibus et aliis codd. recte Crevierius in contextum recepit. Concinunt Lovel. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. V. ad 2, 19, 5.

§. 10. *Ut is tumultus hostem moraretur*] Pal. 3. *ut isti tumultus hostem morarentur.* Mox Pal. 2. *agmen suorum fugae simili juvante nocte adsecuti sunt.* GEBH. *ut iste tumultus* Harl. Deinde *agmen suorum fugae simili juvante nocte adsecuti sunt* Voss. *agmen suorum fuga simili juvante nocte adsecuti sunt* Hav. *agmen suorum fugam simili juvante nocte adsecuti sunt*

Digitized by Google

et vacua vidit castra, vocatos ad concionem Locrenses graviter ob defectionem incusavit: de auctoribus 2
supplicium sumsit, bonaque eorum alterius factionis principibus, ob egregiam fidem adversus Romanos, concessit. *Publice nec dare, nec eripere se quidquam* 3
Locrensibus, dixit, *Romam mitterent legatos: quam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros. Illud satis scire, etsi male de populo Romano meriti* 4
essent, in meliore statu sub iratis Romanis futuros, quam sub amicis Karthaginiensibus fuerint. Ipse, 5
Q. Pleminio legato praesidioque, quod arcem ceperat, ad tuendam urbem relicto, cum quibus venerat copiis, Messanam trajecit. Ita superbe et crudeliter 6
habiti Locrenses ab Karthaginiensibus post defectio-

Lov. 2. *agmen suorum nocte adsecuti sunt*, reliquis omissis, Lovel. 5.

§. 2. *Ob egregiam fidem adversus Romanos*] *erga Romanos* Harl. et Rec. quorum librarii existimasse videntur, hoc magis convenire, quod *τὸ adversus* potius nocendi vim haberet. Id tamen interdum alio sensu, et quidem bona cum voluntate poni, docet Manut. ad Cic. 9. ad Fam. 22. Liv. supra 3, 33, 8. *Summa adversus alios aequitas erat.* 5, 35, 4. *Adversus Romanos nullus eis jus societatis amicitiaeve erat.* ubi alia vide.

§. 3. *Quam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros*] Ab ed. Mogunt. abest illud *aequum*. Et potest etiam citra sententiae detrimentum abesse. MOD. *Τὸ aequum* abest a vet. ed. quod citra sententiae detrimentum abesse posse, existimat Modius. GEBH. Eadem vox abest a Ber. et omnibus ante Aldum edd. Reliqui codd. constanter tuentur. Alio ordine *quam aequum senatus censuisset* praefert Gaertn. qui paullo ante non agnoscit *τὸ dixit*. Haverk. etiam *Romam ut mitterent* legit.

§. 5. *Ipse, Q. Pleminio legato praesidioque, quod arcem ceperat*] Pleminii praenomen exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. Deinde *quo arcem* Lov. 2. Paullo ante §. praec. *male demeriti essent* Flor. *male de rep. meriti essent* Lov. 2. Solent literae *P. R.* et *R. P.* sive *populus Romanus* et *res publica*, in Mstis commutari. V. ad 38, 58, 6.

§. 6. *Ita superbe crudeliterque habiti*] Pal. 2. *Ita superbe et crudeliter habiti Locrenses primo a Carthaginiensibus et post defectionem a Romanis fuerant.*

Digitized by Google

pars sub eo, quam ipse ab Rhegio abduxerat, pars
2 sub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo Pleminii miles fugiens, sequentibus quorum erat, obvius forte Sergio et Matieno tribunis
3 militum fuit. cui quum jussu tribunorum ademtum poculum esset, jurgium inde et clamor, pugna postremo orta inter Pleminii milites, tribunorumque; ut suis quisque opportunus advenerat, multitudine
4 simul ac tumultu crescente. Victi Pleminii milites quum ad Pleminium, cruorem ac vulnera ostentantes,

videri posset eleganter dictum esse ad exemplum illorum, de quibus infra ago ad 36,40,3. et probat etiam Crevier. ex Thuanaeo. At reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *abduxerat*, nisi quod in ejus D. omnia haec verba cum tribus praecedentibus *pars sub eo* perperam omittantur ob vocis *pars* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

§. 3. *Cui quum jussu tribunorum ademtum poculum esset*] Caussam irarum inter Pleminium et tribunos, a Diod. Siculo in Excerpt. Peiresc. p. 285. memoratam, praeterit Livius. DUK.

Primo jurgium, deinde clamor quoque] Hic aliquis se exercuit praeter caussam, quum Livius indubie scripserit, quemadmodum est in codice vetere, et nos in contextu restituimus: *jurgium inde et clamor, pugna postremo orta.* RHEN. Unus Ber. retinet priorum edd. scripturam. Reliqui adsentiuntur codici Rhenani, nisi quod *jurgium inde clamorque* sit in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav.

§. 4. *Cruorem et vulnera ostentantes*] Gall. *cruorem ac vulnera.* J. FR. GRON. Ita et Flor. plurimique alii meorum, cum Hearnii Oxonn. Mox *in eum jactata in jurgiis* Lov. 2. 3. et Voss. *in eum ipsum jactata jurgiis* Hav.

Domo se proripuit] Omnes *sese.* J. FR. GRON. Ita non tantum etiam mei, uno dissentiente Lov. 4. verum etiam omnes edd. usque ad Gruteri ultimam, quae *se proripuit* dedit.

§. 5. *Militumque inplorabant auxilium*] Emendavimus *militumque fidem implorabant.* RHEN. Ed. Mog. *militumque auxilium implorabant.* MOD. Ut Rhenanus emendavit, ita solus exhibet Pal. 3. Reliqui omnes *militumque implorabant auxilium.* GEBH. *militumque fidem implorabant* ab Rhenano est, eique consentit Pal. unus. Turba codicum, ut ante vulgati, *militumque implorabant auxilium.* At praestantissimus Put. utramvis vocem pro spuria habet, tantumque exhibet, *militumque implorabant, tempus.* Scribo: *Dum spoliandiis iis (repugnabant enim militemque implorabant) tempus teritur, repente milites feroces.* nam et *to frequentes*,

Digitized by Google

tes, non sine vociferatione atque indignatione concurrissent, probra in eum ipsum jactata in jurgiis referentes; accensus ira domo sese proripuit, vocatosque tribunos nudari, ac virgas expediri jubet. Dum spoliandis iis (repugnabant enim, militemque 5
inplorabant) tempus teritur, repente milites, feroces recenti victoria, ex omnibus locis, velut adversus hostes ad arma conclamatum esset, concurrerunt. et, quum violata jam virgis corpora tribuno- 6
rum vidissent, tum vero in multo inpotentiorem subito rabiem accensi, sine respectu, non majestatis

vulgo hic interpositum, scripti ignorant. Cicero 5. in Verrem: *Qui eum non solum cognoscerent, sed etiam lacrimantes ac te implorantes defenderent.* Propertius [2, 21, 22.]

Hanc miser implorat navita Leucothoën.

J. FR. GRON. *militumque fidem implorabant* Lov. 3. Harl. Rec. Hearnii D. et Reg. apud Crevier. *militumque implorabant auxilium* Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *militumque implorabant auxilia* Ber. Gronovium ex vestigiis Put. *militemque implorabant* conjicientem, hic fortasse nimium fidenter versatum esse, existimat Cl. Crevierius, siquidem Put. duobus his libris 29. et 30. frequentissimis defectibus hiet. Verum Puteaneo consentit et Flor. in quo tamen *auxilium* ad marginem adscriptum visitur. Quin et, si excerptis Voss. fidem habere audeam, is totidem verbis *militemque implorabant* exhibuit; ex cujus interpretatione reliquae lectiones natae sunt. *Implorare* enim *est auxilium cum miseratione deposcere*, teste Servio ad Virg. 10. Aen. 19. Ita loquitur Ovid. 12. Her. 195.

Non ego te inploro contra taurosque virosque.

13. Met. 65. *Quum inploraret Ulyxen.* Justin. 4, 3. *Pulsis civitate, contra quos inplorati erant. ad auxilium inplorare aliquem* dixit idem Justin. 22, 2.

Repente frequentes milites feroces] Vocabulum *frequentes* non est in archetypo Spirensi. Nec solet ita duo adjectiva cum uno substantivo connectere Livius. RHEN. Gessi morem Pall. trium consensui, τὸ *frequentes* exturbantium, quod et Rhenanus e Spirensi monere occupavit. GEBHARD. *frequenter milites feroces* Gaertn. priori voce omissa. *repente milites frequentes feroces* Ber. Reliqui mei cum Hearnii Mstis τὸ *frequentes* non agnoscunt.

Quum ad arma conclamatum esset] Sustulimus adverbium *quum*. Legendum enim est, suffragante exemplari scripto: *velut adversus hostes ad arma conclamatum esset, concurre-*

Digitized by Google

modo, sed etiam humanitatis, in legatum inpetum, lictoribus prius indignum in modum mulcatis, faci-
7 unt. tum ipsum, ab suis interceptum et seclusum, hostiliter lacerant, et prope exsanguem, naso auri-
8 busque mutilatis, relinquunt. His Messanam nunciatis, Scipio, post paucos dies Locros hexeri advectus, quum caussam Pleminii et tribunorum audisset, Pleminio noxa liberato, relictoque in ejusdem loci praesidio, tribunis sontibus judicatis, et in vincula conjectis, ut Romam ad senatum mitterentur, Mes-
9 sanam atque inde Syracusas rediit. Pleminius inpotens irae, neglectam ab Scipione et nimis leviter la-

runt RHEN. Solo Ber. excepto, omnes etiam mei *τὸ quum* ejiciunt. *concurrunt* legunt Lov. 2. 4. et Hav.

§. 6. *In multo inpotentiorem subito rabiem accensi*] Exhibet Pal. 3. *tum vero in multo potentiorem solito rabiem accensi.* GEBH. *multo inpotentiorem subito rabiem accensi* Lov. 2. 3. 4. 5. *multo inpotentiore rabie accensi* Hearnii L. 1. Ita supra 25, 37, 11. *Velut accensi rabie discurrunt ad portas. accensus ira* similiter supra dixit hoc cap. et saepe alibi. Servo tamen vulgatum, quod in reliquis supereſt. Infra 44, 36, 4. *Animos militum hortando in pugnam accendebat.* Silius, perpetuus Livii imitator, 4, 169. *in proelia mentes Accendis.* et 5, 258.

— — *accensis in mutua funera dextris.*

Lictoribus prius indignum in modum mulcatis] Olim *multatis*, vel *mulctatis* hic edebatur; quae etiam lectiones in plerisque Mſtis supersunt. Sed recte *mulcatis* reposuerunt Lipsius ad Taciti 1. Ann. 32. et Gebhard. ad Livii 8, 24, 15. ubi vide. Id etiam in optimo cod. Put. supereſſe, Gronov. supra monuit ad 28, 30, 12. ubi etiam quaedam dixi. Proxime accedunt Flor. Voſſ. et Lov. 1. *mulgatis* praeferentes; in quorum etiam primo *mulcatis* emendatur. Peſſime *vulneratis* ejus loco exhibet Hafn. quod ex interpretis gloſſa natum puto. *primum*, pro *prius*, eſt in Ber. et edd. antt. *primum et prius* in Gaertn. vox *prius* deeſt in Hav. Mox §. seq. *tunc ipsum* Flor. Lov. 3. 4. Harl. et Hav.

§. 8. *Scipio, post paucos dies Locros advectus*] Vetus lectio *Scipio, post paucos dies Locros hexeri advectus.* RHEN. Hexeri Syracusana fortaſſis: nam hoc genus navium magis in usu erat Graecis, quam Romanis. V. Scheffer. 2. de Milit. Nav. 2. et Perizon. ad Ael. 6. Var. Hiſt. 12. DUK. Vox *hexeri* deeſt etiam in Lov. 5. Gaertn. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. ac N. Ejus loco *cum exercitu* eſt in Hav. *exorte* in Lov. 3.

Digitized by Google

tam suam injuriam ratus, nec quemquam aestimare 10
alium eam litem posse, nisi qui atrocitatem ejus patiendo sensisset, tribunos adtrahi ad se jussit; laceratosque omnibus, quae pati corpus ullum potest, suppliciis interfecit: nec satiatus vivorum poena, insepultos projecit. Simili crudelitate et in Locrensium principes est usus, quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit. et, quae 11 12
antea per libidinem et avaritiam foeda exempla in socios ediderat, tunc ab ira multiplicia edere: infamiae atque invidiae non sibi modo, sed etiam imperatori, esse.

exerce in Lov. 1. Voss. et Flor. *hexerce* in Lov. 2. *exere* in Lov. 4. *exeri* in Hearnii D. Eadem voce utitur Livius 37, 23, 5. *Tres hepteres et quatuor hexeres habebat.* et Val. Max 1, 8. ext. 11. *In hexere Tyriorum sentinam haurientem.*

Ut Romam ad senatum mitterentur] Atqui ipse pro imperio in sontes animadvertere poterat. Credo, ei non tam militare delictum, quam crimen adversus rempublicam ab iis admissum visum fuisse. DUK.

Atque inde Syracusas redit] Ita primus edidit Froben. anno 1535. Priores *rediit*, quod vindicant Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. V. ad 36, 35, 2.

§. 9. *Nimis leviter latam suam injuriam*] *nimis leviter punitam* Brancal. Latinii: quod ex alterius expositione natum videtur. *nimis leniter latam* Lov. 4. et Harl. Solent hae voces in Mstis commutari. V. ad 36, 31, 8. Utrumque autem, *leviter* et *leniter ferre*, optime dici, docuit Cel. Burm. ad Suet. Vesp. 13. Mox *compatiendo* Hav. Deinde §. seq. vox *suppliciis* deest in Flor. Lov. 1. 2. 5. et Hav.

§. 11. *Ad Scipionem profectos audivit*] Omnes Gall. et Voss. *ad P. Scipionem.* J. FR. GRON. Praenomen Scipioni addunt non tantum multi meorum, et Hearnii L. 1. ac N. sed etiam priscae edd. Primus id omisit Froben. anno 1535.

§. 12. *Et qui antea per libidinem atque avaritiam*] Scripsimus: *et quae antea per libidinem atque av.* RHEN. Mog. ed. *et qui antea per libidinem.* MOD. Continet Pal. 2. *et qui antea per libidinem atque avaritiam foeda exempla in socios ediderat, tunc ab illa multiplici caede infamiae* etc. oppido depravate. GEBH. *et qui antea* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Brancal. Latinii. Sed reliqui faciunt cum Rhenano. Tum *per lubidinem atque avaritiam* Flor. V. ad cap. praec. §. 6. *per libidinem atque*

Digitized by Google

1 X. Jam comitiorum adpetebat tempus, quum P. Licinii consulis literae Romam adlatae, *se exercitumque suum gravi morbo adfectari: nec sisti potuisse, ni eadem vis mali, aut gravior etiam, in ho-*
2 *stes ingruisset. Itaque, quoniam ipse venire ad comitia non posset, si ita Patribus videretur, se Q.*

per avaritiam Harl. De hac praepositionum repetitione dictum ad 6, 28, 6. Alii tamen omnes praepositionem posteriori loco omittunt.

Tunc ab ira multiplicia edere: infamiae etc. *esse*] *tunc ab ira multiplici edere* Flor. et Lov. 3. ac 4. *tunc ab illa multiplici edere* Voss. et Lov. 1. *tunc ab illa multiplicia edere* Lov. 5. *tum ab illa multiplicia addidere* Brancal. Latinii. *nunc illa multipliciter addidere* Hav. *alia majora et foediora edidit* Lovel. 2. Sed, vulgatum genuinum esse, quisque sponte videt. Deinde *quae infamiae invidiaeque* etc. *essent* idem Lov. 2. *quae infamiae atque invidiae* etc. *essent* Ber. a m. 2. Hav. et Brancal. Latinii.

§. 1. *Quum a P. Licinio literae Romam adlatae sunt*] Lege *a P. Licinio consule* ex vet. lib. SIG. Pal. pr. *cum P. Licinio cos. literae Romam ablatae sunt.* sec. vero *cum P. Licinii consulis literae Romam allatae sunt.* GEBH. Praepositio *a* una cum verbo substantivo nunquam fuerant in Put. Men. Particulam quoque duo Pall. nesciunt, ex quibus alter *Licinii consulis.* Scribe: *quum P. Licinii consulis literae Romam allatae: se exercitumque suum.* J. FR. GRONOV. Eadem praepositio cum verbo *sunt* non adparent etiam in Voss. nisi quod inter versus, verbum adscribatur. Praepositio etiam deest in nonnullis codd. verbum *sunt* in Flor. et Harl. *quum P. Licinii consulis literae Romam allatae sunt, se exercitumque* legit Hav. *quum P. Licinii consulis literae Romam allatae, se exercitumque*, ut Gronov. emendavit, Hearnii L. 1. et N.

Gravi morbo adflictari: nec sisti potuisse, nisi eadem vis mali] Legendum est *nec subsisti potuisse.* RHEN. Mog. ed. *nec sisti potuisse.* MOD. Pal. 1. *gravi morbo affectari.* Amplius idem cod. cum sec. *nec sisti potuisse*; ut et oggerit vet. ed. GEBH. Put. Reg. Men. optimus Pal. tres Flor. *gravi morbo adfectari, nec sisti potuisse, ni eadem vis.* Posteriorem mutationem servant omnes alii codices tantum non pessimi: jamque confirmavimus contra Rhenanum. At si displicet *adfectari*, possis subjicere *adtentari.* Appulejus in disertissima apologia (p. 312. ed. Elm.) *An, quod verius est, ex crapula helluo attentatur?* Cic. 10. ad Att. 17. *Valetudinem tuam jam confirmatam esse, et a vetere morbo, et a novis tentationibus, gaudeo.* 16, 7. *Piliam πειράζεσθαι παραλύσει te scripsisse ajebat.* J. FR. GRON. *adfectari morbo* rarum esse, ex eo intelligi potest, quod ὁ πάνυ auctoritatem illius non habuit. Si a Mssis discedendum est, propius ab eorum scriptura abest *adflictari*, quam *adtentari.* Cic. 1. Catil. 13.

Digitized by Google

Caecilium Metellum dictatorem comitiorum caussa dicturum: exercitum Q. Caecilii dimitti, e republica esse. Nam neque usum ejus ullum in praesentia esse, quum Hannibal jam in hiberna suos receperit; et tanta incesserit in ea castra vis morbi, ut, nisi mature dimittantur, nemo omnium superfuturus vi- 3

Deinde multo gravius vehementiusque adflictantur febri. DUK. *adflictari* servant Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. reliqui *adfectari:* quod inlustrare conatur Cl. Crevier. loco Plauti in Bacch. 3, 1, 10. ubi se invenisse existimavit *damnis patrem adfectare.* Sed locus integer talis est: *ut celem patrem, Pistoclere, tua flagitia, aut despoliabula, Quibus patrem, et me teque amicosque omnes affectas tuos Ad probrum, damnum, flagitium appellere una et perdere?* Adparet inde, cohaerere *adfectas adpellere et perdere*, et locum nihil huc facere. An igitur lectio inde inlustrari commodius poterit, quod *adfici morbo* in usu fuerit? ut apud Lucret. 1, 133.

Et quae res nobis vigilantibus obvia mentes
Terrificet morbo adfectis somnoque sepultis.

Doujatius etiam *morbo adfectum* hic ex uno cod. probat. Si neque hoc subficiat, cum Cl. Dukero *morbo adflictari* malo. Ita enim Suet. Tito 2. *Gravique morbo adflictatus diu.* Potuerunt autem *adflictari* et *adfectari* eodem modo commutari, quo *adflictus* et *adfectus.* De eo v. Cel. Burm. ad Suet. Ner. 16. Deinde *subsisti* tantum Rec. et Harl. *resisti* Lov. 2. *sisti* reliqui omnes: quod recte Gronov. adversus Rhenan. vindicavit et hic, et supra 4, 12, 6. ubi plura vide. Praeterea *ni*, pro *nisi*, Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. aliique. V. ad 23, 1, 8.

§. 2. *Exercitumque Q. Caecilii dimitti*] Legendum est *exercitum Q. Caecilii*, *que* particula disjuncta. RHEN. Voss. *exercitum Sicilia ñ.* Videtur *exercitum Caecilianum.* J. FR. GRON. Lectio a Rhenano damnata superest in Ber. et Gaertn. *exercitum Caecilii dimitti* in Harl. *exercitumque Sicilia non dimitti* Voss. et Hearnii N. *exercitumque non Sicilia dimitti* Lov. 4. *exercitumque in Siciliam non dimitti* Lov. 5. *exercitumque Caecilianum dimitti*, ut Gronov. conjecit, Hav. Paullo ante *quantum ipse venire*, pro *quoniam*, Hearnii N. Deinde *non potuisset* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum.

§. 3. *In hiberna suos receperit; et tantam incessisse in ea castra vim morbi, ut, nisi mature dimittantur*] Ed. Mog. *cum Annibal in hyberna se suosque receperit, et tanta incesserit vis morbi in ea castra, ut, nisi mature dimittantur, nemo* etc. MOD. Omnes Gall. Pall. Voss. *et tanta incesserit in ea castra vis morbi, ut, nisi.* Neque secus Andreae atque Aldina editiones. Vulgatum, *tantam incessisse vim*, ab illis ortum, qui putabant, altero membro periodum carere, in quo certe sunt falsi. J. FR. GRONOV. *in hiberna se suosque* omnes ante Aldum edd. consentien-

Digitized by Google

4 *deatur.* ea consuli a Patribus facienda, ut e republica fideque sua duceret, permissa. Civitatem eo tempore repens religio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de coelo
5 lapidatum inspectis. *Quandoque hostis alienigena terrae Italiae bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idaea a Pessinunte Romam*
6 *advecta foret.* Id carmen ab decemviris inventum eo

te uno tantum meorum Ber. quare alterum malo. Deinde *et tanta incesserit in ea castra vis morbi* omnes mei, et Oxonn. Hearnii cum edd. ante Froben. qui primus alteram lectionem anno 1535. admisit. Praeterea *dimittatur* quaedam ex vett. edd. quod ortum ab illis, qui *castra dimittere* non recte dici, et *dimittantur* cum singulari *exercitum* jungi non posse existimarunt. Sed male. Nam *dimittere castra*, ut *dimittere praetorium*. V. ad 21, 54, 3. Tum *exercitus* conlective cum verbo plurali construi, vidimus ad 3, 28, 2. Et ita 7, 19, 6. *Exercitum suis finibus inminere, inde pobulabundos in agrum Romanum venturos esse.* Ubi et alii ita errarunt. V. ad 25, 5, 11.

§. 4. *Civitatem eo tempore recens religio invaserat*] Placet, quod habent nonnulli scripti ac Andreas Aldinaque, *Civitatem eo tempore repens religio invaserat.* Put. tamen *recens*, alii *ingens*, quale mendum et alii sustulimus. J. FR. GRON. *gens religio* Flor. a m. 1. *ingens* a m. 2. quod praeferunt etiam Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Hafn. Hav. et Hearnii N. reliqui *repens religio.* neque aliter omnes typis descripti usque ad Feyerabend. qui anno 1578. *recens* substituerunt. Sed v. ad 8, 29, 1. Mox *crebros eo anno de coelo lapidatus* Ber. et Hav.

§. 5. *Quandocumque hostis alienigena*] Haec et quae mox sequuntur de Scipione, viro optimo Romae judicato, et Idaeam matrem excipiente, ad verbum fere imitatur Silius [17, 1.] MOD. Omnes Gall. Pall. Voss. cum Andrea: *Quandoque hostis alienigena.* J. FR. GRON. *Quandocumque* Hearnii L. 1. *Quando* Lov. 1. et Hav. *Quandoque* alii mei, Hearnii N. et D. omnesque edd. ante Ascensianam anni 1513. V. ad 1, 31, 4.

Si matris Idaeae Pessinunte numen Romam advectum foret] Quia non statim apparebat, quid scripsisset Livius ob depravatam scripturam, ista verba quidam in contextum inscripsit. At nos ex vestigiis veteris sententiae germanam Livii lectionem exsculpsimus, nempe hanc: *si mater Idaea a Pesinunte Romam advecta esset.* RHEN. Πεσσινοῦς apud Strabonem l. 12. [p. 543.] legitur. Plinius vero l. 5. cap. ult. et Ptolemaeus [5, 4.] Tolistobogiis attribuunt. Hoc nomen ferme in codicibus corruptum legitur, *m.* pro *n*, *Pessimus.* quamquam prima in Graecis duplex habet σσ, quam ego simplici sigma scribendam censeo. GLAR. Auctori hujus lectionis Rhenano refragantur Pall. 1. 3. cum antiqua ed. *si matris Pessinunte numen Romam advectum foret.* In-

Digitized by Google

magis Patres movit, quod et legati, qui donum Delphos portaverant, referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse, et responsum oraculo editum, majorem multo victoriam, quam cujus ex spoliis dona portarent, adesse populo Romano. In 7 ejusdem spei summam conferebant P. Scipionis velut praesagientem animum de fine belli, quod depoposcisset provinciam Africam. Itaque quo maturius 8

serit tamen prisca ed. *si matris Idaeae.* Dein tert. *si matrem Deûm a Pessinunte Romam advectassent.* Confirmatur haec lectio ex inferioribus c. 11, 6. *Cum Romam Deam devexissent.* GEBH. Optimi *si mater Idaea a Pessinunte Romam avecta foret.* J. FR. GRONOV. Lectio, quae ante Rhenanum vulgo circumferebatur, exstat in Gaertn. Neque inde discedit Hearnii L. 1. nisi quod alio ordine *si Ydee matris a Pessimonte* praeferat. *si matris Pessinunte numen Romam advectum foret* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hafn. Hav. et Hearnii N. *si matris Deae Pessimunte numen Romam advectum foret* Ber. *si mater Idaea a Pessinunte Romam adventasset* Harl. Reliqui fere comprobant Rhenani lectionem, quam in contextum receptarus Froben. anno 1535. praepositionem *a* omisit, quae excidit etiam in Flor. intercepta a litera finali vocis praecedentis. V. ad 5, 52, 10. Eam demum ex optimis restituit nunc Gronov. quem etiam v. ad 34, 3, 8. Similiter auctor Epit. Liv. hoc lib. *Idaea mater deportata est Romam a Pessinunte.* Livium nominibus urbium praepositiones addere solitum fuisse, vidimus ad 8, 1, 3. De orthographia vocis *Pessinus* v. ad cap. seq. §. 7.

§. 6. *Et sacrificantibus ipsis Pythio Apollini omnia laeta exta fuisse*] Exsulat τὸ *omnia* a Pall. 1. 2. τὸ *exta* a pr. eodem. GEBH. Put. omnesque Gall. optimus Pal. tres meliores Florent. cum Barberino et Voss. *et sacrificantibus ipsis Pythio Apollini laeta fuisse*, duabus vocibus omissis. Nempe scripserat Livius *et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse.* J. FR. GRON. Vulgatum servant Lov. 3. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *sacrificantibus ut ipsis Phitio Apollini omnia esta laeta fuisse* Hearnii L. 1. *et sacrificantibus ipsis Pythio Apollini laeta fuisse* Lov. 1. 2. 5. Hav. aliique, cum Exc. Pithoei, et Hearnii N. Gronovius autem, quemadmodum hic emendat, etiam antea emendandum monuerat 4. Obs. 15. p. 243.

§. 7. *Quod depoposcisset provinciam Africam*] Ed. Mog. *qui depoposcisset p. A.* MOD. *qui depoposcisset* non tantum omnes ante Aldum edd. sed etiam Ber. et Gaertn. codd. *quod poposcisset* Lov. 5. Hav. et Hearnii D.

§. 8. *Itaque, quo maturius fatis omnibus oraculisque portendentis sese victoriae compotes fierent, id cogitare, quae ratio transportandae Romam Deae esset. Nullas tum in Asia civitates socias*] Hic rursum locus abunde doceat, quantum erudi-

Digitized by Google

fatis, ominibus, oraculisque portendentis sese victoriae compotes fierent, id cogitare, quae ratio transportandae Romam Deae esset.

1 XI. Nullasdum in Asia civitates socias habebat

ti viri, prout tunc erat seculum, Franciscus Petrarcha, Victorinus Foltrensis et alii, quum in Livii scriptis versarentur, quoties nodosior locus aliquis occurrisset, sibi licere putabant, ut sensum modo restituerent, non ut curarent de verbis. Sane doctus fuit, quod negari non potest, qui hunc locum instauravit. Arbitror Laurentium Vallam fuisse, quem Thaddaeus Ugoletus emendando Livio operam impendisse scribit. Sed ut melior, sic et laboriosior est castigatio, qua non solum sensus, sed et ipsa auctoris verba restituuntur. Effecimus hic aliquid diligenter considerando locum, et vestigia veteris scripturae expendendo. Ea sic habet: *Itaque quo maturius factis omnibus oraculisque portende Romam de e esset nullas dum in Asia socias civitates habebat populum Romanum.* Tu, pro *factis omnibus*, scribe *faustis ominibus*, et, pro *portende Romam de e esset*, *portanda Romam Dea esset*, habebisque germanum Livii sensum, germanis redditum verbis: *Itaque maturius faustis ominibus oraculisque portanda Romam Dea esset*, *nullas dum in Asia socias civitates habebat populus Romanus.* Dixit autem Livius *nullas dum* pro nullas ad eum diem. Porro nunc vides, quantum peccarint, qui non modo tantam verborum congeriem de suo adjecerunt; sed et pro *quo*, *quoniam*, et pro *factis*, quod *faustis* esse debebat, ausi sunt scribere *fatis*. Et postremo *nullas dum* mutare in *nullas tum*, ut esset alterius sententiae principium. RHEN. Rhenanus, qui, vetere explosa lectione, hanc novam intulit, non mihi satisfecit, consiliique sui causam probavit: neque enim uni libro magis est habenda fides, quam plurimis, iisque inter se egregie consentientibus, in quibus ita est: *Itaque quo maturius fatis omnibus oraculisque portendentis se victoriae compotes fierent*, *cogitare*, *quae ratio transportandae Romam Deae esset. Nullas dum in Asia.* SIG. Merito hic invehitur in Beatum Sigonius, quod nimium suo unico Spirensi exemplari tribuerit, contra consensum omnium aliorum codicum. Quid enim necesse erat haec sic interpolare, cum haud dubie vera et germana hujus loci lectio sit, *fatis oraculisque portendentis se victoriae?* Ed. sane Mogunt. recte, me judice, eam lectionem servat; in qua eadem etiam mox auctius legitur: *id cogitare atque agitare*, *quae ratio transportandae Romam Deae esset.* GEBH. Mirifice tumultuatur Rhenanus, neque ullum tamen nostris e codd. antiquis habet molitioni suae secundum. Omnes omnino, ut redire jussit in Livium Sigonius, laudante Modio: qui tamen non viderunt *ominibus*, pro *omnibus*, esse scribendum. V. Observ. 4, 15. p. 244. J. FR. GRON. *omnia* et *omina* innumeris locis permutari, multi apud Cl. Drakenb. ad Silii 9, 4. ostenderunt: quibus adde Scalig. ad Culic. vers. 165. Passerat. c. 1. Conjectur. et Interpretes Suet. ad Aug. 97. 98. In

Digitized by Google

populus Romanus. tamen memores, Aescùlapium quoque ex Graecia quondam, hauddum ullo foedere sociata, valetudinis populi caussa arcessitum, et jam 2 cum Attalo rege, propter commune adversus Philip-

Cic. 1. Cat. 13. Manutius et Sylvius perperam legebant *hisce omnibus Catilina* etc. *proficiscere*, pro *ominibus*. V. ibi Lambin. Contra Scoppa 2. Collect. 7. in Ter. Andr. 1, 1, 69. pro *uno ore omnes omnia bona dicere*, male legit *omnes omina bona*. DUK. Nullus meorum, et Hearnii codd. lectionem a Rhenano in Spirensi inventam probat; contra alteram lectionem veriorem esse clamant, ab ea in paucis tantum apicibus dissentientes: quae omnia scrupulose exsequi nihil adtinet. *fatis, ominibus, oraculisque* recte Gronov. emendavit, etiam invitis omnibus scriptis, et *fatis* accepit de carmine librorum Sibyllinorum, *ominibus* de ipsius Scipionis animo finem belli praesagiente, *oraculis* de responso Delphico et sacris litatis. Solent autem *omina* et *omnia* a librariis confundi. V. ad Livii Epit. 117. Deinde *id cogitare atque agitare, quae ratio* legunt Lov. 4. Harl. Ber. Rec. Hearnii D. et typis excusi ante Aldum. Quam lectionem quum Gebhardus in Pal. 3. et ant. ed. invenisset, non is modo, sed etiam Gronov. in pr. ed. not. ad Livii 25, 36, 5. legendum censuerunt *id agitare, quae ratio. cogitare* enim expositionem esse *τοῦ agitare*. Si gravioris auctoritatis codd. eam lectionem tuerentur, non displiceret. Livium enim *agitare* eo sensu usurpasse, vidimus ad d. loc. Nunc tamen *id cogitare, quae ratio*, pro quo stant optimi, praefero; quod et Gronovius postea verius putasse videtur, quia in iterata ed. conjecturam omisit.

§. 1. *Nullasdum in Asia civitates socias habebat populus Romanus*] *Nullasdum*, pro *Nullas tum*, Rhenanus ad verba ultima cap. praec. emendavit, adstipulantibus multis scriptis meis, et Hearnii. Supra 7, 33, 13. *Fuga ab nulladum parte erat*. 9, 12, 3. *Nullodum certamine inclinatis viribus*. Ascon. in Argum. orat. Cic. pro Mil. *Mense Januario nullidum neque consules neque praetores essent*. Ita *hauddum* mox. V. ad 2, 52, 4. *omnesdum*; v. ad 3, 60, 10. *nihildum*; v. ad 24, 20, 15. *vixdum*; v. ad 32, 28, 4. *necdum*; v. ad 39, 16, 3. *isdum* Plin. 25, 2. ubi v. Harduin. Deinde *socias civitates habebat populum Romanum* Harl. *civitates socias habebat Romanus populus* Lov. 1. 2. 3. *civitates socias habebant R. P.* Hearnii N. *civitates populus Romanus socias habebat* Ber. Voces *populus Romanus* desunt in Flor.

Aesculapium quoque ex Graecia quondam, hauddum ullo foedere sociata] l. 10, [47, 7.] et epitoma 11. SIG. Pal. 2. *haud dum ullis fide sociatis*. Statim Pall. tres *tunc jam cum Attalo*. GEBH. *vixdum ullo foedere sociata* Lov. 2. *hauddum ullo foedere socia* Hav. Mox §. seq. *tunc jam cum Attalo* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *tum jam cum Attalo* Lovel. 5. Praeterea *quae posset* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Hav. et edd. quaedam antt. *qua possit* Ber. a m. 1. et Gaertner.

Digitized by Google

pum bellum, coeptam amicitiam esse, facturum eum, quae possit, populi Romani caussa, legatos ad eum
3 decernunt, M. Valerium Laevinum, qui bis consul fuerat, ac res in Graecia gesserat, M. Caecilium Metellum praetorium, Ser. Sulpicium Galbam aedilitium, duos quaestorios, Cn. Tremellium Flaccum, et
4 M. Valerium Faltonem. His quinque naves quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani adirent

§. 3. *M. Valerium Laevinum, qui bis consul fuerat*] Observat Cl. Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. p. 356. eadem verba repeti infra 30, 23, 5. et tamen Livium in historia non nisi unius consulatus Laevini mentionem fecisse. Pighium quidem credere in Annal. Rom. ad ann. IDXXXIII. p. 135. in quo sequitur Sigonium, M. Valerium Laevinum antea consulatum suffectum gessisse cum M. Aemilio Lepido, quo anno L. Veturius Philo et C. Lutatius Catulus vitio creati abdicarunt; verum id ipsi Livio adversari, qui Laevini consulatum memorans 26, 22, 13. eum non modo non *consulem iterum* vocavit, ut fecisset, si jam antea consulatum obtinuisset, verum etiam adpellat *novum*, id est, qui antea consul non fuerat, et opponit Q. Fabio et M. Marcello *plenius honorum*. Hinc patere existimat, alios Livio annales ad manus fuisse hic et l. 30. alios tum, quum de consulatu ejus ageret l. 26.

M. Caecilium Metellum praetorium, Sulpitium Galbam aedilitium, duos quaestorios] Lege ex vet. lib. *Ser. Sulpicium Galbam aedilitium*. SIG. *Caecilium Galbam aedilitium, duos quaestores* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. *Caecilium Galbam aedilitium Galbam duos quaestores* Flor. et Hav. *Caecilium M. Medilitium duos quaestores* Lovel. 4. *Caecilium Galbam duos quaestores* Hearnii N. *C. Galbam duos quaestores* ejusdem L. 1. reliquis omnibus omissis. *duos quaestores* etiam Ber. Gaertn. et edd. vett.

C. Tremellium Flaccum, et M. Valerium Falconem] *Faltonem* ex lapidibus Capitolinis. SIGON. Pal. 3. *Falcionem*. GEBH. *C. Flaccum*, media voce omissa, Hearnii L. 1. *Cn. Tremellium, Tremelium*, vel *Tremulium Flaccum* Flor. Lov. quinque, Hav. et Hearnii N. Infra quidem 30, 26, 11. *C. Tremellius* vocatur, sed cap. seq. *Cn. Tremellius*, ac priori loco, aeque atque hic, optimi codd. ei praenomen *Cnaei* tribuunt. Deinde *Flaconem*, trajectis literis, Lovel. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *Falcionem* Harl. Sed, *Faltonem* legendum esse, Sigonius etiam infra monet ad 30, 26, 6.

§. 5. *Delphos quum exscendissent*] Pal. 1. 2. et vet. ed. *descendissent*. Nimirum verum est, quod visitur in Pal. 3. *escendissent*. Nam ἀρχαϊκῶς *escendere* est *ascendere*; et Delphi in monte siti. Sic infra c. 37, 12. *Exitu censurae quum in leges jurasset C. Claudius Nero, et in*

Digitized by Google

eas terras, ad quas concilianda majestas nomini Romano esset, decernunt. Legati Asiam petentes protinus Delphos quum escendissent, oraculum adierunt, consulentes, ad quod negotium domo missi essent, perficiendi ejus, quam sibi spem populoque Romano portenderet. Responsum esse ferunt, *Per Attalum regem compotes ejus fore, quod peterent. quum Romam Deam devexissent, tum curarent, ut*

aerarium ascendisset. ubi Pal. 1. *excecisset.* sec. *et in aerarium is ejecisset.* Verum est, quod oggerit Pal. 3. *et in aerarium escendisset.* 30, 17, 3. habet Pal. 1. *Cum C. Laelio in rostra ascendit.* Sic ibid c. 18, 5. expresse Pal. 3. *Jussosque escendere in equos repente in hostem mittit.* Ibid. c. 25, 11. e Pall. duobus, *Jussus unus e nautis escendere in malum.* Legendum forte 34, 28, 2. *Quum audisset, escensum difficilis et artae viae esse.* Nam quidam libri *descensum.* GEBH. Men. duo Pall. editt. Andreae, atque Aldina *descendissent.* Clare autem Putean. et Pal. unus *quum escendissent.* Situs ipse templi firmat hanc lectionem. 42, [15, 4.] *Satis constabat, Eumenem, ut sacrificaret Apollini, Delphos ascensurum.* Et mox, *Ascendentibus templum a Cirrha.* J. FR. GRON. *ascendissent* Flor. *descendissent* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et vett. edd. pro quo Froben. anno 1535. *exscendissent* substituit. Sed recte viri docti ex codd. vindicarunt *escendissent*, quod se etiam in Reg. invenisse, testis est Doujat. Neque multum abit Harl. *essendissent* praeferens. De verbo *escendere* v. supra ad 2, 28, 6.

Oraculum adierunt, consulentes, ad quod negotium domo missi essent] Haec et continuo sequentia verba implicatum habent sensum, ideoque diligenter conspicienda vetera exemplaria. GLAR. *missi domo* Lov. 1. 5. et edd. vett. *dimissi domo* Hav.

§. 6. *Ut eam, qui vir optimus Romae esset, hospitio acciperet*] Pal. 1. *exciperet.* GEBH. Omnes Gall. uno tantum excepto, *ut eam, qui vir optimus Romae esset, hospitio exciperet.* J. FR. GRON. Diod. Sic. in Exc. Peiresc. p. 381. scribit, carminibus Sybillinis praeceptum fuisse, ut agmen virorum praeiret vir optimus, mulierum foemina optima: et a senatu P. Nasicam virum optimum, Valeriam optimam foeminam judicatam fuisse. Horum pleraque nusquam alibi legi puto. DUK. *reciperet* Voss. Lovel. 1. 3. et Hearnii N. *exciperet* Flor. Lov. 2. et Hearnii L. 1. ac D. Infra hoc cap. *Qui eam rite hospitio exciperet.* 1, 22, 5. *Excepti hospitio ab Tullo blande et benigne.* ubi alia vide. 27, 46, 5. *Cum summa omnium laetitia hospitaliter excipiuntur.* Sed et *accipere*, quod in reliquis est codd. eodem sensu usurpatur. Ita verbis continuo hic sequentibus; et 42, 17, 3. *Hospitio quoque et duces Romanos omnes, et legatos accipiebat.* V. Cel. Burm. ad

Digitized by Google

eam, qui vir optimus Romae esset, hospitio excipe-
7 *ret.* Pergamum ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiam deduxit: sacrumque iis lapidem, quam matrem Deûm esse incolae dicebant, tradidit, ac deportare Romam jus-
8 sit. Praemissus ab legatis M. Valerius Falto nunciavit, Deam adportari. quaerendum virum optimum in
9 civitate esse, qui eam rite hospitio exciperet. Q. Caecilius Metellus dictator ab consule in Bruttiis comitiorum caussa dictus, exercitusque ejus dimissus:

Ovid. 12. Her. 29. Paullo ante *Romam eam devexissent*, pro *Deam*, Voss. Lov. 2. 5. et Hav. sollemni scribarum aberratione. V. ad 1, 21, 3. 2, 44, 12. 3, 10, 14. c. 55, 8. 21, 38, 9. 27, 17, 13. 44, 15, 5. et alibi.

§. 7. *Pesinuntem*] *Pessinuntem* ex vet. lib. et Graecis. SIGON. Nummos cum inscriptione *ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ*, et *ΒΟΥΛΗ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ* profert Harduin. in numm. Popul. et Urb. Licet vero Graeci hanc vocem per duplex σ scribant *Πεσσινοῦς*, Latine tamen *Pesinus* scribendum, putat Glarean. ad cap. praec. §. 5. Sed alteram orthographiam probant Dausq. in Orthogr. parte 2. in v. *Pesimunta*, et Cellar. 3. Geogr. ant. 4. p. 108. *ἀπὸ τοῦ πεσεῖν* urbem nomen accepisse, docet Holsten. ad Steph. de Urb. ea voce.

Lapidem, quem matrem Deûm] Cantabr. *quam*. Etiam in margine ejus exemplaris, cui collatio codicum Put. Reg. Men. adscripta est, notatum a patre video *quam*. Ea est haud dubia Livii manus, et simile habuimus 24, 42, 9. Adde 32, 4, 3. Sed et videndum, an non oratio praecedens ita ordinari debeat: *Pergamum in Phrygiam ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem deduxit.* JAC. GRON. De hoc et aliis lapidibus sacris v. Cuper. ad Scriptor. de Mort. Persec. c. 11. DUKER. *quem* apud me in plerisque codd. superest. Et ita in Epit. hujus lib. *Lapis erat, quem matrem Deûm incolae dicebant.* Attamen *quam* etiam Flor. V. infra ad 32, 30, 5. Ceterum caussam non habuit Cel. Gronov. mutandi ordinem verborum. Similiter enim Pessinus adscribitur Phrygiae infra 34, 3, 8. *Matrem Idaeam a Pessinunte ex Phrygia venientem accepturae sunt.* Auct. Epit. hujus lib. *Idaea mater deportata est Romam Pessinunte oppido Phrygiae.* Quin et Phrygia utraque a regno Eumenis, qui Attali successor fuit, distinguuntur, eique post victum Antiochum a Romanis donantur infra 37, 54. et 55. *esse incolae dicebant* alio ordine verborum Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *Τὸ esse* exsulat a Lovel. 5.

§. 8. *Praemissus ab legatis M. Valerius*] Legendum est *Remissus ab legatis M. Valerius.*

Digitized by Google

magiſter equitum L. Veturius Philo. Comitia per 10
dictatorem habita. Consules facti M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus absens, quum provinciam Graeciam haberet. Praetores inde crea- 11
ti, Ti. Claudius Nero, M. Marcius Ralla, L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitiis peractis, dictator sese magiſtratu abdicavit. Ludi Ro- 12
mani ter, plebeji septies inſtaurati. Curules erant aediles Cn. et L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam provinciam habebat: absens creatus, absens

Nam sequitur infra [c. 14, 5.] *M. Valerius unus ex legatis regressus.* Sic enim ibi scribendum eſt, non *praegressus*, quemadmodum vulgatae editiones habent. RHEN. *Praemissus* omnes libb. quare non recte praefert Rhenanus *Remissus.* GEBH. Conſtanter etiam omnes mei *Praemissus.* Recte itaque Sigonius eam lectionem reduxit. Mox *qui eam dixit rite hospitio exciperet* Flor. a m. 1. *qui eam Deam rite* a m. 2. Deinde *acciperet* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. V. modo ad §. 6.

§. 9. *Q. Caecilius Metellus*] *Q. Caelius Metellus* Hearnii D. *Q. Metellus Caecilius* Harl. *Q. Caecilius*, ultima voce omiſſa, Lov. 1. Mox §. seq. *Comitia habita per dictatorem* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav.

§. 11. *T. Claudius Nero*] *Ti. Claudius* ex Capitolino consulatu. SIG. Praenomen deeſt in Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. antt. *Titi* praenomen primus ei dedit Froben. anno 1531. *C. Nero* vocatur in Hearnii L. 1. Sed recte *Ti. Claudius* Sigonius. Certe, horum temporum Claudios *Titi* praenomine usos eſſe, non invenio. Mox *Rella* Flor. Voſſ. Lov. 1. 5. Gaertner. Hav. et Hearnii N. *Tella* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *Raia* Harl. *Rala* Lov. 4. et Ber. Deinde Pomponii praenomen *M.* omittitur in Flor.

Comitiis perfectis dictator] Iidem omnes [Gall.] sine exceptione, et Voſſ. *Comitiis peractis dictator sese magistratu abdicavit.* Atque hic illis se aggregat etiam Andreas. Epit. l. 47. *Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inierunt.* J. FR. GRON. *Comitiis peractis* non tantum Flor. omnesque alii, uno vel altero excepto, codd. cum Hearnii N. et L. 1. sed etiam omnes edd. vett. Primus Frob. anno 1535. *perfectis* subſtituit. Praeterea *dictator* deeſt in Harl. *magistratu* in Lov. 1. *dictator se magistratu abdicavit* legit Lovel. 5.

§. 12. *Cn. et L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam provinciam habebat*] Priori praenomen *C.* tribuunt Lov. 3. et Hearnii N. *Cn. et L. Cornelii Len-*

Digitized by Google

13 eum honorem gessit. Ti. Claudius Asellus et M. Junius Pennus plebeji aediles fuerunt. Aedem Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicavit, septimodecimo anno postquam a patre ejus primo consulatu vota in Gallia ad Clastidium fue-
14 rat. Et flamen Martialis eo anno est mortuus M. Aemilius Regillus.

1 XII. Neglectae eo biennio res in Graecia erant. itaque Philippus Aetolos, desertos ab Romanis, cui uni fidebant auxilio, quibus voluit conditionibus,

talus Hispaniam legit Hearnii L. 1. Vocem *provinciam* neglegunt Lov. 1. 2. 3. quorum sec. insuper exhibet *Hispaniam habebat absens; absens eum honorem gessit.* sed *absens creatus eum honorem gessit* Lov. 3.

§. 13. *T. Claudius Asellus*] *Ti. Claudius*, ut supra dixi. SIGON. Scripti omnes mutant cognomen aedilis plebei, faciuntque *Asilus*. Sed et in Claudiis *Tiberios* potius, quam *Titos*, invenies. J. FR. GRON. *L. Claudius* Lov. 4. Harl. et Hearnii D. *C. Aselius*, media voce omissa, Hearnii L. 1. Sed *Tiberii* praenomen ei supra jam vindicavit Sigon. ad 28, 10, 3. Praeterea *Asilus* Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. *Asillus* Lov. 2. et 3. *Asilius* Hearnii N. *Aselius* ejusdem L. 1. *Asellius* Gaertn. et edd. antt. V. ad locum Liv. laud.

M. Junius Penus] *Pennus* ex Capitol. consul. SIG. V. ad 30, 40, 5. et 42, 9, 8. Idem cognomen gentem Quinctiam etiam habuisse, et in eo similiter librarios peccasse, supra vidimus ad 4, 20, 8. Mox Marcelli praenomen *M.* ignorant Flor. Voss. Lov. quinque, Hav. et Hearnii N. ejus loco *miles* est in Harl. Praeterea *in Calli* Voss. Lov. 1. et Flor. a m. 1. *in Galli* a m. 2. *in Callis* Lov. 2. a m. 1. *in Gallis* a m. 2.

§. 14. *Et flamen Martialis eo anno est mortuus M. Aemilius Regulus*] Ad finem hujus libri [c. 38, 6.] idem *M. Aemilius Regillus* dicitur, quod placet magis, quam *Regulus*. GLAR. V. ad 24, 7, 12. et c. 8, 10. *Regulus* etiam Lov. 3. Ber. Hav. et edd. vett. Sed recte Froben. anno 1535. *Regillus* substituit.

§. 1. *Neglectae eo biennio res in Graecia erant*] Anno XII. hujus belli Sulpitius res in Graecia gessit, ut priore libro [c. 5.] scripsit Livius. Caeterum P. Sempronius successor ei missus, ut paulo post dicturus est, videtur otiosus sedisse: neque enim quicquam de eo hactenus et gestis rebus ejus, quanquam, quando missus successor, non dixit uspiam in prioribus Livius. Quod si hoc XIV. demum anno missus est, non decimo tertio, et neque consul haec gessit, recte ait, biennio res in Graecia neglectas. Sed hoc est juvare socios scilicet, ac postea irasci illis, quod derelicti sine auctoritate Romanorum adversus foedus cum rege pacem

Digitized by Google

ad petendam et paciscendam subegit pacem. quod 2
nisi omni vi perficere maturasset, bellantem eum
cum Aetolis P. Sempronius proconsul, successor
imperii missus Sulpicio, cum decem millibus pedi-
tum, et mille equitibus, et triginta quinque rostra-
tis navibus (haud parvum momentum ad opem fe-
rendam sociis) obpressisset. Vixdum pace facta, 3
nuncius regi venit, Romanos Dyrrachium venisse:
Parthinosque et propinquas alias gentes motas esse
ad spem novandi res: Dimallumque obpugnari.

fecissent. Fieri etiam potest, ut in superioribus alicubi sit defectus. GLAR. Pal. 3. *Nec laetae eo biennio.* GEBH. Scriptum primo fuerat *Neclectae*, ut etiamnum praefert Harl. et saepe alibi scribi solebat, quemadmodum vidimus ad 2, 48, 7. Id facile in *Nec laetae* commutari potuit. V. Gebhard. ad c. 16, 1.

Desertos ab Romano, cui uni fidebant, auxilio] Nos sic scripsimus *desertos ab Romanis, cui uni fidebant auxilio.* RHEN. Pall. duo, et vet. ed. continent *desertos ab Romano*, quod videtur rectius. At tert. *desertos ab Romanis, cui uno fidebant auxilio.* GEBH. *ab Romanis* non displiceret, si locupletes haberet auctores. Caeterum sic inter nostros unicus tantum Pal. Put. et caeteri omnes tum Gall. tum Pall. *ab Romano*, quod mutavit Rhenanus. J. FR. GRON. *ab Romano* Flor. Lov. 1. 2. 5. et Hearnii N. Sed Voss. cum reliquis meis *ab Romanis.*

§. 2. *Cum decem millibus peditum, et mille equitibus, triginta quinque rostratis navibus*] Vet. lib. *et triginta quinque.* SIG. Ant. ed. *et triginta quinque.* Pall. 1. 2. *et viginti quinque.* tert. negligit copulam *et.* GEBH. *cum decem millibus et triginta quinque*, mediis reliquis omissis, Flor. Voss. Lovel. 1. 4. Hav. et Hearnii L. 1. *cum decem millibus et viginti quinque* Lov. 2. *cum decem millibus militum et triginta quinque* Lov. 5. *cum decem millibus peditum et viginti quinque* Hearnii N. *viginti quinque* etiam Lov. 3. et Gaertn. Copulam, quam Sigonius restituit, servant omnes praeter Harl. codices, omnesque edd. vett. Primus delevit Froben. anno 1535.

§. 3. *Parthinosque et propinquas alias gentes*] Plinius et Appianus *Parthenos* scribunt. Ab Appiano [in Illyr. p. 757.] reddi-tur et nominis ratio. SABELL. Et hic, et infra reposuimus *Parthinos.* Sic enim Plinius appellat et Strabo [7, 326.] Ceterum *Parthinos* inter Liburniae populos recenset Plinius [3, 22.] Item scripsimus *Dimallumque oppugnari.* RHEN. *Parthinos* est in Mstis plerisque Livii, quorum tamen aliqui corrupte *Partinos* et *Parchinos* exhibent. *Parthenios* unus Hearnii L. 1. V. infra ad 33, 34, 12. Paullo ante *Dur-*

Digitized by Google

4 Eo se verterant Romani ab Aetolorum, quo missi erant, auxilio, irati, quod sine auctoritate sua ad-
5 versus foedus cum rege pacem fecissent. Ea quum audis-

rachium Lov. 2. *Dirratium* Lov. 5. *Durratium* Lov. 1. 3. *Durachium* Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Dyrachium* Gaertner. *Dyrratium* Voss. Mox *Dimalumque oppugnari* Lov. 4. *Dyamalumque oppugnare* Hearnii L. 1. *oppugnare* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et vett. edd.

§. 4. *Eo se averterant Romani ab Aetolorum, quo missi erant, auxilio*] Immane vitium objecerunt hic Livio fartores, et quidem ita tecte, ut absque veteribus libris non possit deprehendi. Haec omnia, *Romani ab Aetolorum, quo missi erant*, nullum habent vestigium sui in Put. Pet. meliore, Reg. Men. Voss. sed ibi solummodo *eos verterant auxilio irati*. Scribe *Dimallumque oppugnari. eo se verterant auxilia, irati quod sine auctoritate sua*. Vides integrum et optimum sensum, extrito illo arcessito ferrumine correctorum. *Auxilia* nihil aliud sunt, quam Romani, imperatore P. Sulpicio proconsule in auxilium Aetolis missi. Itaque *τὸ iterati* ad sensum retulit, non ad vocem. Offendit hoc bonos viros, *auxilia irati*: quasi potius sit pinguissimum centonem insui, quam unam vocem, *Romani* nimirum, qui appellantur *auxilia*, intelligi. Complura figuratae syntaxeos hujus exempla jam nobis occurrerunt. Sic apud Comicum [Andr. 3, 5, 1.] *Scelus, qui me perdidit*. Auctor de B. Afric. [78.] *Caesar alteram alam mittit, qui satagentibus celeriter occurrerent*. Tacit. 1. Hist. [31.] *Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos, atque inde rursus longa navigatione aegros impensiore cura Galba refovebat*. Noster 38, [34, 2.] *Uti quae servitia tyranni liberassent (ea ingens multitudo erat) ante diem certum abirent. qui ibi mansissent, eos prehendendi, vendendi, abducendi Achaeis jus esset*. Cicero 1. Famil. 9. *Primum illa Furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam Deam, quam tres sorores, impunitatem est illorum sententiis assecutus*. Ita recte Victorius, quisquid repugnet Manutius. Habebat autem Reg. codex diserte *auxilia*. Secus posset fieri *auxiliarii*: sed pejus foret. J. FR. GRON. Codicibus Gronovii concinunt ex meis Flor. Lov. 1. 5. Hav. et ex Hearnii codd. N. Solum etiam ex suis Mstis Victorin. vulgatum tueri, auctor est Crevier. quin et *eo verterant auxilia irati* Hearnius in L. 1. invenit. Nihilominus Cl. Crevierius vulgatam tuetur, partim quod ea lectio nihil Livio indignum sapiat, partim quod egregii alioquin codd. multis in locis manifeste mutili sunt; et quidem, ut antea monuit, praesertim in his libris 29. et 30. Ei tantum non adsentior, et addo, facillime haec verba neglegentia scribarum excidere potuisse ob similitudinem inter ultimas literas *τοῦ verterant* et vocem *erant*. V. ad 9, 11, 11. Si quis tamen Gronovii conjecturam praeferre malit, non multum adversabor. Nam, ut monuit, loco interpo-

Digitized by Google

audisset Philippus, ne qui motus major in finitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit; quo Sempronius se receperat, misso Laetorio legato cum parte copiarum et

lando ansam dedisse potuit minus usitata librariis locutio *auxilia irati*. In eo enim a Cl. Crevierio dissentio, quod genus loquendi truncum, abruptum, et parum clarum vocet; quum Livius aliique eo saepius utantur. Infra 34, 16, 9. *Bergistanorum civitatis septem castella defecerunt. eos* etc. *in potestatem redegit.* c. 28, 3. *Praegressum auxilia tyranni adorti in terrorem ac tumultum conjecerunt.* ita legunt codd. quidam. 35, 3, 6. *Paratum erat praesidium, per quos in castella ageretur.* Sic iterum plures codd. pro *per quod.* (* 37, 43, 10. *multitudinis, qui erant.*) 40, 41, 3. *Ad septem millia hominum in naves inpositos praeter oram Etrusci maris Neapolim transmisit.* ubi non audiendus Sigon. *inposita* ex pr. ed. probans. Ter. Eun. 2, 3, 1. *Ut illum Dii Deaeque senium perdant, qui me hodie moratus est.* Silius 10, 306.

— — — *jacet altum pectus et ingens*
Dextera, quem (soli si bella agitanda darentur)
Aequares forsan Fabio.

ubi pluribus hanc lectionem adversus Nic. Heinsium, ex conjectura *Dextera*, *quam* reponentem, inlustravi. Similiter D. Lucas Euang. 1. quum vers. 59. dixisset παιδίον, versu 62. addit ἀυτὸν, pro ἀυτό. et LXX interpretes Genes. 3, 15. σπέρματος, ἀυτὸς, pro ἀυτό. Plura v. ad 37, 39, 12. Ceterum *Eo se adverterant* Lov. 4. *Eos everterant* Lov. 5. *Eos verterant* Flor. Lov. 1. et Hearnii N. *Eo verterant* Hav. et Hearnii L 1.

Sine auctoritate sua adversus foedus cum rege pacem fecissent] Foederis leges supra memoravit Liv. 26, 24. His cavebatur, *Si Aetoli pacem cum Philippo facerent, foederi adscriberent, ita ratam eorum pacem, si Philippus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis essent, abstinuisset.* Id forte facere neglexerunt: certe modo Livius dixit, Philippum eos, *quibus voluit conditionibus, ad petendam et paciscendam pacem subegisse.*

§. 5. *Ne qui motus major in finitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit*] *gentibus Apolloniam contendit* Flor. *gentibus esset, Apolloniam contendit* Voss. Lov. 1. 3. 5. Hav. et Hearnii N. Verum hic etiam similitudo, quae est inter finem vocum *gentibus* et *itineribus*, effecit, ut inprudentes librarii tot voces medias omitterent; quarum loco, ut sensus constaret, quidam adsciverunt verbum *esset*. Certe eruditius videtur, *gentes populosque* hic jungi, quam ut ab indoctis scribis proficisci potuerit. De discrimine inter duo illa vocabula v. ad 5, 34, 5.

Lectorio legato] *Laetorio* Graeci et Capitolini scriptores. SIG. V. ad 2, 27, 6. Mox *et XXV navibus*, pro *XV*, Lov. 4. Ber. et Hearnii D. *et XXV rostratis navibus* Rec.

Digitized by Google

quindecim navibus in Aetoliam, et ad visendas res,
6 pacemque, si posset, turbandam. Philippus agros
Apolloniatium vastavit, et, ad urbem admotis co-
piis, potestatem pugnae Romano fecit. quem post-
quam quietum muros tantummodo tueri vidit, nec
7 satis fidens viribus, ut urbem obpugnaret, et cum
Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pa-
cem, si posset, sin minus, inducias facere, nihil
ultra irritatis novo certamine odiis, in regnum se

Et ad visendas res, pacemque] Particulam *et* resecant omnes mei; eadem etiam deest in Hearnii L. 1. et N. ac duobus Crevierii. Ex edd. prima eam adscivit Gronoviana anni 1665. Si autem Gronovius eam ex fide codd. addidit, de quo vix dubito, ejecta erit a nasutis librariis, quia putarunt, si duae voces per duplicem copulam jungerentur, non recte priori loco particulam *et*, posteriori *que* usurpari. At ita locutus est Livius 4, 2, 3. *Id et singulis universisque semper honori fuisse.* 5, 46, 10. *Ut et jussu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militesque haberent imperatorem* etc. 24, 2, 9. *Raras et stationes custodiasque senatorum esse.* 37, 24, 5. *Tum et Hannibal, quaeque circa eum erant naves, capessunt fugam.* (* Colum. 12, 1, 3. ex MS.) Hoc modo accipiendum est, quod mihi in altero Msto Trajectino, aliis viris doctis in pluribus codd. obvium fuit apud Val. Max. 3, 2, 20. *Vexillum trans Punicum vallum projecit, et se ipsum suosque commilitones, si eo hostes potiti essent, exsecratus.* neque necesse est, ut *exsecratus est* scribendum conjiciamus. Solet etiam hoc casu τῷ *et* subjungi particula *que.* V. ad 10, 30, 2.

§. 6. *Philippus agros Apolloniatum vastavit*] Iterum meliores *Apolloniatium.* J.FR.GRON. Ita, vel *Apollinatium*, omnes scripti, et edd. ant. Primi Mediol. anno 1505. hinc Ascens. anno 1513. *Apolloniatum* substituerunt. Mox *pugnandi*, pro *pugnae*, Voss. et Lov. 1. 2. 3. Ea vox deest in Gaertn.

§. 7. *Cum Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pacem, si posset, si minus, inducias facere*] *et* particulam adjecimus, *et cum Romanis quoque.* Pro *si minus*, substituimus *sin minus.* RHEN. Copula *et* exclusa, Pall. 1. 2 et ant. ed.' *ut urbem oppugnaret, cum Romanis quoque.* Mox iidem libb. *si minus.* GEBH. Copula *et* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Potuit perperam intercepta esse ab ultimis literis proximae vocis. V. ad 35, 41, 7. Deinde τὰ *si posset* desunt in Lov. 1. Tum *si minus* tuentur Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 4, 5, 6. Mox *irritatis novo certamine animis*, pro *odiis*, Lov. 4.

§. 9. *Cum P. Sempronio imperatore Romano*] Praenomen *P.* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *Romano* autem in Ber.

Digitized by Google

recepit. Per idem tempus, taedio diutini belli, 8
Epirotae, tentata prius Romanorum voluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere; satis 9
confidere, conventuram eam, adfirmantes, si ad conloquium cum P. Sempronio imperatore Romano venissset. Facile impetratum, (neque enim ne ipsius 10
quidem regis abhorrebat animus) ut in Epirum transiret. Phoenice urbs est Epiri: ibi prius conlocutus 11
rex cum Aëropo, et Darda, et Philippo Epirotarum

Gaertn. et omnibus excusis ante Aldum.

§. 10. *Neque enim ipsius quidem regis abhorrebat animus*] *ne* particulam negativam inseruimus, *neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus*. RHEN. Omnes Gall. et Voss. *ne ipsius*. 28, [27, 3.] *Quos ne quo nomine quidem appellare debeam, scio*. 31, [38, 6.] *Neque enim ne regis quidem primum consilium reprehendendum foret*. J. FR. GRON. *neque enim ipsius* Ber. *neque ipsius* Lov. 5. *etenim ne ipsius* Lov. 2. Reliqui mei, et Hearnii Oxonn. Rhenano et Gronovio concinunt. V. ad 1, 10, 3. Lectionem Rhenani Froben. anno 1535. aliique postea editores in contextum receperunt. Cujus loco Paris. anno 1573. operarum errore *neque enim nec ipsius quidem* dederunt. Quod, a sequentibus male servatum, deinceps Gronov. emendavit.

§. 11. *Penice urbs est Epiri*] Quidam emendarunt *Phoenice*, et recte. Sic enim et Strabo, et Ptolemaeus. GLAR. Polyb. 2, [9.] *πολύ γὰρ ἡ Φοινίκη διέφερε τῶν κατὰ τὴν Ἤπειρον πόλεων*. SIG. Frobenius est, qui anno 1531. primus *Phoenice* edidit. V. Cellarii Geogr. ant. 2, 13, 696.

Cum Eropo, et Darda, et Philippo Epirotarum praetoribus] *Derda* legitur in exemplari scripto, non *Darda*. RHEN. Vett. lib. habent *Derda*. SIG. *Atropo* quidam. Sed Put. et Gud. *Aëropo*. Et hoc nomen est illis populis non insolens *Ἀέροπος*. J. FR. GRON. *cum Erope* Gaertn. *cum Afro populo* Hearnii L. 1. *cum Afro po.* Lov. 1. *cum Affropo* Hav. *cum Afropo* Flor. et Voss. quod firmat lectionem Gronovii *cum Aëropo*. Solent enim *E* et *F* in Mstis commutari. V. ad Liv. 41, 2, 3. Non modo autem *Aëropum* montem hac regione memorat Liv. 32, 5, 11. sed etiam *Ἀέροπος*, cujus mortem Pyrrhus rex Epiri graviter tulit, obcurrit apud Plut. in Pyrrho p. 387. et *Ἀέροπος*, qui, pupillo Oreste interfecto, regnum Macedoniae occupavit, apud Diod. Sicul. 14. p. 416. (* Alexander Aeropi filius apud Arrian. 1, VII. cap. XVIII.) Idem nomen supra restituendum conjeci 27, 32, 9. Deinde *Derda* Harl. et Hearnii L. 1. *Deroa* Hearnii D. *Dardano* Hav. et Ber. a manu 2. Reliqui omnes *Darda*. Tandem *Epirotarum praetore* Flor. Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii N. et Exc. Pithoei.

Digitized by Google

praetoribus, postea cum P. Sempronio congreditur.
12 Adfuit conloquio et Amynander Athamanum rex, et magistratus alii Epirotarum et Acarnanum. Primus Philippus praetor verba fecit, et petiit simul ab rege et ab imperatore Romano, ut finem belli face-

§. 12. *Adfuit conloquio et Amynander Athamanum rex*] Voces *colloquio et* desunt in Lov. 1. sola copula *et* in Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. et Hav. Voces *et magistratus alii Epirotarum et Acarnanum* in Hearnii D. Mox *Prius*, pro *Primus*, Hav. V. ad 10, 41, 14. Tum *et petit* Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 37, 45, 2. Hinc *et imperatore*, omissa praepositione, Lov. 2. et quaedam ex edd. principibus. Sed v. ad 6, 28, 6. Denique vocem *eam* ignorat Harl.

§. 13. *Ut Partheni, et Dimallum, et Bargulum, et Eugenium*] *Parthenorum* meminit Plinius 3, 22. ubi gentem Illyricam facit. At c. 23. ejusdem Parthinos Macedoniae gentem, cujus Caesar etiam meminit 3. B. Civ. Quidam in confinio utriusque provinciae eandem putant, et per *i* in secunda syllaba, non per *e* scribendum. Quae vero hic sequuntur nomina, haud scio, an usquam legerim. Et hic locus in plerisque codicibus asterisco notatus est non absque caussa. desiderantur enim quaedam. Et illud *Atintanas* non parum lectorem moratur. GLAR. Glareanus negat, se usquam legisse hanc vocem *Dimallum*. Id autem oppidum est in Illyrio, teste Polyb. 3, [18.] Δημήτριος εἰς τὴν Δίμαλον ἀξιόχρεω φρουρὰν εἰσέπεμψεν. SIG. In Hieroclis Synecdemo p. 621. est urbs provinciae Macedoniae Βάργαλα. Hinc adjuvandum Livium suspicatur Cl. Wesselingius. Eadem, quae Hierocles, habet Constantinus l. 2. de Themat. p. 87. *Bargulum* et *Eugenium* videntur quondam ignobilia loca Illyrici fuisse: nam et *Dimallum* urbs Illyridis est, et *Partini* populus Illyrius. DUK. De orthographia vocis *Parthini* v. ad 33, 34, 11. Tum *Dimalum* Hearnii D. quomodo etiam Polyb. apud Sigon. scribit. *Dyamalum* Hearnii L. 1. V. supra ad §. 3. Deinde *Bargullum* Flor. Voss. Gaertn. Hearnii N. et edd. principes. *Bargillum* Harl. Rec. et Hearnii D. *Pyrgus* ejus loco legendum conjicit Doujat. nulla conjecturae ratione reddita: at proxime huc convenit *Bargala*, quod nomen ex duobus scriptoribus Graecis indicavit Cl. Dukerus. Tandem *et Emgenium* Gaertn. *et Etugenium* Lovel. 3. *et Egennium* Hearnii N. Doujatius *Leusinium*, vel potius *Aeginium* malebat, quod *Eugenium* ignotum Geographis nomen sit: quasi vero apud Geographos nulla ἅπαξ λεγόμενα obcurrerent.

Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, ut] Hunc locum olim quidam asterisco notarunt, quod verba deesse aliquot putarent. Itaque Glareanus videndum monet, quid sibi velit vox *Atintanas*. Huic ego quaestioni respondeo, Atintanas Macedoniae populos esse illos quidem, praesertim auctore Stephano: Ἀτιντανία μοῖρα Μακεδονίας· οἱ οἰκήτορες καὶ Ἀτιντάνες, καὶ Ἀτιντάνιοι. putare tamen, hanc vocem adulte-

Digitized by Google

rent, darentque eam Epirotis veniam. P. Sempro- 13
nius conditiones pacis dixit, ut Parthini, et Dimal-
lum, et Bargulum, et Eugenium Romanorum essent.
Atintania, si, missis Romam legatis, ab senatu
impetrasset, Macedoni accederet. In eas conditio- 14

rinam esse, neque huic loco convenire. Nam si legatur, non expleta omni ex parte sententia videtur. *P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, et Dimallum, et Bargulum, et Eugenium Romanorum essent. Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, ut Macedoni accederent.* At vero, si legas, ut est in veteribus libris, sensum elicies optimum et perfectissimum: *P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, et Dimallum, et Bargulum, et Eugenium Romanorum essent, addito, quod missis Romam legatis ab senatu impetrassent, ut Macedoni accederent.* Dixit autem *addito quod*, pro eo, quod quidam dicunt *dato quod*, et pro *quamvis.* SIG. Vet. ed. *Ac interea missis Romam legatis ad senatum impetrasset, ut Macedonia cederet.* Primus vero Pal *Atintani asi missis Romam legatis ab senatum patrasset, ut Macedoniae cederet.* Pal. 2. exigua ostentat vestigia verae lectionis: *Attamene missis Romam legatis ad senatum, et patrassus Macedoniae cederet.* GEBH. Hoc exercuit mirifice Glareanum et Sigonium. Ego vero magis miror, ex qua pannucea libri, non enim libro, hauserit propinatam nobis, quam sensum habere optimum et perfectissimum censet, lectionem Sigonius: *Romanorum essent, addito quod missis Romam legatis ab senatu impetrassent, ut Macedoni accederent.* Primo vide Latinitatem. Dixit autem, *addito quod* idem esse, quod illi dicunt *dato quod* et pro *quamvis.* Scilicet hujusmodi sermone persuaderet nobis, Carolinam consolationem Tullianam esse. Ne illi quidem, qui vulgo sic loquuntur, concedent, *addito quod* idem esse, quod illi dicunt *dato quod*, vel *posito quod*, aut Latini *fac*, vel *finge sic esse.* Galli usurpant *joinct que:* hoc ad verbum esset *addito quod.* Deinde qui impetrassent? qui accederent? Romanine, an Parthini, et Dimallum, Bargulumque, et Eugenium? Hi certe, inquiet. Sed, si ab senatu impetrarant, ut Macedonis essent, qua fronte Sulpicius eos jubet esse Romanorum? Ubi, quando impetratum? quid intervenit, cur senatus donum ratum non esset? Sed non merentur illi refutari. Duo Florentini proletarii aut capite censi *adjunctosi, adjuncta si.* Sed tres classici, duo Pall. tres Gall. Barberin. Voss. proque omnibus Put. *Atintania si missis.* Dein *impetrasset Macedoniae cederet.* Unde facilis restitutio: *ut Parthini, et Dimallum, et Bargulum, et Eugenium Romanorum essent; Atintania, si missis Romam legatis ab senatu impetrasset, Macedoni accederet.* Gens Illyria est, cujus nomen jam antea reddimus nostro [27, 30, 13.] Meminit et 45, [30, 6.] J. FR. GRON. Paucis codd. exceptis, reliqui mei emendationem Gronovii firmant, in quibusdam tantum apicibus corrupti. Praeferunt enim *Atintania, si mis-*

Digitized by Google

nes quum pax conveniret, ab rege foederi adscripti, Prusia Bithyniae rex, Achaei, Boeoti, Thessali, Acarnanes, Epirotae: ab Romanis, Ilienses, Attalus rex, Pleuratus, Nabis Lacedaemoniorum tyran-
15 nus, Elei, Messenii, Athenienses. Haec conscripta consignataque sunt, et in duos menses induciae factae, donec Romam mitterentur legati, ut populus
16 in has conditiones pacem juberet. jusseruntque omnes tribus: quia, verso in Africam bello, omnibus aliis in praesentia levari volebant bellis. P. Sempronius, pace facta, ad consulatum Romam decessit.

sis Romam legatis ab senatu impetrasset, vel *ab senatum patrasset*, *Macedoniae cederet*, vel *ut Macedoniae cederet*, vel *Macedonia cederet*. Monstra lectionum, quae in nonnullis aliis obcurrunt, memorare nihil adtinet.

§. 14. *In eas conditiones quum pax convenisset*] Gall. et Voss. *conveniret*. J. FR. GRON. Ka et Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. aliique cum Hearnii L. 1. et D. Mox *Prusia Bithyniae*, omissa proxima voce *rex*, Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. Hav. et edd. antt. Neque aliter Hearnii N. nisi quod etiam vocem *Prusia* ignoret. Deinde *Achei Beo Epirote*, reliquis omissis, Flor. *Acha eibeo Epirotae* Voss. *Achayci Epirotae* Hav. *Achaei Beio Epirotae* Lov. 1. *Achacibeo Epirote* Hearnii N. *Achaei Boeoti Epirotae* Lov. 5. Tandem *Elei*, *Messe Athenienses* Flor. *Elei*, *Athenienses* Voss. et Lov. 2. ac 5. *Eleusini et Athenienses* Hav. *Eleim esse Athenienses* Hearnii N.

§. 15. *Haec conscripta modo consignataque sunt*] Miror, quisnam dictionem *modo* hic infulserit. Non enim est in codice scripto. RHEN. Non displicet Rhenani emendatio, quamvis in paucis tantum libris obvia. Priorem enim lectionem servant Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. *Hoc conscripta modo consignataque sunt* Voss. et Lov. 1. *Hoc conscripta consignataque sunt* Flor. *Haec modo eorum conscripta consignataque sunt* Gaertn.

§. 16. *Quia averso in Africam bello*] Legendum est *quia verso in Africam bello*. Paulo post adjecimus literam praenominis, *P. Sempronius*, *pace facta*. Quod vero sequitur *decessit*, subaudi *ex Macedonia*. RHEN. *verso in Africam bello* etiam Flor. Voss. Lov. quinque, et alii. *averso* ex eo natum erat, quod in capite ejus malo repetita sit litera finalis vocis praecedentis. V. ad 37, 29, 8. Mox *levari volebant bellis*, pro *levari bellis volebant*, Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et omnes edd. ante Froben. anni 1535. Praenomen

Digitized by Google

XIII. P. Sempronio, M. Cornelio consulibus 1
(quintusdecimus is annus Punici belli erat) provinciae, Cornelio Etruria cum vetere exercitu, Sempronio Bruttii, ut novas scriberet legiones, decretae. Praetoribus, M. Marcio urbana, L. Scribonio 2
Liboni peregrina, et eidem Gallia, M. Pomponio Mathoni Sicilia, Ti. Claudio Neroni Sardinia evenit. P. Scipioni cum eo exercitu, cum ea classe, 3
quam habebat, prorogatum in annum imperium est. item P. Licinio, ut Bruttios cum duabus legionibus obtineret, quoad eum in provincia cum imperio morari consuli e republica visum esset. Et M. Livio, 4

Sempronio addunt etiam Flor. ac multi alii.

§. 1. *M. Cornelio, P. Sempronio*] Inverse Pall. duo, et vet. ed. *P. Sempronio, M. Cornelio.* GEBH. Similiter legunt Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. quod tot codd. fide iterum admisi. Mox etiam *belli Punici* Flor.

Etruria cum vetere exercitu] Duarum urbanarum legionum, quas M. Valerius Laevinus superiore anno jussus fuerat Arretium ducere, quum M. Livius, exercitu volonum in Galliam ducto, se cum Sp. Lucretio, qui Galliae praeerat, conjunxisset. c. 5. et 28, 46. DUKER.

Ut novas scriberet legiones] *et novas* Gaertn. An itaque legendum *et ut novas?* quod et Cl. Dukero videbatur. Nam et alii vocula *et* intercepta est a sequenti *ut.* V. ad 41, 6, 4. quemadmodum etiam *et* elisit sequens *ut.* V. ad Liv. Epit. 73. Mox §. seq. Pomponii praenomen *M.* deest perperam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N. quorum ultimus cum Ber. ignorat Claudii praenomen *Ti.* quemadmodum ejus cognomen *Neroni* Lov. 2.

§. 3. *P. Scipioni proconsuli cum eo exercitu cumque ea classe*] Exemplar vetus *Proconsuli Scipioni cum eo ex.* Video scribendum tantum *P. Scipioni*, non *P. Scipioni proconsuli.* Nam librarius, ubicunque *P.* literam repetit, scripsit *proconsulem*; id quod alibi etiam indicavimus. Nec est mox *cumque ea classe*, sed tantum *cum ea classe.* RHEN. Exhibent libri omnes *cum ea classe.* GEBH. Lectionem a Rhenano damnatam unus servat Ber. *Proconsuli Scipioni* Harl. Gaertner. et Hearnii D. *P. Scipioni cum eo* reliqui. V. ad 28, 16, 14. Praeterea unus iterum Ber. *cumque ea classe.* Alii omnes *cum ea classe.* V. ad 38, 18, 12.

Ut Bruttios cum duabus legionibus obtineret] Est in exemplari vet. *ut Bruttios duabus legionibus.* RHEN. Libb. omnes

Digitized by Google

et Sp. Lucretio, cum binis legionibus, quibus adversus Magonem Galliae praesidio fuissent, proro-
5 gatum imperium est. Et Cn. Octavio, ut, cum Sardiniam legionemque Ti. Claudio tradidisset, ipse navibus longis quadraginta maritimam oram, quibus
6 finibus senatus censuisset, tutaretur. M. Pomponio praetori in Sicilia Cannensis exercitus duae legiones decretae. T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam, propraetores, sicut priore anno,
7 cum vetere uterque praesidio, obtinerent. De Hispaniae imperio, quos in eam provinciam duos proconsules mitti placeret, latum ad populum est. Om-

ut Bruttios duabus legionibus obtineret. GEBH. Pariter Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

§. 4. *M. Livio*, etc. *prorogatum imperium est*] In Gallia, in quam jussu senatus venerat, quum Etruriam provinciam haberet, c. 5. et 28, 10. 46. Nec tamen diu eam obtinuisse videtur. Nam eodem hoc anno censor fuit cum C. Claudio Nerone infra c. 37. Probabile est, eum C. Scribonio, quem hoc anno Galliae praefuisse hic et 30, 1. scribit Livius, tradita provincia Romam ad censuram petendam rediisse. Et potuit ei provincia prorogari, quoad successor venisset. DUKER.

§. 6. *T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam*] In divisione exercituum prioris anni non meminit Livius horum, sed tertio decimo anno hujus belli, hoc est tertio hinc anno. GLAR. De T. Quinctio v. ad 28, 10, 15. *et Tarentum* Lov. 2. *et Q. Tarentum* Lov. 4. *et Quintus Tarentum* Lovel. 1. 3. et Voss. *et Quintius Tarentum* Florent. et Hav. Deinde *Tubulus* deest in Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editionibus ante Aldum.

Cum vetere uterque praesidio obtinerent] Pall. 1. ac 2. *cum vetere praesidio obtinerent.* GEBH. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§. 7. *De Hispaniae imperio, quod in eam provinciam duos proconsules mitti*] Scripsimus *quos in eam provinciam duos proconsules mitti placeret.* RHENAN. Pal. 1. *quod in eam provinciam duos praemitti placeret.* GEBH. *quod in eam* servant Voss. Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. Deinde *duos proconsules pmitti* Gaertn. *duos promitti* Flor. *duos praemitti* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *duos mitti* Lov. 5. qui mox iterum non agnoscit vocem *proconsules*, cujus loco vicissim *per quos* legunt Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§. 8. *Ad novas scribendas in Bruttios legiones, et ceterorum*]

Digitized by Google

nes tribus eosdem, L. Cornelium Lentulum et L. Manlium Acidinum, proconsules, sicut priore anno tenuissent, obtinere eas provincias jusserunt. Consules delectum habere instituerunt, et ad novas scribendas in Bruttios legiones, et in ceterorum (ita enim jussi ab senatu erant) exercituum supplementum. 8

XIV. Quamquam nondum aperte Africa provincia decreta erat, (occultantibus id, credo, Patribus, ne praesciscerent Karthaginienses) tamen in eam spem erecta civitas erat, in Africa eo anno debellatum iri, finemque bello Punico adesse. Impleve- 1 2

Pal. pr. *et in caeterorum, ita enim missi ab senatu erant, exercitum suppl.* sec. quoque *et in caeterorum.* tert. *et caeterorum, ita enim jussi erant, exercitum suppleverunt.* GEBH. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *et in caeterorum (ita enim jussi ab senatu erant) exercituum supplementum.* Quod sincerum arbitror. Subaudiendum enim, *scribendos aliquos milites*, vel *delectum habere instituerunt.* J. FR. GRON. *et in ceterorum* etiam Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et omnes Msti Crevierii. Eodem ducunt vestigia vett. edd. *et inde ceterorum*, pro quo Mogunt. Ald. et alii recte substituerunt *et in ceterorum*; sed praepositionem perperam Froben. anno 1535. expunxit. Livio enim has praepositionum variationes, *et ad novam, et in ceterorum*, placuisse, supra vidimus ad 6, 28, 8. *et ceterorum* etc. *exercitum suppleverunt* Harl. *Tò enim* deest in Lov. 5.

§. 1. *Ne praesciscerent Karthaginienses*] Vet. lib. *ne praescirent.* SIGON. Vet. ed. et Pal. 2. ac 3. *praesciscerent.* pr. *praescriberent.* exterius tamen additum *praescirent.* GEBH. Put. Reg. Men. unus Pal. *ne praescriberent.* Duo alii Pall. *ne praesciscerent*, ut vulgo legebatur ante Sigonium. Quod placet Rubenio, quando et 27, [35, 5.] *Quamprimum eos sortiri provincias, et praesciscere, quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant.* Nisi utrobique verbo *resciscere* usus est. 24, [26, 2.] tamen: *Ea quum ad se quoque veniri praesciisset, in sacrarium ad penates confugit.* J. FR. GRON. *ne praescirent* Lov. 3. 5. Rec. Gaertn. et Hav. *ne praescriberent* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. *nè praesciscerent* Lov. 2. in margine, Lov. 4. Harl. Ber. et Hearnii N. ac D. quod cum Rubenio probandum puto. V. ad 27, 35, 5. Non displiceret etiam Gronovii *resciscerent*, modo codd. faverent. Notat enim noscere occulta. V. Donat. ad Ter. Hec. 2, 1, 11. 3, 1, 4. et 5, 4, 29. Cl. Jac.

Digitized by Google

rat ea res superſtitionum animos, pronique et ad nuncianda, et ad credenda prodigia erant: eo plu-
3 ra vulgabantur. *Duos soles visos: et nocte interlu-*

Gronov. invitis omnibus codd. edidit *rescirent*, nisi id ex errore operarum ortum sit; eamdem lectionem servavit Clericus. Mox *bellatum ire* Flor. Voſſ. Lov. 1. 5. Gaertn. et Hav. *bellatum iri* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Ber. a m. 2. V. ad Epit. Liv. 37.

§. 2. *Impleverat ea res superstitione animos*] Put. Reg. Men. duo Pall. Voſſ. *superstitionum*, non *superstitione*. Plautus [Aul. 3, 6, 15.] *Omnes angulos furum implevisti*. [Men. 5, 5, 3.] *Me implevit flagitii et formidinis*. [Merc. 2, 3, 74.] *Impleantur meae fores elogiorum*. Noſter 35, [35, 6.] *Quem adveniens extemplo spei implevit*. 36, [12, 9.] *Leucadem venit, implevitque spei socios*. J. FR. GRON. *superstitionum* Flor. Lov. 1. 2. et Gaertn. quod quum ex optimis codd. contextui reddidiſſet Gronov. poſtea Clericus expulit, iterumque vulgatum revocavit, nihil monito contra fidem datam lectore. Supra 1, 46, 8. *Adolescentem suae temeritatis implet*. 3, 63, 10. *Ne ita omnia tribuni suae potestatis implerent*. 4, 41, 7. *Fortunam noctemque omnia erroris mutui implesse*. 5, 28, 4. *Multitudinem quoque religionis justae implevit*. 10, 14, 20. *Iugae formidinisque Samnites implevit*. 25, 40, 7. *Totam Siciliam impleret nominis sui*. 26, 19, 2. *Impleret homines certioris spei*. Aliter tamen Livium alibi locutum eſſe, vidimus ad 3, 69, 2.

Ea plura vulgabantur] Vet. lib. *eo plura*. SIG. Similiter Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Gronovius etiam in pr. ed. notarum monuit, non aliter eſſe in omnibus Gall. *ea* vero subpositum eſſe ab illis, qui hanc vocem sine comite *quo* stare non poſſe putarunt: cujus tamen exempla dedit Stewech. de Partic. ling. Lat. in ea voce. Similiter etiam *quo* sine *eo* adhiberi, vidimus ad 26, 20, 5.

§. 3. *Duos soles visos, et nocte interluxisse*] Pal. 2. *et nocte interfluisse*. tert. *in noctem interclusisse*. GEBH. Corrigunt viri docti, *internoctu luxisse*: et eam vocem, quam analogia evidenti, tam neceſſariam putant, ut non dubitent, quin eloquenda Romanis fuerit. Praeiverat illis Lipsius, qui Gellii 3, 2. *Sacra Romana, quae inter noctem fiunt*, libens legerit, *internoctu fiunt*. Sed, neceſſariam non eſſe, oſtendunt veteres, quum toties τῷ *interdiu* adversum ponunt *noctu*, vel *nocte*. Noſter 27, [45, 12.] *Interdiu an noctu venire sese vellet*. 8, [34, 10.] *Neque discernatur, interdiu nocte, aequo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnent*. Lib. hoc 29, [33, 2.] *Nocte profectus Vermina, Syphax interdiu*. 30, [4, 3.] *Nocte an interdiu opportuniores insidianti essent*. Et apud comicos ex vetuſtiſſimorum sermone eodem modo *nox*. Etsi autem iidem dixerint *diu* et *die*, ut *noctu* et *nocte*, pari significatione, (cui rei quoque usus faſtidium intervenit, ut priora distinguerent significatione, secus atque in poſterioribus fecerunt) tamen *interdiu* non videtur compositum ex *inter* et *diu*, neque formatum

Digitized by Google

xisse: et facem Setiae ab ortu solis ad occidentem porrigi visam. Tarracinae portam, Anagniae et portam et multis locis murum de coelo tactum.

ex *interdius* ita, ut hoc nominativi, illud ablativi casus sit, ut suspicatur vir insignis. Dictum enim censeo *interdius*, ex quo exfitit resecto uno elemento *interdiu*, qua forma *nudiustertius*, *nudiusquartus*, et reliqua: nam ut nudi*ustertius* dicitur, pro *nunc diust* (vel *dies est*) *tertius;* ita *interdius*, quasi *interim* vel *interea dum diust*, vel *dies est:* et neutrum potest declinari. Neque enim nomen unum est, sed instar orationis, ex pluribus partibus constantis, quae cum saepissime conjungerentur, cohaeserunt sibi, et in unam vocem coaluerunt. Est autem eleganter usurpatum *interluxisse*, sensuque idem, quod inter tenebras luxisse: indicatque, non diu durasse lucem illam. sed mox rediisse noctis habitum consuetum, fulgore illo interruptum. J. FR. GRON. Ex Gronovio ipso ad Gell. 3, 2. constat, eum haec disputasse adversus Freinshem. qui ita emendandum censebat ad Flor. 4, 2, 45. *nocte* et *interdiu* etiam pluribus locis apud Livium obponuntur. V. ad 40, 10, 7. *in noctem interluxisse* Harl. *noctu interluxisse* Lov. 5.

Et facem stellae septies ab ortu solis] Legendum *et facem Setiae ab ortu solis in occidentem porrigi visam.* Est autem *Setia* Volscorum oppidum, quod hic additum est, sicut mox *Tarracinae*, *Anagniae*, et *Lanuvii*. Porro quum *Setiae* vocabulum putaretur mendum esse, pro illo supposuit alius *stellae*, alius *septies* adverbium. RHEN. Inseruit hanc lectionem tamquam genuinam Rhenanus, cui tamen reclamat Pall. triga; quorum pr. *et facem stelliae ab ortu solis ad occ. p. v.* sec. *et facem stellae* (ita et pr. ed.) *ab ortu solis ad occid. p. v.* tert. *et facem septies ab ortu solis in occidentem porrigi visa.* Mox Pal. 3. *insitis locis*, pro *et multis locis.* GEBH. Omnes scripti *ab ortu solis ad occidentem.* J. FR. GRON. Fors fuat, ut ab hujus coloniae incolis modo animadversa fuerit. Put. tamen et Cant. habent *facem Steliae.* Men. *stelliae.* Pet. Voss. Gud. *facem stellae.* et id omnes videntur circumludere. Virgilius [2. Aen. 694.]

Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

Nec magis nunc requiritur oppidi nomen, quam 41, 21, 13. *Et faces eadem nocte plures per coelum lapsae sunt.* Post tot tantosque codices Jul. Obsequentem non moramur. JAC. GRON. *facem sotiae* Harl. *facem serie* Gaertn. *facem Steliae* Flor. *facem stellae* Lov. quinque, Ber. Hav. Hearnii L. 1. et ed. Rom. anni 1472. pro quo proximae edd. *faciem stellae septies* dedere. Nondum tamen ita omnem scrupulum Cl. Jac. Gronov. exemit, ut ei adsentiri audeam. Non enim oppidi nomen abest 41, 21, 13. quo loco vulgo editur: *Faces eadem nocte plures per coelum lapsae sunt in Lanuvino.* Si autem emendatio, quam Sigonius ex Prisc. proposuit, ibi recipienda est, faces illae per coelum lapsae referendae sunt ad prodigia Romae visa, de quibus proxime praecesserat. Praeterea Obseq. quidem in prodigiis hujus anni morari

Digitized by Google

In aede Junonis Sospitae Lanuvii cum horrendo fra-
4 *gore strepitum editum.* Eorum procurandorum caus-
sa diem unum supplicatio fuit: et novemdiale sa-
5 crum, quod de coelo lapidatum esset, factum. Eo
accessit consultatio de matre Idaea accipienda, quam
praeterquam quod M. Valerius, unus ex legatis prae-
gressus, actutum in Italia fore nunciaverat, recens
6 nuncius aderat, Tarracinae jam esse. Haud par-

nequit; illa enim pars libri ejus periit: alibi tamen nomen loci, ubi simile prodigium visum est, addere solitus fuit. V. capp. 70. 71. 83. et 105. Non displicet itaque Rhenani *Setiae.* Praeterea *ad occidentem*, dissentiente uno Harl. omnes mei cum Hearnii L. 1. N. Mox *Anagniae portam et multis locis murum* Voss. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Ber. et edd. antt. *Anagniae et multis locis murum* Harl.

In aede Junonis Sospitae Lanuvii cum horrendo fragore strepitum editum] *Junonis Sophrice ingens vox cum horrendo fragore strepitus edita* Hearnii L. 1. *Junonis Sospita elanii vicum horrendo fragore* sine sensu Harl. *Lavinii* Ber. Hav. et edd. antt. *Tanuvii* Flor. et Lov. 1. *Taminii* Lov. 2. *Taumini* Gaertner. *Tanini* Lov. 3. *Clavum* Lov. 4. *Tauromini* Lov. 5. Sed, *Lanuvii* veram lectionem esse, ostendit *Juno Sospita*, quae praecipua religione in ea urbe colebatur. V. ad 8, 13, 5.

§. 5. *M. Valerius, unus ex legatis praegressus*] Ante [ad c. 11, 8.] docuimus, hic legendum *regressus*, quum moneremus scribendum *remissus*, pro *praemissus.* RHEN. Pal. 2. assentiente vet. ed. *regressus.* GEBH. Ita et Lov. 4. Harl. Ber. Hearnii D. et edd. ante Aldum. *progressus* Gaertn. At reliqui recte *praegressus*, quod et Aldus restituit. Mox *reges nuncius* Voss. Lov. 1. et Flor. a m. 1. *regis* a m. 2. Lov. 2. a manu 2. Lov. 5. et Hafn.

§. 7. *Veram certe victoriam ejus rei sibi quisque mallet, quam ulla imperia*] Haec oratio, tametsi integra, valde mihi tamen est de mendo suspecta. Nam germanam Livii lectionem non videtur mihi restituisse, quisquis depravatum in scripto codice locum castigare est conatus. Legitur illic *Veram certe victoriam ejus rei sibi quisque ulla imperia.* Nec est ibi verbum *mallet*, quod certe eruditus aliquis infulsit, subvenire volens corruptae et mutilae sententiae. Ego, diligentius inspectis vitiatae scripturae vestigiis, non dubito, quin sic scripserit Livius: *Veram certe victoriam ejus rei cupias, quam ulla imperia, honoresve, suffragio seu Patrum, seu plebis delatos.* Subauditur autem in verbo *cupias* adverbium *potius*, vel *magis.* Qui loquendi modus oppido quam elegans a Graecis sumptus est, apud quos ejusmodi ecliptícas orationes frequentius reperias. Qualis est illa, θέλω τύχης σαλαγμόν, ἢ φρενῶν πίθον. RHEN. Non est

Digitized by Google

vae rei judicium senatum tenebat, qui vir optimus in civitate esset. Veram certe victoriam ejus rei 7
sibi quisque mallet, quam ulla imperia honoresve, suffragio seu Patrum, seu plebis delatos. P. Sci- 8
pionem, Cn. filium, ejus qui in Hispania ceciderat, adolescentem nondum quaestorium, judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum esse. id qui- 9
bus virtutibus inducti ita judicarint, sicut proditum

necessaria Beati prurigo correctionis, stantibus a vulgata lectione libris nostris MSS. tribus, et principe ed. GEBH. Hoc ex mutilo cod. frustra tentat Rhenanus: nam vulgata in omnibus libris nostris salva est. Gud. tamen *malle*. ut non sit sententia aut judicium auctoris, sed expositio habitus animorum inter proceres. J. FR. GRON. Nostri nihil mutant, nisi quod *sibi* desit in Lov. 4. et *suffragio et Patrum et plebis* legat Lov. 2. Cl. Ant. Periz. si cum Gud. *malle* emendamus, insuper *quemque*, pro *quisque*, legendum putabat.

§. 8. *Patres conscripti P. Scipionem, Cn. filium, ejus qui in Hispania ceciderat*] Non sunt in libro scripto duae istae dictiones, aut duae saltem literae earum loco *P. C.* RHEN. Eleganti hellenismo Pall. tres subjiciunt *P. Scipionem Cn. ejus*, exempto *filium*. GEBH. *P. Cornelius Scipionem filium ejus* Lov. 4. *P. Scipionem filium ejus* Voss. Lov. 1. 5. et Hav. *Patres P. Scipionem filium ejus* Ber. *Patres conscripti P. Scipionem filium ejus* Gaertn. et edd. antt. *Patres conscripti P. Scipionem Cn. filium ejus* Aldus. Sed recte duas priores voces Rhenanus expunxit, quae in reliquis Mstis desunt. Deinde *in Hispania occiderat* Ber. Gaertner. et edd. vetustae. V. ad 36, 36, 6.

Adolescentem nondum quaestorium] Nondum ea aetate, qua quaestura peti poterat. V. ad 25, 2. DUK. *adulescentem* Flor. V. ad 6, 34, 11. Tum *nondum quaestorem* Harl.

Judicaverunt in tota civitate virum optimum esse] Quis hic mendum latere suspicatur? Tamen id calamo exarati oculis subjiciunt. Put. Reg. Men. Voss. Barber. duo optimi Florentinorum *virum bonum optimum esse*. Lapis vetus: NONC. OINOM. PLOERVMEI. COSENTIONT. DVONORVM. OPTIMOM. FVISSE. VIROM. Vides hoc esse adumbratum ab Livio, scribendumque *judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum esse*. Eadem forma Plautus Amphitr. [1, 1, 49.] *Viros primorum principes*. et Aulul. *pauperum pauperrimus*. J. FR. GRONOV. Hoc fortassis sumtum est ex inscriptione L. Scipionis, qui ante LV. annos Corsicam subegerat: NONC. OINO. etc. DVONORO. OPTVMO. FVISSE. VIRO. DUK. *judicaverant tota civitate virum bonum optimum esse* Harl. *virum bonum optimum* etiam Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *virum bonum et optimum* Hafn. Lapidem a Gronov. laudatum Syntagmati Inscriptionum

Digitized by Google

a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem; ita meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam.
10 P. Cornelius cum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam Deae, isque eam de nave accipere, et
11 in terram elatam tradere ferendam matronis. Post-

inseruit Reines. Class. 6. num. 34. De eo v. Gassendi vitam Peiresc. l. 3. p. 96.

§. 9. *Ita judicaverint*] Put. *ita judicarint.* J. FR. GRON. Non aliter apud me Flor.

Sicut traditum a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus] Archetypon Spirense *sicut proditum memoriae a primis temporum illorum scriptoribus libens posteris tradiderim, ita meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam.* RHEN. Vet. lib. *a proximis temporum.* SIG. Omnes nostri contra Rhenanum, *sicut traditum a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem.* Sensus est, quemadmodum, si a scriptoribus, qui memoriae illius aevi fuerunt proximi, quidquam huc spectans relictum esset, non pigrarer ipse quoque referre. Similis excusatio 3, [47, 5.] *Quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint. quia nusquam ullum in tanta foeditate decreti verisimilem invenio, id quod constat, nudum videtur proponendum.* Et 6, [12, 3.] *Quod quum ab antiquis tacitum praetermissumque sit, cujus tandem rei ego, praeter opinionem, quae sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim?* ubi et appellat *propiores temporibus harum rerum auctores.* Sed maxime *proximos memoriae temporum* defendit sibi Livius 25, [11, 20.] de defectione Tarentinorum: *Plures propioresque aetate memoriae rerum hoc anno tradunt factum.* J. FR. GRON. Non dubito, quin haec sit sententia. Nec tamen, ex iis, quae hic adnotantur, liquet, *proditum* recte dici, pro *si proditum fuisset.* Sed v. Gronov. ad 9, 18, 4. quamquam omnia, quae ibi adferuntur, ad tempus futurum, non, ut hic, ad praeteritum, respiciunt. DUK. *traditum* servant Voss. Lov. quinque, Ber. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. at *proditum* in Flor. fuisse videtur, ex quo nihil in excerptis notari video. Solent hae voces in Mstis confundi. V. ad 27, 16, 12. Deinde *a primis memoriae temporum illorum scriptoribus* Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. *a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus* reliqui Msti: et quidem omnes omnino hunc verborum ordinem adversus Rhenanum tuentur. Solent autem etiam *proximus* et *primus* in codd. commutari. V. ad 5, 47, 5. Deinde *posteris tradiderim* Ber. et Rec. Omnes ceteri *traderem.* Recte itaque Gronov. lectiones a Rhenano ejectas revocasse existimo.

§. 10. *Ostiam obviam ire Deae jussus, isque eam de nave acciperet et* etc. *traderet*] Vet. lib. *accipere* et *tradere* habent, ut *ire.* SIG. Omnes Gall. et Voss. transpositis vocibus, *P. Corne-*

Digitized by Google

quam navis ad ostium amnis Tiberini accessit, sicut erat jussus, in salum nave evectus, ab sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Matronae pri- 12
mores civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae insigne est nomen, accepere: cui dubia (ut traditur) antea fama clariorem ad posteros tam religio-

lius cum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam Deae, isque eam. J. FR. GRON. Lectionem, quae notae huic praescribitur, demum vidi in ed. Froben. anni 1535. Omnes priores cum scriptis meis et Hearnii Oxonn. ita exhibent, quemadmodum partim Sigonius, partim Gronov. emendarunt. Ceteroquin, perinde foret, utrum *acciperet*, *traderet*, an *accipere*, *tradere* legeretur. Et quidem exempla prioris locutionis, ut tantum proximum verbum pendeat a τῷ *jubere*, non ita reliqua, quae deinde adduntur, v. supra ad 26, 22, 7. posterioris vero, ut et proximum et ulteriora verba ab eodem *jubere* pendeant, v. ad 31, 8, 8.

In terram elatam tradere ferendam matronis] *in terram allatam* Lov. 2. *in terram delatam* Ber. Male. *elatam* nempe ex navi. Ita mox *extulit in terram*. Est autem dictum eodem modo, ut *educere in aciem*, de quo v. ad 3, 62, 5. Tum *referendam matronis* Ber. a m. 1. Lov. 4. Harl. et edd. vett. Sed prioris vocis prima syllaba ex praecedentis finali nata est. *referendam cum matronis* Gaertn. *ferendam cum matronis* Flor. a m. 1. Voss. et Lov. 1. 2. ac 5. *ferendacum matronis* in Put. et Reg. esse, Gronov. testatus est in pr. ed. not. ad 30, 37. ubi librarios dubitasse putat, utrum *ferendam*, an *ferendum*, verius foret, et hinc utramque lectionem ita conjunxisse. Videntur tamen potius *ferendam cum matronis*, quod per errorem in aliis superest, similiter dare voluisse.

§. 11. *Ad ostium amnis Tiberini accessisset*] Omnes iidem *accessit*. J. FR. GRON. Non aliter etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. omnes Hearnii, et Crevierii codd. ac vett. edd. quorum fide contextui reddidi. *accessisset* primum obcurrit in ed. Frob. anni 1535.

§. 12. *Claudiae Quintiae*] *Claudiae Quintae* legendum est ex Orat. Cic. de Aruspicum resp. [13.] Est autem *Quinta* praenomen, ut in lapide perantiquo apud Horatium Malegutium in agro, Regiensi, [apud Grut. 954, 5.]

SEPTIMIVS
D. L. NICEPOR
SEPTIMIA
SP. F. QVINTA.

SIG. Pall. 1. 3. *Claudiae Quintiae.* sec. *Quintiae Claudiae.* Propert. 4, 12.

Vel tu, quae tardam movisti fune Cybellen,
Claudia, turritae rara ministra Deae.

GEBH. Hanc Vestalem fuisse, tradunt Herodian. 1, 11. Aur. Vict. de Vir. illustr. 46. et alii recentiores, maxime Poëtae, qui *virginem* vocant. V. Cl. Drakenb. ad Silii Ital. 17, 33. Hanc

Digitized by Google

13 so ministerio pudicitiam fecit. Eae per manus, succedentes deinceps aliae aliis, omni effusa civitate obviam, thuribulis ante januas positis, qua praeferebatur,

sententiam amplexi sunt docti quidam, et inter eos Vir Cl. Jac. Gronov. ad Minuc. Fel. 7. Nihil adhuc in vetustioribus auctoribus inveni, unde hoc pro certo affirmari possit, et potius Vestalem non fuisse puto. Primum enim Livius hic eam *matronis primoribus civitatis* adnumerat, et Cic. de Arusp. Resp. 13. ac Minuc. Fel. l. d. *matronam* vocant, quae in virginem Vestalem convenire non videntur. Hoc quidem elevat Gronov. et Vestales quoque *matronas* dici posse credit, eo quod matronarum jura in eas collata fuisse videantur. Non volo quaerere, quo tempore, et quae jura matronarum iis tributa fuerint? sed velim proferri auctoritatem vetusti alicujus scriptoris, qui Vestalem *matronam* vocet: quamquam, si is inveniretur, tamen ex eo nondum sequeretur, Claudiam hanc Vestalem fuisse. Deinde Cic. et Sueton. ita de hac loquuntur, ut qui eam pro Vestali non habuerint. Nam quum ille pro Coelio 14. hic in Tib. 2. et hanc, et alteram eodem nomine Vestalem, quae patrem (fratrem dicit Sueton.) triumphantem comitata, curru detrahi non passa est, memorent, quae causa dici potest, cur, si *Quinta Claudia* quoque Vestalis fuit, eodem loco de utraque agentes, eam tantum, quae cum patre currum triumphalem conscendit, non etiam alteram, *Vestalem* vocare voluerint? Ea certe nulla est, nec sine ratione miratur Abramus ad Cic. l. d. si verum sit, *Quintam Claudiam* Vestalem fuisse, Tullium id eo loco tacuisse. Sed nimirum Cic. et Suet. id tacuerunt, quia Vestalis non fuit, quod neque ex Livio et Cic. probari posse fatetur Gronovius. Denique eam Vestalem non fuisse, ex Ovidio manifestum est. Nam hic, quum 4. Fast. 295. in describenda pompa foeminarum, quae Matri Deûm obviam processerunt, matres et alias foeminas ita a Vestalibus distinxisset:

Procedunt pariter matres, nataeque, nurusque,
Quaeque colunt sanctos virginitate focos.

deinde de *Claudia Quinta* vers. 313. scribit:

Haec ubi castarum processit ab agmine matrum:

quibus verbis eam a poëta in numero matrum, id est, mulierum nuptarum, poni, apertius est, quam ut quidquam ulla veri specie contra dici possit. Herodiani et Aurelii Vict. non tanta apud me est auctoritas, ut illorum fide, tacentibus vetustioribus, hac in re standum putem. Qui primus hoc, quod illi, tradidit, ei idem utriusque nomen caussam erroris fuisse arbitror, eumque, quum *Claudiae Vestalis* celebre nomen et facinus in historia Romana esse sciret, hoc quoque, quod de *Claudia Quinta* proditum est, ad illam traxisse; vel quia Vestales non raro probri suspectas ac damnatas fuisse legerat, ex eo conjecisse, etiam *Claudiam Quintam*, cujus pudicitia suspecta fuisse dicitur, Vestalem fuisse. Poëtas nihil moror. Broekh. ad Propert. 4, 2, 52. scribit, eam ab his *virginem* ex usu sermonis Lati-

Digitized by Google

rebatur, atque accenso thure, precantibus, ut volens propitiaque urbem Romanam iniret, in aedem Victoriae, quae est in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Aprilis; isque dies festus fuit. populus fre- 14

ni vocari, quo etiam nuptae mulieres *virgines* vocantur. Sed sunt, quibus haec interpretatio vocis *virgo* de Claudia non placet; de quo non contendo, ac tantum dico, me illis, si eam Vestalem fuisse putaverunt, non magis credere, quam Herodiano et Aur. Victori. De praenomine *Quinta* agunt Pighius ad Val. Max. 1, 8, 11. Sigon. c. 3. de Nomin. Rom. et 1. Emend. 17. Partem eorum, quae idem in Emendat. adversus Robortell. de *Claudia Quinta* disputat, suam, non nominato auctore, fecit Abramus ad Cic. pro Coelio. DUK. *Claudiae Quintae* Gaertn. Sed reliqui cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Claudiae Quintae*. Val. Max. 1, 8, 11. *Quod Quintae Claudiae statua, in vestibulo templi Matris Deûm posita, in sua basi flammis intacta stetit.* Tacit. 4. Ann. 64. *Evenisse id olim Claudiae Quintae, ejusque statuam, vim ignium bis elapsam, majores apud aedem Matris Deûm consecravisse.* ubi olim etiam pariter peccabatur. Et, ubi similis scribarum erroris suspicio esse nequit, Ovid. 4. Fast. 305.

Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto,
Nec facies inpar nobilitate fuit.

Dubia (ut traditur) antea fama] Si *dubia fama* sunt ablativi, quod videntur putasse, qui post *fama* distinctionem posuerunt, *fecit* ita accipiendum est, ut ex praecedentibus suppleatur *Dea*. Sigon. in Emendat. sine distinctione citat. Et possunt esse nominativi. Si liceret legi *tam religiosum ministerium*, haud dubie ablativi forent. DUK.

§. 13. *Succedentes deinceps aliae aliis*] Ita primus edidit Froben. anno 1531. Priores legerunt *succedentes deinde aliae aliis*. Neque aliter Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. et L. 1. quod cur mutatum sit, non adsequor. Voces illae saepius confunduntur. V. ad 5, 17, 4. *succedentes aliae aliis* est in Harl. *succedentes aliis aliae* in Lov. 4.

Thuribulis ante januas positis] Casaub. ad Suet. Calig. 13. DUK. *ante januam* Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. ac Mediol. anni 1480. Paullo ante *omni obviam effusa civitate* Harl. et Flor. Mox *accenso thure* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Bec. Gaertn. et Hav. omnesque editt. usque ad ultimam Gruteri, quae *incenso* dedit. Priscam igitur lectionem reduxi.

Precantibus, ut volens propitiaque urbem Romanam iniret] *civitate, precantibus*. V. Gronov. de Pec. Vet. 1, 3. p. 76. DUKER. V. ad 38, 29, 9. Ceterum *urbem Romanam*, pro *urbem Romam*, primus Gronov. anno 1665. edidit, consentientibus, uno vel altero excepto, omnibus codd. quibus utor. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 14. *Pertulere Deam pridie Idus Aprilis; isque dies festus fuit populus frequens dona Deae in Palatium tulit, lectisternium-*

Digitized by Google

quens dona Deae in Palatium tulit, lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia adpellata.

1 XV. Quum de supplemento legionum, quae in provinciis erant, ageretur; *tempus esse*, a quibusdam senatoribus subjectum est, *quae dubiis in rebus utcumque tolerata essent, ea, demto jam tandem*
2 *Deûm benignitate metu, non ultra pati.* Erectis exspectatione Patribus, subjecerunt: *colonias Latinas*

que et ludi fuere] Ludos Megalesia per sex dies, a pridie Non. April. ad v. Idus fuisse, fasti dierum antiqui demonstrant. Nam etsi Deam perlatam esse pridie Id. Apr. in aedem Victoriae Palatinae, eumque diem festum fuisse, cum lectisternio et ludis, qui Megalesia vocati sunt, Livius dicat: postea tamen eos ludos in pridie Non. rejectos esse crediderim, accedente praesertim Spartiani testimonio [in Caracall. 7.] qui cum IIX. Id. Apr. ipsis Megalensibus interemptum Caracallam narret, satis indicat, Megalensium primum diem pridie Id. non fuisse. nisi si quis mendosum esse Livii locum, et pro *pridie Id.* legendum *pridie Non.* arbitretur: ne, diffidentibus antiquis, opinione dubia fluctuemus. MANUT. ad Cic. 2. ad fam. 11. Vide, lector, anne hic etiam (ut crebro solent) in exprimendo Megalensium die lapsi sint librarii: qui scripsere *pridie Idus Apriles*, notarum antiqua caesura decepti; cum forsan legeretur *prid. Non. Aprilis*. Sic enim is dies in fastis publicis est annotatus pridie Nonas Aprilis, sicut testantur antiquae Fastorum sacrorum tabulae, quas ipse quondam Romae apud Bernardinum Maphaeum Cardinalem exstantes exscripsi. Quibus etiam adstipulatur Ovidius Fast. 4, [179.] post tertium Aprilis mensis diem Berecynthiae matris magnae festa incipere canens:

Ter sine perpetuo coelum versetur in axe,
Ter jungat Titan, terque resolvat equos.
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, et Idaeae festa parentis erunt.

PIGH. in Annal. ad ann. IDXLIX. p. 216. Sic quoque emendat Neapolis ad Ovidii l. l. Casaub. etiam ad Spart. l. d. primum diem Megalensium pridie Nonas Apr. fuisse scribit. DUK. *quae est in Palatio proposuit locavitque p. R. Ydibus* Hearnii L. 1. Malo vero cum Manutio existimare, postea festum in pr. Nonas rejectum esse, quum eo anno pr. Idus celebratum fuisset, quam *pridie Idus* in *pridie Nonas* emendare. In vocem *Idus* enim conspirant omnes omnino Msti. Neque etiam Livius dicit, semper eumdem diem observatum fuisse, sed potius contrarium innuit, dicendo *isque dies festus fuit*, non autem *est*. Ratio autem, cur dies mutatus sit, esse potest, quod in pridie Idus Apriles inciderint Cerealia, ut ex Kalendariis vetustis constat. Si quid tamen hic mutandum, legam *pridie Idus Apriles*. Ita enim Livius loqui solet. V. ad 4,

Digitized by Google

duodecim, quae Q. Fabio et Q. Fulvio consulibus abnuissent milites dare, eas annum jam ferme sextum vacationem militiae, quasi honoris et beneficii caussa, habere: quum interim boni obedientesque socii, pro 3
fide atque obsequio in populum Romanum, continuis omnium annorum delectibus exhausti essent. Sub 4
hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei prope jam obliteratae, quam ira irritata est. ita- 5

37, 3. Nullum quidem codd. laudare possum, qui ita praefert; multi tamen, atque inter eos optimi, ut Flor. aliique, per compendium legunt *Apr.* Praeterea voces *in Palatium* desunt in Lovel. quinque, et Hav.

Megalesia adpellata] Cicero de Arusp. [12.] *Megalensium ludorum tanta religio est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe consederit. Qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa, et matris Magnae nomine suscepta declaretur.* SIG. *Megalesi jam adpellata* Flor. et Voss. in margine. *Megale suam appellata* Lov. 1. *Megalesa jam appellata* Lov. 2. *Megalensia jam appellati* Hav. Illud *jam* adsciscendum videtur.

§. 1. *Quum de supplementis legionum, quae in provinciis erant, ageretur*] Pall. duo, et vet. ed. *Quum de supplemento legionum ageretur, quae in provinciis erant.* GEBH. Ita et Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Mox *subgestum est*, pro *subjectum est*, Voss. quod ex interpretis glossa natum videtur. Similiter infra loquitur hoc cap. *Erectis exspectatione Patribus, subjecerunt.* Praeterea §. seq. *colonias Latinas XIII* Hearnii D. Sed male. duodecim enim nominatim recensentur infra hoc cap. et supra 27, 9, 7.

§. 3. *Pro fide atque obsequio imperii Romani*] Put. *inperii*, quod factum esse conjiciebat Salmasius ex *in P. R.* ut vera scriptura sit *pro fide atque obsequio in populum Romanum.* J. FR. GRON. *imperii*, sequenti voce omissa, Voss. et Lov. 1. ac 2. *imperatoris* Hav. *imperatorum* Lovel. 3. et Hearnii N. *impar* Lov. 5. *in p. r.* id est *in populum Romanum*, Flor. quod sibi quoque in Put. non vero, ut Salmas. apud Gronov. monuit, *imperii* obvium fuisse, Crevierius testatur; qui addit, vulgatum *obsequio imperii Romani* in nullo suorum codd. superesse, quin etiam scripturam illam pravam et a Latinitate alienam esse. Ejus itaque exemplo *in populum Romanum* in contextum recepi.

§. 4. *Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei prope jam obliteratae, quam ira irritata est*] *Sub hanc vocem vero memoria* Lov. 5. *Sub hanc vocem nova memoria* Ber. et edd. ante Ascens. anni 1513. *sub hanc vocem memoria* Hav. Tum *memoria magistratibus renovata* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. *me-*

Digitized by Google

que, nihil prius referre consules passi, decreverunt, *ut consules magistratus denosque principes Nepete, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carseolis, Sora, Suessa, Setia, Circejis, Narnia, Interamna,* (eae namque coloniae in ea caussa erant) *Romam exci-*
6 *rent: iis imperarent, quantum quaeque earum coloniarum militum plurimum dedisset populo Romano, ex quo hostes in Italia essent, duplicatum ejus summae numerum peditum daret, et equites centenos vicenos. si*

moria Patribus renovata Lov. 2. in margine. Deinde *jam* deest in Lov. 3. et Harl. *rei prope jam obliterata est*, reliquis omissis, legunt Flor. Lov. 1. 5. Voss. *rei prope jam obliteratae est* Hav. *rei prope jam obliteratae est, quam ira irritata* Ber. Gaertn. et edd. vett. ante Froben. anni 1535. Mox §. seq. *decrevere* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 5. *Ut consules magistratus denosque principes*] Hic *principes* vocat, quos paullo post cum *legatos*, tum *primores*. Deni autem ex duodecim coloniis, praeter magistratus, efficiebant numerum centum viginti, qui retineri jussi, magistratus vero domum ire ad delectus conficiendos. Et coloniarum nomina in plerisque vetustis codicibus hoc loco melius habent, quam 27, [9, 7.] quod supra etiam admonuimus. GLAR. Hi *decem principes* etiam *decem-primi* vocati sunt, de quibus v. Noris. ad Cenot. Pis. diss. 1, 3. p. 40. et viros doctos ad Cic. pro Rosc. Amer. 9. Ceterum *ut omnes magistratus* male Hearnii N.

Nepete, Sutrio, Ardea, Calibus] *Nepet*, ut supra. SIG. V. ad 6, 9, 3. Ita quidem Hav. Sed optimi dissentiunt. Tum *Callibus* idem Hav. cum Ber. scribarum errore, qui et alibi ita peccarunt. V. ad 8, 16, 1. Monstra lectionum, quae codd. in reliquis coloniarum nominibus obferunt, ostendere nihil adtinet: id tamen memoratu dignum est, supra 27, 9, 7. ubi etiam duodecim harum coloniarum nomina recensentur, pro *Sora* memorari *Coram*. Utra autem lectio vera sit, dignosci nequit. ambae enim jam diu ante haec tempora fuerunt coloniae Romanae, et quidem in Latio novo.

§. 7. *Si qua eum numerum equitum explere non posset*] *Si qua earum numerum* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. Moguntina priores. De locutione illa v. ad 8, 37, 8. quo minus tamen probare audeam, illud obstat, quod integriores codd. alteram lectionem tueantur.

§. 8. *Retineri ejus coloniae magistratus legatosque placere*] *retinerent ejus coloniae magistratus* Voss. Lov. 1. 5. et Flor. a m. 1. qui *retinere* habet a manu 2. *retineret* Hav. Nihil mutandum. Nam eadem forma, qua *retineri*, etiam *dari* et similia alia subjunguntur.

Digitized by Google

qua eum numerum equitum explere non posset, pro 7
equite uno tres pedites liceret dare: pedites equitesque
quam locupletissimi legerentur, mitterenturque, ubi-
cumque extra Italiam supplemento opus esset. Si 8
qui ex iis recusarent, retineri ejus coloniae magistra-
tus legatosque placere: neque, si postularent, sena-
tum dari, priusquam imperata fecissent. stipendium 9
praeterea iis coloniis in millia aeris asses singulos
imperari exigique quotannis: censumque in iis coloniis

§. 9. *Stipendium praeterea iis coloniis tria millia aeris asses singulos imperari*] Facile possem hic lectori ostendere, quam foeda sit ignorantia. Nam si prosequi velim, quot modis haec verba intelligi possint, paginam implerem. Ego vero, cum mihi ipsi primum satisfacere nequeam, nec lectorem ostentatione inani traham, sed libere dicam, me hunc locum non intelligere. Hoc unum videri tamen mihi, *in mille aeris* legendum, non *tria millia*. Error ex scriptura facilis erat. Loquitur autem de stipendio. Singulos itaque asses in singulos menses intelligo, ut de mille aeris fierent asses annui duodecim. Et formulam puto proportione quadam sumptam, ut sors bonorum cujusque, et secundum sortem militum numerus cognosceretur. Hujusmodi locos ferme non attingunt, qui annotationes scribunt GLAR. Pall. tres habent *in millia aeris*. Nempe *τὸ III* numerus eo degeneravit. GEBH. Ut haec lectio manere nullo modo potest, ita satis feró, quod est in Put. Reg. Pet. Men. tribus Pall. Voss. *iis coloniis in millia aeris asses singulos*. Intelligo autem in singula millia. Sic 22, (36, 3.) *Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum et centenis equitibus in singulas adjectis*. 30, (17, 14.) *Legatis in singulos dona ne minus quinûm millium, comitibus eorum millium aeris*. 37, (45, 15.) *Millia deinde talentûm per duodecim annos*. Sic Curtius 5, 5. *Jumenta, inquit, adsignari, quae vos veherent, et singulis vestrûm millia denariûm dari jussi*. Sic MSS. Frustra reposuerunt *mille*. Liv. 39, (7, 5.) *Vicenos quinos et semisses in millia aeris quaestores urbani cum fide et cura solverunt*. Eodem libro (c. 44, 3.) *Et his rebus omnibus terni in millia aeris attribuerentur*. Male ergo Glareanus *in mille aeris*. 31, (13, 7.) *Consules agrum aestimaturos, et in jugera asses vectigales, testandi caussa publicum agrum esse, impositurros*. J. FR. GRON. Franc. Hotoman. de Re numar. p. 88. *tria millia aeris: asses in singulos imperari* legendum conjicit, et *in singulos* interpretatur *in capita*. Verum omnino nihil aliud mutandum, nisi ut cum Gronovio *in millia aeris* legamus, pro *tria millia*. Simili errore pro *inde*, sive *in̄*, ut per compendium scribitur, *III* datum esse, vidimus ad 9, 20, 1. et contra *in̄* sive *inde* pro *III*, ad 4, 9, 13. Quod adtinet ad ipsam locutionem *in millia aeris*, quam Gronov. recte ex-

Digitized by Google

10 *agi ex formula ab Romanis censoribus data. dari autem placere eamdem, quam populo Romano: deferrique Romam ab juratis censoribus coloniarum, pri-*
11 *usquam magistratu abirent.* Ex hoc senatusconsulto, adcitis Romam magistratibus primoribusque earum coloniarum, consules quum militem stipendiumque imperassent, alii aliis magis recusare ac recla-
12 mare. negare *tantum militum effici posse: vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros.* Orare atque obsecrare, *ut sibi senatum adire ac deprecari*
13 *liceret. nihil se, quare perire merito deberent, admisisse: sed, si pereundum etiam foret, neque suum delictum, neque iram populi Romani, ut plus mili-*

posuit, de ea etiam supra v. ad 4, 15, 6.

Ex formula ab Romanis censoribus data] *ex forma* Voss. et Lov. 1. Male. *Formula* hic est lex, sive praescriptum, secundum quod aliquid peragendum est. Supra 4, 8, 4. *Cui* magistratui *arbitrium formulae censendi subjiceretur.* 22, 57, 10. *Ad milites ex formula accipiendos mittunt.* 27, 10, 2. *Quaesiveruntque ab iis, ecquid milites ex formula paratos haberent?* Et postea. *Respondit milites ex formula paratos esse.* Mox hoc cap. *Si simplum ex formula imperetur.*

§. 11. *Quum milites stipendium imperassent*] Meliores *militem stipendiumque.* J. FR. GRONOV. Ita editum primum est in ultima Gruteri ed. Priores habent *milites stipendiumque.* Et ita servant omnes mei, nisi quod Voss. a manu altera inter versus adscriptum ostendat *militum stipendiumque*, in quo lectionis a Gronovio restitutae vestigia manifeste agnoscas. *stipendium militesque* legit Ber. Mox *clamare*, pro *reclamare*, Lov. 4. Harl. et Rec.

§. 12. *Si simplum ex formula imperetur, enixuros*] *si praelium* Voss. et Lov. 1. Tum *emsuros*, seu *emersuros*, idem Lov. 1. *evasuros* Hav. *impleturos* Hafn. *enisuros* Flor. Voss. Lov. 3. 4. et Gaertn. V. ad 2, 39, 11. et c. 50, 9. Paullo ante *ne cogitare*, pro *negare*, Harl.

§. 13. *Neque suum delectum*] Lego *delictum.* Nam praecedit: *Nihil se, quare perire merito deberent, admisisse: sed, si pereundum etiam foret.* Quia vero hic de delectu agitur, facilis lapsus fuit. RHEN. Paullo ante *quare perire merito, admisisse*, una voce omissa, Flor. a m. 1. *quare perirent merito* a m. 2.

§. 14. *Ire domos ad delectus habendos*] *ire domum* Flor. Voss. Lov. 2. 5. Gaertn. et Hav. *irent*

Digitized by Google

tum darent, quam haberent, posse efficere. Consu- 14
les obstinati manere legatos Romae jubent; magi-
stratus ire domos ad delectus habendos. nisi summa
militum, quae imperata esset, Romam adducta, ne-
minem iis senatum daturum. Ita praecisa spe se- 15
natum adeundi deprecandique, delectus in iis duo-
decim coloniis, per longam vacationem numero ju-
niorum aucto, haud difficulter est perfectus.

XVI. Altera item res, prope aeque longo negle- 1
cta silentio, relata a M. Valerio Laevino est. qui,
privatis conlatas pecunias, se ac M. Claudio consu-
libus, reddi tandem, aequum esse dixit. *nec mirari* 2
quemquam debere, in publica obligata fide suam

domum Lov. 3. Paullo ante *legatos manere Romae* Flor. et Harl. *legatos Romae manere* Lov. 4.

§. 15. *Ita praecisa spe senatum adeundi*] *Itaque praecisa spe* Hearnii L. 1. V. ad 21, 53, 7.

§. 1. *Altera itidem res*] Vet. lib. *item.* SIG. Pal. 1. et 3. *Altera item res* sec. plane τὸ *item*, vel *itidem* fastidit. Amplius pr. *prope aequo longe neglecta silentio.* tert. *aeque longo nec laeta silentio.* Pariter ut c. 12, 1. ubi idem codex, pro *neglecta eo biennio res*, legebat *nec laeta eo biennio res.* GEBH. *item* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Similiter etiam in Put. et Victor. esse, Crevier. monuit. Horum fide recepi. Hinc *aequo longe neglecta silentio* Flor. et Lov. 1. ac 2. *aeque longe neglecta silentio* Lov. 3. et Hav. *aeque longe neglecto silentio* Lov. 4.

Se ac M. Claudio consule] Vet. lib. *consulibus.* SIG. Ambigue olim forte scriptum fuit *Cos.* vel *Cons.* in quo recte extricando saepissime lapsi sunt librarii. V. ad 10, 10, 2. Praeterea *M. Claudio Marcello* edidit Sigonius. Sed vocem additam, quam certatim posteriores edd. spreverunt, in nullo cod. inveni.

§. 2. *Etiam se auctorem ita conferendi fuisse, inopi aerario, nec plebe*] Mog. ed. *in inopia aerarii.* MOD. Pal. 3. removet τὸ *ita.* Pal. 1. *etiam se auctorem ita conferendi fuisse inopiae aerarii.* sec. et vet. ed. *etiam se auctorem ita conferendi fuisse inopia aerarii.* Neque invenuste Mog. ed. *in inopia aerarii.* GEBH. Libri fere *inopia* aut *inopiae aerarii.* Edd. Mog. Andreae, Aldina, *in inopia aerarii.* Put. ille optimus *fuisse inopia aerariacnec plebe.* Scribe *etiam se auctorem ita conferendi fuisse inopia aerarii ac nec plebe.* id est, ob inopiam aerarii, et quod nec plebs sufficeret tributo pendendo. J. FR. GRON.

Digitized by Google

praecipuam curam esse. Nam, praeterquam quod aliquid proprie ad consulem ejus anni, quo conlatae pecuniae essent, pertineret, etiam se auctorem ita conferendi fuisse, inopi aerario, nec plebe ad tributum subfi-
3 *ciente.* Grata ea Patribus admonitio fuit: jussisque referre consulibus, decreverunt, *ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur: primam praesentem ii, qui tum essent, duas tertii et quinti consules numerarent.*
4 Omnes deinde alias curas una occupavit, postquam Locrensium clades, quae ignoratae ad eam diem fue-
5 rant, legatorum adventu vulgatae sunt. nec tam Q. Pleminii scelus, quam Scipionis in eo aut ambitio
6 aut neglegentia iras hominum irritavit. Decem legati Locrensium, obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus consulibus velamenta supplicum, ramos oleae, (ut Graecis mos est) porrigentes, ante

Vulgata lectio primum adparuit in ed. Froben. anni 1535. omnes omnino priores *in inopia aerarii*. Omnes etiam mei *inopia* vel *inopiae aerarii*, nisi quod *inopiae aerariae* sit in Flor. *inopiae ratio* in Harl. Cl. Crevier. etiam notat, vulgatam lectionem probam esse, quam tamen auctoritas Mstorum destituit. Et sane *inopi aerario* accipi potest dictum per ellipsin participii verbi substantivi, de quo v. ad 4, 47, 7.

§. 4. *Quae ignotae ad eam diem fuerant*] Idem liber optimus *ignoratae*. J. FR. GRON. Optimo consentit bonitate proximus Flor.

§. 5. *Iras hominum inritavit*] Ita fuerat initio conceptum, quod in Pal. 1. degeneravit in *invitavit*. c. 15, 4. *Non memoria magis Patribus renovata rei prope jam obliteratae, quam ira irritata est.* GEBH. Ita et Flor. Voces illas in Mstis commutari, vidimus ad 1, 15, 1. *mutavit* Voss. et Lov. 2. *incitavit* Lov. 5. et Hav. Solent et haec verba in Mstis confundi. V. ad 8, 32, 16. Vulgatum probum est. Liv. 37, 49, 3. *Quibus misericordia opus erat, iram et odium irritarent.* Paullo ante Pleminii praenomen *Q.* non adparet in Flor. Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *P. Levinii* perperam legit Lov. 5.

§. 7. *Orare, ut sibi Patres adeundi*] Parum interest; tamen omnes Gall. Andreas, et Aldina *rogare, uti sibi Patres.* J. FR. GRON. *Rogare, uti sibi* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et omnes edd.

Digitized by Google

tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt. Quaerentibus consulibus *Locrenses se* dixe- 7
runt *esse, ea passos a Q. Pleminio legato Romanisque militibus, quae pati ne Karthaginienses quidem velit populus Romanus. Rogare, uti sibi Patres adeundi, deplorandique aerumnas suas potestatem facerent.*

XVII. Senatu dato, maximus natu ex iis: *Scio,* 1
quanti aestimentur nostrae apud vos querelae, Patres conscripti, plurimum in eo momenti esse, si probe sciatis, et quomodo proditi Locri Hannibali sint, et quomodo, pulso Hannibalis praesidio, restituti in ditionem vestram. quippe si et culpa defectionis procul 2
a publico consilio absit, et reditum in vestram ditionem adpareat, non voluntate solum, sed ope etiam ac virtute nostra; magis indignemini, bonis ac

ante Froben. qui anno 1535. dedit *Orare, uti sibi.* Dan. Heinsius autem *Orare, ut sibi.* Gronov. quidem *Rogare* revocavit, sed vocem proximam reliquit, pro qua eum Hearnio dedi *uti.*

§. 1. *Scio, inquit, quanti aestimentur*] Pall. 1. et 2. *Scio, ait.* tert. *Scio, quantum existimentur.* GEBH. Omnes Gall. unusque Pal. ignorant *inquit.* in altero Pal. et Voss. est *ait.* Neutro contra veteres libros videmur indigere. J. FR. GRON. *Scio, ait, quanti* Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed melius vel *inquit,* vel *ait* exsulat a plerisque Gronovii libris, quibuscum faciunt ex meis Flor. et Harl. Saepius has similesque voces a Livio omissas, sed a librariis perperam interpositas esse, supra vidimus ad 23, 45, 6. Ex contextu igitur ejeci. Mox *Patres conscripti* non agnoscit Hearnii D.

§. 2. *Tam atroces atque indignas injurias*] Duae istae voces *atque indignas* non sunt in exemplari scripto. RHEN. Ita sola vet. ed. Sed Pall. 1. et 2. *tam indignas injurias a legato vestro militibusque* (τό *que* non continet sec.) *fieri.* tert. *tam atroces injurias.* Ideo, si vellem cum Rhenano certare confidentia atque impudentia, quod verbis unius cod. exsculpsit, duorum rectius facerem. GEBH. Rhenani cod. consentit unus Harl. sed *tam indignas injurias* legunt Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et Hearnii N. Si quid igitur mutandum, majorem his, quam Rhenano, fidem habendam existimo. Paullo ante *si culpa,* omissa media particula *et,*

Digitized by Google

fidelibus sociis tam atroces atque indignas injurias
3 *ab legato vestro militibusque fieri. Sed ego caussam utriusque defectionis nostrae in aliud tempus diffe-*
4 *rendam arbitror esse, duarum rerum gratia; unius, ut coram P. Scipione, qui Locros recepit, omnium nobis recte perperamque factorum testis, agatur; alterius, quod, qualescumque sumus, tamen haec,*
5 *quae passi sumus, pati non debuimus. Non possumus dissimulare, Patres conscripti, nos, quum praesidium Punicum in arce nostra haberemus, mul-*

Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Tum *a publico consilio desit*, pro *absit*, Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Praeterea *sed etiam ope* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *sed etiam opere* Lov. 5. Ber. Gaertn. et edd. vett. ante Aldum. Solent hae voces *ope*, sive *opere*, et *ope* passim commutari. V. ad 8, 16, 4. et ad 32, 21, 31.

§. 3. *In aliud tempus differendum arbitror esse, duarum rerum gratia*] Pal. 1. *in aliud tempus differendum puto. sed harum rerum gratia.* GEBH. *differendum arbitror. sed aurum rerum gratiam* Flor. *differendum arbitror, sed harum rerum gratia* Voss. Lov. 3. 5. nec aliter Hav. et Lov. 1. ac 2. nisi quod *gratiam* praeferant. *differendum arbitror esse harum duarum rerum gratia* Gaertn.

§. 4. *Qui Locros recepit, quique omnium nobis recte perperamque factorum est testis, agatur*] Non est in exemplari scripto *quique*. Fortasse sic legendum: *qui Locros recepit, omnium nobis recte perperamque factorum testis* (subauditur *existens*) *agatur*. Posset etiam legi: *ut coram P. Scipione, o. n. r. p. factorum teste.* RHEN. Neque in ullo Gall. aut Voss. est *quique*, uti neque in Rhenani libro. Quare paene adsentior illi, deleto praeterea verbo substantivo, quod intelligi Livius voluit, scribendum: *qui Locros recepit, omnium nobis recte perperamque factorum teste.* J. FR. GRON. In plerisque meorum τὸ *quique* similiter non reperitur; at eorum unus Lov. 2. *omniumque* legit. *quique perinde nobis* Ber. et edd. usque ad Ascens. anni 1513. *quique omnium perinde nobis* Gaertn. Crevierius priorem Rhenani emendationem etiam probavit. Mox voces *tamen haec, quae passi sumus* perperam exsulant a Flor. Voss. Lov. 1. 4. et Hav. Sed repetitio vocis *sumus* librarios in hunc errorem pellexit. V. ad 9, 11, 11.

§. 5. *Multa foeda et indigna a praefecto praesidii Hamilcare*] Castigavimus *multa foeda, indigna, et a praefecto praesidii Amilcare, et ab Numidis Afrisque passos esse.* RHEN. Pal. 1. *multa foeda et indigna et a praefecto praesidii.* sec. et vet. ed. *multo foeda et indigna a praefecto praesidii.* GEBH. Nostri omnes *multa foeda et indigna et a praefecto praesidii Amilcare*

Digitized by Google

ta foeda et indigna, et a praefecto praesidii Hamilcare, et ab Numidis Afrisque passos esse. Sed quid illa sunt, conlata cum iis, quae hodie patimur? Cum 6 *bona venia, quaeso, audiatis, Patres conscripti, id, quod invitus dicam. In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum vos, an Karthaginienses principes terrarum videat. si ex iis, quae Locrenses* 7 *aut ab illis passi sumus, aut a vestro praesidio nunc quum maxime patimur, aestimandum Romanum ac Punicum imperium sit; nemo non illos sibi,*

et a Numidis, partim contra Rhenanum, partim ex sententia ejus. J. FR. GRON. *multa foeda ac indigna a praefecto* Lov. 5. *multa foeda et indigna a praefecto* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. et Hav. *multa foeda et indigna et a praefecto* Flor. Lov. 3. 4. et Hearnii L. 1. ac N. quod restitui.

§. 6. *Audiatis, Patres conscripti, id quod invitus eloquar*] Pall. 1. et 2. *dicam*. GEBH. Gall. omnes, cum uno Pal. et Voss. *quod invitus dicam*. J. FR. GRONOV. Ita et Flor. et praeter Ber. Rec. atque Harlej. omnes reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. Voces autem *Patres conscripti* non agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et Hav.

In discrimine est nunc humanum genus] Deerat dictio *omne*, *humanum omne genus*. RHEN. Quod Sigonius, quod Modius queritur, toties et ego iterare cogor, Rhenanum asinina impudentia unius libri subsidio fretum inculcasse, quod plurimorum consensus confutat. Sic hic insersit τὸ *omne*, admissum quidem in Pal. 3. sed reliquis omnibus exclusissimum; ut et statim τὸ *orbis*. GEBH. Vox *omne* deest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Contra reliqui, et praesertim Flor. eam admittunt.

Principes orbis terrarum] Illud *orbis* nec in Put. nec Cantabr. nec Voss. apparet. An Livii sit, forsan poterit hinc decerni. 42, 39, 3. *Congredientes nobilem regem et populi principis terrarum omnium legatos*. In prima praefatione: *Rerum gestarum memoriae principis terrarum populi*. Ubi hallucinatur eruditus Gallus. 5, [48, 8.] *populum gentibus mox imperaturum* vocat. Interim non ignoramus 34, 58, 8. *Ut aut sola aut prima pensari decet principi orbis terrarum populo*. JAC. GRON. Vocem *orbis* expellunt etiam Flor. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Quare etiam expunxi.

§. 7. *Nunc quam maxime patimur*] Scripsimus *cum maxime*. Nam hoc adverbio saepe Livius utitur, ceu alibi quoque monuimus. RHEN. Ita in Livio emendandum esse, monuit etiam Rhenanus ad Taciti 1. Hist. 29. ubi tamen in laudando Livio peccant recentiores edd. quae, pro *lib.*

Digitized by Google

8 *quam vos, dominos praeoptet. Et tamen videte, quemadmodum Locrenses in vos animati sint. Quum a Karthaginiensibus injurias tanto minores acciperemus, ad vestrum imperatorem confugimus: quum a vestro praesidio plusquam hostilia patiamur, nus-*
9 *quam alio, quam ad vos, querelas detulimus. Aut vos respicietis perditas res nostras, Patres conscripti, aut ne ab Diis quidem inmortalibus quod precemur,*

IX. tertiae decadis, simpliciter legunt *lib. IX.* Rhenani emendationem probant non tantum Put. ut Cl. Sallier. me docuit, sed etiam Flor. et reliqui codd. mei, uno Hav. excepto. Ita 27, 9, 4. *Quippe nunc quum maxime florens viribus.* In tabula aenea apud Gruter. 502. col. 11. QVOD. OPVS. QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS. NVNC. QVVM. MAXIME NIMIS. MAGNO. EXPERIMENTO. COGNOSCIMVS. V. Cl. Duker. infra hoc cap. ad §. 20.

§. 8. *Quum a Karthaginiensibus injurias multo minores acciperemus*] Pal.3. *tanto minores.* GEBH. Put. *manto.* Forte *injurias tanto minores.* Sic infra idem liber c. 30, 7. *acmae*, pro *actae.* J. FR. GRON. *manto minores* etiam Flor. in quo postea *multo* emendatum est: quod plerique retinent codd. *tanto minores* tamen fuisse videtur in Voss. et Harl. ex quibus nihil notari video. Locutionem hanc *tanto minor, major* inlustrat Cel. Burm. ad Phaedri 1, 24, 8. *Tanto* autem et *Multo* etiam alibi a scribis confunduntur. V. Nic. Heinsium Ovid. 5. Fast. 693. Praeterea *acceperimus* Lov. 4. et 5. quod pro varia lectione est in margine Voss. Paullo ante *in vos Locrenses* Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 10. *Ad recipiendos a Karthaginiensibus Locros*] Antiqua lectio *ad recuperandos a Carthagin. Locros.* Eam et nos secuti sumus. RHEN. *recuperandos* solus Pal. 3 Reliqui vero duo *ad recipiendos.* GEBH. Gall. Pall. Voss. *recipiendos.* J. FR. GRON. Non aliter quoque Flor. et omnes alii codd. praeter Lov. 3. 4. et Harl. qui Rhenano favent. *recipiendos* etiam Hearnii L. 1. et N.

§. 11. *Nec hominis quidquam est, Patres conscripti, praeter figuram et speciem*] Infra 34, 24, 4. *Linguam tantum Graecorum habent, sicut speciem hominum; moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, inmanes belluae vivunt.* Imitatus autem videtur Ciceronem pro Cluent. 72. *Eo denique adducta est, ut sibi praeter formam nihil ad similitudinem hominis reservarit.*

Praeter habitum, vestitumque, et sonum] Quia vocabulum *vestitumque* non est in veteri codice, et nos submovimus. RHEN. Satis basilice, quod, quidquid non placet satis, aut rejicit, aut interpolat, fretus unis membranis, atque illis quidem saepe, ut apparet, non nimis probis. contra quas ego sane dico ex consensu aliorum optimorum codicum hic omnino legendum; *praeter ha-*

Digitized by Google

quidquam superest. Q. Pleminius legatus missus 10
est cum praesidio ad recipiendos a Karthaginiensibus Locros, et cum eodem ibi relictus est praesidio.
In hoc legato vestro (dant enim animum ad loquen- 11
dum libere ultimae miseriae) nec hominis quidquam est, Patres conscripti, praeter figuram et speciem; neque Romani civis, praeter habitum, vestitumque, et sonum Latinae linguae. Pestis ac bellua inmanis, 12

bitum vestitumque et sonum. Sic enim et alias ait Livius 28, [27, 4.] *Ora, vestitum, habitum civium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video.* MOD. Pal. 3. *τὸ vestitumque* exterminavit, quod lepide a Modio restitutum est, cum expresse vet. ed. *Neque Romani civis praeter habitum vestitumque et sonum Latinae linguae.* Reliqui duo Pall. 1. et 2. *praeter habitum vestimentumque.* Et ipse Livius 28, 27. et 30, 33. GEBH. *habitum vestitumque* omnes, invito Rhenano, qui *τὸ vestitumque* deleverat invito Livio, ut et Modius sensit. 28, [12, 3.] *Quibus non lex, non mos, non lingua communis: alius habitus, alia vestis.* Et rursus [c. 27, 4.] *Corpora, ora, vestitum, habitum civium agnosco; facta, dicta, consilia, animos hostium video.* 30, [33, 8.] *Quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non caussa militandi eadem esset.* 37, [54, 22.] *Non enim sonum modo linguae vestitumque et habitum, sed ante omnia mores* etc. Cic. 4. in Verr. [3.] *Eximia vetustate, virginali habitu atque vestitu.* Sueton. Oetav. [40.] *Etiam habitum vestitumque pristinum reducere statuit.* J. FR. GRON. Unus tantum meorum Harl. unus etiam Hearnii D. Rhenano favent; reliqui et mei, et Hearnii constanter *habitum vestitumque et sonum;* quod recte viri docti probarunt et inlustrarunt. Ipsa verborum compositio Liviana est, quem in tribus substantivis conjungendis secundo *que*, tertio *et* addere solitum fuisse, vidimus ad 2, 31, 1. et 5, 17, 9. V. etiam hoc cap. §. 13. et 20. Praeterea quod Livius aliique *habitum vestitumque* dixerunt, interdum etiam efferunt *habitum cultumque.* V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 44.

§. 12. *Pestis ac bellua inmanis, qualem fretum quondam]* Scyllam, de qua est in fabulis, intelligit. SIG. Imitatus est Livius locum Cic. 2. Philipp. 27. *Horum paucis diebus nihil erat. Quae Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quae si fuit, animal unum fuit.* etc. GEBH. Put. Reg. Men. Voss. *qualis*, id est *quales.* neque enim simplex aut una fuit. J. FR. GRON. *qualis* Flor. *quales* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Hearnii N. D. et edd. nonnullae, in aliis earum editum est *quale*, quod etiam praeferunt Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Hinc deinde Ascens. anno 1513. fecit *qualem*, quod obvium similiter fuit in Lov. 2. Hafn. et Hav.

§. 13. *Si scelus, libidinemque,*

Digitized by Google

quales fretum quondam, quo ab Sicilia dividimur, ad perniciem navigantium circumsedisse fabulae fe-
13 *runt. At si scelus, libidinemque, et avaritiam solus ipse exercere in socios vestros satis haberet, unam profundam quidem voraginem tamen patientia nostra*
14 *expleremus. nunc omnes centuriones militesque vestros (adeo in promiscuo licentiam atque inprobita-*
15 *tem esse voluit) Pleminios fecit: omnes rapiunt, spoliant, verberant, vulnerant, occidunt: constuprant matronas, virgines, ingenuos, raptos ex complexu*
16 *parentum. Quotidie capitur urbs nostra, quotidie*

et avaritiam] Submovimus *que* particulam, quam accusativo *libidinemque* quispiam adnexuerat. RHEN. Omnes *scelus libidinemque et avaritiam.* Unde rursus *τὸ que* submoverat Rhenanus. J. FR. GRON. Solus iterum e meis codd. Harl. facit cum Rhenano: solus praeterea Gaertner. ignorat voculam *et.* Ceteri omnes *si scelus, libidinemque, et avaritiam*: quod etiam firmant Hearnii L. 1. et N. Est autem eadem compositio, atque illa, de qua modo §. 11. dictum est. Mox *patientia nostra expleret* Rec. *patientia nostra exploremus* Gaertner.

§. 14. *Pleminios fecit*] V. Gronov. 3. de Pec. Vet. 17. DUK. De hoc usu nominum propriorum vide, quae notavi ad Silii 8, 318.

§. 15. *Constuprant matronas, fiunt in virgines ingenuas raptus ex complexu parentum puerosque*] Hic mire quispiam fuit occupatus in mutandis Livii verbis. Nos veterem et proinde synceram lectionem ex veteri volumine restituimus in hunc modum: *constuprant matronas, virgines, ingenuos raptos ex complexu parentum. Quotidie capitur urbs nostra.* Porro, qui mutavit, videtur legisse *raptus* pro *raptos.* Hinc retexenda fuit illi tota oratio. RHEN. Pal. 1. *et stuprant matronas. fuerint virgines incensuros raptos ex complexu parentum.* Oppido corrupte sec. *verberant, occidunt, vulnerant. constuprant matronas, simul et ingenuas virgines: vi pueros rapiunt e complexu parentum.* Vet. ed. *constuprant matronas, fiunt in virgines raptus ex complexu parentum.* GEBH. *constuprant matronas, virgines, ingenuos raptos* idem Rhenanus, et satis concinne. Prius erat *constuprant matronas, fiunt in virgines ingenuas raptus ex.* Scripti meliores, caetera probantes satis restitutionem Beati, inserunt, post *matronas, fuit* (sic Put.) vel *fuint,* vel *fiunt,* vel *fuerint.* J. FR. GRON. Edd. ante Rhenanum consentiunt Ber. et Gaertn. *constuprant matronas, fuit virgines incensuos raptos* Flor. *constuprant matronas, virgines, incensuros raptos* Voss. nec aliter Lov. 1. nisi quod *incesuros* legat.

Digitized by Google

diripitur; dies noctesque omnia passim mulierum puerorumque, qui rapiuntur atque asportantur, ploratibus sonant. Miretur, qui sciat, quomodo aut 17 *nos ad patiendum subficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum injuriarum satietas ceperit. Neque ego exsequi possum, nec vobis operae est audire singula, quae passi sumus. communiter omnia amplectar. Nego domum ullam Locris; nego quem-* 18 *quam hominem expertem injuriae esse; nego ullum genus sceleris, libidinis, avaritiae superesse, quod in ullo, qui pati potuerit, praetermissum sit. Vix* 19

constuprant matronas, fiunt in virgines incensi raptos Lov. 2. *constuprant matronas, furiunt in virgines, ingenuos raptos* Lov. 3. *constuprant matronas, fuint filias, virgines incestant raptas* Lov. 5. *constuprant matronas, fiunt virginum raptus* Hav. Sed emendationem Rhenani probat Lov. 4. neque aliter inde discedit Harl. nisi quod ignoret vocem *virgines*. Paullo ante *τὸ vulnerant* non est in Lov. 1. 3. Hearnii N.

§. 16. *Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur*] Sollemni librariorum errore *rapitur urbs* est in Lov. 5. et Hearnii L. 1. V. ad 6, 23, 5. *carpitur urbs nostra* in Lov. 2. et 3. V. ad 6, 32, 11. Deinde voces *quotidie diripitur* desunt in Lovel. 5. et Hearnii D. Mox *exportantur*, pro *asportantur*, Lov. 5. et Hearnii N.

§. 17. *Miretur, qui sciat*] Antiqua lectio, *Miretur, qui nesciat*. Nec quicquam incommodi habet sermo. RHEN. Antiqua lectio, *Miretur, qui sciat*. non illa, quae est recens Beati. J. FR. GRON. *nesciat* soli ex meis Harl. et Rec. solus etiam Hearnii D. Ceteri mei cum Oxonn. L. 1. et N. *sciat*.

Communiter omnia amplectar] Ita omnes codd. mei, et edd. vett. Postea Froben. anno 1535. substituit *complectar*, quod recentiores servarunt usque ad Jac. Gronov. qui priorem lectionem recte revocavit. *amplectar* enim etiam in Put. esse, ex Cl. Sallierio didici. Paullo ante *Nec ego exsequi*, pro *Neque*, Lov. 2. contra *neque vobis operae est*, pro *nec vobis*, Lov. 5. Sed v. ad 9, 9, 14.

§. 18. *Sceleris, libidinis, ac avaritiae superesse, quod in eorum ullo, qui pati potuerint*] Scripsimus, *libidinis, avaritiae superesse, quod in ullo, qui pati potuerit*. RHEN. *libidinis ac avaritiae superesse* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quae lectio admitti nequit ob illa, quae supra dicta sunt ad 10, 36, 17. *libidinis, aut avaritiae superesse* Lov. 5. *libidinis, avaritiae esse* Lov. 4. *libidinis, avaritiae superesse*

Digitized by Google

ratio iniri potest, uter casus civitatis sit detestabilior, quum hostes bello urbem cepere, an quum exitiabi-
20 *lis tyrannus vi atque armis obpressit. Omnia, quae captae urbes patiuntur, passi sumus, et quum maxime patimur, Patres conscripti; omnia, quae crudelissimi atque inportunissimi tyranni scelera in obpressos cives edunt, Pleminius in nos, liberosque nostros, et conjuges, edidit.*

1 XVIII. *Unum est, de quo nominatim et nos queri*

caeteri Msti cum Rhenano, cui etiam fere omnes in reliqua parte verborum adsentiuntur, nisi quod Ber. servet lectionem, quae ante eum circumferebatur.

§. 19. *Exitialis tyrannus*] Scripsimus *exitiabilis tyrannus*, pro *exitialis*. RHEN. Mog. ed. *exitialis tyrannus*. MOD. Rhenani emendationem probant codd. quibus utor, uno demto Lov. 3. V. ad 27, 23, 4.

§. 20. *Et nunc quam maxime patimur*] Scripsimus *cum maxime*, pro *quam maxime*. Item *et conjuges edidit*, pro *conjugesque edidit*. RHEN. Non moverem, nisi Voss. et omnes Gall. et Pall. unico solum excepto, deleta particula referrent: *passi sumus, et cum maxime patimur*. J. FR. GRON. Conspirant cum his libri Hearnii. alioqui recte dicitur *nunc cum maxime*. Hoc ipso cap. *Quae a vestro praesidio nunc cum maxime patimur*. Ter. Ad. 4, 1, 2. *Nunc cum maxime operis aliquid facere credo*. ubi v. Faërn. et G. Fabric. Pro eo in Cic. de Senect. 11. vulgo editur *nunc quam maxime: Causarum illustrium, quascumque defendi, nunc quam maxime conficio orationes*. Sed non dubito adsentiri Jac. Gronovio, ibi legenti *nunc cum maxime*. DUK. V. supra hoc cap. ad §. 7. Plura exempla, ubi particulae *nunc quum maxime* junctae obcurrunt, laudavit Livinej. ad Mamert. Paneg. Maximiano dictum c. 2. Similiter *tum quum maxime* dici, videbimus ad 40, 13, 4. Probare igitur nequeo sententiam Zinzerl. qui in Promuls. Crit. c. 22. omnia loca, quae Livinejus laudavit, corrupta existimat, et priorem particulam *nunc τοῦ quum maxime* glossam esse opinatur. Alia mens fuit Cl. Graevii, qui, licet ad Cic. 2. de Off. 7. Zinzerlingi cum laude meminerit, *nunc* tamen et *quum maxime* tamquam synonyma recte jungi observat. Similiter Gronov. hoc loco profitetur, fore, ut particulas has non movisset, nisi aliud voluissent codd. scripti. Sane *et quum maxime* superest non tantum in omnibus meis Msts, et Oxonn. Hearnii, sed etiam antiquioribus edd. siquidem Ascens. demum anno 1513. *et nunc quam maxime*, Froben. anno 1535. ex mente Beati *et nunc quum maxime* ediderint. Gronovio itaque adsensus τὸ *nunc* hic expungendum puto ex auctoritate codd. et vett.

Digitized by Google

ri religio infixa animis cogat, et vos audire, et exsolvere rempublicam vestram religione, si ita vobis videbitur, velimus, Patres conscripti. Vidimus enim 2 *cum quanta ceremonia non vestros solum colatis Deos, sed etiam externos accipiatis. Fanum est* 3 *apud nos Proserpinae, de cujus sanctitate templi credo aliquam famam ad vos pervenisse Pyrrhi bello: qui quum, ex Sicilia rediens, Locros classe praeter-* 4 *veheretur, inter alia foeda, quae propter fidem erga vos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros*

edd. non vero ubique, quasi *nunc τῶν quum maxime* glossa foret, et Zinzerl. voluit. Mox *τὸ cives* deest in Flor. Deinde *conjugesque* servant Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Sed Flor. aliique cum Rhenano legunt *et conjuges*. Recte. V. de hac orationis compositione ad §. 11.

§. 1. *Nos queri religio infixa animis cogat*] Put. Reg. Men. *religio infixa animos*. Estne scriptorum mendum? an dictum ut 22, [12, 5.] *Caeterum tacita cura animum incensus*. J. FR. GRON. *animos* etiam Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. ac N. *animo* Lov. 4. et apud Crevier. codex Victor. Utrum *infixa animos*, ut *incensus animum*, dici possit, vehementer dubito. Potius videtur, lectionem *animos* natam esse ex duplici scriptura *animo* et *animis*, ex qua juncta tandem haec enata est. Eo facit, quod Hav. legat *infixa animis nos cogit*; ubi *nos* datum videtur pro *mos*, quae ultima syllaba est vocis *animos*.

Et exsolvere rempublicam vestram religione] In scripto codice *est solvere*, non *exsolvere*. RHEN. Haud secus Pall. duo, et vet. ed. Sed tert. *et solvere*. Quod cur Rhenanus praeferret, nihil caussae erat. GEBH. *et solvere* in solo inveni Harl. Reliqui *et exsolvere*. Rhenanus tantum cod. scripti lectionem indicavit; vulgatae vero praetulisse, nondum comperi. Mox §. seq. *Audimus enim*, *cum quanta ceremonia* Lov. 2. *Vidimus*, *cum quanta ceremonia* Lov. 4. *Vidimus enim tum*, *quanta ceremonia* Gaertn. Praeterea *non solum vestros* Lovel. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores. Denique *sed et externos* Lov. 2. et 3.

§. 3. *Fanum est apud nos Proserpinae*] V. Dionys. Halic. in Exc. Peiresc. p. 542. Ceterum *Proserpinae Deae* Lov. 4. At ultima vox ex seqq. nata est.

§. 4. *Quae propter fidem nostram erga vos in civitatem nostram facinora edidit*] Putean. omnesque Gall. et Voss. abiguntur prius *nostram*. J. FR. GRON. Praeter Hearnii Oxonn. prius *nostram* nullus meorum, nisi tantum Ber. agnoscit; quin et posterius *nostram* neglexit pariter Lov. 4. sed male. Paullo ante *praeveheretur* Gaertn. de quo verbo v. ad 29, 32, 8. uni tamen cod. non credo.

Digitized by Google

quam rei gesseritis; ne, quod piaculum commiserunt, non suo solum sanguine, sed etiam publica
10 *clade luant. Quamquam ne nunc quidem, Patres conscripti, aut in ducibus, aut in militibus vestris cessat ira Deae. Aliquoties jam inter se signis conlatis concucurrerunt. dux alterius partis Pleminius, al-*

ego gesseritis. Voss. *P. C. priusque eo go gesseritis.* Omnia media desunt in ullo lacunae vestigio. Quid dicam? nisi Victorinum Feltrensem, aut ex hac nota correctorem ea excogitasse, cui in mentem veniebat, expiari manus pretio licere in quantacumque culpa, et

Omne nefas omnemque mali
purgamina caussam
Tollere.

Nam meliores illis fuisse codices verisimile non est. Sed erant, qui aliter sentirent, qui dicerent nimium faciles, *tristia crimina piaculis aboleri* credentes. Qualem si finxit hunc Livius legatum, modestius equidem poterant, et minori veterum membranarum contemtu, *quibus per, vos, fidem vestram, Patres conscripti, ne quam rem gesseritis; ne, quod piaculum commiserunt, non suo solum sanguine, sed etiam publica clade luant.* Illius *priusquam* prima syllaba ex repetitione ultimae vocis praecedentis est: *ptinequam*, quum nescirent, quid sibi vellet, fecerunt *priusquam.* Quot erunt tamen, quibus ita curandum esse Livium persuadebo? Vel duo, vel nemo. Facile tamen, credo, illis, qui Puteanicum codicem tractarunt, qui possunt aestimare, quanta illi reverentia debeatur, unde constat omnia prope, quae nunc habentur, scripta exemplaria, serius citius, ex ipso aut apographis ejus profecta esse. J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii haud dubie probarunt viri docti, qui haec verba ex illius emendatione, sublata tamen distinctione post pronomen *vos*, citarunt. Ego ἐπέχω, quod neque copulam *que* a libris scriptis abesse, neque auctorem vulgatae scripturae in linguam Latinam peccasse (in emendata plus elegantiae esse, non nego) animadverto. DUK. Omnes mei constanter *per vos fidemque vestram*, ut vulgo editur; nisi quod Lov. 1. praeferat *quibus parvos et fidem vestram.* quae lectionis varietas fiduciam dat, ut Gronovii conjecturam veram credam, ac legendum putem *quibus per, vos, fidem vestram*, ejecta copula *que*, quam, in primis in hac Liviani operis parte, librarii saepissime vel addiderunt, vel omiserunt, ut observat Cl. Jac. Gronov. Dissert. epist. ad Livii loca quaed. Geogr. ep. 2. p. 15. Genus loquendi pluribus inlustravi ad Silii 1, 658. et 5, 82. praesertim autem bene multa hic notarat J. Fr. Gronov. in priori ed. not. quae in sequentibus edd. omisit hoc animo, ut alibi eadem commodius repeteret: quod quum postea praestitum non meminerim, digna esse judicavi, quae in hac etiam editione conspicerentur: verum quia longiora sunt, quam ut commode verbis Livii hoc loco subjici possint, in ultimum tomum et appendicem Livianam rejeci. Ceterum pronomen *vos* non est casus rectus,

Digitized by Google

terius duo tribuni militum erant: non acrius cum Karthaginiensibus, quam inter se ipsi, ferro dimicaverunt. praebuissentque occasionem furore suo Locros 11 *recipiendi Hannibali, ni adeitus ab nobis Scipio intervenisset. At, Hercule, milites contactos sacrile-* 12 *gio furor agitat: in ducibus ipsis puniendis nullum*

pendens ex verbo *gesseritis*, quemadmodum illa omnia in similibus constructionibus capiebat Cl. Cortius ad Sall. Jug. 14, 25. sed potius casus quartus, pendens ex omisso verbo *precor*, *obtestor*, vel simili. Id patet ex ejusmodi locutionibus numero singulari conceptis, *per, te, quod fecimus una nefas, ades; per, te, regna, da veniam*, et similibus, quae in restituta Gronovii nota ex Quinctil. Lucan. et Stat. laudantur. Numquam autem ex probato scriptore produci poterit locus, ubi, exempli caussa, obcurrit *per, tu, quod fecimus una, nefas, ades; per, tu, regna, da veniam.* In verbis sequentibus *P. C. priusquam cogo gesseritis*, reliquis omissis, Lov. 1. *P. C. priusquam rei gesseritis* Lov. 4. *P. C. priusquam congesseritis* Lov. 5 *patres con.pacata erant omnia priusquam ea gesserint* Hav. *patres prius pro gesseritis* Hearnii L. 1. Solum Victorin. cod. omnia, quae vulgo exstant, verba nobis integra exhibere, in ceteris autem suis nihil fere eorum exstare, auctor est Cl. Crevier. se tamen Gronovio ea recidenti adsentiri non posse, quia multae lacunae in optimo Put. obcurrunt, maxime autem, ut ad c. 9. monuit, in hoc et seq. libro. Ego vero, quid sequar, haereo. Video equidem, Gronov. sententiam probare laudatum a Locrensium legatis Pyrrhi exemplum, qui licet pecuniam omnem, quam rapuerat, conquisitam in thesauros Proserpinae reponi jusserit, non tamen illi umquam postea prosperi quidquam evenit. Ei igitur convenire, ut moneant, non milites expiandos esse, antequam eorum opera utantur; sed numquam per eos rem gerendam esse. Fateor etiam, ut Gronov. existimavit, facile librarios ita verba formare potuisse, ut praecipiant, antea milites expiandos esse, quam iis quidquam rei geratur. Verum, quum illa in hunc sensum interpolarent, vix ipsis in mentem venire potuisse existimo, ut *Italiae* et *Africae* meminissent. Suspendo itaque judicium, et rem arbitrio lectoris permitto. Praeterea *ne quod piaculum* Gronov. edidit anno 1665. quum ante semper vulgatum fuisset *ne quod piaculi.* Et id superest in Flor. Lov. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 10. *Signis conlatis concurrunt*] Cantabrig. Voss. Gud. *concurrerunt.* Put. et Men. plane *concucurrerunt.* Lolio victitamus, si id non recipimus. JAC. GRON. *concurrerunt* Lov. quinque, Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. primus enim Curio *concurrunt* edidit. *concucurrerunt*, quod Gron. ex Put. laudat, se fugisse monet Crevier. De eo v. ad 1, 12, 8.

Quam inter se ipsi, ferro dimicaverunt] In hunc ordinem verba digessit Jac. Gronov. concinentibus omnibus meis, prae-

Digitized by Google

Deae numen adparuit? Immo ibi praesens maxime
13 *fuit. Virgis caesi tribuni ab legato sunt. Legatus*
deinde insidiis tribunorum interceptus, praeterquam
quod toto corpore laceratus, naso quoque auribusque
14 *decisis, exsanguis est relictus: recreatus deinde lega-*

ter unum Gaertn. qui, ut olim edebatur, *ipsi inter se* exhibet. Mox §. seq. *nisi adcitus*, pro *ni*, Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. V. ad 23, 1, 8.

§. 12. *Milites contactos sacrilegio furor agitat*] *contractos* Voss. Lov. 1. et Flor. a m. 1. *contractatos* Lov. 5. et Hav. Male. V. ad 2, 5, 2. et 6, 28, 6. Deinde *sacrilegio furoris* Lov. 1. et Hav. *sacrilegio furor is* Lov. 2. et 5. Praeterea *exagitat* Harl.

§. 14. *Recreatus deinde legatus ex vulneribus*] Illum *legatum* hic libenter relegarim. Sufficit praecedenti membro appellatum esse. J. FR. GRON. Eam vocem in Victor. non adparere, auctor est Crevier. Eamdem etiam ex contextu, sola Gronovii conjectura nisus, ejecit Clericus. Mihi tam audaci esse non licet. Mox *in vincla* Flor. V. ad 3, 56, 4.

Dein verberibus adfectos, servilibusque omnibus suppliciis trucidatos cruciando occidit] Juxta fidem manuscripti codicis reposuimus: *dein verberatos, servilibusque omnibus suppliciis cruciando occidit.* Ego tamen malim *servilibus omnibus suppliciis* sine *que*. nisi quis velit legere *cruciatos*. RHEN. Vet. lib. *cruciatos*. ut pro lege Manil. [5.] *Vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit.* SIG. Quae *servilia supplicia* a Livio appellantur, indagandum. Fustibus caedi, liberorum poena erat, ut notat Marcellus l. 10. D. de Poen. inquiens: *Ex quibus causis liber fustibus verberatur, ex iis servus flagellis caeditur.* Sic Callistratus l. 28. §. 1. D. eod. inquit: *Non omnes fustibus caedi solent, sed ii dumtaxat, qui liberi sunt.* Quomodo autem milites fuste aliquando usque ad mortem caederentur, videre licet apud Polybium in l. 6, [35.] et hinc gravius est fustigatio supplicium, quam flagellatio: in reliquis vero non ita. Nam flagella, nudatis corporibus, cuti admovebantur, fustes autem vestitis inferebantur; et in flagellatione sanguis eliciebatur, in fustigatione vero nequaquam. §. *Si quis aliquem*, de Pace tenenda l. 2. Feud. tit. 27. Sic majorem poenam arbitratus est Accursius flagellorum, quam fustium l. 7. D. de Poenis. quod etiam statuit Paulus l. 4. D. de Incend. ruin. et naufr. Ob id Horatius 1. Sat. 3. *horribile flagellum* vocavit, inquiens:

Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Et Virgilius *sanguineum* dixit 8. Aen. [703.]

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

Et Juven. Sat. 6.

— — Hic frangit ferulas, rubet ille flagellis.

Et in sacra scriptura Eccles. c. 28. *Flagelli plaga livorem facit.* Servile itaque supplicium fuit flagellatio, quod etiam ex sacris paginis convincitur. Nam Act.

Digitized by Google

tus ex vulneribus, tribunos militum in vincula conjectos, dein verberatos, servilibusque omnibus supplíciis cruciatos trucidando occidit; mortuos deinde prohibuit sepeliri. Has Dea poenas a templi sui spo- 15
liatoribus habet: nec ante desinet omnibus eos agita-

Apoſt. 22. legimus de D. Paulo. Sic enim, quum tribunus juſſisset ipsum flagellis caedi, eum affatus eſt: *Sic hominem Romanum et indemnatum licet vobis flagellare?* quo audito, solutus a vinculis eſt. Quod etiam innuere videtur Cic. pro Rabir. [perduell. reo 4.] *Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella retulit.* Quasi dicat, virgae, quibus liberi homines Rom. caedi solebant, a lege Porcia inhibitae sunt: at hic, dum misericordiam profitetur, flagella, hoc eſt, servile supplicium, retulit. Multis autem modis servi flagellabantur. Erant enim flagella *Mastiges* dicta, ex reſtibus compacta, quibus aurigae utebantur in incitandis et impellendis equis ad cursum. Martial. 14, [55.]

Proficies nihil, hoc caedas licet usque flagello.

Parabantur quoque flagella ex loris, seu corrigiis coriaceis, quibus male affici servile erat. quod teſtatus eſt Terent. in Ad. [2, 1, 27.] inquiens: *Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere, atque ibi usque ad necem operiere loris. S. Loris liber?* Ulpianus l. 1. §. 33. D. ad SCtum Silan. scribit, impuberem servum habena caedi, vel ferula. Hoc genus flagelli innuere voluiſſe Calliſtratum Jurisconsultum in l. 7. D. de Poenis, vocantem *vincula*, exiſtimant non contemnendi nominis doctores, dum inquit, *vinculorum verberationem poenam esse.* Non enim probant Accursii eo in loco explicationem, dicentis, vinculorum poenam eſſe verberari fuſtibus. Plagae, quae infligebantur hujusmodi vinculis, seu funiculis, acerbiores, quam quae simplicibus coriis fiebant. Nam habebant etiam in extremitatibus eorum glandes ferreas et globos plumbeos, vel etiam hamos, ut magis percuſſa caro laceraretur. Hinc flagella hujusmodi *scorpiones* appellabantur, quod, sicuti scorpiones caudarum aculeo maxime laedunt, ita apicibus et extremitatibus flagellorum additis appendicibus cutis verberatorum misere laniaretur. Horum autem inventum Cretum fuiſſe, ex Plinio 7, 56. scripsit vir doctissimus et Jurisconsultus celeberrimus, cujus nomen lubens omitto reverentiae gratia; illius enim scriptis me multum debere fateor: sed *tormenti* vox eum fefellit. Eo enim in loco describens Plinius rerum diversarum inventores aït: *Et in tormentis scorpionem Cretas, catapultas Syros, Phoenices balistam et fundam.* ubi de bellicis inſtrumentis, quae *tormenta* appellantur, verba facere Plinium, luce meridiana clarius dignoscitur. Ex dictis patet, cur Graeca voce servi criminosi *μαστιγίας* et *στιγματίας* sint appellati, a verberibus scilicet et flagellis, quae nomina contumeliosa sunt. Legimus apud Xiphilinum, Dionis epitomiſtam, in Aug. haec: *Stigmatias quidam non modo non prodidit dominum, a quo notis fuerat compunctus, sed etiam ad eum servandum promptissi-*

Digitized by Google

re furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris
16 *fuerit. Majores quondam nostri, gravi Crotoniensium bello, quia extra urbem templum est, transferre in urbem eam pecuniam voluerunt. noctu audita ex delubro vox est,* abſtinerent manus: Deam sua
17 templa defensuram. *Quia movendi inde thesauros incussa erat religio, muro circumdare templum voluerunt. ad aliquantum jam altitudinis excitata*

mus fuit. Sic et servus hujusmodi Latinis *verbero* eadem de causa dictus. Et Cic. 2. Offic. [7.] dixit *Barbarus, stigmatias.* Ita et qui mancipia caedunt, *stigmatiae* et *stigones* dicti, sicuti, qui caeduntur, *mastigiae,* et flagella ipsa *mastiges*, ut recte adnotavit Cael. Rhodig. 25, 24. Impiissimi Judaei, ut Jesum Chriſtum, salvatorem noſtrum, regemque coeli et terrae, ignominia afficerent, inter caetera tormenta flagellis quoque eum ceciderunt, servili cruciatu insontem afficientes. MARC. DONAT. Pal. 3. *dein verberatos, servilibusque omnibus suppliciis cruciandos occidit.* Pal. 1. et vet. ed. *dein verberibus affectos, servilibusque omnibus suppliciis trucidatos cruciando occidit.* sec. *dein verberibus affectos, servilibusque omnibus suppliciis trucidatos trucidendo occidit.* GEBHARD. *servilibusque omnibus suppliciis trucidatos cruciando occidit* Put. Reg. Men. Pal. optimi Flor. Voſſ. Barberinus. Itaque legebatur ante Rhenanum, qui *trucidatos* expunxit. Accessit deinde Sigonius, et, ne nihil ageret, ingeſſit *suppliciis cruciatos occidit.* Unus ex Pal. *suppliciis trucidatos trucidando occidit.* Nos, levi mendo sublato, sic adjuvamus veterem scripturam: *servilibusque omnibus suppliciis cruciatos trucidando occidit.* Significat non tortos solum, sed omni saevitiae genere, quod pati corpus humanum poteſt, truncatis artubus discerptos tandem mortem inveniſſe. Liv. 21, [18, 9.] *Sed haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora nostra.* In nobili fragmento de Cicerone, quod M. Seneca nobis servavit [Suasor. 6.] *Vix attollentes prae lacrimis oculos homines intueri trucidata ejus membra poterant.* Valer. Max. 9, 2. *L. Caesaris consularis et censorii corpus ignobili saevitia trucidando.* Rhenano tamen debetur *verberatos*, quod cuſtodiunt antiquiſſimi codices. J. FR. GRON. *verberatos* Flor. Reliqui mei, et Hearnii L. 1. ac N. *verberibus adfectos.* Deinde *suppliciis trucidatos cruciando occidit* Lov. 2. 3. 5. Ber. et Hav. *suppliciis trucidatos occidit* Lovel. 4. *suppliciis cruciandos occidi* Harl. *suppliciis cruciatos cruciando occidit* Lov. 1. *suppliciis cruciatos trucidandos occidit* Gaertn. quomodo, si unica litera mutata legamus *trucidando*, refinxit Gronovius. *trucidando* autem *occidere* eſt species pâlilogiae, de qua dixi ad Silii 9, 99. et 11, 198. V. etiam ad Livii 22, 10, 3. *cruciatos occidere* inluſtrat Cortius ad Sall. Jug. 26, 3. A vulgata lectione, quae eſt in omnibus scriptis, et vett. edd. recedi, neceſſe non judicat Crevier.

Digitized by Google

erant moenia; quum subito conlapsa ruina sunt.
Sed et nunc, et saepe alias Dea suam sedem, suum- 18
que templum aut tutata est, aut a violatoribus gra-
via piacula exegit. nostras injurias nec potest, nec
possit alius ulcisci, quam vos, Patres conscripti. Ad 19
vos vestramque fidem supplices confugimus. nihil no-
stra interest, utrum sub illo legato, sub illo praesi-
dio Locros esse sinatis, an irato Hannibali et Poe-

§. 16. *Quia extra urbem templum est, transferre in urbem*] Dionys. Hal. in Exc. Peiresc. p. 542. ἐν τῇ πόλει. Hoc non potest conciliari cum Livio, nisi ἐν de loco propinquo, ut saepe solet, dictum credamus: quod mihi non probabile videtur. DUK. *deferre* Rec.

Nocte audita ex delubro vox est] Put. *noctu*. J. FR. GRON. Similiter Flor. V. ad 1, 23, 4. et Cel. Burm. ad Phaedri 3, 10, 20. Praeterea τὸ *est* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav.

§. 17. *Ad aliquantum jam altitudinis excitata erant moenia*] Put. Men. Cantabrig. Voss. Gud. constanter ignorant praepositionem *ad*; et videndum, an non desideretur. Similia enim sunt 25, 35, 4. *Hostium tantum auctas copias*. 28, 13, 10. *Aliquantum aucti Romanis animi*. 31, 24, 14. *Aliquantum evectus in medios hostes*. 22, 47, 7. *Aliquantum prominente acie*. 25, 11, 9. *Quod aliquantum opinione ejus celerius creverat*. 1, 25, 8. *Jam aliquantum spatii aufugerat*. Adde notas ad 37, 57, 12. Interim scio 42, 15, 5. *Dextra pars labe terrae in aliquantum altitudinis diruta erat*. JAC. GRON. Praepositio etiam deest in Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Sed facio cum Crevierio, qui eam retinendam censuit. Sane ea hic excidisse videtur ob similitudinem priorum literarum in voce sequenti. Paullo ante *religio incussa erat*, alio ordine, Flor. Lov. 4. et Harl. Tum *muro circumdari*, pro *circumdare*, Flor. Lov. 2. 3. 5. et Hav. In seqq. *conlata ruina*, pro *conlapsa*, Voss. et Lov. 1.

§. 18. *Et nunc, et saepe alias Dea suam sedem*] *et nunc, et tunc, et saepe alias* Lov. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Praeterea *suas sedes* Lov. 5. et Hearnii L. 1.

§. 19. *Nihil nostra interest, utrum sub illo praesidio Locros esse sinatis*] Ita ediderunt Gronovii, eosque secuti Doujatius et Clericus; quod tamen in prima J. Fr. Gronovii ed. tantum operarum errore accidit. Edd. principes exhibent *sub illo legato, sub illo praesidio*; mox secutae varie peccarunt, donec Aldus priorem lectionem revocaret, quam etiam servant Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. Neque aliter in Put. esse. Cl. Sallier. monuit. *sub illo legatos praesidio* legit Flor. a m. 1. *sub illo legato praesidii* a m. 2. Recte igitur primam lectionem Hearne et Crevierius revocarunt. Nam non de praesidio magis, quam de legato, omnium

Digitized by Google

nis ad supplicium dedatis. Non postulamus, ut ex-
templo nobis, ut de absente, ut indicta caussa creda-
20 *tis. Veniat, coram ipse audiat, ipse diluat. Si*
quidquam sceleris, quod homo in homines edere pot-
est, in nos praetermisit; non recusamus, quin et nos
omnia eadem iterum, si pati possumus, patiamur,
et ille omni divino humanoque liberetur scelere.

1 XIX. Haec quum ab legatis dicta essent, quae-
sissetque ab iis Q. Fabius, detulissentne eas quere-
las ad P. Scipionem; responderunt, *missos legatos*
esse, sed eum belli adparatu occupatum esse: et in
Africam aut jam trajecisse, aut intra paucos dies

malorum auctore, in praecedentibus questi sunt Locrenses: nisi enim milites illo volente Locrenses vexarent, facile eos in officio continuisset. Ut autem hic *legatum* et *praesidium*, ita mox *Hannibalem* et *Poenos* memorat. Deinde *sub illo legato, sub illo praesidio* eadem forma orationis, qua *sine carmine ullo, sine carminum imitandorum actu* supra 7, 2, 4. ubi plura dixi. V. etiam ad 38, 18, 12. Ceterum *nihil nunc interest* Voss. Lov. 1. 3. 5. et Hav. *nihil nostra interest, Patres conscripti* Lov. 2. et Harl. Paullo ante *Ad vos igitur vestramque fidem* Hav.

Ut extemplo nobis de absente indicta caussa credatis] Inseruimus duobus locis particulam *ut*: *ut de absente, ut indicta causa.* BHEN. Consentiunt Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. nisi quod tres priores, pro *ut indicta*, legant *vindicta.* Vocula autem addita *ut* secundo loco deest in Hearnii L. 1. ultimo in ejusdem N.

§. 1. *Detulissentne eas querelas ad P. Scipionem*] Pal. 3. *detulissent eas querellas ad proconsulem Scipionem.* Perperam. Mox idem cod. *se tum belli apparatu occupatum esse.* GEBH.

Et in Africam aut jam trajecisse, aut post paucos dies trajecturum] Pro *post paucos dies*, scripsimus *intra paucos dies.* BHEN. *post paucos dies* Ber. et Gaertn. *inter paucos dies* Lov. 3. V. ad 5, 27, 2. *intra dies paucos* Hav. *intra paucos dies* reliqui codd. Praeterea copula *et* non exstat in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§. 2. *Et, legati gratia quanta esset apud imperatorem, expertos esse*] *Et legati gratiam, quanta esset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. ante Aldinam: quod fere dictum esse potest, ut supra 23, 10, 3. *Eum postulare ut sibi dedatur*, et similia plura apud alios. Sed a vulgato stant potiores; quod servo. Mox voces *cognita caussa tribunos* desunt in Flor. Voss. et Lovel. 1. Cujus erroris origo est

Digitized by Google

trajecturum. Et, legati gratia quanta esset apud 2
imperatorem, expertos esse: quum, inter eum et tribunos cognita caussa, tribunos in vincula conjecerit; legatum aeque sontem, aut magis etiam, in ea potestate reliquerit. Jussis excedere e templo legatis, 3
non Pleminius modo, sed etiam Scipio, principum orationibus lacerari. ante omnes Q. Fabius, natum eum ad conrumpendam disciplinam militarem, arguere. *Sic et in Hispania plus prope per seditionem* 4
militum, quam bello, amissum. externo et regio more et indulgere licentiae militum, et saevire in eos. Sententiam deinde aeque trucem orationi adjecit.

repetitio vocis *tribunos*; de quo v. ad 9, 11, 11. *inter eum disceptarent, et tribunos in vincula* legit Lov. 5. *inter eum et tribunos orta contentione tribunos in vincula* Hav.

§. 3. *Jussis excedere ex templo legatis*] Scripsimus *e templo*, pro *ex templo*. RHEN. *ex templo* omnes mei, nisi quod tota praepositio omittatur in Flor. Verum, Livium verbis cum praepositione *ex* compositis eamdem praepositionem in regimine addere solitum fuisse, infra videbimus ad 37, 30, 9. Cum Rhenano itaque malo *e templo*, ut ita in optimo Flor. praepositio intercepta sit a vocis praecedentis litera ultima. V. ad 8, 4, 12. Mox *lacerati* Lov. 1. 3. et Rec. *laceratur* Lov. 3. Male. V. ad 1, 50, 5.

Natum eum ad conrumpendam disciplinam militarem] Accusativum *eum* delevimus. RHEN. Ita solus Pal. 3. Reliqui libb. *natum eum ad corrumpendam*. GEBH. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *natum eum ad corr.* J. FR. GRON. Pronomen omittit solus Harl. Ceteri cum Hearnii Oxonn. id agnoscunt.

§. 4. *Plus prope seditione militum, quam bello, amissum*] Reposuimus *per seditionem militum*. RHEN. Ed. Mog. *plus prope seditione militum*. MOD. Pal. 1. *plus propter seditionem militum, quam bello, amissum*. vet. ed. *plus prope seditione*. GEBH. *plus prope seditione* Gaertn. *plus prope seditionem* Voss. et Ber. *plus propter seditionem* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Et sane aut ita legendum, aut ut Rhenanus voluit. Diversam enim hanc constructionem eadem periodo Livius de industria captasse videtur *per* vel *propter seditionem* et *quam bello*. V. ad 38, 39, 10.

Sententiam deinde aeque trucem] Sustulimus *aeque*. RHEN. Ed. Mog. inserit: *Sententiam deinde aeque trucem*. MOD. Pal. 3. stat ab hac lectione *Sententiam deinde trucem*. Reliqui duo Pall. et vet. ed. *Sententiam deinde aeque trucem*. Amat hanc parti-

Digitized by Google

5 *Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, et ex vinculis caussam dicere: ac, si vera forent, quae Locrenses quererentur, in carcere necari, bona-*
6 *que ejus publicari. P. Scipionem, quod de provincia decessisset injussu senatus, revocari: agique cum tribunis plebis, ut de imperio ejus abrogando ferrent ad populum. Locrensibus coram senatum respondere, Quas injurias sibi factas quererentur, eas neque senatum, neque populum Romanum factas velle.*

culam Livius. Supra: *Legatum aeque sontem et magis etiam.* GEBH. Scripti *deinde aeque trucem.* J. FR. GRON. Vocem *aeque* omittunt Harl. et Hearnii D. Reliqui constanter agnoscunt. Vicissim vero *deinde* exsulat a Ber.

§. 5. *Quae Locrenses quererentur*] In scripto codice est *fererent.* Cogitandum, an scribendum sit *assererent.* RHEN. Pal. 3. *dicerent.* Spirense volumen *fererent.* unde Rhenanus *assererent.* Vulgatam tuetur lectionem ipse Livius c. 20, 3. *Quae in se nefarie facta Locrenses quererentur.* quod et mox repetit. GEBH. Codici suo minus emendato nimium tribuit Rhenanus, ex ejus vestigiis *assererent* emendans. Omnes enim nostri vulgatum tuentur, excepto solo Harl. qui legit *fererentur.* Sed praeterea *asserere* pro adfirmare ab optimi aevi scriptoribus non usurpari, dudum docuerunt Cellarius aliique, frustra dissentientibus Olao et Andrea Borrichiis. Contra *queri aliquid* apud Livium frequens est. ut 2, 55, 10. *Queruntur injurias suas.* 4, 16, 5. *Querique indignam necem Maelii non destiterant.* 5, 36, 8. *Legati prius mitterentur, questum injurias.* 10, 24, 8. *Decius senatus injuriam querebatur.* 31, 49, 8. *Non id, quod animis praeceperant, questus est.* (* v. Burm. ad Petron. c. 91. p. 573.) Ita et *conqueri:* 10, 23, 6. *Conquesta injuriam patriciarum.* ubi vide. Alios similiter locutos esse, etiam tyronibus notum est.

§. 6. *P. Scipionem, quod de provincia decessisset*] Supposuimus *decesserit:* nam archetypum habet *decessit;* mendose. RHEN. Nostri *decessisset.* J. FR. GRON. In solo etiam Harl. *decessit;* pro quo Rhenanus conjicit *decesserit:* ut ita librarius, quum *decess'it* scriptum fuisset, additam notam neglexerit, de quo v. ad 40, 14, 11. Verum alii omnes mei, et Oxonn. Hearnii constanter *decessisset.* Similiter turbat Rhenan. ad 27, 10, 1. Praeterea *proconsulem Scipionem* Harl. et Hearnii D. Male. V. ad 28, 16, 14.

Quas injurias sibi factas quererentur, eas neque senatum, neque populum Romanum factas velle] Delevimus pronomen *eas.* RHEN. Ed. Mog. *eas neque senatum.* MOD. Iidem omnes *quererentur, eas neque.* Omnia haec invito Rhenano. J. FR. GRON. Solus Harl. Rhenano adsentitur. Ceteri mei, omnesque Oxonn. Hearnii τὸ *eas* vindicant.

Digitized by Google

Viros bonos, sociosque, et amicos eos adpellari: li- 7
beros, conjuges, quaeque alia erepta essent, restitui:
pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinae sublata
esset, conquiri, duplamque pecuniam in thesauros
reponi: et sacrum piaculare fieri, ita ut prius ad 8
collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri
moti, violati essent, quae piacula, quibus Diis, qui-
bus hostiis, fieri placeret. Milites, qui Locris essènt, 9
omnes in Siciliam transportari: quatuor cohortes so-

Tum *quas sibi injurias* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. usque ad Froben. anni 1535. Hinc *Romanum* deest in Flor. Voss. Lovel. quinque, Gaertn. et Hav. Deinde *velle factas* Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et eaedem edd. In praecedentibus *responderi* Flor. a m. 2. et Lov. 3. ac 4.

§. 7. *Duplamque pecuniam in thesauris reponi*] Pall. 2. et 3. *in thesauros*. Sic c. 18, 6. *Pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinae referri jussit.* Sed vulgata lectio defenditur ibidem: *Nec ante desinet omnibus eos agitare furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit.* c. 21, 4. *In thesauris reposuerunt.* Ideoque censeo etiam perperam haberi in Pall. 31, 13, 1. *Pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita.* Melius vulgo *in thesauris.* GEBH. Put. duo Pall. et meliores alii *duplamque pecuniam in thesauros reponi.* ut et 31, 13, 1. Pal. et Barber. *Pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita.* J. FR. GRON. Hoc recipiendum est propter auctoritatem MSS. alterum tamen non minus rectum est, sive pro *rursus ponere*, ut hic, sive pro simplici *ponere* dicatur. c. 18, 15. *Quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit.* c. 21, 4. *Pecuniam in thesauris reposuerunt.* 26, 15, 9. *Fulvius acceptas literas quum in gremio reposuisset.* DUK. Similiter *inponere in caput*, et *in capite.* V. ad 1, 18, 8. Ceterum *in thensauros* Flor. sed litera *n* deinde expuncta est. V. ad 6, 14, 11. (* 39, 50, 3.) *in thesauros* etiam Rec. et pauci alii.

§. 8. *Et sacrum piaculare fieri, ita*] Has quinque voces hic temere insertas, quod infra sequatur [c. 21, 4.] *Ac piaculare sacrum fecerunt*, nos dispunximus. Est enim etiam sine istis incolumis sententia. RHEN. Eaedem voces aberant etiam ab Harl. quas tamen, quum in omnibus aliis restant, minime resecandas puto: vix etiam sine istis incolumis sententia esse potest, contra quam Rhenanus putabat.

Moti, aperti, violatique essent] Scripsimus *aperti, violati essent.* RHEN. Gall. et Pall. omnes cum Vossiano: *thesauri moti, violati essent.* sine τῷ *aperti*, sine copulativa. J. FR. GRON. *moti, aperti, violatique essent* Ber. *moti, aperti, violati essent* Harl. Gaertn. et Lov. 4. *moti, violati essent* reliqui mei, et omnes Hearnii Oxonn.

Digitized by Google

ciorum Latini nominis in praesidium Locros addu-
10 *ci.* Perrogari eo die sententiae, accensis studiis pro
11 Scipione et adversus Scipionem, non potuere. Praeter Pleminii facinus Locrensiumque cladem, ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne mi-
12 litaris quidem cultus jactabatur: *cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, libellis eum palaestraeque operam dare: aeque segniter molliterque cohor-*
13 *tem totam Syracusarum amoenitate frui: Karthaginem atque Hannibalem excidisse de memoria: exer-*

§. 9. *Milites, qui Locris essent*] Optimus *quiqui Locris essent.* J. FR. GRON. V. ad 27, 28, 2. Omnes nostri vulgatum servant. Auctor etiam est Cl. Crevierius, prius *qui* in Put. virgulis transversis transfixum esse: *quiqui* tamen forsitan verum esse existimat. Mox *omnes* deest in Hearnii L. 1. *quatuor* autem in Harl. et Hearnii D.

§. 10. *Et adversus Scipionem*] Hae tres dictiones praeter auctoritatem scripti codicis sunt insultae. Nam quanto magis principum orationibus lacerabatur Scipio, tanto magis aliorum studia sunt in illum accensa. Hoc vult dicere Livius. RHEN. Illas voces nos et in omnibus vidimus nostris, et ut fortasse abesse posse vincat argumentum Rhenani, tamen minime abolendas esse pervincit. Pronus error librarii, qui omisit ob repetitum nomen *Scipionis.* Sed et, si sequentia inspicias, otiosas non esse apparebit. Connectunt enim praecedentibus, quae mox narrat praeter Pleminianum facinus obtrectatores in eo fuisse criminatos: quae deletis illis minus commode interjiciuntur inter mentionem studiorum pro Scipione et sententiam Metelli. hujus enim praefatio continet ea, quibus egerunt benevoli et studiosi Scipionis. J. FR. GRON. 4. Obs. 25. p. 389. Unus iterum Harl. stat cum cod. Rhenani. Reliqui omnes voces illas exhibent, quas neque a suis abesse Hearne monuit.

§. 12. *Cum pallio crepidisque*] V. Casaub. ad Annal. eccles. Baronii Exercit. 9, 2. Brissonius 1. Select. ex jure civ. Antiq. 13. Q. Fabium Scipioni hac re invidiam conciliare dicit. Livius in universum obtrectatoribus Scipionis, non soli Fabio, tribuit. *Libellos* accipio commentarios philosophicos, quales secum portare solitos philosophos in Luciano legimus, vel ad alia studia liberalia pertinentes. Neutrum genus studiorum ea tempestate apud Romanos in magno honore erat. Quod dicit *cum pallio*, illustrat Gronov. 4. Obs. 25. Livius 24, 10, 10. Virg. 6. Aen. 645. DUK. De locutione *cum pallio crepidisque* v. etiam Gronov. ad Livii 3, 47, 1. et quae notavi ad 4, 19, 2.

Libellis etiam eum palaestraeque] Delevimus accusativum *eum.* RHEN. Olim *libellis*

Digitized by Google

citum omnem licentia conruptum, qualis Sucrone in Hispania fuerit, qualis nunc Locris, sociis magis, quam hosti, metuendum.

XX. Haec quamquam partim vera, partim mixta, eoque similia veris jactabantur, vicit tamen Q. Metelli sententia: qui, de ceteris Maximo adsensus, de Scipionis caussa dissensit. *Qui enim convenire, quem modo civitas juvenem admodum recuperandae Hispaniae delegerit ducem, quem, recepta ab hostibus Hispania, ad inponendum Punico bello finem*

etiam eum. Delevit pronomen Rhenanus. At debuit particulam delere. Sic enim Gall. et Pall. omnes, Vossianusque *libellis eum palaestraeque*. Sed et scribendum *inambulantem*. V. 4. Observ. 25. J. FR. GRON. Unus Ber. ostentat lectionem, quae vulgo ante Rhenanum exstitit; nullus id, quod Rhenano placuit. at omnes alii *libellis eum palaestraeque:* quod jam recte Crevierius recepit. Mox *segniter*, *molliter*, pro *molliterque*, Flor. Lov. 2. 3. 4. et Harl.

§. 13. *Qualis Sucrone in Hispania* etc. *metuendus*] l. 28, [24. et seqq.] SIG. Liber optimus: *exercitum omnem licentia corruptum*, *qualis Sucrone* (sic omnes etiam alii Gall.) *in Hispania fuerit*, *qualis nunc Locris*, *sociis magis*, *quam hosti*, *metuendum*. J. FR. GRON. Gruterus ediderat *Sucroni;* pro quo *Sucrone* in Mstis Gall. esse Gronovius hic monet. Sed nec aliter omnes mei cum edd. prioribus. Contra *metuendus* omnes Mstl, quos consului.

§. 1. *Qui, de ceteris maxime adsensus*] Legendum est *Maximo assensus*. Intelligit Q. Fabium Maximum. RHEN. Pal. 1. *adsensit*, *de Scipionis caussa dissensit*. sec. *maxime assensus*. tert. et vet. ed. *qui de ceteris maximo assensu de Scipionis caussa dissensit*. Omnes vitiose. GEBH. *maxime assensus* Hav. *maxime assensit* Lov. 3. *maximo assensu* Voss. Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *maximo ascensu* Lov. 1. *maximo consensu* Lov. 2. *qui de maximis assensit* Rec. Sed recte Rhenanus *qui de ceteris Maximo adsensus*. Paullo ante *jactabantur*, *in certamen venit Q. Metelli sententia* Lov. 5. *tamen vicit*, trajectis vocibus, Flor.

§. 2. *Unum recuperandae Hispaniae delegerit: ducemque recepta ab hostibus Hispania*] Hanc periodum totam aliter distinximus, transposita clausula in suum locum reducta, hoc modo: *Qui enim convenire, quem modo civitas juvenem admodum, unum recuperandae Hispaniae delegerit ducem: quem, recepta ab hostibus Hispania, ad imponendum Punico bello finem creaverit consulem: spe destinaverit, Hannibalem ex Italia retracturum, Africam subacturum, eum repente tam-*

Digitized by Google

creaverit consulem, spe destinaverit Hannibalem ex
3 *Italia detracturum, Africam subacturum, eum repente, tamquam Q. Pleminium, indicta caussa prope damnatum, ex provincia revocari? quum ea, quae in se nefarie facta Locrenses quererentur, ne praesente*

quam Q. Pleminium, indicta caussa, prope damnatum ex provincia revocari? Porro neminem hic offendat, quod scripsimus *retracturum*, (sic enim est in codice scripto) quum infra alio loco legatur *ex Italia detracturum*. Neque enim, ut ante monuimus, iisdem semper vocabulis utitur Livius. RHEN. Vitiose Pal. 1. oggerit *unum recuperandae Hispaniae delegaverit ducem*. GEBH. Optimi *delegarit*, et nesciunt *τὸ unum*. Non temere. Infra de Pleminio [c. 22, 10.] *Delegatum in Tullianum*. 39, [28, 7.] *Et cum eo consule belli partem, quamcumque mihi delegavit, gessi*. Suet. Tib. [16.] *Data rursus potestas tribunicia in quinquennium: delegatus pacandae Germaniae status*. Ibidemque [c. 63.] *Quum interim manente officii titulo etiam delegaret plurima*. Sed sic forsan commodius foret: *cui modo civitas, juveni admodum, recuperandae Hispaniae delegarit ducatum*. J. FR. GRON. Si modo credimus, Livium voce *ducatus*, quae nondum in ullo optimae aetatis scriptore inventa est, usum fuisse. Borrichius quidem in Cogitat. de ling. Lat. Vossio, qui eam ad posteriora tempora rejecerat, Manilium 5, 363. opponit, sed frustratur lectores. Nam ibi in Scaligeri et Huetii edd. est *dicatum*, pro quo *ducatum* conjicit, nec tamen se in Manilio quidquam mutare profitetur Scaliger. Sed miror, summum Gronov. maluisse ad hanc conjecturam confugere, quam a scriptis suis in una voce *delegarit* recedere, quum *cui* et *juveni* conjiciendo non dubitasset eos in duabus deserere. In Sueton. Galb. 10. itidem quidam Msti perperam habent *in munitione oppidi, quod sedem bello delegarat*, pro *delegerat*. DUK. *juvenem admodum recuperandae Hispaniae delegerit ducem* Lov. 3. et Hav. *juvenem admodum recuperandae Hispaniae delegarit ducem* reliqui: quam lectionem ideo forte non probavit Gronov. quia credebat, Latinos non dicere *delegare aliquem alicui rei*, sed *delegare aliquid alicui*, vel *ad aliquem*, ut probant loca, quae Gronov. partim hic, partim ad 28, 42, 15. contulit: quo ultimo loco etiam quaedam notavi. Interdum tamen priori locutione scriptores usos esse, docuit Cel. Burm. ad Suet. Tib. 16. Similiter neque ipsam Gronovii conjecturam veram existimo. Vox enim *ducatus* apud auctorem quidem Epit. Liv. (*l. 96.) et praeterea Sueton. Justin. et ceteros ejusdem aetatis scriptores obcurrit, ut docent viri docti ad Justin. 9, 6, 8. verum apud Livium vel alios ejusdem aevi nondum observata est, ut etiam Cl. Dukerus monuit. Servandum igitur puto *delegerit*; contra vocem *unum*, in qua omittenda plerique consentiunt, expungendam esse. *delegarit* Cl. Crevier. non adspernabatur;

Digitized by Google

sente quidem Scipione facta dicerent, neque aliud, quam patientia, aut pudor, quod legato pepercisset, insimulari possit? Sibi placere, M. Pomponium praetorem, cui Sicilia provincia sorte evenisset, triduo proximo in provinciam proficisci: consules decem legatos, quos iis videretur, ex senatu legere, quos cum 4

vulgata tamen lectio ei potior videbatur.

Hannibalem ex Italia retracturum, Africam subacturum] *detracturum* refitue, quod immutavit Rhenan. Ita vero loquitur paulo post [c. 26, 6.] *Quod ad Annibalem detrahendum ex Italia se transire vulgaverat.* Et Cicero de provinciis [8.] *At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant.* SIG. Pal. 1. et vet. ed. *spe destinaverit Africam subacturum, Annibalem ex Italia detracturum.* Caeterum Pall. duo reliqui *retracturum*, quod et Rhenano placuerat, recte dissentiente Sigonio. Utitur Liv. hujus lib. c. 26. Confer l. 30, 20. et 30. GEBH. Flor. 2, 2, 12. *Praesidia Poenorum Agrigento, Drepanis, Panormo, Erycе, Lilybaeo detraxit.* DUK. Ordinem verborum Rhenanus ad verba proxima inmutavit. Antea enim edebatur *Africam subacturum, Hannibalem ex Italia detracturum.* Et hac serie voces exstant in Flor. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. sed voces *Africam subacturum* ignorat Lovel. 4. Praeterea *retracturum* Harl. cui favere videtur locus infra 30, 20, 2. *Vetando supplementum et pecuniam mitti jam pridem retrahebant.* Verum ibi optimi habent *trahebant.* Reliqui *detracturum*, quod recte probarunt viri docti. Supra 3, 23, 4. *Fames postremo inde detraxit hostem.* 28, 41, 5. *Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Hamilcarem.* 30, 20, 9. *Ex diutina possessione Italiae est detractus.* c. 30, 14. *Me sextum decimum jam annum haerentem in possessione Italiae detraxisti.* Solent autem *detrahere* et *retrahere* commutari. V. Periz. ad Valer. Max. 3, 2, 19. Et ita omnia verba cum iisdem voculis composita. V. ad 9, 10, 6. *Tò eum*, quod sequitur, non est in Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Hav.

§. 4. *M. Pomponium praetorem, cui Sicilia provincia sorte evenisset*] Put. et Voss. *sorti venisset.* Plautus Casina [2, 7, 4.] *Qui sic mortuus equidem tamen sorti sum victus.* J. FR. GRON. Justinus 13, 4. *Ptolemaeo Aegyptus et Africae Arabiaeque pars sorte venit.* Hoc ibi Graevius recte tuetur adversus eos, qui emendabant *evenit.* DUK. *sorti evenisset* Ber. et Gaertn. *sorte venisset* Lov. 5. et Hav. *sorti venisset* Flor. et Lovel. 1. 2. ac 3. *sorti* etiam Hearnii L. 1. De eo v. ad 28, 45, 11. et 4, 37, 6. De τῷ *venit* v. ad 7, 6, 8. 8, 37, 3. 9, 12, 1. et aliis locis. Ceterum Pomponii praenomen *M.* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *provincia* in Lovel. 2. Deinde *praetorem R.* legit Lov. 1. Mox *biduo proximo* Lov. 5. *triduo p'mo*, sive *primo*, Gaertn.

Tribunos plebis, atque aedilem. cum eo concilio praetorem

Digitized by Google

M. Claudius Marcellus et M. Cincius Alimentus: iis aedilis plebis datus, quem, si aut in Sicilia praetori dicto audiens non esset Scipio, aut jam in Africam trajecisset, prendere tribuni juberent, ac jure sacrosanctae potestatis reducerent. Prius Locros ire, quam Messanam, consilium erat.

vulgatam lectionem in Livio habere *capta*. Verum omnes, quas vidi, edd. in receptam lectionem conspirant, nisi quod Paris. anni 1573. praeferat itidem *tacta elataque*, sed operarum culpa.

§. 11. *M. Cincius Alimentus*] Alibi *Alimentius*, quod magis placet, scriptum reperio. SABELL. *Alimentus*, ut supra. SIG. V. ad 21, 38, 3.

Iisque aedilis plebis datus est, quem, si aut in Sicilia praetori dicto audiens non esset] Pal. 3. *praetoris edicto audiens*. Malo vulgatum. Sic Pall. 1. ac 3. l. 22, 25, 13. *Magistroque equitum, quod contra dictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam*. non *edictum*. GEBH. Omnes *Alimentus aedilis plebis datus*, recisis *iisque* et *est*. Conjunctionem et verbum abundare puto: nam τὸ *iis* abscondit vocis praecedentis ultima syllaba. Scripsisse Livius videtur: *et M. Cincius Alimentus: iis aedilis plebis datus, quem, si aut in Sicilia praetori dicto audiens non esset Scipio*. Nisi forte *Alimentus: aedilis plebei additus*. Optimi quoque *praetori*, non *praetoris*. et magis Latinum est. 4, [26, 9.] *Placere, consules senatui dicto audientes esse*. 5, [3, 8.] *Ne plebs nobis dicto audiens atque obediens sit*. 37, [51, 5.] *Et dicto audiens esse pontifici flamen jussus*. 38, [46, 14.] *Modo certe consules Graeciam atque Asiam volebant: tamen perseverantibus vobis Ligures provinciam decernere dicto audientes fuerunt*. 40, [42, 10.] *Dicto esse audientem pontifici duumvirum juberent*. et alibi. Coelius ad Ciceronem [8. ad fam. 4.] *Omnes oportere senatui dicto audientes esse*. J. FR. GRON. *Alimentus: aedilis plebis datum est* veterrimae edd. Postea Ascens. 1513. vocem *iisque* interposuit. Verum et *iisque* et *est* non adparent in scriptis meis; praeterquam quod verbum *est* supersit in Ber. a m. 1. et Gaertn. Deinde *praetori dicto audiens* etiam Flor. Supra 1, 41, 5. *Interim Serv. Tullio jubere populum dicto audientem esse*. V. insuper Manut. ad l. l. Cic. Lambin. ad Nep. Datam. 2. (ubi male Keuchen. *regis dicto audiens* praefert) et Schott. ac Gebh. ad Nepot. Lysandr. 1. Adde, quae notantur ad Liv. 8, 4, 2. et Syllog. epist. Cel. Burm. tom. 3. p. 153.

Aut jam in Africam trajecisset, comprehendere tribuni juberent] Vet. lib. *prehendere*. Quae vox propria hujus facti et solennis est. Capitonis verba haec sunt. *Cum moribus majorum tribuni plebis prehensionem haberent, vocationem non haberent, posse igitur eos venire, et prehendi se jubere*. Item Varro: *Prehensionem tribuni plebis habent*. Haec ex Gellii 13, 12. SIG. Pall. tres *prendere*: quod verbum restitui Livio, quia

Digitized by Google

XXI. Ceterum duplex fama est, quod ad Pleminium adtinet. alii, auditis, quae Romae acta essent, in exsilium Neapolim euntem forte in Q. Metellum, unum ex legatis, incidisse, et ab eo Rhegium vi retractum tradunt: alii, ab ipso Scipione legatum cum triginta nobilissimis equitum missum, qui Q.

proprie tali facto aptatur, ut ex Gellio monuit Sigonius. GEBH. Put. *trajecisset*, *et prendere*. Ceteri quoque Gall. et Pall. omnes cum Voss. omisso tamen copula, *prendere*. Simplex etiam, quam compositum, mavult Sigonius. Optimum tamen monstrare puto *trajecisset*, *adprehendere tribuni juberent*. J. FR. GRON. Magis credo, in eo *et* temere repetitum ex fine praecedentis vocis. Sigonius recte notat de usu τοῦ *prendere*. Liv. 2, 29. 8, 33. et saepe alibi. *Adprehendere* quis dixerit in hac re, quaerendum. DUK. *prehendere* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *prendere* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et alii. V. ad 2, 29, 4. Illud autem *et* in optimo Put. ex ultimis literis vocis praecedentis natum esse, Cl. Dukero adsentior. V. infra ad 39, 18, 8. Praeterea *transisset*, pro *trajecisset*, Harl. Alibi etiam haec verba commutantur. V. ad 30, 28, 1.

§. 1. *In exsilium Neapolim euntem*] Cur Metellus non concedendum putaverit Pleminio, quod licebat civibus Romanis, ut exsilii caussa solum vertendo poenam subterfugerent, exponit Heraldus 1. de rer. judicat. auctorit. 13, 4. Neapolim inter urbes fuisse, in quibus exsulibus Romanis esse licebat, e Polyb. 6, 12. docet Sigon. 2. de Ant. jur. Ital. 14. DUK. *Neapolim errantem* Hearnii D. Paullo ante *quod ad Pleminium adtineat*, pro *adtinet*, Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav.

Et ab eo Rhegium vi retractum: alii, ab ipso Scipione] Addunt Pall. tres *vi retractum tradunt*. GEBH. Omnes Gall. et Pall. *et ab eo Regium vi retractum tradunt: alii ab ipso Scipione*. J. FR. GRON. Verbum *tradunt* servant etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Rec. Hav. aliique, cum Hearnii Oxonn. Insuper *retentum*, pro *retractum*, Rec. Praeterea *regio jure tractum*, perperam confusis literarum ductibus, junctisque, quae erant disjungenda, Voss. Lov. 1. 2. 3. a m. 2. (*regio vi tractum* erat in eodem a m. 1. *Regium vi tractum* in margine pro varia lectione) et Gaertner. *regum retractum* Lov. 5. *Rhegium jure tractum* Harl. *Rhegium retractum* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 2. *Missum, qui Q. Pleminium in catenas, et c. e. seditionis principes, conjicerent*] Vet. lib. *missum, Q. Pleminium in catenas, et cum eo seditionis principes conjectos*. SIG. Ita quoque Rec. et Hearnii L. 1. nisi quod posterior *P. Levinum*, pro *Q. Pleminium*, legat. At optimi meorum vulgatum vindicant. Puto igitur, Sigonii lectionem librariis deberi: primo enim excidisse pronomen *qui*, interceptum a proximo praenomi-

Digitized by Google

Pleminium in catenas, et cum eo seditionis princi-
3 pes, conjicerent. Ii omnes, seu ante Scipionis,
seu tum praetoris jussu, traditi in custodiam Rhegi-
4 nis. Praetor legatique Locros profecti primam,
sicuti mandatum erat, religionis curam habuere.
omnem enim sacram pecuniam, quaeque apud Ple-
minium, quaeque apud milites erat, conquisitam,
cum ea quam ipsi secum adtulerant, in thesauris

ne Q. quum autem ita sensus in reliquis non esset, audaculum opem laturum *conjicerent* mutasse in *conjectos*, qui melius dedisset *conjecisse*. Id ita esse ex meis codd. disco. Licet enim omnes reliqui *conjicerent*, vel *coniceerent*, vel *coïcerent* legant, attamen *τὸ qui* similiter omittitur in Lov. 3. Harl. et Gaertn. contra praenomen Q. in Flor. Lov. 5. et Hav. In his alterum ab altero elisum esse puto.

§. 3. *Traditi in custodiam Rheginis sunt*] Put. Reg. Men. Voss. *traditi in custodiam Rheginis*, absque verbo. J. FR. GRON. Verbum *est* soli tantum ex meis agnoscunt Harl. et Rec. reliqui ignorant. Praeterea *in custodiam regionis*, omissa etiam voce *traditi*, Voss. et Lov. 1. *in custodiam Rheginus* Gaertn. *in custodiam dati regionis* Lov. 2. *in custodiam Regium missi* Lov. 5. et Ber. a manu 2. erasa penitus priori scriptura. *in custodiam missi* Hav. *traditi in custodiam*, sequenti voce neglecta, Lov. 3.

§. 4. *Primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere*] Vet. lib. *primum*. probo; sequitur enim, *tum vocatos in concionem*. SIG. Ab Sigonio est *primum*. Restitue ex omnibus nostris *primam*. et v. 1. Obs. 7. J. FR. GRON. *primum* est in Lovel. 4. Harl. et Gaertn. Ceteri mei cum Hearnii L. 1. et D. *primam*, quod recte Gronov. adversus Sigonium tuetur. V. ad 34, 14, 6. Mox *quaeque apud Pleminium* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. sed culpa scribarum; quibus fraudi fuit repetitio vocis *quaeque*. V. ad 9, 11, 11.

§. 5. *Tum vocatos ad concionem milites*] Antiqua lectio *in concionem*. RHEN. Omnes *ad concionem*, nolente Rhenano. J. FR. GRON. Quin utroque modo recte proferri possit, *vocare in*, vel *ad concionem*, nemo dubitat. De priori locutione v. Gronov. ad 24, 28, 1. de posteriori vide, quae notantur ad 5, 47, 7. Caussam itaque non habuit Rhenanus, cur unius, ejusque non optimi, cod. auctoritate editam lectionem mutaret. Certe ab illa, quam Gronov. restituit, stant omnes mei cum Hearnii L. 1. et N.

Quod suum non esset] Nihil horum in Put. Men. Reg. Voss. Videtur scripsisse Livius: *si quis miles aut in urbe restitisset, aut non suum extulisset*. J. FR. GRON. Eadem verba desunt etiam in Flor. Lovel. 1. 5. Hav. et Hearnii N. In uno tantum codice, nempe Victor. supersesse, C'. Cre-

Digitized by Google

reposuerunt, ac piaculare sacrum fecerunt. tum vo- 5
catos ad concionem milites praetor signa extra urbem efferre jubet, castraque in campo locat, cum gravi edicto, *Si quis miles aut in urbe restitisset, aut secum extulisset, quod suum non esset. Locrensibus se permittere, ut, quod sui quisque cognosset, prehenderet. si quid non compareret, repeteret. Ante omnia, libera corpora placere sine mora* 6

vierius monuit; et tamen, quin Liviana essent, non dubitabat. An itaque exciderunt propter similitudinem inter vocem *esset*, et ultimas literas vocis *extulisset*? Harlej. legit *aut extulisset, quod suum non est.*

Quod suum quisque cognosceret, prehenderet] Meliores, *quod sui* (hoc omnes habent Gall. et Voss.) *quisque cognosset, prenderet.* Sic et Livium alibi correximus. Cicero pro L. Manil. [14.] *Vos, Quirites, hoc ipso in loco saepe cognostis.* 2. in Verr. [8.] *Sed de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, cognosse.* Plautus Curcul. [4, 2, 18.] *Quibus sui nihil est, nisi lingua una, qui abjurant, si quid creditum est.* Cic. 1. de Offic. [31.] *Quae contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui.* J. FR. GRON. *quod sui* etiam Flor. Voss. Ber. Hav. et alii: quod genus Livio amatum multis se locis ei ex Mstis restituisse, monuit Gronov. ad 32, 37, 5. Ita *quod inpensae* supra est 2, 18, 11. *quod cibi* 3, 23, 3. *quod praesidii* 5, 44, 1. et 44, 20, 5. *quod militum* 24, 40, 5., ubi quaedam etiam vide. *quod auri* 26, 14, 8. *quod muri* 32, 1, 10. et 42, 63, 6. *quod levis armaturae* 32, 5, 9. *quod vini cibique* 41, 4, 4. *quod supplementi* 43, 12, 2. Alia v. ad d. l. 32, 37, 5. Deinde *cognosset* iterum Flor. quod se etiam in Pal. princ. invenisse, testatur Gebhard. ad 9, 34, 26. neque aliter Reg. et optimi quique apud Crevier. V. ad 22, 3, 2. Denique *prenderet* Flor. Lov. quinque, et apud Gebh. d. loco Pall. tres. V. ad 2, 29, 4.

Si quid non compareret, repeteret. Ante omnia] Nihil mutat hic Pal. 3. Sed pr. *non compareret unde ante omnia.* GEBH. Non est in Put. Reg. Men. Voss. duobus Pall. verbum *repeteret*: sed in caeteris *unde*, in uno ex Pall. *unum.* Put. *compararet-undeante.* Scribe, *si quid non compareret, vindicaret.* id est, judicio peteret. Librarius, quum ab dimidia parte prioris verbi *compareret* festinante oculo et manu transiisset ad posteriorem partem dimidiam verbi *vindicaret*, animadversum errorem corrigere noluit, ne litura deformaretur liber, omissam tamen partem priorem posterioris vocis ibi statim subjecit *VINDIC.* quod cum non caperet, qui illum secutus est, *VNDE* substituit. J. FR. GRON. *compararet unde. ante omnia* Flor. *compareret unâ* Hav. *compareret un* Lov. 1. Gronovius pr. ed. not. conjecerat, ex vestigiis Put. scribendum com-

Digitized by Google

Locrensibus restitui. non levi defuncturum poena,
7 *qui non restituisset.* Locrensium deinde concionem
habuit, atque, *iis libertatem legesque suas populum*
Romanum senatumque restituere, dixit. *Si qui Ple-*
minium aliumve quem accusare vellet, Rhegium se se-
8 *queretur. Si de P. Scipione publice queri vellent, ea,*
quae Locris nefarie in Deos hominesque facta essent,
jussu aut voluntate P. Scipionis facta esse, legatos mit-
9 *terent Messanam; ibi se cum consilio cogniturum.* Lo-
crenses praetori legatisque, et senatui ac populo
Romano gratias egere: *se ad Pleminium accusan-*
10 *dum ituros. Scipionem, quamquam parum injuriis*
civitatis suae doluerit, eum esse virum, quem ami-

pareret, *repetundum. Ante omnia.* Crevier. qui *repeteret* in Victor. invenit, id servandum putabat.

§. 6. *Libera corpora placere sine omni mora Locrensibus restitui*] Delevimus dictionem *omni.* RHEN. Pal. 1. *Ante omnia libera placere res sine omni mora Locrensibus restitui.* GEBH. *Ante omnia libera placere sine mora Locrensibus restitui* Flor. *Ante omnia libera pace res sine omni* (Voss. *ulla*) *mora Locrensibus restitui* Lov. 1. 2. Voss. Hafn. et Hav. *Placere ante omnia libera pace sine omni mora Locrensibus restitui* Lov. 5. *sine omni mora* etiam Hearnii L. 1. et N. cum duobus meorum Ber. et Gaertn. Sed duo posteriores insuper ignorant τὸ *Locrensibus.*

§. 7. *Si quis Pleminium aliumve accusare vellet*] Scripsimus, *Si qui Pleminium aliumve quem ac. vel.* Est *Si qui* pro *Si quis.* RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *Si quis Pleminium aliumve accusare vellent.* GEBH. *Si qui Pleminium* etiam Flor. et Voss. V. etiam supra ad 3, 17, 7. et ad 6, 32, 5. Deinde *aliumque aliumve accusare* Flor. Gaertn. et Voss. In posteriori tamen cod. τῷ *aliumve* subjecit librarius notas, quibus vocem illam delendam indicavit.

Rhegium sequeretur] Vet. lib. *Rhegium se sequeretur.* ut 42, [43, 6.] *Chalcidem se sequi jusserunt.* SIG. Ita et omnes codd. mei non tantum, praeter Lov. 4. qui *se* omisit, et Harl. qui ejus loco *que* exhibet, sed et omnes editi usque ad Froben. qui anno 1535. pronomen illud perperam expunxit. Infra 38, 2, 8. *Si se sequerentur.* Interceptum autem est a prima syllaba vocis sequentis. Ejusdem erroris exempla v. ad 7, 36, 10. 8, 10, 11. 39, 47, 5. et Cel. Burm. ad Suet. Tib. 2. Contra additum id esse a librariis, quod vox sequens ab ea syllaba incipiat, vidimus ad 21, 22, 8.

Digitized by Google

cum sibi, quam inimicum, malint esse. pro certo se habere, neque jussu, neque voluntate P. Scipionis tot tam nefanda commissa: aut Pleminio nimium, aut sibi parum creditum. Natura insitum qui- 11
busdam esse, ut magis peccari nolint, quam satis animi ad vindicanda peccata habeant. Et praetori et consilio haud mediocre onus demtum erat de Scipione cognoscendi. Pleminium, et ad duo et 12
triginta homines cum eo damnaverunt, atque in catenis Romam miserunt: ipsi ad Scipionem pro- 13
fecti sunt, ut ea quoque, quae vulgata sermonibus erant de cultu ac desidia imperatoris solutaque militiae disciplina, comperta oculis perferrent Romam.

§. 9. *Praetori, legatisque, et senatui ac populo Romano gratias egere*] Pall. duo *praetori et* (tert. *ac*) *senatui populoque Romano gratias egerunt.* GEBH. Put. et Gall. *egerunt.* J. FR. GRON. *gratias agere* Lov. 5. et Gaertn. *gratias egerunt* Harl. et Lov. 4.

§. 10. *Quem amicum sibi, quam inimicum, mallent esse*] Scripsimus *quam inimicum malint esse.* RHEN. *mallent* tamen Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

Tot tam nefanda commissa: aut Pleminio nimium] Vet. lib. *tot tamque nefanda.* SIG. Scripti et vett. edd. *tot tam nefanda*, non *tot tamque*, ut Sigonius. J. FR. GRON. Cum Gronov. insuper faciunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. aliique. V. ad 25, 3., 13. Deinde *sed haud Pleminio* Voss. *sed quia Pleminio* Harl. *sed aut Pleminio* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. omnesque editi usque ad Gronov. qui voculam *sed* ex contextu ejecit. Id si Mstis jubentibus factum, non intercedo. Saepe enim librarii voculam hanc connectendae orationi invito Livio obtruserunt. V. ad 6, 32, 6. Mox §. seq. *Aut natura insitum*, addita prima vocula, Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. qui eam anno 1535. haud male expunxit.

§. 12. *Pleminium et alios triginta homines*] Reposuimus *et ad duos et triginta homines.* RHEN. Put. et Reg. *duo.* J. FR. GRON. *et alios triginta homines* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *et duos et triginta homines* Lov. 1. 2. 3. *et ad uos et triginta homines* Voss. *et ad duos et triginta homines* Lov. 4. 5. et Hav. *et ad duo et triginta homines* Flor. V. ad 35, 21, 5.

§. 13. *Comperta oculis referrent Romam*] Reposuimus *comperta oculis perferrent Romam.*

Digitized by Google

1 XXII. Venientibus eis Syracusas, Scipio res, non verba, ad purgandum sese paravit. exercitum omnem eo convenire, classem expediri jussit, tamquam dimicandum eo die terra marique cum Kar-
2 thaginiensibus esset. Quo die venerunt, hospitio comiter acceptis postero die terrestrem navalemque exercitus, non instructos modo, sed hos decurrentes, classem in portu, simulacrum et ipsam edentem navalis pugnae, ostendit: tum circa armamentaria et
3 horrea aliumque belli adparatum visendum praetor

RHEN. Vet. lib. *referrent*. SIG. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod tot codicum auctoritate satis se tuetur, et optime convenit. Legati enim dicuntur *referre* sive *legationem*, sive *responsum*, sive quidquid domum renunciant. V. ad 7, 32, 1. (ubi etiam perperam in nonnullis codicibus ei subponitur *perferre*) et ad 9, 16, 5. Paullo ante *profecti*, *ea quoque*, duabus vocibus omissis, Flor. Voss. Lov. 1. 2. Gaertn. et Hav. *profecti*, *ut ea quoque* Lov. 3. et 5. Deinde *desidia imperatoris soluta disciplinaque militiae* Voss. Lov. 1. 2. et 5. *desidia imperatoris solutaque disciplina militiae* Flor. Lov. 4. et Hav.

§. 1. *Ad purgandum se praeparavit*] Restituimus *sese paravit*. RHEN. Ed. Mog. *praeparavit*. MOD. Pal. 1. *Venientibus his Syracusas*, *Scipio res*, *non verba*, *ad purgandum sese praeparavit*. Ita et Pal. 2. ac vet. ed. Sed Pal. 3. *Venientibus his Syracusis Scipio res*, *non verba*, *ad pugnandum pro se paravit*. Venit mihi in mentem locus elegans Josephi 6. Antiq. 14. *Τοῖς ἔργοις δεῖ σκοπεῖν τὴν ἁπάντων διάθεσιν. Διαβολὴ γὰρ ἀπατᾷ, σαφὴς δ' ἀπόδειξις ἐυνοίας τὰ πραττόμενα. καὶ λόγος μὲν ἐφ' ἀμφότερα πέφυκεν ἀληθὴς καὶ ψευδής. τὰ δὲ ἔργα γυμνὴν ὑπ' ὄψει τὴν διάνοιαν τιθῆσι.* GEBH. Put. Men. duo Pall. *sese paravit*. J. FR. GRON. *se praeparavit* Voss. Lov. 2. 3. 5. et Ber. *sese reparavit* Flor. *sese praeparavit* Lov. 1. Harl. et Hav. Deinde *non verba*, *ad oppugnandum* Harl.

§. 2. *Hospitio comiter accepti. postero die terrestrem novalemque exercitus*] Put. et meliores *acceptis*. Recte. non enim separanda haec particula periodi ab sequentibus, et regitur *τὸ acceptis* a verbo *ostendit*. J. FR. GRON. *acceptis postero die* Flor. Voss. Hav. aliique ex meis. Deinde *terrestrem navalemque exercitum* Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. *terrestres navalesque exercitus* Lov. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1535. recte edidit *terrestrem navalemque exercitus*, ut vulgo nunc exstat, eo loquendi genere, quod supra inlustratur hoc lib. c. 2, 5. Mox §. seq. *aliumque belli adparatum* desunt in Flor. Voss. Lov. 5. et

Digitized by Google

legatique ducti. Tantaque admiratio singularum uni- 4
versarumque rerum incussa, ut satis crederent, aut
illo duce atque exercitu vinci Karthaginiensem po-
pulum, aut nullo alio posse. juberentque, quod Dii 5
bene verterent, trajicere, et spei conceptae, quo
die illum omnes centuriae priorem consulem dixis-
sent, primo quoque tempore compotem populum
Romanum facere: adeoque laetis inde animis pro- 6
fecti sunt, tamquam victoriam, non belli magnifi-
cum adparatum, nunciaturi Romam essent. Plemi- 7

Hav. eadem verba et in Put. deesse, Crevier. auctor est. *bellique alium adparatum* legunt Lov. 2. 3. 4. et Harl.

§. 4. *Admiratio singularum universarumque rerum*] Omnes Gall. ignorant τὸ *universarum*: et meliores quidem *singularumque*, alii et conjunctionem omittunt. Vides, quae caussa fuerit defectuum sarcinatoribus vocem illam inculcandi. At mitius fuerat *singularum quoque rerum*, (intellige, non modo universarum) aut prorsus delere particulam, saepe in optimo superfluam. Sic inferius hoc ipso cap. Put. Reg. Men. *quos provinciae relinqueret, quos praesidio*. Sed illud malo. J. FR. GRON. *singularum rerum et universarum* Lov. 4. *singularumque rerum* Flor. a m. 1. *singularum rerum* a m. 2. Voss. Lov. 2. 3. Hav. et Hearnii N. Cl. Crevier. non male, meo judicio, adversus Gronov. vulgatum defendit, praesertim quum optimi ejusdem scripturae vestigia retineant, *singularumque rerum* legentes. Vocum igitur similiter desinentium *singularum*, *universarum* posterior a priori elisa est. Mox *aut alio nullo posse* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Ber.

§. 5. *Juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere, et spei*] Lego *trajiceret, et spei conc. q. d. i. o. c. p. c. d. p. q. t. compotem populum Romanum faceret*. Subaudi *ut*. RHEN. Omnes *trajicere*. Quare et in eadem periodo *facere* legendum: ut diximus contra Rhenanum. J. FR. GRON. Dixit nempe Gronov. 2. Obs. 14. p. 324. et pr. ed. not. ad Liv. 1, 50. Et quidem omnes mei *trajicere* itidem praeferunt. Mox vero *facerent*, ut ante Rhenanum vulgo edebatur, servant Lov. 4. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. et Hav. *faceret* legunt Voss. Ber. a m. 2. et Lov. 1. 2. 3. Sed *facere*, quod Gronov. restituit, est in solo Flor.

Priorem consulem dixissent] *Prior consul* et *prior aedilis* est, qui ex duobus priore loco declaratus ac renunciatus est: *primus praetor*, qui e pluribus, quam duobus, primo loco. Hoc certum est ex Cic. in Pison. 1. pro leg. Manil. 1. et Fragm. orat. in toga cand. Quinam sint, quos Barthius 51. Advers. 6. dicit aliter interpretari *priorem consulem*, non scio. Viri docti ad Cic. in Pison. l. d. scribunt, *primum praetorem* appellatum fuisse *praeto-*

Digitized by Google

nius, quique in eadem cauſſa erant, poſtquam Romam eſt ventum, extemplo in carcerem conditi. ac primo producti ad populum ab tribunis, apud praeoccupatos Locrensium clade animos, nullum mise-
8 ricordiae locum habuerunt. poſtea, quum saepius producerentur, jam senescente invidia, molliebantur irae: et ipsa deformitas Pleminii memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.
9 Mortuus tamen prius in vinculis eſt, quam judicium

rem urbanum. Atqui Cic. qui se non uno loco primum praetorem factum gloriatur, non fuit praetor urbanus. Nec verum esse credo, quod Marcil. ad Suet. Vesp. 2. putat, *in primis* factos dici omnes inter primum et poſtremum. DUKER.

§. 8. *Jam senescente invidia, molliebantur irae*] Scripsimus *molliebatur ira.* RHEN. Pal. 1. 2. et vet. ed. *molliebantur irae.* Verbo *senescere* eleganter aliquoties utitur Livius. Superius 28, 36, 2. *Neu senescere bellum maximo impetu coeptum sineret.* 30, 20, 9. *Circa Casilinum, Cumam, Nolamque consenuisse.* 35, 12, 3. *Agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia.* GEBH. Put. et Gall. meliores, duoque Pall. et Voſſ. *molliebantur irae;* quod iterum male mutavit Rhenanus. J. FR. GRON. Soli Harl. et Rec. Rhenano; reliqui mei cum Hearnii N. recte Gronovio consentiunt. Supra 1, 9, 15. *Mollirent modo iras, et, quibus fors corpora dedisset, darent animos.* 2, 45, 2. *Diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras.* c. 61, 3. *Plenus suarum, plenus paternarum irarum.* 4, 30, 12. *Irae adversus Vejentes in insequentem annum dilatae sunt.* 5, 8, 4. *Plus inter se irarum, quam adversus hostes animi, habuerunt.* c. 12, 8. *Inter has iras plebis in Patres.* 6, 18, 3. *Plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat.* 8, 30, 1. *Cujus rei vitium in rabiem atque iras imperatorum vertit.* 9, 7, 3. *Ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse.* c. 39, 6. *Tantoque irarum certamine res gesta est.* 24, 25, 9. *Non ferme desunt irarum indulgentes ministri.* 29, 16, 5. *Scipionis in eo aut ambitio aut neglegentia iras hominum irritavit.* 40, 27, 8. *Iras militum acuebat. Senescere* autem eſt hic remittere, inminui. Eo sensu multis locis apud Livium usurpatur. Exemplis a Gebhardo notatis adde 1, 22. 3, 12. 9, 27. 22, 39. 23, 43. 25, 16. 27, 20. 29, 3. 35, 12. aliisque locis. V. quae notavi ad Silii 16, 135.

Facilius eos ad vulgum conciliabat] Nos reposuimus *memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.* In veteri cod. *faborem* legitur, *b* pro *u* posito. Pro hoc vocabulo quidam duas dictiones *facilius eos* introseruit. RHEN. *favorem ad vulgum conciliabat* egregie Rhenanus. Solus optimus ille Put. hanc lectionem common-

Digitized by Google

de eo populi perficeretur. Hunc Pleminium Clodius 10
Licinius in libro tertio rerum Romanarum refert, ludis votivis, quos Romae Africanus iterum consul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occasionem. patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex senatusconsulto. De Scipione nusquam, nisi in senatu, 11
actum. ubi omnes legatique et tribuni, classem eam,

ſtrat. *Scipionis fatiorem ad vulgum:* et quidem a m. 1. nam secunda *faciliorem* expatraverat, Caeteri omnes prodigiose corrupti. Voſſ. *facillionis.* Men. *faciliordis.* Reg. *facile omnes.* Antea erat editum *facilius eos ad vulgum.* Fortaſſis et *Pleminio* legendum. J. FR. GRON. *facilius eos ad vulgum* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *facilius ad vulgum conciliabat* Lov. 3. *facilius ad vulgus conciliabant* Hav. *facillius ad vulgum* Lov. 1. *facili omnes ad vulgum* Lov. 2. *facilis ad vulgum* Lov. 5. *facillionis ad vulgum* Flor. *favorem ad vulgum,* ut recte Rhenan. emendavit, se in L. 1. invenisse, Hearnius teſtatur.

§. 9. *Mortuus tamen prius in vinculis est, quam judicium de eo populi perficeretur*] Nos reposuimus: *quam judicium de eo perficeretur.* RHEN. Scripti et olim editi *quam judicium de eo populi perficeretur.* Quod Rhenanus unius mutili codicis auctoritate mutare non debuit. J. FR. GRON. Mutilo huic ejus codici ex meis favet unus Harl. ex Hearnii autem D. Reliqui vocem *populi* tuentur. Praeterea *Mortuus est tamen prius in vinculis* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Ceterum de morte Pleminii et auctorum in ea dissensu v. infra ad 34, 44, 6.

§. 10. *Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarum*] *C. Clodius libro tertio rerum Romani* Lov. 5. *Licinus* ex conjectura reponunt Ant. Auguſtin. ad Fragm. vet. Hiſt. et Cel. Peris. in Animadv. Hiſt. c. 8. p. 349. De eo v. Voſſ. 1. de Hiſt. Lat. 8. et Cl. Wassé ad Fragm. Hiſt. poſt Salluſt. p. 235.

Delegatum in Tullianum] Hoc verbo fortassis usus fuit Clodius. Livius 34, 44. et ibi apud Gronov. Salluſt. in Catil. 59. pro eo *demissus* dicunt. DUKER.

§. 11. *Legatique et tribuni, classem eam, exercitum, ducemque*] Nos delevimus accusativum *eam.* RHEN. Rursus omnes, nolente Rhenano, *classem eam.* J. FR. GRON. Pro Rhenano ſtant Harlej. et Hearnii L. 1. ae D. Contra cum Gronovio faciunt omnes, quibus usus sum, reliqui scripti. Praeterea *ibi omnes legatique et tribuni,* pro *ubi,* Lov. 4. V. ad 27, 5, 2. *ibi omnes legatique ac tribuni* Rec. et Harl. *ubi omnes legati et tribuni,* omiſſo τῷ *que,* Ber. a m. 2. Sed male. V. ad 10, 30, 2. Paullo ante *nunquam,* pro *nusquam,* Voſſ.

Digitized by Google

exercitum, ducemque verbis extollentes, effecerunt, ut senatus censeret, primo quoque tempore in Afri-
12 cam trajiciendum; Scipionique permitteretur, ut ex iis exercitibus, qui in Sicilia essent, ipse legeret, quos in Africam secum trajiceret, quos provinciae relinqueret praesidio.

1 XXIII. Dum haec apud Romanos geruntur, Karthaginienses quoque, quum, speculis per promontoria omnia positis, percunctantes paventesque ad sin-
2 gulos nuncios sollicitam hiemem egissent, haud par-

Lov. 2. et Ber. sollemni scribarum errore. V. ad 36, 17, 10. Mox autem in sequentibus *fecerunt*, pro *effecerunt*, Voss. Lov. 2. 3. 5. et Hav. Sed prima syllaba excidit ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis.

§. 12. *Qui in Sicilia essent, ipse legeret*] Castigavimus *eligeret*. RHEN. Melius, quam Beatus castigaverat, alii *ipse legeret*, quum in scriptis fere sit *liceret*, vel *diceret*. J. FR. GRON. *ipsi liceret* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et edd. antt. *ipsi liceret eligere* Lov. 5. et Hav. *ipse liceret* Harl. et Gaertn. Adsentior Gronov. *ipse legeret*, quod Ascensius anno 1513. receperat, probanti. V. eumdem ad Liv. 39, 52, 2. (* Infra 39, 49, 2.) Justin. 11, 6. *Quum ad tam periculosum bellum exercitum legeret*. 22, 3. *His ita gestis, militem legit, exercitumque conscribit*. Si Rhenanus *eligeret* in cod. invenit, id ex glossa natum credendum est. V. ad 28, 42, 5.

Quos provinciae relinqueret praesidio] Gronov. supra hoc cap. ad §. 4. testatur, codices Put. Heg. et Men. perperam praeferre *quos provinciae relinqueret, quos praesidio*. Idem vitium insedit etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav.

§. 1. *Dum haec apud Romanos gererentur*] Castigavimus *Dum haec apud Romanos geruntur*. RHEN. Solus Pal. 3. *geruntur*. Reliqui omnes *gererentur*. GEBH. *gererentur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *gerentur* Flor. a m. 1. *geruntur* a m. 2. Recte. V. ad 1, 40, 7.

Per promontoria omnia] Vet. lib. *per omnia promontoria*. SIG. Pall. 2. ac 3. *per omnia promontoria*. GEBH. Ita et Flor. Lov. 4. et Harl. Vocem *omnia* delet Lov. 5.

Sollicitam hiemem egissent] Cantabr. *gessissent*. Qui nescio an audiendus sit, vel ob praecedens *geruntur*, vel ob consensum aliorum codicum in vulgatam. Et tamen aegre persuadeor, a levi homine eam vocem, adeo in hoc sensu infrequentem, exstitisse. Macrobius 1. Saturn. [10.] *Quo die si Saturnalia gererentur*. Sueton. Domit. 1. *Prima adolescentiae tempora tantu inopia tantaque infamia ges-*

Digitized by Google

vum et ipsi tuendae Africae momentum adjecerunt societatem Syphacis regis, cujus maxime fiducia trajecturum in Africam Romanum crediderunt. Erat 3
Hasdrubali Gisgonis filio non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est, quum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Hasdrubal convenerunt: sed mentio quoque inchoata adfinitatis, ut rex duceret filiam Hasdrubalis. Ad eam rem con- 4
summandam tempusque nuptiis statuendum (jam enim et nubilis erat virgo) profectus Hasdrubal, ut ac-

sisse fertur. Etiam ad 4, Obs. 14. ubi cumulus de hoc verbo non indecens, video inter alia adscripsisse patrem: *Gerens annum XVIII. Hieron. in Eusebio a Scal. reprehensus p.* 124. Deinde edidi, volentibus Cantabr. Voss. Gud. et monente patris manu, *momentum adjecerunt societatem*, non *societate*, commoda prorsus epexegesi. 28, 17, 10. *Magnum in omnia momentum Syphax erat*. Sic et 29, 12, 2. Tacit. 1. Hist. [59.] *Octo Batavorum cohortes, grande momentum, sociae aut adversae*. V. ad 21, 4. 39, 54. JAC. GRON. V. Burmann. ad haec Sueton. Vesp. 24. *Annum gerens aetatis sexagesimum ac nonum*. DUK. Omnes mei *egissent*. Non audeo itaque uni cod. tantum tribuere, ut, invitis optimis aliisque Mstis, ejus solius fide vulgatum mutem: sed potius lectionem illam scribarum errori tribuo, qui passim haec verba inter se commutare solent. V. ad 22, 28, 1. Accedit, quod alibi *gerere tempus, annum, hiemem* in Livio me legere non meminerim; qui contra, ut hic *agere hiemem sollicitam*, etiam *agere annum inbellem* dixit 10, 1, 4. Deinde *societatem*, quod Gronov. probat, non modo in omnibus scriptis, verum etiam edd. superest, pro quo Gruter. demum in ultima ed. perperam *societate* substituit. Paullo post *crediderant* Lov. 3. 4. et Harl. quod Cl. Dukero non displicebat.

§. 3. *Mentio quoque inchoatae adfinitatis*] Scribe *inchoata* cum optimis, in quibus *incohata*. J. FR. GRON. *inchoatae* Harl. Ber. et Rec. Alii omnes *incohata*, vel *inchoata*; quod posterius invenit etiam Hearnius in N. De utraque orthographia *inchoare* et *incohare* v. viros doctos ad Suet. Caes. 46. In praecedentibus *ut ante dictum*, pro *de quo ante dictum*, Harl. et Hearnii D.

§. 4. *Ad eam rem consummandam*] Castigavimus *ad eam rem confirmandam*. RHEN. Ed. Mog. *ad eam rem consummandam*. Melius, quam vulgo. MOD. Comparet in Pall. 2. et 3. *ad eam rem confirmandam*. GEBH. *consummandam* omnes, non *confirmandam*, ut Rhenanus. J. FR. GRON. *confirmandam* Lov. 4. Rec. et Harl. Ceteri omnes, quibus usus sum, cum Hearnii N. *consummandam*, vel [illegible]*uman*

Digitized by Google

censum cupiditate (et sunt ante omnes Numidae barbaros effusi in Venerem) sensit, virginem ab
5 Karthagine arcessit, maturatque nuptias: et inter aliam gratulationem, ut publicum quoque foedus privato adjiceretur, societas inter populum Karthaginiensem regemque, data ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros, jurejurando ad-
6 firmatur. Ceterum Hasdrubal, memor et cum Scipione initae regi societatis, et quam vana et mutabilia

dam. An tamen *consummare* verbum sit hujus aevi, merito dubitari potest. V. Ferrar. ad Cic. 11. Phil. 7. Certe apud Livium nondum reperi. [28, 17, 3.] Tot tamen codd. et inter eos optimis, consentientibus adversari vix audeo.

Jam enim et nubilis erat virgo] Castigavimus *jam enim nubilis erat virgo*, *et* particula dispuncta. RHEN. Scripti et priscae edd. *jam enim et nubilis erat virgo*, ingratiis Beati. J. FR. GRON. Vocula *et*; a Rhenano expuncta, non fuisse videtur in Flor. Certe in excerptis de eo nihil notatum video. Exsulat etiam ab Harl. *jam etenim nubilis* legit Ber. Reliqui cum Hearnii Oxonn. favent Gronovio.

Et sunt ante omnes barbaros Numidae effusi in Venerem]Vet. lib. *ut sunt.* Sic 30, [12, 18.] *Ut est genus Numidarum in Venerem praeceps.* SIG. Ed. Mog. *et sunt ante omnes barbaros Numidae effusi in Venerem.* melius, quam vulgo, quicquid dicat doctissimus Sigonius. Ceterum rem sic Silius narrat [17, 67.]

Immemoris dextraeque datae [illegible]que per aras etc. MOD. Pal. 1. *adsunt ante omnes Numidae barbaros effusi in veterem.* vet ed. *ante omnes Numidae barbaros effusi in Venerem.* GEBH. Et ordo verborum [*ante omnes Numidae barbaros*] placet, et particula, quam mutat Sigonius, in hujusmodi fere correctionibus semper infelix. J.FR. GRON. *adsunt autem omnes Numidae barbarique effusi in Venerem* Lov. 2. *adsunt ante omnes Numidae barbari e. i. V.* Lov. 3. *adsunt* etiam Voss. in contextu, et Hav. *ut sunt* Voss. inter versus. *at sunt* Lovel. 4. *sunt*, priori voce omissa, Lov. 5. Sed, ut Gronov. volebat, *et sunt* Flor. et ceteri. Recte. V. ad 27, 1, 2. Deinde *ante omnes Numidae barbaros* non tantum reliqui mci, praeter unum Harl. qui *ante omnes barbaros Numidae* exhibet, verum etiam edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tandem *effusi in libidinem* Lov. 5. quae lectio ex glossa nata est.

§. 5. *Ut publicum quoque foedus privato adjiceretur*] Livius 1, 1, 9. *Latinum apud Penates Deos domesticum publico adjunxisse foedus, filia Aeneae in matrimonium data.* Paullo ante *populum Karthaginiensium*

Digitized by Google

bilia barbarorum ingenia essent, veritus, ne, si tra-
jiceret in Africam Scipio, parvum vinculum eae nu-
ptiae essent, dum accensum recenti amore Numidam 7
habet, perpellit, blanditiis quoque puellae adhibitis,
ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat, per quos
moneat eum, *Ne prioribus suis promissis fretus in*
Africam trajiciat. Se et nuptiis civis Karthaginien- 8
sis, filiae Hasdrubalis, quem viderit apud se in ho-
spitio, et publico etiam foedere cum populo Kartha-
giniensi junctum. Optare primum, ut procul ab Afri- 9

Flor. Lov. 1. et Gaertn. V. ad 45, 23, 15.

§. 6. *Memor et cum Scipione initae regiae societatis*] Castigamus *initae regi societatis.* hoc est *a rege*, quod prius erat *regiae.* RHEN. *initae rei societatis* Harl. Alii omnes *initae regi societatis*, nisi quod *regis* sit in Hav. in fine vocis adhaerente litera, quae sequentis est initialis: de quo errore v. ad 28, 25, 2. Voces *et cum Scipione* desunt in Lov. 1.

Quam vana et mutabilia barbarorum ingenia essent] *quam varia mutabilia* Hearnii N. *quamquam varia et mutabilia* Gaertn. *quam varia et mutabilia* Lov. 2. et 3. Subcurrebat notum illud Virgilii 4. Aen. 569. *varium et mutabile semper Femina.* Item illud Cic. de Amic. 25. *Si ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex.* V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 5. Tutum tamen non videtur horum codicum fide stare, praesertim quum facili lapsu librarii passim has voces commutare soliti fuerint. V. ad 22, 7, 4. *vanum* autem *ingenium* supra est 1, 27, 1. *Invidia vulgi vanum ingenium dictatoris conrupit.* 34, 36, 4. *Vanis, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regiorum ingeniis.* 35, 47, 7. *Hunc forte ingenio vanum Aetoli et Antiochus inpulerant in spem.*

Si trajiceret in Africam Scipio] Pall. *si trajecisset in Africam Scipio.* GEBH. *trajecisset* Flor. Lov. 4. Harl. et Hearnii D.

Parvum vinculum eae nuptiae essent] Legitur in volumine veteri *parvulum vinculum.* RHEN. Pal. 3. *parvulum vinculum hae nuptiae essent.* GEBH. Omnes mei vulgatum tuentur. Mox §. seq. *perpulit* Lov. 4. et Ber.

§. 9. *Hortari primum, ut procul ab Africa, sicut adhuc fecerint*] Put. Voss. Buslid. alii, *Optare primum.* J. FR. GRON. *Hortare* Lov. 3. *Ortare* Harl. *Optare* Flor. Lov. 1. 2. 5. Voss. et Hearnii L. 1. ac N. quod, tamquam modestius, quam quod vulgo edebatur, recte Crevierius recepit. Similiter variant codd. apud Suet. Vesp. 6. ubi v. viros doctos. Praeterea *fecerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Gaertn. *fecerant* Hav. Mox *nec sibi interesse*

Digitized by Google

ca, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Karthaginiensibus gerant, ne sibi interesse certaminibus eorum, armaque aut haec, aut illa, abnuentem al-
10 *teram societatem, sequi necesse sit. Si non abstineat Africa Scipio, et Karthagini exercitum admoveat, sibi necessarium fore, et pro terra Africa, in qua et ipse sit genitus, et pro patria conjugis suae, proque parente ac penatibus dimicare.*

1 XXIV. Cum his mandatis ab rege legati ad Sci-
2 pionem missi, Syracusis eum convenerunt. Scipio, quamquam magno momento rerum in Africa geren-

Voss. Lov. 1. et Gaertn. Paullo ante §. praec. *uictum*, pro *iüctum* sive *junctum*, Lov. 1. V. ad Liv. Ep. 68. *utctum* Rec. V. ad 5, 7, 2.

§. 10. *Et pro terra Africa*] *et propter Africam* Harl. *et pro patria Africa* Lov. 3. Gaertn. Ber. Hearnii N. et edd. Aldina priores; quod ex glossa profluxisse videtur. *Terra Africa*, ut *terra Italia*. V. ad 25, 7, 4. Mox *proque parentibus atque penatibus* Ber.

§. 2. *Legatis propere, priusquam res vulgaretur, remissis*] *legatis, prope priusquam res vulgaretur, remissis* Flor. Lov. 1. et Hav. contra mentem Livii. Solent autem in his vocibus confundendis scribae errare. V. ad 39, 31, 4. *legatis quoque, priusquam* Lov. 2. et 5.

§. 3. *Ne jura hospitii secum* etc.] Idem Silius [17, 76.]

Sed non Ausonio curarum extrema Syphacem etc.

MOD. Mox *ne fas, fidem, dextras* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. *neu fidem, dextras* Harl.

§. 4. *Obversatique praetorio erant*] Perperam Pal. 1. *observatique precio erant*. perperam, inquam, hic. 31, 11, 7. *Magnam partem perfugarum palam Carthagini obversari dici*. 34, 61, 1. *Hunc Aristonem Carthagine obversantem, qua de caussa venisset, cognoverunt*. 35, 15, 6. *Legatusque Romanus, ut alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit*. GEBH. *observatique* etiam Lov. quinque, Hav. et Hearnii Oxonn. sollemni errore, ex transpositione literarum orto. V. ad 6, 17, 4. Mox *si similetur*, pro *si sileretur*, Lov. 1. *si simuletur* Lov. 2. et Gaertn. Deinde *eo ipso, quo celaretur*, pro *quod* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Timorque in exercitum incideret] Fortasse malis. Considera tamen Put. Pet. Reg. Men. Voss. duumque Pall. scripturam: *timorque in exercitu incederet*. Verbum haud infrequens hoc modo Livio. 25, [1, 6.] *Tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incessit*. 28, [3, 10.] *Timor deinde oppidanos in-*

Digitized by Google

darum magnaque spe destitutus erat, legatis propere, priusquam res vulgaretur, remissis in Africam, literas dat ad regem, quibus etiam atque etiam mo- 3
net eum, *Ne jura hospitii secum, neu cum populo Romano initae societatis, neu fas, fidem, dextras, Deos testes atque arbitros conventorum, fallat.* Ce- 4
terum, quando neque celari adventus Numidarum poterat, (vagati enim in urbe, obversatique praetorio erant) et, si sileretur, quid petentes venissent, periculum erat, ne vera eo ipso, quod celarentur, sua sponte magis emanarent, timorque in exercitum

cessit, ne, si hostis urbem intrasset. Ibidem [c. 46, 15.] *Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Poenosque.* Hoc libro superius [c. 10, 3.] *Et tanta incesserit in castra vis morbi.* 36, [16, 6.] *Timor deinde incessit, ne quos per imminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus.* Tacitus 2. Hist. [63.] *Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu.* J. FR. GRON. *in exercitu incederet* etiam apud me Flor. a m. 1. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verum lectio illa viris doctis displicuit, et in primis Doujatio, quia loquendi illa figura, personis magis, quam rebus, adcommodata, non sine audaciori metaphora huc videtur trahi posse. Putat insuper, eam non satis firmari testimoniis a Gronovio adductis, quae ad verbum *incessere* referri possunt, eo magis quod cum accusativo junguntur, non, ut hic, cum ablativo et praepositione. Similiter etiam Crevierius in iisdem exemplis agnoscendum existimat verbum *incessere*, non *incedere*, qui tamen recte alterum a Doujatio additum omittit, id patere ex praepositione cum casu quarto, non cum sexto, juncta. Nam ita et Caesar 2. B. Civ. 29. *In castris Curionis magnus omnium incessit timor.* non *in castra.* Mihi etiam non displicet vulgatum, quod in aliis meorum supererat. Ita Caesar 3. B. Civ. 13. *Tantusque terror incidit ejus exercitui.* quod exemplum laudabat Cl. Dukerus, qui quoque disertiora veterum testimonia ad probandum genus loquendi a Gronovio receptum desiderabat. Priscam igitur lectionem revocavi. Solent autem librarii *incedere* et *incidere* commutare. V. ad 9, 24, 10.

Avertit a vero falsis elicitas praeoccupando mentes hominum] Quid hic facit participium *elicitas*? impedit sensum, non illustrat. Non est in archetypo Spirensi. proinde et nos induximus. RHEN. Obscurus sermo. Dubium enim est, elicitasne falsis dicere velit, an praeoccupando potius falsis. Sed *elicitas* non est in plerisque libris. GLAR. *elicitas* etiam in nullo est ex meis, nisi in Ber. et Gaertn.

Digitized by Google

incideret, ne simul cum rege et Karthaginiensibus foret bellandum, avertit a vero falsis praeoccupan-
5 do mentes hominum. Et, vocatis ad concionem militibus, *Non ultra esse cunctandum*, aït. *Instare, ut in Africam quamprimum trajiciat, socios reges. Masinissam prius ipsum ad Laelium venisse, que-*
6 *rentem, quod cunctando tempus tereretur. nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem, quae tam diuturnae morae sit caussa: postulantemque, ut aut trajiciatur tandem in Africam exercitus, aut, si mutata consilia sint, certior fiat, ut et ipse sibi ac*
7 *regno suo possit consulere. Itaque, paratis jam om-*

§. 5. *Masinissam prius ipsum ad Laelium venisse*] Vet. lib. *ad C. Laelium*. SIG. Pal. 2. *ad cos. Laelium*, ex falsa notae *C.* interpretatione. tert. *ad Cn. Laelium*. GEBH. *ad consulem Laelium* Harl. et Hearnii D. servantes vestigia lectionis a Sigonio probatae ac receptae. Saepe enim librarii notam praenominis Caji *C* et vocem *consul* commutarunt. V. ad 22, 14, 13. Quum tamen optimi *ad Laelium* servent, id verius puto. Praeterea *Masinissam ipsum prius* Flor. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 6. *Ut et ipse sibi et regno suo posset consulere*] Scripsimus *ac regno possit consulere*. RHENAN. *ut et sibi ac regno suo posset consulere* Flor. Voss. Lovel. 3. 5. et Hav. *posset* servant etiam Lov. 1. 2. Ber. a m. 1. et Gaertn. Paullo ante voces *quae tam diuturnae morae sit caussa: postulantemque* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav.

§. 7. *Itaque jam satis omnibus instructis adparatisque*] Et hic *apparatis* adjecerunt, ut consulerent τῷ *que*, quod desolatum ipsis videbatur: etenim optimus et post illum meliores *instructisque, et re*. Emenda, *Itaque jam satis omnibus instructis, quin et re jam non ultra recipiente cunctationem, in animo sibi esse*. J. FR. GRON. Non otiose tamen considerari meretur hoc loco scriptura Cantabrig. *Itaque ratis jam omnibus instructisque*. Et sane fieri potuit, ut τὸ *apparatis* aliunde accesserit. Quam leni tamen negotio ex MS^to^, quem produximus, fieri posset: *Ita paratis jam omnibus instructisque*. JAC. GRON. In commutando ordine horum verborum fere omnes consentiunt. *Itaque satis omnibus jam* legit Hav. *Ita satis jam omnibus* Voss. *Itaque satis jam omnibus* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Ber. Neque aliter Flor. a m. 1. qui *Itaque ratis jam omnibus* a m. 2. praefert. Deinde *instructis adparatisque* servant Lov. 3. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *instructisque adparatisque* Flor. *instructisque* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. *instructis*

Digitized by Google

nibus instructisque, et re jam non ultra recipiente cunctationem, in animo sibi esse, Lilybaeum classe traducta, eodemque omnibus peditum equitumque copiis contractis, quae prima dies cursum navibus daret, Deis bene juvantibus, in Africam trajicere. Literas ad M. Pomponium mittit, ut, si ei videretur, 8
Lilybaeum veniret: ut communiter consulerent, quas potissimum legiones, et quantum militum numerum in Africam trajiceret. item circum oram omnem ma- 9
ritimam misit, ut naves onerariae comprehensae Lilybaeum omnes contraherentur. Quidquid militum 10
naviumque in Sicilia erat, quum Lilybaeum conve-

Hav. et Hearnii L. 1. Sed plene *Itaque paratis jam omnibus instructisque*, ferme ut Jac. Gronov. conjecerat, in Reg. invenit Crevierius, idque in contextum recepit, quem sequi malui, quam incertis conjecturis niti. Vulgatum enim interpolatum esse, ex optimis Mstis colligi debere existimo.

Lilybaeum classe traducta, eodemque] Codex Cantabr. *Lilybaeum classem traducere, eodemque.* JAC. GRON. Omnes mei vulgato constanter adhaerent.

§. 8. *Quas legiones potissimum, et quantum militum numerum*] Scripsimus *quas legiones potissimum, quantum militum numerum, et* conjunctione expuncta. RHEN. Lectionem eamdem amplectuntur et Lov. 4. atque Harl. Contra *et* in reliquis superest; verum vicissim, mutato ordine, *quas potissimum legiones* legunt, quos secutus sum. Deinde *quantum numerum militum* Voss. Lov. 1. et Ber.

§. 9. *Circum oram maritimam misit*] Accusativus *omnem* deerat, quem nos inseruimus: *item circum oram omnem maritimam misit.* RHEN. *circum oram maritimam omnem* Harl. Reliqui mei vocem *omnem* non agnoscunt, concinente etiam Hearnii N.

Lilybaeum omnes traherentur] Cantabr. cum Voss. Gud. aliisque *Lilybaeum omnes contraherentur.* JAC. GRON. *traherentur* natum est ex Gruteri ed. ultima, omnium mendosissima. Priores enim typis descripti omnesque calamo exarati semper *contraherentur.* Supra 21, 26, 7. *Perlicit donis ad naves undique contrahendas.* 31, 33, 1. *Navales copias Demetriadem in Thessalia contrahebat.* 34, 50, 11. *Ut onerarias ex omni Graeciae ora eodem contraheret.* 38, 12, 9. *Contrahendae naves erant ad exercitum trajiciendum.*

§. 10. *Quidquid militum naviumque in Sicilia erat, quum Lilybaeum convenissent*] Vocem *naviumque* omittunt Flor. Voss.

Digitized by Google

nissent, et nec urbs multitudinem hominum, nec
11 portus naves caperet, tantus omnibus ardor erat in Africam trajiciendi, ut non ad bellum duci viderentur, sed ad certa victoriae praemia. praecipue, qui superabant ex Cannensi exercitu, milites, illo, non alio duce, credebant, navata reipublicae opera, fi-
12 nire se militiam ignominiosam posse. Et Scipio minime id genus militum adspernabatur: ut qui neque ad Cannas ignavia eorum cladem acceptam sciret, neque ullos aeque veteres milites in exercitu Romano esse, expertosque non variis proeliis modo, sed
13 urbibus etiam obpugnandis. Quinta et sexta Can-

Lov. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quam tamen vocem omitti non posse, sequentia indicant; ubi non tantum *urbs*, quae *multitudinem hominum*, sed et *portus* memoratur, qui *naves non caperet*. Praeterea *convenisset* Florent. Lov. 3. 4. Ber. Harl. et vett. edd. pro quo Froben. anno 1535. substituit *convenissent:* quod est in reliquis. Mox *neque portus naves* Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. V. ad 9, 9, 14.

§. 12. *Neque ullos aeque veteres milites in exercitu Romano esse*] In quo exercitu? Nam multi tum erant exercitus Romani. De Scipionis exercitu intelligi non potest, qui cur solus exercitus Romanus dici debeat, caussa non est. Considerent acutiores, an melius sit *ullo*. DUK. *neque ullos milites aeque veteres* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores.

Sed in urbibus etiam obpugnandis] Submovimus praepositionem *in*. RHEN. Eam agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertner. et Hav.

§. 13. *Quos secum ex Italia adduxerat*] *adciverat* Voss. a m. 1. *acciverat* a m. 2. Neque aliter Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. *Tò secum* non est in Lov. 1.

§. 14. *Ut singulae sena millia et ducenos pedites, tricenos haberent equites*] *trecenos*, id est, trecentenos, legendum, non *tricenos*, quod a *triginta* derivatur. Apud doctos non erat opus hoc admonere, sed apud imperitos, et quod librariorum erratum hoc est in omnibus fere codicibus. Laurentius Valla, homo de Latina lingua optime meritus, primus, quantum meminisse possum, hunc errorem 3. Elegant. [5.] ostendit. Omnes etiam sciunt, legionem apud Romanos saepe variatam, quod alibi, non uno duntaxat loco, nos admonuimus. GLAR. *tricenos* perperam hic servant Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. V. ad 40, 34, 8.

§. 1. *Non parvo numero inter auctores discrepat*] Antiqua lectio *non par numero inter au-*

Digitized by Google

nenses erant legiones. eas se trajecturum in Africam quum dixisset, singulos milites inspexit: relictisque, quos non idoneos credebat, in locum eorum subjecit, quos secum ex Italia adduxerat; supplevitque 14
ita eas legiones, ut singulae sena millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites: sociorum item Latini nominis pedites equitesque de exercitu Cannensi legit.

XXV. Quantum militum in Africam transportatum 1
sit, non parvo numero inter auctores discrepat. Alibi 2
decem millia peditum, duo millia et ducentos equites, alibi sedecim millia péditum, mille et sexcentos equites;

ctores discrepat. Lego *non pari numero*, *inter auctores discrepat.* hoc est, eo quod numerus apud illos par non sit. RHEN. Sic [*non parvo numero*] integre scripti et argutatur incassum Rhenanus. J. FR. GRON. Nihil etiam in illis verbis variant mei. At *discrepat inter auctores* Hav. Paullo ante *τὰ in Africam* exsulant a Lovel. 2.

§. 2. *Alibi quindecim millia peditum*, *mille et quingentos equites*] Legitur in veteri libro *sedecim millia*, non *quindecim millia.* RHEN. Vet. lib. habent *sedecim millia*, quod probo: quia Appianus in Libyco [p. 7.] edit: *πεζοὺς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους.* Itaque, auctore eodem Appiano, malim legere apud Livium *sexcentos*, quam *quingentos.* SIG. Pall. tres *XVI millia peditum*, quod probat Sigonius, ductus Appiani verbis, adeo ut etiam ex eodem scriptore malit *sexcentos equites.* GEBH. Omnes Gall. et Pall. *sedecim millia peditum*, *mille et sexcentos equites*, ut ex Appiano Sigonius. J. FR. GRON. Ita et Flor. et Hav. *sedecem millia* agnoscit etiam Harl. *sexcentos* Lov. 2. Ceterum omnia haec verba *et ducentos equites: alibi* etc. *quinque et triginta millia* desunt in Hearnii L. 1. ob vocis *millia* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

Alibi parum plus dimidio rem auctam] Emendavimus: *Alibi parte plus dimidia rem auctam.* RHEN. *parum plus dimidia* Ber. et Gaertn. *parte plus dimidia* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Neque aliter Put. ut me monuit Cl. Sallier. *parum parte plus dimidia*, duplici lectione juncta, Lov. 5. *parem plus dimidiam* Voss. Hinc, una litera addita, legendum suspicor *partem plus dimidiam*, Livio familiarissima locutione. 6, 35, 5. *Ne quis plus quinquaginta jugera agri possideret.* c. 36, 11. *Ut ipsis plus quinquaginta jugera habere liceret.* 31, 35, 2. *Aberat acies eorum paullo plus quingentos passus.* 36, 40, 5. *Plus partem dimidiam ex quinquaginta milli-*

Digitized by Google

alibi parte plus dimidia rem auctam, quinque et triginta millia peditum equitumque in naves inposita
3 invenio. quidam non adjecere numerum: inter quos me ipse in re dubia poni malim. Coelius, ut abstinet numero, ita ad inmensum multitudinis speciem
4 auget. Volucres ad terram delapsas clamore militum aït, tantamque multitudinem conscendisse naves, ut nemo mortalium, aut in Italia, aut in Sicilia,
5 relinqui videretur. Milites ut in naves ordine ac sine tumultu conscenderent, ipse eam sibi curam sum-

bus hominum caesam. Alia v. ad 31, 34, 7. et 41, 12, 8.

In naves inposita invenio] Verbum *invenio* ignorant omnes Gall. et Voss. quod tamen requiri videtur, nisi pro *alibi* ter legas *alii.* Sic enim ἀπὸ κοινοῦ posset repeti *adjecere numerum.* J. FR. GRON. Eamdem vocem ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et omnes ante Moguntinam editiones. In suis id etiam deesse Crevier. monet, sed recte necessarium judicat.

§. 3. *Inter quos me ipse in re dubia poni malui*] Emendavimus *poni malim*, pro *malui.* RHEN. *ponere malui* Lovel. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed alii omnes *malim.* Deinde *me ipse quidem in re dubia* Hearnii N. *me ipsum in re dubia* Lov. 5. Male. V. ad 2, 19, 5.

Ad inmensum multitudinis speciem auget] Pal. 3. *ad intensum.* GEBH. *ad inmensam multitudinis spem* Lov. 3. *ad inmensam multitudinis speciem* Lov. 5. et Flor. a m. 2.

§. 4. *Clamore militum aït, tantamque multitudinem*] Pal. 1. *clamore militum atque tantam multitudinem.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *clamore militum, aïtque tantam multitudinem* Flor.

§. 5. *Milites ut in naves ordine ac sine tumultu conscenderent*] *ut naves ordine* etc. *conscenderent* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Supra 21, 49, 10. *Ad arma conclamatum est, et in naves conscensum.* Et contra 22, 19, 8. *Conscendere naves propere, atque arma capere jubet.* 36, 29, 4. *Duodecimo die, quam conscenderat navem.* 37, 11, 8. *Mutato consilio naves conscendere omnes jubet.* 44, 35, 14. *Filium suum cum quinque delectis millibus Heracleam mittit, velut classem conscensuros.* c. 45, 14. *Quum per tumultum naves conscenderent.*

In naves ante conscendere coactos continuit] Emendavimus *navibus ante conscendere coactos continuit*, ubi prius legebatur *in naves.* RHEN. Vetus lectio melior *in naves ante conscendere.* SIG. Ed. Mog. *in naves ante conscendere coactos.* MOD. Pal. 2. *nauticos C. Laelius* (*clas-*

Digitized by Google

sit. nauticos C. Laelius, qui classis praefectus erat, in navibus, ante conscendere coactos, continuit. Commeatus inponendi M. Pomponio praetori cura 6 data: quinque et quadraginta dierum cibaria, e quibus quindecim dierum cocta, inposita. Ut omnes 7 jam in navibus erant, scaphas circummisit, ut ex navibus gubernatoresque et magistri navium et bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda. Postquam convenerunt, primum ab iis quaesivit, si 8 aquam hominibus jumentisque in totidem dies, quot

sis praefectus erat)in naves ante conscendere coactos continuit. prim. *nauticis C. Laelius, qui classis praefectus erat, in navibus ante conscendere coactos continuit.* tert. *nauticos Cn. Laelius, qui classis praefectus erat, et navibus ante conscenderunt* (forte *conscenderent*) *coactos continuit.* GEBH. Iidem [omnes Gall. et Voss.] optimusque Pall. *in navibus, ante conscendere coactos, continuit.* Olim legebatur *in naves.* Rhenanus fecit *navibus.* deleta praepositione. J. FR. GRON. Priscae lectioni adhaerent Ber. et Gaertn. cum Rhenano stant Lov. 2. et Harl. Reliqui omnes emendationem Gronovii tuentur, concinentibus Hearnii Oxonn. Supra 21, 49, 8. *Ubi signum datum esset, ne quis moram conscendendi faceret.* 37, 11, 10. *Postquam conscendisse suos vidit, concitata nave remis ad ostium portus tendit.* c. 29, 6. *Ut et sine trepidatione conscenderent, et, ut quaeque parata esset. exiret navis.* 44, 23, 9. *Qui Rhodum irent cum Illyriis legatis, Thessalonicae conscendere jussi.* Cic. 2. ad Q. Fr. 2. *Velim, quam primum bona et certa tempestate conscendas.* V. Hadrian. Card. de Serm. Lat. p. 101.

§. 6. *M. Pomponio praetori curam dat*] Emendavimus *M. Pomponio praetori cura data.* RHEN. Ed. Mog. *M. Pomponio praetori curam dat.* MOD. Pal. 1. *M. Pomponio praetori curam dat.* GEBH. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. *curam M. Pomponio dat* Ber. *M. Pomponio praetori curam dedit* Hav.

Quinque et quadraginta dierum cibaria] In antiquo volumine legitur *triginta quinque dierum*, et tamen sequitur, *aquam dierum quadraginta quinque in navibus esse.* RHEN. *XL quinque* Lovel. 4. *triginta quinque* Harl. *quinque et XXX* Hearnii D.

§. 7. *Ut ex omnibus navibus gubernatoresque et magistri*] Meliores *τὸ omnibus* relegant. J. FR. GRON. Ex meis eam vocem soli agnoscunt Harl. Ber. Rec. et Gaertn. a reliquis vero exsulat. Non est etiam in Hearnii N. Insuper voces *ut ex navibus* non adparent in Lovel. 1. Mox *convenirent ad ministeria exsequenda* Gaertn.

§. 8. *Si aquam hominibus jumentisque necessariam in toti-*

Digitized by Google

9 frumentum, inposuiſſent. Ubi responderunt, aquam dierum quinque et quadraginta in navibus eſſe; tum edixit militibus, ut silentium quieti nautis sine certamine ad miniſteria exsequenda bene obedientes
10 praeſtarent. cum viginti roſtratis se ac L. Scipionem ab dextro cornu, laevum, totidem roſtratas, et C. Laelium praefectum claſſis cum M. Porcio Catone (quaeſtor is tum erat) onerariis futurum praesidio.
11 Lumina in navibus singula roſtratae, bina onerariae haberent: in praetoria nave insigne nocturnum trium luminum fore. Emporia ut peterent, gubernatori-

dem dies] Expunximus accusativum *necessariam*. nam archetypon Spirense sic habet: *si aquam hominibus jumentisque in totidem dies, quot frumentum, imposuisset.* hoc eſt, in usum hominum jumentorumque, sive pro hominibus jumentisque. RHEN. Recte et meo et Rhenani animo exteritur, quod continetur in Pall. 1. ac 2. nec non vet. editione, τὸ *necessariam*, quod certe respuit Pal. 3. GEBH. Vocem *necessariam* e meis tuentur Voſſ. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Rec. et Hav. Similiter etiam Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii. Mallem tamen abeſſe. Et non agnoscit etiam Flor.

§. 9. *Ubi responsum est, aquam*] Iidem *responderunt*. J. FR. GRON. Similiter Flor. et Hearnii L. 1. ac D. Mox *ut silentii quietem* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 10. *L. Scipionem ab dextro cornu, ab laevo totidem rostratis*] Scripti *ab dextro cornu, laevum totidem rostratas et C. Laelium*. Longe quidem elegantius, meo judicio. V. ad 22, 41, 7. J. FR. GRON. Ita et Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. Hav. et Hearnii Oxonn. De simili adpositione v. Gronov. ad 30, 8, 6. et quae notavi ad 40, 36, 8. Ceterum vulgata scriptura demum obvia fuit in ed. Mog. Priores exhibuerunt *ab laevo totidem rostratas*, quod etiam supereſt in multis codd.

Cum M. Porcio Catone (quaestor is tum erat)] Apud Cic. de Senect. [4.] ipse Cato aït, se praetorem fuiſſe his consulibus, quaeſtorem autem Fabio ad Tarentum. At in eodem dialogo locus alius [c. 13.] convincit, eum locum mendosum eſſe, et hic Livium recte scripsiſſe: de qua re rursus et copiosius admonebimus lectorem 32, [7, 13.] GLAR. Vet. lib. *quaestor is tum erat*. SIG. Ita etiam omnes mei, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquae; quod revocavi. Frobenius anno 1531. ordinem vocum inmutarat, edens *tum is erat*.

§. 11. *Emporia ut peterent, gubernatoribus edixit*] *Emporia* hoc loco vocat, ut ego puto, littoralia mercatorum ac molliorum hominum loca. Nam, ut de Em-

Digitized by Google

bus edixit. Fertilissimus ager, eoque abundans omnium copia rerum est regio, et inbelles (quod plerumque in uberi agro evenit) barbari sunt: priusque, quam Karthagine subveniretur, obprimi videbantur posse. Iis editis imperiis, redire ad naves jussi: et postero die, Deis bene juvantibus, signo dato solvere naves. 12 13

XXVI. Multae classes Romanae e Sicilia atque ipso illo portu profectae erant. Ceterum non eo bello solum, (nec id mirum, praedatum enim tantummodo pleraeque classes ierant) sed ne priore quidem, ulla profectio tanti spectaculi fuit. quam- 1 2

poriis ad Syrtim parvam intelligam, de quibus ad finem l. 34. adduci non possum: neque enim in eum locum hic Scipio divertit. Nisi quis dicat, voluisse illuc Scipionem divertere, sed a nautis obtineri non potuisse. Sed et lib. eodem ea de re aliquid dicemus. GLAR. Livius, ut hic, ita etiam infra c. 33. et l. 34. Africae regionem *Emporia* neutro genere, Hispaniae urbem *Emporias* 21, 60. et 61. 26, 19. 28, 42. 34, 8. et 9. foeminino vocat. Et Silius Ital. 3, 369. *Phocaïcae Emporiae*. et Plinius 3. H. N. 3. Graeci fere Africae τὰ Ἐμπόρια, Hispaniae τὸ Ἐμπόριον dicunt. Casaub. ad Strab. 3. p. 159. dubitat, hic quoque *Emporias* legendum, an ubique potius *Emporia* restituendum sit. Nihil mutandum est. Has *Emporia* dici prohibet Silius, illa *Emporias* Livius et Graeci. *Emporiae* Hispaniae erant duo oppida muro divisa. Liv. 34, 3. *Emporia* Africae, regio, idem hic, et 34, 62. DUKER.

§. 12. *Eoque abundans omni copia rerum est regio*] Scripsimus *omnium copia rerum*. et mox *priusque*, pro *prius quoque*. RHEN. Priorem lectionem servant Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertner. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *omnia copia rerum* Flor. Reliqui adsentiuntur Rhenano. Mox *in uberi agro evenit*, pro *ubere*, Flor. et Harl. *uberi agro evenit* Lov. 2. *evenit in uberi agro* Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. et Hav. *in uberi evenit agro* Lov. 4. Hinc *uberi*, in quod plerique consentiunt, recepi. Ita enim, aeque ac *ubere*, casum sextum formari, docuit Vossius 4. Gramm. 12. Deinde *priusque*, pro *prius quoque*, plerique et optimi codicum meorum. V. ad 5, 27, 1. Tandem *a Karthagine*, addita praepositione, Lovel. 4. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et D. et edd. omnes usque ad ultimam Gruteri, cui eam omittenti rara felicitate favent reliqui, et inter eos praestantissimi codd. cum ipso Put. ut mihi Cl. Sallierius adfirmavit.

§. 1. *Pleraeque classes ierant*] Pro spurio videtur habendum τὸ *classes*, etsi omnes habeant libri. J. FR. GRON. Non aliam ob caussam ita censuisse Gronov. videtur, quam quod vox illa modo praecesserit, et mox iterum sequatur.

Digitized by Google

quam si magnitudine classis aestimaretur, et bini consules cum binis exercitibus ante trajecerant; et prope totidem rostratae in illis classibus fuerant,
3 quot onerariis Scipio tum trajiciebat. nam, praeter quadraginta longas naves, quadringentis ferme one-
4 rariis exercitum transvexit. Sed et bellum bello, se-

Quum tamen omnes mei in ea servanda conspirent, ea mihi non satis gravis ejiciendi caussa videtur ob illa, quae supra dixi ad 1, 3, 9.

§. 2. *Quamquam, si magnitudine classis aestimaretur, et bini*] Emendavimus, *quanquam si magnitudine classes aestimares*. Sic autem legendum, docent sequentia. RHEN. Mog. ed. *si magnitudine classis aestimaretur*. MOD. Pal. 3. *classes extimares*. vet. ed. *classis aestimaretur*. pr. *classis aestimaret*. sec. *classes aestimarentur*. GEBHARD. Sic [*classes aestimares*] Rhenanus, cum legeretur *classis aestimaretur*. ut Reg. et Pet. Sed Put. Men. Voss. *classis aestimaret, sed si bini*. Magis inclino in medium. Ipsa nimirum classis Scipionis. J. FR. GRON. *si magnitudine classes extimares*, vel *aestimares*, ut Rhenanus voluit, Harl. Rec. et Hearnii D. *si magnitudine classis aestimaret* Lovel. 1. Haverk. et Hearnii L. 1. *si magnitudine classis existimares* Lov. 4. *si magnitudinem classis aestimaret* Flor. *si magnitudine classis aestimaretur* Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N.

§. 3. *Praeter quadraginta longas naves, quadringentis ferme onerariis*] Quas hic *naveis longas* vocat, paullo ante *rostratas* nominavit. Libro autem 21. quas primum *quinqueremes*, paullo post *longas* vocat. Videntur igitur confusa haec tria nomina, *longa*, *rostrata*, *quinqueremis navis*. Et ex hac quidem comparatione Livii, quam hoc loco exhibet, videntur rostratae angustiores onerariis: sed an etiam majores, non equidem pronunciaverim, cum in rostratis singula, in onerariis bina fuerint lumina: et in pugna navali ad Uticam lib. seq. [c. 10.] onerariae altiores dicantur rostratis. Sed merito quis clamabit, me nautarum tractare negotium, qui navigare nesciam: quorum hoc quidem verum est, illud tamen neutiquam reprehendendum. Nam ea inquirere, ad hoc quoque negotium pertinere puto. quanquam lectoris judicio omnia subjicio; licuit dubitare mihi, licebit aliis judicare. GLAR. Vet. lib. *praeter L. longas naves*. Probo. Nam Appian. [in Punic. p. 7.] ita: *Καὶ ἐς Λιβύην ἀνήγετο ἐπὶ νεῶν μακρῶν μὲν δύο καὶ πεντήκοντα, φορτίδων δὲ τετταρακοσίων*. Et ipse 30, [41, 7.] *Scipio L. longas naves haberet, quas habuisset*. SIGON. Libri omnes *praeter quadraginta longas naves*. GEBH. *praeter quadraginta*, vel *praeter XL*, Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. Et hunc numerum navium longarum vel rostratarum supra memorat cap. praec. ubi Scipio se et L. Scipionem viginti rostratis ab dextro, C. Laelium cum M. Porcio Catone totidem rostratis ab laevo onerariis praesidio futu-

Digitized by Google

cundum priore, ut atrocius Romanis videretur, quum quod in Italia bellabatur, tum ingentes strages tot exercituum, simul caesis ducibus, effecerant: et Scipio dux, partim factis fortibus, partim 5 suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriae celebratus, converterat animos: simul et mens 6

rum dicit. Hanc igitur lectionem recepi, et dissentire Appianum a Livio observo. De numero navium classis Scipionis v. iterum ad 30, 2, 7. De *navibus rostratis*, seu *longis*, et *onerariis* v. Scheff. 2. de Milit. nav. 2. Mox *travexit* Lov. 1. 4. et Harl.

§. 4. *Secundum priore ut atrocius*] *priori* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Mox *bellabatur in Italia* alio ordine Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Deinde *tum quod ingentes* perperam Lov. 3. 5. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii N. et editi ante Moguntinos.

§. 5. *Ingentis ad incrementa gloriae celebratus*] Reposuimus *ingenti*, sicque distinximus: *partim suapte fortuna quadam ingenti, ad incrementa gloriae celebratus.* RHEN. Et hoc [*fortuna quadam ingenti*] Beati. Antea *ingentis*, quod praefero. Intelligo enim Scipionem celebratum ad incrementa gloriae partim fortibus factis, partim suapte quadam fortuna. J. FR. GRON. *ingenti ad incrementa gloriae* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Oxonn. Hearnii. Neque aliter Flor. a m. 1. *ingenti ad incrementa gloria* a m. 2. Cl. Crevier. servat *ingentis*, et vel proxime jungit *celebratus gloriae ingentis ad incrementa*; idque dictum putat ad exemplum ejus, quod supra est 26, 19, 4. *Ipse capti quadam superstitione animi.* ut et illius apud Horat. 2. od. 2, 6.

Notus in fratres animi paterni.

vel proxime jungit *fortuna gloriae ingentis ad incrementa.* Sed prius tamen praefert. Si voces transponere liceret, mallem *partim suapte fortuna quadam celebratus, ingentis ad incrementa gloriae converterat animos.* Quin etiam, si abesset vox *celebratus*, eam non requirerem. At cogitent acutiores.

* §. 6. *Tentata, quod ad Hannibalem de*] Nulla horum omnium litera in Put. Reg. Men. Voss. sed tantummodo *duci trahendum ex Sicilia.* Dein Put. *vulgaterat.* alii *vulgatum erat.* Suspicor hic pessime cum Livio actum, qui scripserat, *simul et mens ipsa trajicienda nulli ante eo bello duci, trahendus Hannibal ex Italia, transferendumque et finiendum in Africa bellum, vulgata erat.* Significat, nullum antea ducem edidisse ac prae se tulisse eam mentem: hic quod prae se tulerit, tanto conspectiorem suam profectionem reddidisse. J. FR. GRON. Eadem verba, quae deerant in Gronovii codd. desunt etiam in Flor. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii Oxonn. qui pariter legunt *duci trahendum ex Sicilia.* Dein *vulgata erat* Flor. a m. 1. *vulgaverat* a m. 2. Reliqui codd. cum memorato Lov. 2. *vulgatum erat.* Jam saepius antea dictum est, o-

Digitized by Google

ipsa trajiciendi, nulli ante eo bello duci tentata, quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia, transferendumque et finiendum in Africa bellum, se
7 transire vulgaverat. Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba, non habitantium modo Lilybaei, sed legationum omnium ex Sicilia: quae et ad prosequendum Scipionem officii caussa convenerant, et praetorem provinciae M. Pomponium secutae
8 fuerant. ad hoc legiones, quae in Sicilia relinquebantur, ad prosequendos commilitones processe-

ptimas Livii membranas, in duobus ultimis belli Punici libris, multis lacunis laborare, ubi vulgo reliqui codd. integriores sunt. Ita in fine hujus et princ. seq. cap. haec verba: *navigantibus erat. Ubi inluxit, Scipio e praetoria nave silentio*, quae tamen deesse nequeunt, desunt in Flor. Voss. et Lov. 1. Id etiam ideo de hoc loco judico, quod, etiamsi cum Gronovio pressius optimorum vestigiis insistamus, quaedam tamen mutanda, quaedam etiam inserenda sint, ac delenda; quum, si aliis codd. fidem habemus, nihil mutandum sit. Similiter Doujatius Gronovii conjecturam acutam, sed audacem, judicavit; Crevier. autem, frustra Gronovium videri sollicitare vulgatam scripturam, quam cod. Victor. firmat, in paucis tantum minutisque discrepans. Quin et, Livium saepe verbum *detrahere*, quod etiam Gronov. mutat, ita usurpasse, dictum est ad c. 20, 2.

Finiendum in Africa bellum, se transire vulgaverat] Ab ed. Mog. abest *τὸ se*. MOD. Pall. 1. et 2. *se transire vulgatum erat*. GEBH. Illud *se* deest non tantum in ea, quam Modius laudat, ed. sed etiam in omnibus illa antiquioribus. Primus addidit Aldus, concinentibus scriptis, praeter unicum Ber. qui etiam omisit.

§. 7. *Quae ad prosequendum Scipionem*] Reposuimus hic particulam *et*, quae deerat. *quae et ad proseq. Scip.* RHEN. Particula illa in quibusdam codd. superest; in multis contra, ac praecipue Flor. deest. Sed v. ad 2, 44, 3. Paullo ante *concurrebat* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Praeterea *Latinorum omnium*, pro *legationum*, Voss. Lov. 1. 2. 5. Hafn. et Hav. *lationum omnium* Flor. a m. 1. *nationum* a m. 2.

§. 8. *Ad hoc legiones*] In exemplari vetusto plerumque legitur *ad hoc*, quod in vulgatis editionibus est *ad haec*. Hic non fuisse mutatum a castigatoribus, equidem miror. RHEN. *ad haec* Lov. 2. 3. Ber. a m. 2. et Gaertn. V. ad 21, 52, 10.

§. 2. *Dii Deaeque, inquit*] Vetus lectio *Divi Divaeque*. Divos perpetuos esse Varro tradit, qui propter suam exsecrationem timentur, ut sunt Dii Manes. *Divos* pro *Diis* reperias et apud

Digitized by Google

rant: nec classis modo prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo navigantibus erat.

XXVII. Ubi inluxit, Scipio e praetoria nave, 1 silentio per praeconem facto, *Divi Divaeque*, inquit, 2 *maria terrasque qui colitis, vos precor quaesoque, uti, quae in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi, populo plebique Romanae, sociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meam sectam, imperium, auspiciumque terra, ma-*

Plautum. RHEN. Vet. lib. *Divi Divaeque*, quod placet, quia olet magis antiquitatem, cui in hac precatione fluduit Livius. Quamquam Virgil. 5, [235.] ait: *Dii, quibus imperium est pelagi*, in ejusmodi precatione, metri causa. SIG. Lib. MSS. tres *Divi Divaeque*. GEBH. *Dii Divaeque* Voss. et Lovel. 4. *Divi Deaeque* Flor. *Divi Divaeque* Lov. 5.

Maria terrasque qui colitis] Est in scripto cod. *qui maria terrasque colitis*. RHEN. Pal. 1. *maria terrasque colitis*. At tert. *maria terrasque quae colitis*. GEBH. Vellem, reliquisset Rhenanus: *maria terrasque qui colitis*. vellem, *uti quae in meo imperio*. Sic enim MSS. fidi, aut huc trahunt. J. FR. GRON. *maria terrasque colitis* Gaertn. et Flor. a m. 1. *maria terras qui colitis* a m. 2. et Ber. a m. 1. *maria terrasque qui colitis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hearnii L. 1. et scripti meliores apud Crevier. *maria terrasque qui incolitis* Hav. Saepius pronomen *qui* secundae vel ulteriori voci postponi, Perizon. supra docuit ad 28, 12, 13. Neque opus est, ut *colitis* cum uno illo in *incolitis* mutemus. V. ad 8, 16, 1.

Uti, quae in meo imperio gesta sunt] Dictionem *uti* nescio quis hic infulsit, quae elegantius subauditur. Porro non habet antiquum volumen *gesta sunt*, verum *acta sunt*. Item, *mihi, populo, plebique Romanae*, non *mihi, populoque, et plebi Romanae*. RHEN. Pal. 1. *uti, quae in meo imperio gesta sunt, et geruntur, ea mihi, populoque et plebi Romanae*. At tert. *quaesoque, quae in meo imperio acta sunt, geruntur*. GEBH. *quaesoque, quae meo imperio acta sunt* Harl. *quaesoque, ut, quae in meo imperio acta sunt* Lov. 4. *quaesoque, utique in meo imperio gesta sunt* Flor. *utique imperio meo gesta sunt* Lov. 1. *To uti* abest etiam ab Hearnii D. Deinde *gesta sunt, geruntur, ea mihi* Flor. *gesta sunt, et geruntur, ea mihi* Voss. Lov. 1. 5. et Hav. *gesta sunt, et gerentur, ea mihi* Lov. 3. *gesta sunt, ea mihi*. Sed vulgatum tuetur locus Pacuvii, quem Gronov. ad verba seq. laudavit. Mox *mihi, populoque plebique* Harl. *mihi, populoque et plebi* Voss. Lovel. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 2, 31, 1.

Bene vertant: eaque vos omnia bene juvetis] Exemplar Spirense expresse hic habet *bene*

Digitized by Google

ri, amnibusque sequuntur, bene verruncent: eaque vos

verruncent. quod tamen illic geminatum legitur errore librarii. Ceterum, veteres *verruncare* pro vertere usurpasse, docet verbum *averruncare*, quod *avertere* significat, quemadmodum annotavit Non. Marc. Nihil igitur opus erat hic, pro *bene verruncent*, scribere *bene vertant*, quando tota haec Scipionis precatio vetustatem ipsam refert. RHENAN. Quo pertineat tertia haec persona *vertant*, cum ad secundam oratio conversa sit, *vos precor*, intelligi non potest. Hinc fit, ut, placeat prisca lectio, *bene vertundo*, et ut pro *eaque* putem reponendum esse *aeque*, hoc sensu: Vos precor, quae in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi, populo, plebique Romanae, sociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meam sectam, imperium, auspiciumque, terra, mari, amnibusque sequuntur, bene vertendo aeque omnia bene juvetis. Neque impedit, quod Rhenan. in quodam libro ait se legisse *bene verruncent*. SIG. Exstant hujus lectionis *bene verruncent* vestigia in Pal. 3. oggerente *bene vertuntent*. At Pal. 1. et vet. ed. *bene vertant*. Sec. denique *quique in meam sectam, imperium, auspiciumque terra marique amnibusque sequuntur, vertunto*. Unde Sigonius legit, *bene vertundo aeque vos omnia bene juvetis*. Mihi allubescit Rhenani correctio: sed, ne quid dissimulem, τὸ *eaque* spernit Pal. 1. GEBH. Rhenanus hac correctione unica centum culpas facile redemit. Est autem ita plane in optimo illo Put. Alludit et Pal. unus, qui *vertuntent*. Egregie fluctus in simpulo movet hic Sigonius. Restitat Rhenano: vulgatum olim, interpretis commentum, non fert, quod, quo pertineat tertia haec persona, *bene vertant*, quum ad secundam oratio conversa sit, non possit intelligi: ergo *bene vertundo aeque vos omnia bene juvetis*, pro prisca lectione, si Diis placet, nobis impingit. Quid est fateri, pene dixerim, turpitudinem suam, si hoc non est? scilicet non potest intelligi, qui dicit: *vos, Dii, precor, ut haec bene vertant*. Nec intelligitur, quid velit Virgilius dicendo [Ecl. 9, 6.]

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus haedos.

Quoties ipse Livius? Sed nos insultare tanto viro nolumus: sufficit, tirones moneri, ut ab his erroribus sibi caveant. *bene verruncent* divine Rhenanus: idque pro *vertere* usurpasse veteres, colligit ex verbo *averruncare*, quod *avertere* Nonius explicet. Sane *averruncare* non Nonii modo est, verum ipsius Livii 8, [6, 11.] *Placuit averruncandae Deûm irae victimas caedi.* 10, [23, 1.] *Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum caussa, supplicationes in biduum senatus decrevit.* Cato de re Rust. 142. *Calamitates intemperiasque prohibessis, defendas, averruncesque.* Immo et Cicero 9. ad Atticum ep. 2. *Dii, inquis, averruncent.* Varro nequaquam pro doctissimo Romanorum [6. de ling. Lat. 81.] *A vertendo averruncare; ut Deus, qui iis rebus praeest, Averruncus.* Sed vir doctus, *Runco*, inquit, βοταγίζω. Hinc *errunco*, quasi *exrunco*, mutata litera praepositionis in primam verbi, ut in *arrodo*, *effodio*, *efficio*. Inde *aberrunco*, ut scribitur in Glossa-

Digitized by Google

vos omnia bene juvetis, bonis auctibus auxitis, sal- 3
vos incolumesque, victis perduellibus victores, spoliis

rio, postea *averrunco*, *b* transeunte in *u*, ut in *aufero*. *Averrunco* igitur pro re significatissima vox a duplici praepositione est orta, ut *indeprensus*, *ineffabilis*. Hoc si verum, quid fiet nostro *verrunco*? Quod tamen probum et antiquum non Livius modo, sed alii quoque testantur. Festus: *Verruncent, vertant*. Attius Decio apud Nonium: *Te, sancte, venerans precibus, invicte, invoco, Portenta ut populo, patriae verruncent bene*. Idem Bruto apud Ciceronem 1. de Divin. [22.] *Propinqua haec bene verruncent populo*. Pacuvius Periboea [apud Nonium] *Precor veniam, Petens ut, quae egi, ago, axim, verruncent bene*. Ubi habes Livii formulam. In rus runcam et runcinam, pace docti viri sane dixerim. *Verrunco* est ab ἐρύκω, praeposito *v*, ut in ἔαρ, ἦρ, *ver*. ἑστία *Vesta*, ἑσπέρα *vespera*, εἴδω *video*, et innumeris talibus, emollito digammate Aeolico, interjectoque *n*, ut in θησαυρὸς *thensaurus*, σκαπτησύλη *scaptensula*, γλυκὺς *lucuns*. Ἐρύκω interdum est contineo et cohibeo, ne id, quod continetur, mali quid faciat, vel patiatur. Homerus Ἰλ. λ'. [48.]

Ἵππους δ' ἐν κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν.

Item Ἰλ. ω'. [657.]

Ποσσὶν μὰρ μέμονας κτερεϊζέμεν Ἕκτορα δῖον,
Ὄφρα τέως αὐτός τε μένω καὶ λαὸν ἐρύκω.

Quae continentur hoc modo et servantur, salva manent, et bonos habent eventus. Itaque *se bene verruncant*: nam hoc pronomen intelligitur, perinde ut quum *vertere* οὐδετέρως ponitur. Eustachius [ad priorem locum Hom. p. 761. ed. Bas.] Τοῦ δὲ ἐρυκέμεν πρωτόθετον τὸ ἐρύειν, ὅ ἐστι ἑλκύειν· ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ ἐρύονται ἵπποι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ κωλύεσθαι· σαφέστερον δὲ εἰπεῖν, τὰ ὁπωσοῦν ἐρυόμενα ἤγουν ἑλκόμενα ζῶα ἐπέχονται τοῦ θέειν ἄνετα. ἴσως δὲ καὶ παρὰ τὸ ἐρύω τὸ φυλάσσω γίνεται τὸ ἐρύκω. Ut ab ἐρύκω ἀπερύκω, unde ἀπερύκειν τοὺς λύκους ἀπὸ τοῦ οἴκου, ut a *verto averto*, sic a *verrunco* etiam *averrunco*, a quo deinceps *Averruncus*, ut a *promo promus*, *condo condus*, *carpo carpus*. Appulejus de Deo Socratis [p. 51. ed. Elm.] *Qui tibi queat tum in somniis, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala averruncare, bona prosperare*. Ut viri docti restituerunt ex MSS. et primus P. Pithoeus: nam hic quoque infulserant *avertere*. Haec quum olim scripsissemus, nuper apparuit, edito doctissimo illo exspectatissimoque Etymologico, Gerhardi Johannis Vossii, sanctissimi senis et magni fautoris nostri, eandem fuisse sententiam. J. FR. GRON. Manifesta verae lectionis vestigia supersunt in Flor. *verrunque* exhibente. *vertundo*, ut Sigonius malebat, est in Rec. *vertunto* in Lov. 4. quomodo scribendum esse Doujatius conjecit, quum in Regio invenisset *verrunto*. Reliqui mei perperam priscarum edd. lectionem *vertant* tuentur. Vir doctus, cujus Etymologiam verbi *averruncare* Gronov. explodit, est Becmann. quem v. in Orig. ling. Lat. in *Runcina*.

§. 3. *Bonis auctibus auxitis*] *bonis auctionibus* Hearnii L. 1. *bonis auctoribus* ejusdem D. cum

Digitized by Google

eas preces cruda exta victimae, uti mos est, in mare porricit, tubaque signum dedit proficiscendi.
6 Vento secundo vehementi satis profecti, celeriter e

ex suo Rhenanus, *projecit.* qui et hoc movetur, quod sequitur verbum praeteriti temporis. Sed hoc perpetuum non est. 22, [3, 1.] *Ubi primum in sicco potuit, castra locat: certumque per praemissos exploratores habuit.* 23, [19, 11.] *Ibi haerentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur, nunciatumque Annibali est.* 28, [19, 18.] *Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri.* Neque enim *porricere* Livio vile fuisse puto, quod nec Virgilius sprevit. Est autem signatum et proprium verbum, nec refugiunt in hujusmodi formulis antiquitatem, velut obsoletam, purissimi quoque scriptores. Itaque in talibus respiciendum magis existimo, quid significent libri veteres, quam quid exhibeant. Nulli enim adeo sunt correcti, ut nihil habeant mendosum, et ideo ad collationem eorum vis aliqua judicii et doctrinae requiritur, non tantum conferendi labor. Vix potest ullius libri major esse auctoritas, quam debet esse illius Puteanici. non tamen eum sequar, quum 23, 11, 5. pro *oraculum* habet *cornaculum.* 25, 31, 5. pro *servam civitatem*, *reservatam.* Libro eodem c. 36, 7. *clientelas*, pro *clitellas.* 27, 30, 11. *indutus latiarum tempore*, pro *inducia-rum tempore.* et eodem, c. 33, [?] pro *antiquaretur*, *antequaereretur.* 28, 12, 1. pro *vulnere*, *voluntatere.* et eodem, c. 37, 2. *superstes*, pro *Sufetes.* Quare magnum periculum adiit vir doctissimus, qui non ita pridem in elegantissimo auctore pro *solistimo tripudio* unius librarii fide *solennissimum tripudium* dedit. Ego sicubi hoc reperissem non antea emendatum, illud de conjectura reponere veritus non fuissem. Sed per me quidem sententia quisque sua fruatur. J. FR. GRON. *Cruda exta* sunt non cocta: nam in aliis sacris coquebantur in olla, quam *aulam extarem* vocat Plautus. V. Casaub. ad Suet. Aug. 1. et Gronov. ad Livii 25, 16. *Porricere*, verbum sacrorum, librarii saepe perperam mutarunt in *porrigere*, et *projicere.* V. 1. de Re rust. 19. *Exta Deis quum dabant, porricere dicebant.* Ita ibi MS. unus Politiani, et Victorius ex conjectura, pro *porrigere.* Adde Fulv. Ursin. ad Caton. de Re rust. c. 134. et Interpretes Virgilii ad 5, Aen. 238. ubi Germanus et Cerda hic quoque legunt *porricit.* DUK. *cruda esta caesam victimam* Hearnii L. 1. *cruda exta caesa victimam* Gaertn. *cruda exta caesam victimam* Lov. 4. Harl. Ber. et edd. vett. usque ad Mog. in qua vulgatum primo adparuit. *cruda exta victimam* Lov. 5. et Hav. *cruda ex tam victimam* Lov. 1. *crudam victimam* Lov. 2. *crudam dextera;* vel *dextra*, *victimam* Lov. 3. et Hearnii N. *crudaxtam victimam* Flor. *cruda exta victimae*, ut Gron. emendat, Reg. apud Crevierium, cujus fide id recepi. Suet. Aug. 1. *Semicruda exta rapta foco prosecuit.* ubi videndi viri docti. Hinc *uti mos est*, quemadmodum ante Rhenanum edebatur, Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quod restitui. Tandem *projecit* omnes etiam mei. Sed *porricit*, quod primus Ascens. anno 1513. recepit, etiam probavit Henr. Stephanus in Schediasm. de Delectu in lectionib. Virg. p. 64. idque recte Gro-

Digitized by Google

conspectu terrae ablati sunt: et a meridie nebula occepit, ita ut vix concursus navium inter se vitarent. lenior ventus in alto factus. noctem insequentem ea- 7

novium, invito etiam Put. vulgato praetulisse censet Periz. in Animadv. Hist. c. 10. p. 427. Recte etiam difficultati a Rhenano motae respondit, atque ostendit, alibi apud nostrum tempora verborum praesentia et perfecta jungi. Ea de re supra dixi ad 3, 46, 9. Adde 9, 41, 16. *Revocatos milites ab opere instruxit, cohortatusque* etc. *exiguam adpendicem Etrusci belli conficere jubet.* 24, 14, 2. *Castra locat, ibique concionem militum habuit.* 25, 14, 4. *Vexillum trans vallum hostium trajecit: exsecratus inde* etc. *in castra inrumpit.* 31, 29, 13. *Et nihil a vobis ultra, quam pacem, petiit, fidemque hodie pacis pactae desiderat.* (* 39, 43, 4.) V. Cel. Burm. ad Virg. 2. Aen. 12.

Tuba signum dedit proficiscendi] V. Schelium ad Polybium c. 9. DUKER.

§. 6. *Profecti, celeriter e conspectu terrae ablati sunt*] Scripsimus *celeriter conspectu terrae ablati sunt*, e praepositione expuncta. RHEN. Vet. lib. *e conspectu*. ut Virg. [1. Aen. 34.]

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant.

SIG. Omnes nostri, praeter unum infimae dignitatis, cum Sigoniano *celeriter e conspectu terrae ablati sunt.* Statimque Put. Men. Voss. *ita vix ut concursus navium.* J. FR. GRON. Etiam unus tantum ex meis Havl. praepositionem ignorat. Optimus quidem Flor. *celeriter terrae conspectu terrae ablati sunt.* At prius *terrae* ex vocis praecedentis syllaba ultima et praepositione *e* natum, ac male vox illa posteriori loco a manu altera erasa est. Ceterum in ed. Paris. anni 1573. et Francof. anni 1578. operarum errore editum est *profectis.* Eo permotus est Cerda, ut, quum *profectis* et *ablati* simul consistere non posse videret, legendum conjiceret *profectis celeriter conspectu terrae ablatae sunt.* Sed manum abstinuisset, si priores edd. in consilium adhibuisset: praeterquam quod genus loquendi, ut terrae dicantur *abscedere, e conspectu auferri*, a quibus aliquis recedit, nimis poëticum videatur, quam ut Livium deceat. V. etiam ad 27, 47, 11. Quod vero insuper praetexat, magis proprie *conspectus* dici de hominibus, quam de terra, non inpedit, interdum hanc vocem etiam de locis usurpari. Ita non tantum Virgil, loco a Sigonio laudato, sed et Liv. 40, 21, 7. *Quum in conspectu locorum consultaret, qua proxime itinera ad mare Hadriaticum atque Italiam ducerent.* ac Cic. 2. de Leg. 11. *Posita in fundi villaeque conspectu religio Larum.*

Et a meridie nebula occeperat, ita ut vix concursus navium inter se vitarent] In exemplari scripto est *et a meridie nebula occepit*, non *occeperat.* RHEN. Vet. lib. *occursus.* SIG. Non placet ipsum genus loquendi. MSS. *nebule cepit ita vix ut concursus.* Alii *nebula cepit.* Scribe *et a meridie nebula exstitit, vix ut concursus navium inter se vitarent.* Plinius 2, 60. *Nebulas nec aestate nec maximo frigore exsistere.* Sigonii *occursus* nusquam meminimus vidisse. J. FR.

Digitized by Google

dem caligo obtinuit: sole orto est discussa, et addi-
8 ta vis vento. Jam terram cernebant. haud ita multo post gubernator Scipioni ait,, *non plus quinque millia passuum Africam abesse: Mercurii promontorium se cernere. si jubeat eo dirigi, jam in portu fo-*
9 *re omnem classem.* Scipio, ut in conspectu terra fuit, precatus, uti bono reipublicae suoque Africam viderit, dare vela, et alium infra navibus adcessum
10 petere jubet. Vento eodem ferebantur. ceterum nebula sub idem ferme tempus, quo pridie, exorta

GRON. *nebulae cepit* Flor. a m. 1. *nebula* a m. 2. *nebule cepit* Voss. a m. 1. *nebula* a m. 2. *nebula cepit* Lov. 1. 3. 4. 5. et Hav. *nebula coepit* Hearnii Oxonn. *nebule cepte* Lov. 2. Codices etiam Creviorii *cepit*, *cepte*, vel *excepti*. Quare probat Gronovii *nebula exstitit*, *vix ut*, quum in omnibus quoque *ita vix ut* invenisset. Id pariter apud me superest in Flor. et Lov. 3. Omnes insuper mei uno ore *concursus navium*. Mox hoc cap. *Ne inter se concurrerent naves.*

§. 7. *Sole orta est discussa, et addita vis vento*] *est diesussa* Flor. Voss. et Lov. 1. Verum in duobus prioribus a m. 2. emendatur *est dies visa*, quod praeferunt Lov. 2. et Hav. Deinde *vis ventorum* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Aldum.

§. 8. *Haud ita multo post T. Posthumius gubernator Scipioni ait*] Archetypon nostrum habet tantum, *haud ita multo post gubernator Scipioni ait*. Proinde apparet, praepositionem *post* dedisse occasionem, ut aliquis infulciret gubernatoris nomen *T. Posthumius*. RHENAN. In multis meorum eadem exstat letio, quae ante Rhenanum edd. occuparat; nisi quod quidam in minimis discrepent. At alii, et inprimis Flor. gubernatoris utrumque nomen, unus et alter posterius ignorant; quare Rhenano *T. Postumius* delenti adsentior.

§. 9. *Precatus Deos*] Nihil temere turbo. Nam sic quoque tum alibi, tum 4, 13, 14. *Precatus tandem Deos immortales Cincinnatus.* Hic tamen Put. Reg. Men. Cantabr. Voss. carent τοῦς *Deos*. Qua igitur auctoritate vulgo retinetur? An non 5, 21, 14. *Dicitur manus ad coelum tollens precatus esse?* Et alioqui nunc quoque repetisset *Deos Deasque*. JAC. GRON. Ignorant eamdem vocem Flor. Lov. 1. 5. et Hav. Delendam igitur judicavi.

§. 10. *Et vento eodem ferebantur*] Castigavimus *Vento eodem ferebantur*, particula *Et* deleta, quam debemus finali syllabae verbi praecedentis *jubet*. RHEN. Eamdem particulam Flor. et nonnulli alii omiserunt. Quo casu in Livii verba inrepserit, recte Rhenanus observavit. V. infra ad 39, 18, 8.

Et ventus premente nebula cecidit] Immo lege *et vento premente nebula cecidit*. non enim

Digitized by Google

conspectum terrae ademit, et ventus premente nebula cecidit. Nox deinde incertiora omnia fecit. ita- 11
que ancoras, ne aut inter se concurrerent naves, aut terrae inferrentur, jecere. Ubi inluxit, ventus 12
idem coortus, nebula disjecta, aperuit omnia Africae litora. Scipio, quod esset proximum promontorium, percunctatus, quum Pulchri promontorium id vocari audisset, *Placet omen*, inquit; *huc dirigite naves.* Eo classis decurrit: copiae omnes in ter- 13
ram expositae sunt. Prosperam navigationem si-

ventus cecidit, sed nebula premente vento. Nam subdit: *ventus idem coortus nebula disjecta aperuit omnia.* SIG. Pal. 1. *et vento premente*, quod oppido probat Sigonius. Pro *cecidit*, sec. exhibet *occidit*. tert. *cedit*. GEBH. Immo lege *vento*, inquit Sigonius: non enim ventus cecidit, sed nebula premente vento. Sane et in Voss. unoque Pal. *vento*: non tamen in optimo et pluribus aliis. Et *nebulam cadere* haud scio, quid hic sit: *ventum cadere* saepe dixerunt veteres. Virg. 1. Georg. [354.] *Quo signo caderent austri.* Ovid. 8. [Met. 2.] *cadit eurus, et humida surgunt Nubila.* Seneca Agamemn. [676.] *cecidit in lucem furor.* Sed ait: subdit, *Ventus coortus nebula disjecta.* Atqui ideo coortus est disjecta, quia cocunte et constanti ceciderat. Plinius 2, 47. *Cum proximi cadentibus surgunt.* J. FR. GRON. Idem tribus diebus accidit. primo, vento satis vehementi profecti fuerant; a meridie nebula orta ventus lenior factus fuit: secundo, sole orto nebula discussa et vento vis addita est; a meridie rursus nebula exorta ventus cecidit: denique tertio, eodem modo nebula disjecta ventus coortus est. Livius 25, 27, 11. *Cadente jam Euro.* 26, 39, 8. *Venti vis omnis cecidit. Nebula premit ventum* sic dicit, ut 10, 32, 7. *Vixdum satis certa luce, et eam ipsam premente caligine*, (ex nebula.) DUK. *et vento* etiam Lov. 1. 2. 5. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Sed *et ventus* Flor. et reliqui mei: quod optime Gronov. adversus Sigonium vindicavit, toto id Livii contextu exigente. *ventus cecidit*, ut 36, 43, 11. *Ubi primum aquilones cecidere, ab Delo Phanas petunt.*

§. 12. *Ventus idem coortus* etc. *aperuit omnia Africae litora*] Pal. 3. *ventus ibi coortus.* GEBH. *ventus ibi coortus* etiam Harl. et Rec. *ventus inde coortus* Hav. V. ad 1, 19, 7. Tum *omnia litora Africae* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.

Pulchri promontorium id vocari] Polybius hujus promontorii meminit l. 3. in foederibus Romanorum et Poenorum, et *τοῦ Καλοῦ ἀκρωτήριον* vocat. SIG. Immo Polyb. non *Καλοῦ*, sed *Καλὸν ἀκρωτήριον* vocat 3, 22. et seqq. Doujatius autem, monens Polybium protulisse casu secundo *τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου*,

Digitized by Google

ne terrore ac tumultu fuiſſe, permultis Graecis La-
14 tinisque auctoribus credidi; Coelius unus, praeterquam quod non mersas fluctibus naves, ceteros omnes coeleſtes maritimosque terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſſem ad insulam Aegimurum, inde aegre conrectum cur-
15 sum, exponit: et, prope obrutis navibus, injussu imperatoris, scaphis, haud secus quam naufragos, milites sine armis cum ingenti tumultu in terram evasiſſe.

1 XXVIII. Expositis copiis, Romani caſtra in pro-

ideoque ambiguum reliquiſſe, *Pulchri*, an *Pulchrum promontorium* dicendum sit, non respexit locum ejus c. 23. *Τὸ μὲν οὖν ἀκρωτήριόν ἐστι, τὸ προκείμενον ἀντῆς τῆς Καρχηδόνος πρὸς τὰς ἄρκτους.*

§. 13. *Copiae omnes in terram expositae sunt*] Primus ita Froben. anno 1535. edidit. Priores, quascumque vidi, habent *copiaeque omnes:* et ita legunt Flor. Voſſ. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Mox *sine terrore ac tumultu permultis Graecis ac Latinis auctoribus credidi* Ber. *Τὸ fuisset* deeſt etiam in Gaertn. et editis ante Aldum.

§. 14. *Inde aegre conreptum cursum exponit*] In antiquo volumine legitur *inde aegre correctum cursum.* Aberravit enim, qui error non citra difficultatem correctus eſt et emendatus. RHENAN. Libb. omnes *correptum.* Amplius tert. *abrepta tempestate ab Africa classis in insulam Aegimurum inde correptum aegre exponit.* GEBH. Perperam *correptum* servant Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cujus loco recte *correctum* refiituit Rhenanus. Solent autem hae voces a librariis commutari. V. ad 5, 28, 8. Adde Cel. Burm. ad Suet. Claud. 31. 41. et ad Domit. 2. Paullo ante *Caecilius praeterquam* Voſſ. Lov. 1. 2. 5. et Hav. neque aliter Flor. a m. 1. qui a manu altera praeferti *Caelius praeterquam*, conciliante Lov. 3. Deinde *τὸ non* omittitur male in Flor. Voſſ. Lov. quinque, et Hav.

§. 3. *Neque enim hominum modo turba, mulierum puerorumque agminibus inmixta*] Hic *homines* a *mulieribus*, *pueris*, etc. *agrestibus* diſtingui videntur. Sed puto *homines* opponi pecoribus, et *mulierum puerorumque* per epexegesin dici, hac sententia: non hominum modo turba, mulierum scilicet puerorumque, mixta, nec uno, sed multis diversis itineribus fugiens, omnes paſſim compleverat vias. 2, 23, 8. *Multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. immixta* pro simplici *mixta.* 26, 37, 1. *Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Carthaginienses Ro-*

Digitized by Google

ximis tumulis metantur. Jam non in maritimos mo- 2
do agros, conspectu primum classis, dein tumultu
egredientium in terram, pavor terrorque pervenerat,
sed in ipsas urbes. neque enim hominum modo tur- 3
ba, mulierum puerorumque agminibus inmixta, om-
nes passim compleverat vias, sed pecora quoque
prae se agrestes agebant; ut relinqui subito Afri-
cam diceres. Urbibus vero ipsis majorem, quam 4
quem secum adtulerant, terrorem inferebant. prae-
cipue Karthaginis prope ut captae tumultus fuit.
Nam post M. Atilium Regulum et L. Manlium consu- 5

manique pariter, variis casibus immixtis, magis in ancipiti spe ac metu fuerint. 35, 34, 8. *Improbos seditiososque immiscendi res tumultu Aetolico spes movit.* DUK.

Agebant; relinqui subito Africam diceres] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit: quum autem nihil moneat, neque mutatae lectionis aut hic aut alibi caussam adtulerit, incertum est, utrum ita legendum crediderit, an vero operae typographorum aberrarint. Antea excusi praeferunt *agebant; ut relinqui.* Et ita est in Lov. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. *agebantur, reliqui subito Africam dicere* Flor. ubi *ut* latet in duabus ultimis literis τοῦ *agebantur.* Put. *agebant, ut reliqui subito Africam dicere*, quemadmodum Cl. Sallierius monuit. Particulam itaque, quam post Gronovium etiam Hearnius et Crevierius servarunt, revocandam putavi, et ex codd. in quibus omittitur, excidisse puto ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. Simile exemplum habuimus ad 8, 13, 3. *diceres* est quisque diceret. V. ad 3, 11, 2.

§. 4. *Praecipue Karthagini prope ut captae tumultus fuit*] Omnes Gall. et Voss. *Carthaginis.* J. FR. GRON. In utraque scriptura est, quod offendere possit. Si in vulgata *Carthagini* tertius casus est, mirum dicendi genus est *urbi tumultus est*; sin sextus, dicendum fuerat *prope ut capta*; vel supplendum est *urbis*, hoc modo: *Carthagini tumultus fuit, prope ut captae urbis*, id est, prope qualis captae urbis esse solet. 1, 29, 2. *Non fuit tumultus ille nec pavor, qualis captarum urbium esse solet.* Sed hoc quoque supplementum hic durum et insolens est. Quod si verius est *Carthaginis*, non apparet, cur Livius maluerit dicere *praecipue*, quam *praecipuus.* DUK. *Karthagini* Lov. 3. Harl. Ber. et Hearnii D. Ceteri mei *Karthaginis.*

§. 5. *Post M. Atilium Regulum et L. Manlium consules*] *post M. Atilium*, vel *Attilium consulem*, reliquis omissis, Flor. Voss. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. *post M. Atilium Regulum consulem* Lov. 1. et 2. *post Atilium annis prope quinquaginta* Lovel. 5.

Digitized by Google

les, annis prope quinquaginta, nullum Romanum exercitum viderant, praeter praedatorias classes, quibus exscensiones in agros maritimos factae erant:
6 raptisque, quae obvia fors fecerat, prius recursum semper ad naves, quam clamor agrestes conciret, fuerat. eo major tum fuga pavorque in urbe fuit.
7 Et, Hercule, neque exercitus domi validus, neque dux, quem obponerent, erat. Hasdrubal, Gisgonis filius, genere, fama, divitiis, regia tum etiam ad-
8 finitate, longe primus civitatis erat: sed eum ab il-

Quibus descensiones in agros maritimos factae erant] Archetypon, quod penes nos est, *exscensiones* habet. quod etiam alibi in eodem codice scripto lectitatur. RHEN. Vet. lib. *excursiones*. quod probo. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *descensiones*. sec. ac tert. *excursiones*, quod perperam probat Sigonius. GEBH. *descensiones* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. *excursiones* Rec. et Hearnii D. *excessiones* Lov. 3. *ascensiones* Flor. pro quo Salvin. *escensiones* conjicit, Sed praestat, ut Rhenani lectionem *exscensiones* probemus, quae placuit etiam Latinio ac Cl. Dukero. Eamdem adversus Sigonium defendit Gronov. ad Livii 8, 17, 9. ubi alia notantur. Praeterea vox *maritimos* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. et Hav.

§. 6. *Raptisque, quae obvia fors fecerat, prius recursum semper ad naves*] Pal. 3. *dictisque, quae obvia fuerant*. sec. *quae obviam sors fecerat*. Post iterum tert. *prius praecursum ad naves*. GEBH. *quae obvia sors fecerat* Lov. 1. 4. 5. et Harl. *quae sors obvia fecerat* Ber. V. ad 1, 9, 15. *quae erant obviam sors fecerat* Lov. 2. *quae fors obviam fecerat* Lov. 3. V. ad 3, 6, 7. Deinde *semper* deest in Voss. Lov. 2. 3. Ber. a m. 2. et Hearnii N. *recursum ad naves semper* Harl.

Fuerat. eo major tum fuga pavorque in urbe fuit. Et, Hercule] Pal. 3. *fueratque eo major cum fuga pavorque in urbe. Hercule.* GEBH. In his verbis *fugam* accipio trepidationem tota urbe cum pavore discurrentium, non multo aliter, ac *fuga* et *fugere* de celeri cursu et profectione dicuntur. neque enim, qui in urbe erant, quum hostem prope ad portas esse sibi persuaderent, ex ea fugere volebant. DUK.

§. 7. *Hasdrubal Gisgonis filius, genere, fama*] Eleganti Hellenismo Pal. 3. *Asdrubal Gisgonis genere et fama*, subaudito τῷ *filius*. Simile superius indicavi. GEBH. Per ellipsin saepe hanc vocem omitti, supra vidimus ad 28, 12, 13. In nullo tamen meorum, nisi in Harl. deesse inveni. Uni itaque atque alteri testi fidem habendam non existimo.

§. 8. *Sed eum ab illo ipso Sci-*

Digitized by Google

lo ipso Scipione aliquot proeliis fusum pulsumque in Hispania meminerant: nec magis ducem duci parem, quam tumultuarium exercitum suum Romano exercitui esse. Itaque, velut si urbem extemplo ad- 9
gressurus Scipio foret, ita ad arma est conclamatum: portaeque raptim clausae, et armati in muris, vigiliaeque et stationes dispositae, ac nocte insequenti vigilatum est. Postero die quingenti equites, specu- 10
latum ad mare turbandosque egredientes ex navibus missi, in stationes Romanorum inciderunt. jam enim 11

pione aliquot proeliis fusum pulsumque in Hispania] Pal. 3. continet *sed tamen ab illo ipso Scipione aliquot proeliis fusum pulsumque Hispania meminerant.* GEBH. *ab illo Scipione* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Mutandum tamen haud censeo. V. ad 2, 56, 12. *sed tum ab ipso illo Scipione* Harl. Sed alibi etiam *tum* et *eum* commutantur. V. ad 9, 35, 7. Tum *pulsumque Hispania* Lov. 5.

§. 9. *Ita ad arma est conclamatum: portaeque raptim clausae*] Put. Men. Voss. *partim.* An eae, quae ad hostem spectabant? J. FR. GRON. *partim* etiam Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod tamen errori scribarum tribuere malo; qui, literis perperam transpositis, saepius voces *partim* et *raptim* confuderunt. V. ad 22, 6, 10. Praeterea *conclamatum ad arma est* Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. Mox *vigiliaeque instantiores dispositae* Gaertn.

§. 10. *Postero die quingenti equites, speculatum*] Put. ignorat *τὸ quingenti.* An fuit *Postero DC equites?* J. FR. GRON. Eamdem vocem ignorant etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. Gronovii tamen conjecturam probare non audeo. Haud memini enim, Livium ita simpliciter *postero* pro postero die dicere, si vox *dies* non praecesserit. Praeterea Hannonem, quem equitibus his praefuisse Livius cap. seq. dicit, χιλίους ἐπιλέκτους ἱππέας Καρχηδονίους καὶ Λιβύων τὶ πλῆθος duxisse, auctor est Appian. in Punic. p. 8. Quamvis autem alios, quam Livius, annales secutus fuerit, videndum tamen, an scribendum sit *Postero die mille equites.* ut millenarii numeri nota ↀ exciderit, quod librariis incognita fuerit. V. ad 39, 42, 3. Si quis tamen vulgatum defendendum putet, ei plane non adversabor. Nam et quingenarii numeri nota eamdem ob caussam saepe periit. V. ad 37, 40, 11.

§. 11. *Equites et in stationibus locis idoneis posuerat*] Ita Jac. Gronovius edidit, quum ante vulgaretur *et equites in stationibus.* Puto autem eum codicum suorum auctoritatem secutum esse. Certe ita praeferunt Flor. Voss. Hav. pluresque alii. *equites et in stationes* Lov. 1. *equites in stationibus* Lov. 4. *et equites et in*

Digitized by Google

Scipio, classe Uticam missa, ipse haud ita multum progressus a mari, tumulos proximos ceperat; equites et in stationibus locis idoneis posuerat, et per agros miserat praedatum.

1 XXIX. Ii cum Karthaginiensi equitatu proelium quum commisissent, paucos in ipso certamine, plerosque fugientes persecuti (in quibus praefectum quoque Hannonem, nobilem juvenem) occiderunt. 2 Scipio non agros modo circa vastavit, sed urbem et- 3 iam proximam Afrorum satis opulentam cepit. ubi praeter cetera, quae extemplo in naves onerarias

stationibus Gaertn. Paullo ante *tamen Scipio classe*, pro *jam enim Scipio*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *tum Scipio classe* Lovel. 5. *nam Scipio classe* inter versus pro varia lectione Voss. et Lov. 1. Tandem *progressus a ripa* Voss. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 1. *In quibus praefectum quoque Hannonem*] Aliter App. Al. in Pun. p. 8. qui Hannonem non proelio occisum narrat, sed a Masinissa comprehensum, et in castra Scipionis adductum, postea vero cum matre Masinissae, quae apud Hasdrubalem erat, permutatum fuisse.

§. 2. *Urbem etiam proximam Afrorum*] Hanc urbem Appianus in Libyco [p. 8.] vocat *Λόχαν*. SIG.

§. 3. *Octo millia librorum capitum servorumque*] Genitivus *capitum* a quopiam insertus est. Nam in scripto volumine tantum est *octo millia liberorum servorumque*. RHEN. Pall. 2. ac 3. *octo millia liberorum servorumque sunt capta*, excluso *τῷ capitum*. prim. vero cum vet. ed. *liberorum servorumque capitum sunt capta*. GEBH. *liberorum capitum servorumque* primum adparuit in ed. Mog. quod in nullo cod. vidi. Vocem *capitum* neglegit unus Harl. Reliqui, et cum his, teste Cl. Sallierio, Put. *liberorum servorumque capitum*, ut primae edd. praeferunt, et Cl. Jac. Gronov. iterum revocavit; nisi quod *virorum*, pro *liberorum*, sit in Flor. et *capita* in Lov. 5. Ber. et Gaertn.

§. 4. *Laetissimus tamen Romanis*] Vet. lib. *Laetissimus tum Romanis*. SIG. Pal. 2. *tum Romanis*. tert. *tandem R. i. p. r. g. Maximissae adventus fuit. quem quidem cum CC. aut amplius equitibus, plerique cum duobus milibus equitum tradunt venisse*. GEBH. Put. et Voss. *omnis*. Numquid *omnibus?* nam Romanos intelligi nemo ignorare potest. An potius *Laetissimi tamen ominis?* Nam Janus Nasoni [1. Fast. 178.]

Omina principiis, inquit, inesse solent.

Et Statius 8. [Theb. 705.]

Digitized by Google

inposita, missaque in Siciliam erant, octo millia liberorum servorumque capitum sunt capta. Laetissimus tamen Romanis in principio rerum gerendarum adventus fuit Masinissae. quem quidam cum ducentis haud amplius equitibus, plerique cum duûm millium equitatu tradunt venisse. Ceterum quum longe maximus omnium aetatis suae regum hic fuerit, plurimumque rem Romanam juverit, operae pretium videtur excedere paullulum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit in amittendo recuperandoque paterno regno. Militanti pro Karthaginiensibus in

4

5

6

— — *quique apicem torvae*
Gradivus habebat
Cassidis, haud laetum domino, ruit, omen.

J. FR. GRON. *tum*, pro *tamen*, Lov. 4. 5. et Harl. V. ad 22, 17, 5. Hinc *animis* Lov. 5. *omnis* Flor. et Lov. 1. *omnibus* Lov. 2. Hav. et Hearnii L. 1. Si quid mutandum, priorem Gronov. conjecturam alteri praefero. Optimi enim cod. a quo non sine gravi caussa discedendum esse ipse Gronov. toties docuit, vestigia eo nos ducunt: *omnis* enim, pro *omnibus*, sollemni exhibet scribarum errore, de quo v. ad 21, 60, 7. Verum Cl. Crevierius, apud quem Victor. *omnibus*, reliqui *omnis* praeferunt, vulgatum defendit. Quum enim de solis Romanis agatur, vocem *omnibus* prorsus alienam putat. Corruptelam etiam haud difficilem docet. Erasa enim litera initiali, pro *Romanis* primum scriptum fuisse *omanis*, hinc *omnis*, tum *omnibus*. Mox *adventus Masinissae fuit* Harl. et ita Froben. edidit anno 1535. quem reliqui editores secuti sunt usque ad Jac. Gronov. Is autem principum edd. ordinem *adventus fuit Masinissae* revocavit, consentientibus reliquis scriptis.

§. 6. *Militante eo pro Karthaginiensibus in Hispania, pater ejus moritur*] Vet. lib. *pater ei moritur*. SIG. Pall. tres *ei*. GEBHARD. Sigonii liber *pater ei moritur*. Neque aliter omnes Gall. et Pall. Vossianusque. Sed nondum sic integritas loco parta est. Put. et Gall. cum Voss. amplius non agnoscunt *τὸ eo*. Sed Put. Reg. Voss. Men. *Militandi pro Carthagin.* Pet. *Militanti pro Carth.* Atque haec auctoris manus: *Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania pater ei moritur*. Vides elaboratum et rotundum sermonem. J. FR. GRON. *ei* praeferunt omnes codd. praeter Lov. 3. Ber. Gaertn. *ejus* legentes, et Harl. in quo est *enim*. Deinde *Militante eo pro Karth.* unus servat Ber. *Militando pro Karth.* Hafn. Lov. 4. et Hav. *Militandique pro Karth.* Harl. *Militanti et pro Karth.* Gaertn. *Militandi pro Karth.* Flor. et Voss. uterque a m. 1. qui iidem a manu altera rectius exhibent *Militanti pro Karth.* concinentibus

Digitized by Google

Hispania pater ei moritur: Galae nomen erat. Regnum ad fratrem regis Oesalcem, pergrandem na-
7 tu, (mos ita apud Numidas est) pervenit. haud multo post, Oesalce quoque mortuo, major ex duobus filiis ejus Capusa, puero admodum altero, paternum
8 imperium accepit. Ceterum quum magis jure gen-

reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn. Mox *Galbae nomen erat* Hearnii L. 1. *Galla nomen erat* Hav.

Ad fratrem regis Desalcem] Nomen hoc ubique fecimus *Oesalces*, non *Desalces*: quod illo modo alicubi omnes, alicubi optimi Gall. id repraesentarent. Et idem prorsus videtur, quod 23, [18, 1.] effertur *Isalca*, ubi est praefecti Gaetulorum. Apud Silium Italicum quoque *Isalces* memoratur. J. FR. GRON. *Decalonem* Hearnii L. 1. *Decalcem* Lovel. 2. 3. 5. et Hav. *Cesalcem* Rec. et Gaertn. *Oesalcem* Flor. et Voss. a m. 2. Mox *praegrandem natu* Lov. 2. quod non displiceret, si plures codd. probarent. Livium enim vocibus cum praepositione *prae* intensiva compositis gavisum fuisse, supra jam dictum est. V. ad Epit. Liv. 7. et ad Liv. 21,54,7. Vocem autem *praegrandis* Statio restituit Gronov. Diatr. Stat. c. 14. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Tib. 60.

Mos ita apud Numidas est] V. Grotium 2. de jure belli et pac. 7, 24. DUK. *ita mos apud Numidas est* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. Mox §. seq. *Capussa* Flor. Lov. 4. 5. et Hav. Dein *paternum regnum* Lov. 2.

§. 8. *Quum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum*] Sic castigavimus, secuti fidem manuscripti codicis: *Caeterum cum magis jure gentis, auctoritate inter suos, quam viribus obtineret regnum.* Sensus est: Obtigerat illi inter suos auctoritas. Ea magis, quam viribus, obtinebat regnum. RHEN. Ed. Mog. *cum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum.* MOD. Comparet in Pal. 1. et vet. ed. *cum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum.* Contrario sensu ac voluit Rhenanus, cui tamen consentit Pal. 3. Sed secundus *cum magis jure gentis et auctoritate inter suos, quam viribus, obtineret regnum.* GEBHARD. Quis crederet, has ineptias vel somnianti excidisse Livio? Tamen id non solum credidit Rhenanus, sed, ut secuturi jam crederent alii, effecit, mutata optimi et expediti sensus lectione, quam vetustissimi, immo omnes alicujus loci, scripti codices servant: *quum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum.* Tutissimum quidem est, justis viribus opibusque regiam potentiam niti: sed tametsi absint illae, quamdiu auctoritas inter suos principi salva est, facile a sceleratis molitionibus aemulos absterret: quia, quidquid factum de illo fuerit, vindices habere creditur. Patet in Arato, in Timoleonte, in Hierone, aliisque tot illustribus viris,

Digitized by Google

tis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum; exstitit quidam, Mezetulus nomine, non alienus sanguine regibus, familiae semper inimicae, ac de imperio varia fortuna cum iis, qui tum obtinebant, certantis. Is, concitatis popularibus, 9 apud quos, invidia regum, magnae auctoritatis erat,

qui in liberis civitatibus, nullis invidiosis opibus accincti, auctoritate tantum valuerunt, ut prope dominarentur. Ergo vult puerum Livius, solo jure gentis legitimum regem, non viribus munitum, non auctoritate venerabilem fuisse, atque eo facilius rebellasse Mezetulum. 1, [7, 8.] *Euander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis, quam imperio, regebat loca.* J. FR. GRON. Lectionis a Rhenano probatae vestigia exstant in uno Harl. quamvis tamen quaedam in eo exciderunt verba. Exhibet enim *imperium accepit. magis ..... auctoritate inter suos, quam viribus obtineret regnum.* Contra omnes omnino alii libri cum Hearnii L. 1. et N. alteram scripturam tuentur, nisi quod *magis jure gentis, quam auctoritatis inter suos* praeferant Flor. Voss. 1. 2. 3. et Hav.

Exstitit quidam, Mezetullus nomine] *Mezetulus.* Sic enim vet. lib. et Appian. [p. 18.] *Μεζέτουλον* vocat. SIGON. Pal. 1. *Mazetullus.* sec. *Megetulius.* tert. *Mezetelius.* Vet. ed. *Messetullus.* GEBH. Memini non semel hunc loquendi modum Livio excidisse, ut 24, 5, 9. 25, 23, 8. ut reticeri melius sit. Indicare tamen placet, in Cantabrig. vocem *quidam* non apparere. De aliis MSS. nihil annotatum est. 32, 22, 5. *Rhisiasus Pellensis erat.* 24, 34, 2. *Archimedes erat.* ubi vide. JAC. GRON. Vocem *quidam* servant omnes mei: in uno igitur neglegentia librarii omissam puto. Deinde *Messetullus* Ber. *Mecetulius* Harl. *Mezetulius* Hearnii D. *Maccetullus* ejusdem N. *Mancetullus* ejusdem L. 1. *Macetullus* Gaertn. *Marzetulus* Hafn. *Mazetellus* Hav. *Mazetullius* Lov. 4. *Mazetullus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4.

Non alienus sanguine regibus, familiae semper inimicae] Vet. lib. *non alienus a sanguine, regibus familiae semper inimicae.* SIG. Pall. 2. et 3. *non alienus a sanguine, regibus familiae semper inimicae.* Vet. ed. ejicit *τὸ familiae.* GEBH. *a sanguine* apud me tantum superest in Lov. 4. et Harl. apud Hearnium autem in D. Reliqui praepositionem abjiciunt; quam etiam non necessariam puto, sive jungas *non alienus sanguine regibus*, sive *regibus familiae semper inimicae.* Nam *alienus regibus*, ut 35, 49, 13. *Nihil immo tam alienum rebus vestris est.* Prop. 1, 8, 18.

Sit Galatea tuae non aliena viae.

regibus autem *inimicae* inlustratur infra ad 39, 47, 10.

Qui tum obtinebant] Fortassis, *qui id tum obtinebant. id* facile intercidere potuisse, apertum est. DUKER.

§. 9. *Descendere regem in aciem, ac dimicare de regno coë-*

Digitized by Google

castris palam positis, descendere regem in aciem, ac
10 dimicare de regno coëgit. in eo proelio Capusa cum
multis principum cecidit, gens Massylorum omnis in
11 ditionem imperiumque Mezetuli concessit. regio ta-
men nomine abstinuit: contentusque nomine modi-
co tutoris, puerum Lacumacen, qui stirpis regiae
12 supererat, regem adpellat. Karthaginiensem nobi-
lem feminam, sororis filiam Hannibalis, quae pro-
xime Oesalci regi nupta fuerat, matrimonio sibi jun-
13 git, spe Karthaginiensium societatis; et cum Sy-
phace hospitium vetustum legatis missis renovat, om-
nia ea auxilia praeparans adversus Masinissam.

XXX. Et

git] *descendere in aciem, ac dimicare de regno coepit* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 10. *Gens Masaesylorum omnis in ditionem imperiumque Mezetulli*] Lib. 24, [48.] Livius ait, Syphacem Numidarum regem, Galam autem Masanissae parentem Masaesylorum. Contra vero 28, [17, 4.] Syphacem Masaesylorum regem ait, ubi et eam gentem ac Syphacis regiam absque nomine describit. Sane et Strabo [17, 829.] et Plinius [5, 2.] Sigam Syphacis regiam fuisse fatentur. At hic noster Livius libro mox seq. [c. 12, 3.] Cirtham caput regni Syphacis facit, quae longissimo tractu a Siga distat. Denique Plinius 5, [2.] Masanissam Numidiae regem ait, quae ad Ampsagam fluvium est, de posteriore loquens tempore hujus belli, ut puto. Haec adeo diversa judicio lectoris relinquo. Verum hujus belli tempore existimo Syphacem Carthaginiensibus propiorem fuisse, Galam vero Masanissae parentem, ac Masaesylorum regem, longe distantiorem. Devicto autem Syphace, omnia in Masanissae venisse potestatem. Nomen vero Numidiae utrisque regnis commune fuisse. Sed cum Masaesyli nomen haberent proprium, alteri regioni commune velut proprium mansisse: nisi quis Masaelibyas vocare velit, ut Strabo facit libro ultimo [p. 829.] Quare quod l. 28, [17, 4.] dicitur, Syphacem Masaesylorum regem esse, suspectum: ut et Scipionis navigatio duabus quinqueremibus fabulae similior, magisque trium in Syphacis regia colloquium Hannibalis, Scipionis, et Syphacis. GLAR. *Massyliorum* lege. Nam loquitur de populis, qui Massanisae post paruerunt. Masaesyli enim Syphaci obediebant. Qui autem ante me hos libros emendarunt, quod, quid inter has gentes interesset, nescirent, omnia perturbarunt, et ubique *Masaesulos* scripserunt, ut supra ex veteribus libris etiam admonui. SIG. Pal. 1. et 2. *Mosu-*

Digitized by Google

XXX. Et Masinissa, audita morte patrui, dein 1
nece fratris patruelis, ex Hispania in Mauritaniam
(Bocchar ea tempestate rex Maurorum erat) trajicit.
ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quo- 2
niam bello non poterat, quatuor millia Maurorum
impetravit. Cum iis, praemisso nuncio ad paternos 3
suosque amicos, quum ad fines regni pervenisset,
quingenti ferme Numidae ad eum convenerunt. Igi- 4
tur Mauris inde, sicut convenerat, retro ad regem
remissis, quamquam aliquanto minor spe multitudo
nec cum qua tantam rem adgredi satis auderet,
conveniret; ratus agendo ac moliendo vires quoque 5
ad agendum aliquid conlecturum, proficiscenti ad

liorum. vet. ed. et Pal. 3. *Messulorum*. Legendum *Masaesylorum*. ut et c. 32, 4. *Ibi ingens caedes Masaesylorum facta*. ut et c. 31. aliquoties. GEBH. Vario modo gentis nomen in Mstis corrumpitur: sed erroribus illis recensendis nunc non inmorabimur. De *Masaesylis* et, ut Sigonius vocat, *Massyliis* v. cumdem supra ad 24, 48, 2. et ad 30, 11, 1. Sed ad priorem locum monui, posteriores Latinis *Massylos* vocari, quare hic etiam *Massylorum* emendavi.

§. 11. *Puerum Lacumacen regem* etc. *adpellat*] *puerum Lacumazen* Lov. 4. et Hearnii D. *puerum Leumazen* Flor. a m. 1. *Lechumazen* a m. 2. *puerum ita Demazen* Hav. *puerum ita Demacem* Hearnii L. 1. et N. *puerum ita Demacen* Voss. in contextu. *puerum Leuchimacen* in margine. *puerum Demacen* Lov. 2. *puerum Latumaren* Gaertn. *puerum Lenchimazen* Lov. 1. *puerum Lentumacen* Lovel. 5. *puerum tachum Macen* Harl.

Paullo ante *regio tamen nomine absumpto* Hafn. Voss. et Lov. 4. *regio tamen nomine assumpto* Lov. 5. *regio tamen nomine apsuntit* Flor. a m. 1. *assunto* a m. 2. *regio tamen nomine spreto* Lov. 2. et Hav.

§. 1. *In Mauritaniam (Bocchar ea tempestate rex Maurorum erat) trajicit*) Pall. 1. et 2. *Baga*. tert. *Bacca*. Deinde priores iterum duo codd. *trajecit*. GEBH. *in Mauretaniam* Flor. V. Duker. ad Flori 4, 2, 65. Corte ad Sall. Cat. 21, 3. et Dausquejum in Orthograph. parte 2. hac voce. Tum *Baga* Flor. Lov. 2. et Hav. *Uga* Voss. Lov. 1. 4. et Hearnii N. *Vaga* Lov. 5. *Vaca* Harl. *Bocar* Ber. Hinc *trajecit* Flor. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. *in Mauritaniam ad Bagar, qui ea tempestate rex Maurorum erat, trajecit* Hearnii L. 1.

§. 2. *Ab eo supplex infimis precibus auxilium* etc. *impetravit*] Vocem *supplex* omittit Lov.

Digitized by Google

Syphacem Lacumaci regulo ad Thapsum obcurrit.
6 Trepidum agmen quum in urbem refugisset, urbem Masinissa primo inpetu capit: et regiis alios tradentes se recipit, alios vim parantes occidit. pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad Syphacem,
7 quo primum intenderant iter, pervenerunt. Fama hujus modicae rei, in principio rerum prospere actae, convertit ad Masinissam Numidas. adfluebantque undique ex agris vicisque veteres milites

1. Tum *infinitis precibus* Lov. 3. *intimis precibus* Hafn. et Hav. V. ad 37, 31, 8.

§. 5. *Ad Thapsum obcurrit*] *Thapsus* neque in Numidia est, neque in Masaesylis. Mihi nomen suspectum est, ut nihil interim caviller, mirari me, quo pacto Carthaginenses per ditionem suam sinerent regum exercitus vagari, cum hoc tempore omnem Africae oram tenerent, quae mari nostro abluitur. ab aris Philenorum usque ad Herculis columnas. ut author est Polybius 3, [39.] Idem erroris suspicor in nomine *Clupea*, cujus paulo post mentionem facit. GLAR. *Thapsum.* nam Graece *Θάψος.* SIGON. *ad Tarsum* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *ad Trasum* Lov. 4. *ad Thasum* vel *Tasum* Harl. et Hearnii D. *ad Chassum* Hearnii N. *ad Tapsum* Ber. Gaertn. Hav. et pleraeque edd. vett. pro quo Sigon. per adspirationem *ad Thapsum* scribendum monuit. V. etiam, quae notavi ad Silii 3, 261. Ceterum eadem, quae Glareanum, etiam Perizon. difficultas morata est. Ad marginem enim Livii notavit, Thapsum sitam fuisse ultra Karthaginem versus orientem, quum Syphax et Masaesyli habitarint versus occidentem Massylorum: unde patet, ejus nomen hic ferri non posse. Doujatius, qui etiam mendum latere in hoc nomine suspicatus est, opinatur, librarios *Thapsum*, urbis clarioris nomen, scripsisse pro minus cognitae urbis nomine, sive ea *Thebesta* fuerit, sive *Tubusuptus*, aut loci alterius nomen. Conjici etiam posset, legendum esse *Thalam*, vel *Capsam*, de quo utroque oppido v. Cellar. 4. Geogr. ant. 5. p. 122. Sed manum continere praestat.

§. 6. *Refugisset, urbem Masinissa primo inpetu capit, ex regiis alios*] Addidimus particulam *et* duobus locis: *et urbem Masanissa primo impetu capit, et ex regiis alios tr. se recepit.* RHEN. Pall. 1. et 2. *ἀσυνδέτως urbem Masanissa primo impetu capit, ex regiis alios tradentes se recepit.* GEBH. Omnes Gall. duo Pall. *ἀσυνδέτως*, contra quam Rhenanus. J.FR.GRON. Utroque loco copulam etiam ignorant omnes mei, uno Harl. excepto. Eam itaque, quam Rhenanus in contextum receperat, priori loco J. Fr. Gronovius, posteriori Jac. Gronovius recte iterum expunxerunt. Mox etiam Jac. Gronov. pro *recepit*, ut praeferunt omnes priores edd. substituit *recipit:* quam lectionem Flor. et alii probarunt.

Digitized by Google

Galae, et invitabant juvenem ad recuperandum paternum regnum. Numero militum aliquantum Mezetulus superabat. nam et ipse eum exercitum, quo Capusam vicerat, et ex receptis post caedem regis aliquot habebat: et puer Lacumaces ab Syphace auxilia ingentia adduxerat. quindecim millia peditum Mezetulo, decem millia equitum erant. Quibuscum Masinissa, nequaquam tantum peditum equitumve habens, acie conflixit. vicit tamen et veterum 8 9

Quo primum intenderat iter] Reposui *quo primum intenderant iter*. RHEN. Recte Rhenanus. Altera tamen lectio superest in Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 7. *Fama hujus modicae rei, in principio rerum prospere actae, convertit ad Masanissam Numidas*] Pal. 1. *Fama hujuscemodi rei in principio rerum prosperae agmen convertit ad Masanissam Numidarum*. GEBHARD. Similiter est in Voss. Lov. 1. et Hav. Neque inde dissentit Lov. 4. nisi quod legat *prospere actae agmen*. Praeterea *hujuscemodi* etiam Lov. 2. 5. Ber. et Gaertn. *hujusmodi* Flor. a m. 2. *acmae*, pro *actae*, perperam in Put. esse, Gronov. supra monuit ad c. 17, 8.

Incitabantque juvenem] Reposui *et incitabant juvenem*. RHEN. Pal. 1. habet *incitabantque juvenem*. sec. vero *mutabantque juvenem*. GEBH. *et incitabant* Rhenanus. At Put. Reg. Men. Voss. *et invitabant*, vel *invitabantque*. J. FR. GRON. Cum Rhenano facit Harl. sed *invitabantque* legunt Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *et invitabant* Flor. cum Hearnii Oxonn.

§. 8. *Nam et ipse cum exercitu*] Reposuimus: *nam et ipse eum exercitum, quo Capusam vicerat, et ex receptis post caedem regis aliquot habebat*. RHENAN.

Auxilia ingentia adduxerat, quindecim millia peditum. Mezetulo] Pal. 1. et 2. *auxilia ingentia abduxerat*. GEBH. Distingui jubet Buslid. *auxilia ingentia adduxerat. Quindecim millia peditum Mezetulo, decem millia equitum erant*. J. FR. GRON. Ita aliquot scriptos, Andream, et Campanum interpungere, Crevierius monuit, et recte eam distinctionem recepit.

§. 9. *Quibuscum Masinissa, nequaquam tantum peditum equitumve habens, acie conflixit*] Reposuimus *tantum peditum equitumque habens*. RHEN. Gallici, Voss. Buslid. *habente acie conflixit*. J. FR. GRON. *peditum equitumque* etiam Lov. 4. et Harl. Reliqui omnes *equitumve*. Deinde *haberet*, pro *habens*, Lov 2. *habente* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. a m. 2. et Hearnii L. 1. Similiter etiam scriptos plerosque et editos ante Rhenanum praeferre, atque illud *habente* ad *acie* referendum, monuit Crevierius; quum tamen in nulla invenerim ed. nisi in Aldi-

Digitized by Google

militum virtus, et prudentia inter Romana et Puni-
10 ca arma exercitati ducis. Regulus cum tutore et
exigua Masaesylorum manu in Karthaginiensium a-
grum perfugit. Ita recuperato regno paterno, Ma-
siniſſa, quia sibi adversus Syphacem haud paullo
majorem reſtare dimicationem cernebat, optimum
ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare, mis-
11 sis, qui et puero spem facerent, si in fidem Masi-
niſſae sese permisiſſet, futurum in eodem honore,

na, ubi insuper in erratis prisca lectio revocatur. Neque etiam Rhenanus *habente* in *habens*, sed *equitumve* in *equitumque* mutatum voluit. Vide autem, an legendum sit *qui*, nempe Mezetulus, *cum Masinissa, nequaquam tantum equitum peditumve habente, acie conflixit:* vel *quibus*, scilicet quindecim millibus peditum et decem millibus equitum, *cum Masinissa, nequaquam tantum peditum equitumve habente, acie conflixit.*

Vicit tamen et veterum militum virtus] Put. Reg. Men. Voſſ. *eò militum* spernunt. An fuit *veteranorum virtus?* 37, [20, 2.] de Achaeis Eumeni auxilio missis: *Veterani omnes et periti belli erant.* J. FR. GRON. Eamdem vocem spernunt quoque Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. quam neque in Mſtis suis comparere teſtatur Crevier. sed tamen neceſſariam esse judicat. *milites veteres* memorantur 26, 28, 8. *Eadem ratione stipendiorum habita in veteribus militibus dimittendis.* 31, 4, 1. *Quum de agris veterum militum relatum esset.* 34, 17, 3. *Milites veteres periti hostium bellique.* 42, 31, 4. *Ut centuriones militesque veteres scriberet.* Sed et *veterani* simpliciter 40, 39, 4. *Ibi dimitti veteranos sese velle.* 44, 34, 6. *Veteranis fatentibus, se illo primum die, tamquam tirones, quid agendum esset in re militari, didicisse.* Epit. Liv. 113. *Veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit.* Potius tamen vox *militum* librariorum culpa excidisse videtur ex optimis Mſtis.

§. 10. *In Karthaginiensium agrum perfugit*] Vet. lib. *refugit.* SIG. Pal. 3. *in Carthaginiensem agrum refugit.* GEBH. *refugit* etiam Lov. 4. Harl. et Hearnii D. Dissentiunt reliqui, praesertim Put. Flor. et optimi quique. Praeterea *Carthaginiensem agrum,* ut Gebh. in uno Pal. invenit, Jac. Gronov. edidit; consentientibus omnibus meis. Neque aliter etiam in Put. esse, monuit me Cl. Sallier. Mox cap. seq. *Infesta omnia circa esse; maxime uri Karthaginiensis ager.* V. ad 6, 21, 8.

Quia sibi adversus Syphacem] Emendavimus *quia sibi cum Syphace.* RHEN. Ed. Mog. *adversus Syphacem.* MOD. Pall. 1. 3. et vet. ed. *quia sibi adversus Syphacem haud paullo majorem restare dimicationem cernebat.* GEBH. Omnes Gall. et duo Pall. et Voſſ. *quia sibi adversus Sy-*

Digitized by Google

quo apud Galam Oesalces quondam fuisset; et qui 12
Mezetulo, praeter inpunitatem, sua omnia cum fide restitui sponderent; ambo praeoptantes exsilio modicam domi fortunam (omnia, ne id fieret, Karthaginiensibus de industria agentibus) ad sese perduxit.

XXXI. Hasdrubal tum forte, quum haec gere- 1
bantur, apud Syphacem erat. qui Numidae, haud sane multum ad se pertinere credenti, utrum pe-

phacem haud paullo majorem. J. FR. GRON. Unus Harl. *cum Syphace;* reliqui cum Hearnii N. *adversus Syphacem.* Paullo ante *recuperato agro paterno* Hearnii L. 1. *recuperato agro regno paterno,* utraque lectione juncta, Lov. 2. Sed, vocem *agro* delendam esse, subjectis notis librarius indicavit.

§. 11. *Futurum eum in eodem honore*] Delevimus pronomen *eum.* Quod vero sequitur, *quo apud Galam et Desalcem quondam fuisset,* ingens erratum est, scribendum, *quo apud Galam Desalces quondam fuisset.* RHENAN. Iidem *futurum eum in eodem honore.* quibus fraudi fuit defectus Rhenani codex. J. FR. GRON. *Tò eum* servant etiam Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Pronomen melius abesse, licet in scriptis extet, judicat Crevierius. Id autem abest a reliquis. Mox voculam *et* a Froben. ejectam soli tantum meorum Ber. et Gaertn. servarunt. Paullo ante *cum fratre patrueli* Lov. 4. et Harl. V. ad 35, 10, 8.

§. 12. *Et qui Mezetulo, praeter inpunitatem, sua omnia*] *Tò qui* suspectum et forsan delendum est. Sufficit ante praecessisse. J. FR. GRON. Gronovii emendationem probat Crevierius; nisi alios ad Lacumacem, alios ad Mezetulum legarit Masinissa. Tunc enim nihil mutandum fore judicat. Praeterea *praeter impunitatem suam* Voss. Lov. 1. 4.

Ambos etc. *ad se perduxit*] Ed. Mog. *ambo praeoptantes.* MOD. Ita legunt omnes edd. vett. Postea demum Aldus substituit *ambos;* Gronovius vero revocavit *ambo;* quomodo in optimo Put. extare, monuit ad 35, 21, 5. se quoque id in tribus Pall. et ant. ed. invenisse, adfirmat Gebhard. ad 7, 40, 9. Eamdem scripturam ex meis probant Flor. et reliqui praeter Lovel. 3. Ber. a m. 2. et Hav.

§. 1. *Regnum Masaesylorum*] *Massyliorum* ex vet. lib. Porro autem familiae Massanisae stemma, cujus hic Livius, in Jugurtha Sallustius meminit, hoc est.

Digitized by Google

nes Lacumacen, an Masinissam, regnum Massylo-
2 rum esset, *falli eum magnopere*, ait, *si Masinissam eisdem contentum fore, quibus patrem Galam, aut patruum ejus Oesalcem, credat. multo majorem indolem in eo animi ingeniique esse, quam in ullo*
3 *gentis ejus umquam fuisset. Saepe eum in Hispania rarae inter homines virtutis specimen dedisse sociis pariter hostibusque: et Syphacem, et Karthagi-*



SIG. Emendavi *Massylorum* hic et passim hoc cap. V. ad 24, 48, 2. Stemma hoc Masinissae inlustrari et augeri potest illis, quae notarunt Doujat. ad cap. praec. Cel. Burm. ad Syllog. epist. tom. 2. p. 145. et Cort. ad Sallust. Jug. 5, 6. — et Sponii Miscell. p. 147. (* His Masinissae filiis addenda filia, ex qua natus Hasdrubal Karthaginiensium dux, de quo v. Duker. ad Liv. Epit. 50. Jugurthae filius Oxinta. Appian. 1. Civ. 376.)

§. 2. *Falli eum magnopere*] *magno opere* Lov. 3. quomodo se etiam in Pal. 3. invenisse testatur Gebhard. ad 27, 46, 8. V. ad 28, 18, 4. Reliqui tamen, et inter eos optimi, codd. vulgatum tuentur. Mox *quam in ullo umquam gentis ejus fuisset* Lovel. 2. *quam in ullo gentis ejus usquam fuisset* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Saepe ita variant librarii. V. ad 39, 31, 5.

§. 3. *Et Syphacem, et Karthaginienses* etc. *ingenti mox incendio, quum jam nullam opem*

Digitized by Google

nienses, nisi orientem illum ignem obpressissent, ingenti mox incendio, quum jam nullam opem ferre possent, arsuros. Adhuc teneras et fragiles ejus 4 *vires esse, vixdum coalescens foventis regnum.* Instando stimulandoque pervincit, ut exercitum ad fines Massylorum admoveat; atque in agro, de quo 5 saepe cum Gala non verbis modo disceptatum, sed etiam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie

ferre possent, arsuros] Pal. 3. *et in Syphacem et in Carthaginiensis* etc. *arsuros.* perperam. Deinde pr. et sec. *cum jam nullam moram ferre poscit.* ubi et ad marginem *nullam molem.* Saepius hac translatione utitur Livius. Infra 31, 48, 7. *Cum una direpta et incensa esset, trajecturumque illud incendium, velut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam esset.* 37, 15, 6. *Ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnes velut continens incendium pervasurum.* GEBH. *nullam morem ferret* Lov. 1. *nulla molem ferre posset* Flor. *nullam moram ferre* Voss. *nullam moram ferre posset* Lovel. 5. Hafn. et Hav. *nullam inoram ferre posset* Lov. 2. a m. 1. *nullam opem* a m. 2.

§. 4. *Vixdum coalescere foventi regnum*] Put. et duo Pall. et Buslid. *coalescens foventis.* Reg. Men. *coalescent foventis.* Rectum est in Put. et Pall. puta *ejus.* J. FR. GRON. *coalescent foventis regnum* etiam Flor. et Voss. *foventis* etiam Lov. 1. 2. 5. Gaertner. et Hav. *coalescens foventis regnum* Lov. 4. quod recte Gronov. probavit. Praeterea paullo ante *fragiles vires ejus* alio ordine Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav.

Instando stimulandoque pervicit] Hic videbatur oratio finita, sed postea subnectet: *His vocibus incitatus Syphax.* Ipse lector secum etiam atque etiam cogitet, sitne defectus aliquis, an interpolatio rhetorica. GLAR. Put. et Voss. *pervincit.* J. FR. GRON. Ita et Flor. aliique meorum.

Ut exercitum ad fines Masaesylorum admoveat] Cur Syphax exercitum admoveat finibus Masaesylorum, qui in suo imperio erant? *Massyliorum* ergo lege: et ita ubique. Sunt enim eodem errore plurimi depravati loci. SIG. *Massylorum* legendum esse, supra hoc cap. dixi.

§. 5. *Tamquam haud dubie juris sui*] Put. *haud dubii.* Reg. et Voss. *haud ubi.* J. FR. GRON. Probasse Gronovium *haud dubii* ex eo, quod ad 34, 62, 10. adnotat, colligo. Nec tamen liquet, cur hoc illo quidem loco praeferendum sit. DUK. Voces *haud dubie* desunt in Lov. 2. et 5. *haud ubi* legunt Lov. 1. et 4. *haud dubi* Flor. a m. 1. *haud dubie* a manu 2. *haud dubii* Hav. V. infra ad 34, 43, 5.

Quod maxime opus sit, acie dimicaturum] Pal. 1. *ut quod maxime opus sit, acie dimic.*

Digitized by Google

juris sui, castra locet. *Si quis arceat, id quod*
6 *maxime opus sit, acie dimicaturum: sin per me-*
tum agro cedatur, in medium regnum eundum. aut
sine certamine concessuros in ditionem ejus Massy-
7 *los, aut nequaquam pares futuros armis.* His vo-
cibus incitatus Syphax Masinissae bellum infert, et
primo certamine Massylos fundit fugatque. Masi-
nissa cum paucis equitibus ex acie in montem (Bal-
8 bum incolae vocant) perfugit. familiae aliquot cum

sec. *id quod maxime opus sit.* GEBH. Put. Reg. Men. Voss. Cantabrig. *ut quod maxime opus sit.* Dictum ut c. 33, 2. *Interdiu aperto itinere, ut qui signis collatis acie dimicaturus esset, movit castra.* 7, 14, 6. *Ut qui magis animis, quam viribus, fretus ad certamen descenderet.* JAC. GRON. *quo maxime opus sit* Lov. 3. et 4. *ut quod maxime opus sit* Flor. Lov. 1. 2. Hearnii L. 1. N. et codd. Crevierii. Quod etiam in optimo Pal. superesse Gronov. monuit ad hujus lib. c. 21, 23. Supra 7, 3, 5. *Proelium, ut quod maxime umquam, pari spe commissum est.* V. etiam Jac. Gronov. ad 45, 18, 8. *tum quod maxime opus sit* Lov. 5. *id quod maxime opus sit* Hav. quomodo etiam Crevierius ex conjectura reponendum censuit. De eo v. ad 6, 17, 6. Deinde primus Jac. Gronov. edidit *dimicaturus;* cujus lectionem recepit Clericus, nihil monito lectore; cui tamen promiserat, se ante omnia operam daturum, ut Livius ad J. Fr. Gronovii mentem quam accuratissime ederetur. Utrum Jac. Gronovius, qui in notis nihil monet, ita edi voluerit, an vero operae typographorum aberrarint, incertum est. Sane *dimicaturum*, quod priores habent edd. tuentur omnes Msti mei, et duo Crevierii codices Victor. et Thuan. quibus etiam Put. adsentiri, Cl. Salliersius monuit. Et id etiam sensus Livii requirit. Dicit enim, *si quis* (intelligit Masinissam, vel alium ejus nomine) *arceat, quod,* vel *id quod maxime opus sit,* (nempe Syphaci, qui bellum cum Masinissa gerere volebat,) *acie dimicaturum*, nempe Masinissam, vel alium ejus ducem. Non dubitavi igitur *id quod* duorum codicum, *dimicaturum* autem omnium auctoritate restituere.

§. 6. *Sin per metum agro cedatur, in medium regnum eundum*] Antiqua lectio *in medium regni eundum.* RHEN. Pal. 1. *si impar metu agro cedatur.* GEBH. Put. Voss. Men. *regnum*, secus quam Rhenanus. J. FR. GRON. *si impar metu agro cedatur* Lov. 1. 2. 4. *si impar metu agro cedat* Hav. Utramque lectionem, priorem in contextu, alteram pro varia lectione in margine, servat Voss. Deinde *in medium regnum eundum* tantum non omnes mei cum Hearnii N. Nullus certe Rhenano concinit.

§. 7. *Et primo certamine Massylios fundit fugatque*] Continet Pal. 3. *et primo certamine Ze-*

Digitized by Google

mapalibus pecoribusque suis (ea pecunia illis est) persecuti sunt regem: cetera Massylorum multitudo in ditionem Syphacis concessit. Quem ceperant exsules montem, herbidus aquosusque est: et, quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque, carne ac lacte vescentium, abunde subsiciebat alimentis. Inde nocturnis primo ac furtivis incursionibus, deinde aperto latrocinio, infesta omnia circa esse: maxime uri Karthaginiensis ager, quia et plus praedae,

culos fundit: fugatusque Maximissa etc. GEBH. *Massylos* legendum esse, ad princ. cap. dictum est. Mox *Biblum incolae vocant* Hearnii L. 1. *Bellum incolae vocant* Flor. Lov. 2. 4. 5. Hav. et Hearnii N. *quem Bellum incolae vocant* Lov. 3. Sed pronomen, quod in nullo alio adparuit, addi necesse non est. V. ad 40, 57, 3.

§. 8. *Prosecuti sunt regem*] Antiqua lectio *persecuti sunt regem*. RHEN. *prosecuti* servant Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. At reliqui lectionem Rhenani probant. Recte. V. ad 5, 40, 4. Paullo ante *pecoribusque*, *illa pecunia illis est* Flor. *pecoribusque*, *visarum pecunia illis est* Voss. qui *vix auri*, pro *visarum*, in margine obfert. *pecoribusque nisauri pecunia illis est* Lov. 1. *pecoribusque usus earum pecunia illis est* Lov. 2. *pecoribusque in his pecunia illis est* Lov. 5. *mappalibus* etiam Flor. et quidam alii duplici p. V. Corte ad Sallust. Jug. 18. 8. Verum id errantibus librariis tribuendum puto. Certe poëtae Virgil. Lucan. Silius, Claudian. et alii primam syllabam ejus vocis corripiunt. V. Bocharti Geogr. Sacr. part. 2. l. 2, 9.

§. 9. *Pecori bonus alendo*] Pal. 3. *pecudi bonus alendo*. GEBH. Mei omnes *pecori* servant. V. ad 37, 39, 4.

§. 10. *Maxime uri Karthaginiensis ager*] Scripti *juris*. Andreas *Carthaginiensium*. Quorum utrumque, sed illud maxime, blanditur. Justinus 9, [5.] *Initio veris tres duces in Asiam Persarum juris praemittit*. 42, [5.] *Juris Romanorum futuram Parthiam affirmans, si ejus regnum muneris eorum fuisset*. J. FR. GRON. *Karthaginiensium* non tantum ed. Andreae, verum etiam reliquae omnes ante Aldum, cum Mstis Ber. et Gaertn. *juris* deinde Lovel. 1. utrumque Gronovio placet. Ita Justin. 9, 1. *Nunc Lacedaemoniorum, nunc Atheniensium juris habita est*. Magis tamen *juris* ipsi placet, quam alterum. Ita vero formata foret locutio, ut apud eumdem Justin. 31, 1. *Juris Aegyptii civitates quum invasisset*. Ita legendum censet Scheff. quum vulgo edatur *juris Aegypti*. Ut tamen dicam, quod sentiam, nihil apud Livium mutandum puto. Omnes enim reliqui, quos consului, codd. *uri* servant, nisi quod ejus loco *viri* sit in Voss. *ut* in Harl. *veris* in Hearnii L. 1. Quin etiam ex numero codicum Gronovii eximendus est optimus

Digitized by Google

11 quam inter Numidas, et latrocinium tutius erat. jamque adeo licenter eludebant, ut ad mare devectam praedam venderent mercatoribus, adpellentibus naves ad id ipsum; pluresque, quam justo saepe in bel-
12 lo, Karthaginiensium caderent caperenturque. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienses, infensumque et ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant. sed vix regium videbatur, latronem vagum in montibus consectari.

Put. quem itidem *uri* habere, Cl. Sallierius me docuit. Supra 26, 21, 15. *Sociorum populi Romani agros urebant.* Paullo ante *Inde furtivis ac primo nocturnis* Hearnii N.

Quia et plus praedae, quam inter Numidas, et latrocinium tutius erat] Pall. 2. *quia et plus inde praedae.* GEBH. *quia et plus de qua inter Numidas* Flor. Voss. et Lov. 1. *quia et plus inde, quam inter Numidas* Hav. *quia inde et plus praedae, quam inter Numidas* Ber. *quia et plus praedae inter Numidas* Lov. 5.

§. 11. *Ad mare devectam praedam venderent mercatoribus, appellentibus naves ad id ipsum*] Pal. 1. *ad mare delectam praedam venderent mercatoribus applicantibus navibus.* Correctum deinde *naves.* GEBH. *ad male delectam* Flor. *ad mare delectam* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Hav. Similiter *convectus* et *conlectus* confunduntur supra 2, 14, 3. *ad mare dejectam* Lov. 5. V. ad 31, 45, 8. Deinde *adplicantibus naves* Hav. V. infra ad 30, 25, 12. et Doctiss. Torren. ad Val. Max. 1, 7. ext. 3. *adpellentibus navibus* Lov. 2. et 5. contra genium linguae Latinae. V. Vorst. de Latin. mer. susp. c. 16. Quae vero librariis peccandi occasio fuerit, dictum est ad 6, 3, 8. *adpellantibus naves* Gaertn. *adpellantibus navibus* Voss. et Lov. 1. Insuper *ad ipsum* Lov. 4. V. ad 5, 43, 4.

Quum justo saepe in proelio Karthaginienses caederentur caperenturque] Scribi debet *in bello:* nam proelium ipsam pugnam et hostium congressionem significat. Mox scripsimus *Carthaginiensium*, pro *Carthaginienses.* Et alioqui statim sequitur *Carthaginienses.* RHENAN. Mog. ed. *quam justo saepe in proelio Carthaginienses caederentur.* MOD. Bene *bello* Rhenanus, bene *Carthaginiensium.* Sed practerea Put. Reg. Voss. Men. duo Pall. *caderent caperenturque.* J. FR. GRON. *bello* etiam Flor. Voss. Lov. 4. 5. Hav. et alii. At perperam *proelio* Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Saepe has voces commutari, vidimus ad 3, 61, 2. Hinc *Karthaginienses* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. At *cederent caperenturque* Lov. 4. *caderent caperenturque* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N.

§. 12. *Infensumque et ipsum*] Vet. lib. *intentumque et ipsum.* SIG. Pall. 1. 2. *intensumque*, correctius *intentumque.* Alludit

Digitized by Google

XXXII. Bocchar, ex praefectis regiis vir acer et 1
inpiger, ad id delectus. ei data quatuor millia pe-
ditum, duo equitum: praemiorumque ingentium spe
oneratus, si caput Masiniſſae retuliſſet, aut vivum
(id vero inaeſtimabile gaudium fore) cepiſſet, pala- 2
tos incurioseque agentes inproviso adortus, peco-
rum hominumque ingenti multitudine a praesidio
armatorum exclusa, Masinissam ipsum, cum paucis
in verticem montis compellit. Inde, prope ut jam 3

vero Livius ad Graecorum verbum τρέχοντα ὀτρύνειν. GEBHARD. Omnes scripti *intensum*. An *incensum*? J. FR. GRON. *intentumque* Flor. et Hav. *intensumque* Lov. 1. Voſſ. et Hearnii N. Ita variant interdum codd. V. ad 34, 15, 5. *incensumque* Lov. 2. 3. 4. 5. quomodo Gronov. conjecit. V. ad 1, 25, 2. Vulgatum malebat Crevier. Mox *sed vile regi videbatur* Hafn. et Hav.

§. 1. *Bocchar, ex praefectis regiis vir acer et inpiger, ad id delectus*] Pall. 1. et 3. *Bucar.* sec. *Bocar.* Dein pro *delectus* Pal. 1. habet *dilectus*. GEBH. *Bocar* Flor. *Bochar* Berol. *Boccharo* Gaertn. *Buchar* Lovel. 1. 2. 3. et Voſſ. *Bucar* Lov. 4. 5. Harl. et Hav. Tum *ex praefectis regis* Flor. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 32, 6, 6. Hinc τὰ *ad id* desunt in Harl. Mox *et data XL peditum* Flor. *et data XL*, vel *quadraginta millia* Lov. 1. 2. 3. et Hav. *et data* etiam Voſſ. *XL millia peditum* Lov. 5. et Hearnii N. *ei quatuor millia peditum data* Ber. Tandem *duo millia equitum* Lovel. 2. et Hav. Male. V. ad 31, 34, 7.

Praemiorumque ingenti spe oneratus] Reposuimus *praemiorumque ingentium spe*. RHEN. Omnes noſtri *ingenti*. J. FR. GRON. Ita quoque Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. Neque aliter codd. Crevierii, qui tamen Rhenani emendationem probat. Librariis itaque peccandi caussa fuerit, quam supra dedi ad 6, 3, 8. Si quis tamen priscam lectionem malit, eam defendere poterit ex iis, quae dicuntur ad 4, 8, 6. Praeterea male *honoratus* Flor. Voſſ. Lov. 1. Ber. a manu 1. Gaertn. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 4, 13, 13.

§. 2. *Is palatos incurioseque agentes*] Pronomen *is* delevimus. Nam in fine positum eſt verbum, a quo totus circumductus pendet: *Bocchar ex praefectis reg.* etc. *compellit*. RHEN. Pal. 1. *incuriose se agentes*. perperam. Supra c. 3, 8. *Omnibus pacis modo incuriose agentibus magna clades illata est*. GEBH. Pronomen a Rhenano expunctum unus tantum agnoscit Ber. Deinde *incuriose si agentis* Flor. *incuriose se agentes* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertner. et Hav. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit. Tacit. 4. Hiſt. 28. *Caesae cohortes eorum, in vico Marcoduro incuriosius agentes*. Mox *pecorumque atque hominum in-*

Digitized by Google

debellato, nec praeda modo pecorum hominumque captorum missa ad regem, sed copiis etiam, ut aliquanto majoribus, quam pro reliquiis belli, remis-
4 sis, cum quingentis haud amplius peditibus ducentisque equitibus, degressum jugis Masinissam persecutus, in valle arta, faucibus utrimque obsessis,
5 inclusit. ibi ingens caedes Massylorum facta. Masinissa cum quinquaginta haud amplius equitibus per

genti multitudine ed. Rom. princ. et Parm. *pecorum atque hominum* Ber. et quaedam edd. prioribus proximae. Vulgati Aldus auctor exstitit.

§. 3. *Sed copiis etiam, aliquanto majoribus*] Inseruimus particulam *ut, ut aliquanto majoribus*. RHEN. *sed copiis, aliquanto majoribus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. *sed copiis etiam, aliquanto majoribus* Ber. *sed copiis, ut aliquanto majoribus* Flor. Mox *reliquis belli*, pro *reliquiis*, Flor. et Lov. 5. V. ad 40, 57, 8.

§. 4. *Cum quingentis haud amplius peditibus ducentisque equitibus*] Illos equites ducentos primus addidit Aldus. Hoc jure; nam et sic scripti. Sed τὸ *quingentis* nec Put. nec ulla adeo membrana. Put. Men. Gud. *cum haud amplius peditibus mille, ducentisque equitibus*. J. FR. GRON. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. *cum haud amplius quingentis peditibus* Lov. 5. Τὸ *quingentis* abest a Flor. *ducentisque equitibus* a Ber.

Digressum jugis Masinissam] Pal. 1. et vet. ed. *degressum jugis*. GEBH. *digressum* perperam primus dedit Grut. idque etiam superest in Lovel. 3. Ber. Gaertn. et Hav. Reliqui cum edd. prioribus degressum. V. ad 4, 17, 11.

Faucibus utrimque obsessis, inclusit] Put. a m. 1. *faucibus utrimque oppositus inclusit*. Manus posterior *us* mutat in *is*. unde Buslid. *oppositis*. Reg. Voss. Men. *oppositos*. 26, [46, 2.] *Nec ulla armatorum statio aut custodia opposita*. Forte *obseptis*. J. FR. GRON. *oppositus* Gronov. in prima ed. probavit, et in contextum recepit. *oppositos* legunt Flor. Lov. 5. et Hearnii N. *oppositis* Lov. 1. 2. 3. et Voss. a m. 2. id autem placebat Cl. Jac. Perizon. qui in margine Livii exponebat, inclusus in faucibus vallis utrimque oppositis, adscripto etiam loco ex c. 34, 9. *Tumulis, qui peropportune circa viae flexus oppositi erant*. Mihi cum Creyierio vulgatum satis probum videtur. Mox *ubi*, pro *ibi*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§. 5. *Per amfractus montis ignotos sequentibus sese abripuit*] Scripsimus *sequentibus se eripuit*. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *sequentibus sese eripuit*. sec. *per anfractus montis ignotos sese eripuit*. GEBH. *anfractos* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. V. ad 1, 15, 7. Deinde *sequentibus eri-*

Digitized by Google

amfractus montis ignotos sequentibus se eripuit. Tenuit tamen vestigia Bocchar: adeptusque eum 6
patentibus prope Clupeam urbem campis, ita circumvenit, ut, praeter quatuor equites, omnes ad unum interficeret. cum iis ipsum quoque Masinissam saucium prope e manibus inter tumultum amisit. In conspectu erant fugientes; ala equitum, dispersa toto campo, quibusdam, ut obcurrerent, per 7

puit Flor. ubi *τὸ se* partim ob praecedentis literam ultimam, partim ob sequentis initialem intercidit. *sequentibus sese eripuit* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. proximae deinde dederunt *sese arripuit*, pro quo Ascens. anno 1513. *sese abripuit* recepit. Supra 1, 14, 11. *Non tamen eripuere se hosti.* Paullo ante *aut amplius*, pro *haud*, Hearnii N. Male. V. ad 41, 1, 8.

§. 6. *Ita circumvenit, ut, praeter quatuor equites, omnes ad unum interficeret*] Scripsimus *ita circumdedit*, pro *circumvenit*. Item *omnes ad unum interfecerit*. RHEN. Mog. ed. *circumvenit*, pro *circumdedit*. quod aeque convenit. MOD. Pal. 1. *adeptusque eum patentibus campis prope Clupeam urbem ita circumvenit*. sec. *Tenuit tum vestigia Bocar: adeptusque eum prope Clupeam urbem patentibus campis ita circumvenit*. GEBH. Omnes Gall. Pall. Voss. *circumvenit*, invito Rhenano: ut etiam *omnes ad unum interficeret*. J. FR. GRON. Solus Harl. *circundedit*. Reliqui cum Hearnii N. *circumvenit*. 4, 28, 3. *Circumventi jam in medio ad unum omnes poenas rebellionis dedissent*. 5, 38, 1. *Instruunt aciem deductam in cornua, ne circumveniri e multitudine hostium possent*. 10, 26, 9. *Ita caesa ab tergo legio, atque in medio, quum hostes undique urguerent, circumventa*. Deinde *interficerent* Flor. Voss. Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod et ipsum iterum recepi. Mox voces *prope e manibus* desunt in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N. Deinde *inter tumultus* legunt Voss. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

§. 7. *In conspectu erant fugientis alae equitum, dispersae lato campo*, etc. *quacumque hostis flectebat*] Prodigii instar est, quod pro *quacumque hostis flectebat*, omnes Gall. Voss. Busl. et Palatinorum optimus *quinque hostes sequebantur*. Nos facile id procuramus. Scribendum enim *inter tumultum amisit. In conspectu* (Boccharis et caeterorum) *erant fugientes* (Masinissa et quatuor;) *ala equitum* (ducentorum) *dispersa toto campo, quibusdam* (persequentium equitum,) *ut* (diversa fuga petentibus) *occurrerent, per obliqua tendentibus, quinque hostes* (Masinissam et comites) *sequebatur*. Est admodum notabilis casus magni postea virtute ac fortuna regis: eo accuratius illum exsequitur narrando Livius. 27, [41, 10.]

Digitized by Google

obliqua tendentibus, quinque hostes sequebatur. 8 amnis ingens fugientes accepit, (neque enim cunctanter, ut quos major metus urgueret, inmiserant equos) raptique gurgite, et in obliquum praelati.

Pecorum modo incompositos toto passim campo se fudisse. 37, [20, 5.] *Dilapsi caeteri sparserant se toto passim campo.* J. FR. GRON. Lectionem, quae Gronovio displicuit, primum vidi partim in Froben. anni 1531. partim anni 1535. illa enim prima habuit *fugientis*, haec *quacumque hostis flectebat*, quum omnes priores praeferant *fugientes*, et *quacumque hostes sequebantur.* Verum *In conspectu erant fugientes; ala equitum dispersato campo* etc. *quinque hostes sequebatur* legunt Flor. et Voss. Neque differunt Hav. et Hearnii L. 1. nisi quod rectius legant *dispersa toto campo.* Merito igitur Gronovius hanc lectionem recepit, qui in pr. ed. not. monuit, Put. Reg. et Pal. ostentare *ala equitum dispersa:* Reg. etiam *toto campo:* quosdam vero *ala equitum dispersato campo.*

§. 8. *Raptique gurgite, et in obliquum relati*] Pal. pr. *praelati.* sec. *perlati.* GEBH. Pet. Pal. *perlati*, Put. duo optimi Flor. Voss. Barber. melior Pal. *praelati*, quod verum est. Aït, cum directo nisu tranare amnem cuperent, violentia gurgitis abreptos in obliquum fuisse aliquantum praeter litus datos. Verbum domesticum Livio. 2, [14, 7.] *Cumanae cohortes, arte adversus vim usae, declinavere paullulum, effuseque praelatos hostes conversis signis ab tergo adortae sunt.* 5, [26, 7.] *Ut effusa fuga castra sua, quae propiora erant, praelati urbem peterent.* 6, [29, 3.] *Consternatique et praeter castra etiam sua pavore praelati.* 7, [24, 8.] *Fusique per campos, et praeter castra etiam sua fuga praelati.* 38, [27, 2.] *Fuga ad castra inclinavit: sed pauci intra munimenta se recepere: pars major, dextra laevaque praelati, qua quemque impetus tulit, fugerunt.* Tacitus Ann. 6, [35.] *Pharasmanes Orodi vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit praelatus equo.* Sic *praevehi.* Lucanus [9, 1002.] *Asiamque potentem Praevehitur.* Tacitus de Rheno (2. Ann. 6.) *Qua Germaniam praevehitur.* Cui reddendum id ex Vaticano codice puto 2. Hist. 2. *Igitur oram Achajae et Asiae, ac laeva maris praevectus Rhodum et Cyprum insulas* etc. vulgo *praetervectus.* Sic *praelabi, praefluere, praenavigare:* quod postremum in membranis invenimus Ep. 51. Senecae: *Praenavigantes adulteras dinumeraret.* Eoque verbo utitur Ep. 70. J. FR. GRON. *relati* Harl. Gaertn. et Ber. a m. 1. *perlati* a m. 2. cum Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii L. 1. *praelati* reliqui mej, et Hearnii N. quod recte Gronov. revocavit, ac docuit, *prae* hic in compositione vim τοῦ *praeter* habere; quem v. etiam de voce *praelatus* ad 28, 30, 11. et adde Gebhard. ad 2, 14, 7. Similiter *praevehere* est praetervehere. Supra 24, 44, 10. *Praeter undecim fasces equo praevectus senex.* ubi vide. *praefluere* est praeterfluere. 1, 45, 6. *Infima valle praefluit Tiberis.* ubi etiam dixi. *praenavigare* est praetervavigare. Valer. Max. 1, 8, 9. *Litus praenavigans, in quo Cn. Pompeji Magni, perfidia Ptolemaei regis interemti, cor-*

Digitized by Google

duobus in conspectu hostium in praerapidum gurgitem hauſtis, ipse periisse creditus. at duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerserunt. Is finis Bocchari sequendi fuit, nec ingredi 9

pus comburebatur. Pomp. Mela 2, 3. *Ab eo ad Sunium tendentibus illa praenaviganda, Maliacus et Opuntius, grandes sinus. praelabi* eſt praeterlabi. Colum. 11, 1. *Praelabentis vero temporis fuga quam sit inreparabilis, quis dubitat? praegredi* eſt praetergredi, quod codd. fide reſtituendum eſt Liv. 35, 30, 11. *Ubi praegressi ea sunt, jam tutum rati in patentes vias descenderunt.* Vulgo edebatur *praetergressi.*

§. 9. *In praeruptum gurgitem haustis*] Emendandum ex Pall. tribus *duobus in conspectu hostium in praerapidum gurgitem haustis.* Vet. ed. tamen *praeruptum* retentat. GEBH. Omnes Pall. Flor. Barber. Voſſ. et Gall. *duobus in conspectu hostium in praerapidum gurgitem haustis.* J. FR. GRON. *in praeruptum gurgitem* unus tuetur Ber. *in praerapido gurgite haustis* Hav. *in praerapido gurgite raptis* Brancal. Latinii. *in praerapidum gurgitem haustis* reliqui mei, et Hearnii Oxonn. Ceterum alio ordine *in praeruptum gurgitem in conspectu hostium haustis* Voſſ. Lov. quinque, Gaertn. et Hav.

Duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerserunt] Legi debet *cum eo virgulta interioris ripae tenuerunt.* Dii boni! quid fingi poteſt impudentius illis, qui *ulterioris* subdiderunt pro *interioris*, pro *tenuerunt, emerserunt*? Deinde, quo cohaererent verba potius, quam sensus, adjecerunt praepositionem *inter.* RHEN. Pal. 3. quidem *cum eo virgulta interioris ripae tenuerunt.* Sed reliqui, nec non vet. ed. *cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerserunt.* GEBH. Sic quidem Rhenanus, qui Deos bonos invocat ad impudentiam caſtigatorum improvidorum, hoc eſt, sibi ipse verum dicit. Quid eſt *interior ripa?* Certe aut citerior simpliciter, aut pars citerioris, quae propius fluvium. Quid autem illo loco Masiniſſae infeſtius? Aut quid fuiſſet hoc aliud, quam praesentem captivitatem amplecti, quae crudeli et ignominiosa morte finiretur? Scilicet ripam interiorem servaturi non erant tanta cum ira, tanta cum spe persequentes. Sed audacem illum correctorem librarium, et poſtea bonum Rhenanum decepit corrupta vox *relati,* ut crederent neminem tranaſſe. Nos cum veteribus edd. cum Gallicanis omnibus, optimis Florent. Barber. Buslid. Voſſ. et duobus Pall. teneamus: *ipse periisse creditus. at duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerserunt.* Sic, inquam, omnes illi, nisi quod ex copulativa fecimus adversativam; habent enim *creditus ac duo.* J. FR. GRON. *periisse creditus; ac duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae tenuerunt* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Proximae dederunt *perisse,* et omiserunt *τὸ inter*, consentiente Ber. nisi quod *periisse* servet. Aldus deinceps eam subſtituit lectionem, quae exſtabat tempore Rhenani: ab hoc vero inter-

Digitized by Google

10 flumen auso, nec habere credenti se jam, quem sequeretur. Inde vanus auctor absumti Masinissae ad regem rediit; missique, qui Karthaginem gaudium ingens nunciarent: totaque Africa fama mortis Ma-
11 sinissae repleta varie animos adfecit. Masinissa in spelunca occulta, quum herbis curaret vulnus, duo-
12 rum equitum latrocinio per dies aliquot vixit. ubi primum ducta cicatrix, patique posse visa jactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum:

polatam, quam solus Harl. habet, Froben. anno 1535. recepit, et insuper τὸ *ac* neglexit. Omnes mei ceteri, cum Hearnii L. 1. et N. codicibus Gronovii consentiunt, nisi quod *reliqui* desit in Lovel. 4. et *emiserunt* legat Hav. Non dubito igitur, quin vera sit emendatio Gronovii. *ac* enim et *at* saepius in Mstis commutari, supra vidimus ad 3, 61, 4.

§. 10. *Ad regem rediit*] *redit* scripsimus, pro *rediit*. RHEN. *rediit* tamen Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Ber. et Gaertn. quod restitui, praesertim quum Cl. Sallierius id etiam in Put. optimo exstare monuerit.

Totaque Africa fama mortis Masinissae repleta varie animos adfecit] Cl. Crevier. vix Liviana elegantia dignam locutionem putat *Africa repleta fama mortis;* neque se satis intelligere fatetur, quid sibi velit, *Africa repleta famâ varie affecit animos*. Multo igitur concinnius et clarius fore censet, si, resecta voce *repleta*, legatur *totâque Africâ*, id est, per totam Africam, *fama mortis Masinissae varie animos adfecit*. Quamvis autem omnes, quibus utor, libri vulgatum servent, locum tamen vitio laborare existimo, et ferme ipsi adsentior.

§. 12. *Patique posse est visa jactationem*] Ad fidem Msti codicis castigavimus *patique posse visus jactationem*. ut de ipso Masinissa intelligas, non de cicatrice. RHEN. Et hoc ab Rhenano. Olim erat, *visa est*. Put. Reg. Voss. optimus Pal. *visa* sine verbo substantivo. Forte, deleta conjunctione, scribendum: *ubi primum ducta cicatrix pati posse visa jactationem*. J. FR. GRONOV. Emendationem Rhenani testimonio suo firmat Hearnii D. *est visa* Lov. 3. et Ber. *visa est* Lov. 4. *visus*, omisso τῷ *est*, Harl. Reliqui cum Hearnii L. 1. *visa* sine eodem verbo. V. Gronov. ad 21, 48, 7.

Haud plus quadraginta equitibus conlectis] Archetypon Spirense habet *haud plus triginta equitibus conlectis*. RHEN. *triginta*, vel *XXX equitibus* etiam Lov. 4. Harl. Rec. et Hearnii D.

§. 13. *Quod, quem perisse crediderant*] Ita est in priscis edd. Postea Ascens. anno 1510. dedit

Digitized by Google

dum: atque, in ipso itinere haud plus quadraginta equitibus conlectis, quum in Massylos, palam jam 13
quis esset ferens, venisset, tantum motum quum favore pristino, tum gaudio insperato, quod, quem perisse crediderant, incolumem cernebant, fecit, ut intra paucos dies sex millia peditum armatorum, quatuor equitum, ad eum convenirent: jamque non 14
in possessione modo paterni regni esset, sed etiam socios Karthaginiensium populos Masaesylorumque fines (id Syphacis regnum erat) vastaret. inde,

periisse, adstipulantibus Ber. et Gaertn. Ejus loco tandem Cl. Jac. Gronov. *perisse* revocavit, quod in ceteris meis superest. V. ad 5, 8, 3. Adde ad 21, 10, 11. 26, 32, 3. 35, 6, 10. et alibi. Paullo ante *tum favore pristino, tum gaudio* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. V. ad 6, 23, 3.

Sex millia peditum armatorum, quatuor equitum, ad eum convenirent] Vox *peditum* non adparet in Harl. Tum *quatuor millia equitum* legunt Lov. 5. et Harl. Sed v. supra ad §. 1. Hinc *τὰ ad eum* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. a m. 1. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Tandem *confluerent* praeferunt Harl. Rec. et Hearnii L. 1. ac D.

§. 14. *Jamque non in possessione modo*] Archetypon Spirense habet *atque non in possessione modo*. RHEN. Ita et Harl. Alii omnes alteram lectionem servant, quam etiam Cl. Jac. Gronovium recte huc revocasse puto.

Masaesylorumque fines (id Syphacis regnum erat)] Rursus hic Syphacis *regnum Masaesylorum* facit, quum in hac digressione paternum Masanissae regnum toties vocarit. Nec satis excusat, quod devicti Masaesyli in ditionem Syphacis concesserant. Sed omnino suspicor, legendum hoc loco *Masaelibyων*, atque etiam ita 28, [17, 4.] Sed verba Strabonis lib. ult. Geogr. [829.] ponere placuit. Inquit autem: *Μετὰ δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων γῆν τῶν Μασαισυλίων ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται ὅριον τῆς τε Μασαισύλων καὶ τῆς Μασυλίβων.* id est, *Post Maurorum vero terram Masaesyliorum est, a Molochath fluvio initium sumens, finiens vero in promontorium, quod Masaesyliorum et Masaelibyων confinium dicitur.* Strabo autem *Masaesylios* quinque syllabis dixisse videtur, quare in Graecis etiam posteriore hoc loco ita emendandum, *Μασαισυλίων*. Item ibidem *Μασαιλιβύων* lego, *πενταστυλλαβικῶς*, non *Μασυλίβων*, ut vulgati habent codices. Confinium autem horum duorum populorum est Triton promontorium. Sed paulo post Strabonis locus rursus corrupte in Graecis legitur [p. 832.] *Μετὰ δ' οὖν* (inquit) *Τριτὸν ἡ Μασσυλιαίων ἐστὶ, καὶ ἡ Καρχηδονίων παρα-*

Digitized by Google

irritato ad bellum Syphace, inter Cirtam Hipponemque in jugis opportunorum ad omnia montium consedit.

1 XXXIII. Majorem igitur eam rem Syphax ratus, quam ut per praefectum ageret, cum filio juvene (nomen Verminae erat) parte exercitus missa, impe-

πλησία χώρα. Id est, *Post Tritum vero Massyliaeorum est et Carthaginiensium confinis regio.* Μασαιλιβύων legendum, id est, *Masaelibyum.* Tingitanam igitur regionem Mauros et Boccharis regnum intelligimus, Caesariensem Masaesylos ad Ampsagam usque flumen aut Triton promontorium. Post Ampsagam, Numidiam sive Masaelibyas, Syphacis regnum. At tum duo in Livio scrupuli vehementer lectorem remorantur: alter, quomodo a Masanissa Syphax proelio victus in Maurusios fugerit, quod l. 24, [49.] tradidit Livius. alter, quomodo Masaelibyum regnum vicinum sit Maurusiis, cum Masaesyli sint in medio: siquidem l. 28, [17, 4.] legamus *Masaelibyum is rex erat. Masaelibyes gens affinis Mauris* etc. Nisi Maurusiorum (qui Latinis Mauri vocantur) nomen commune fuerit Mauris ac Masaesylis, ut ante de Numidia diximus, quod prope toti Africae commune fuit. Ego, ut in universum dicam, in fuga Syphacis l. 24. et in descriptione loci, ad quem proconsul Scipio in Africam navigarit [28, 17.] Livium lapsum opinor: alia bene habere loca, si quis hos duos distinguat populos Masaesylos ac Masaelibyas, ut ex Strabone ostendimus. GLAR. Recte legitur hic *Masaesulorum*, non *Massyliorum.* SIG. Optime refelluntur, quae Glareanus ad hunc locum notavit, illis, quae Sigonius supra habet ad 24, 47, 2.

Inde, irritato ad bellum Syphace] Vocabulum *inde* non est in volumine scripto. Mox reposuimus *in jugis opportuniorum ad omnia montium.* RHEN. Omnes Gall. et Voss. *inde irritato ad bellum Syphace*, quod denuo mutavit Beatus. Etiam cum optimis scribe *in jugis opportunorum ad omnia montium*, non *opportuniorum.* J. FR. GRON. Praeter Harl. qui utroque loco Rhenano favet, omnes mei ab eo dissentiunt, et priori loco τὸ *inde*, quod ejecit, revocant, posteriori *opportunorum* legunt. Se etiam τὸ *inde* in suis invenisse, Hearne testatur. Praeterea *Entam Hipponemque* Hearnii N. *Crotha Ypponemque* ejusdem L. 1. *Ciram Hipponemque* ejusdem adhuc D. *Cirtam Hiponengue* Lov. 1. *Cirtham Ipponemque* Lov. 5. In posteriori nomine similes librariorum errores notavit Cortius ad Sall. Jug. 19. Prius nomen apud Livium hic et alibi *Cirtha* scribitur: verum, extrita adspiratione *Cirta* dicendum esse, ex Graecis patet, quibus *Κίρτα* vocatur. Et ita plerique codd. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Critam* transpositis literis esse in ed. Rom. principe, testatur Hearnius. V. etiam Schottum ad Melam 1, 6. et Cortium ad Sall. Jug. 21, 2.

§. 1. *Majorem igitur eam rem jam Syphax rex ratus, quam ut per praefectum ageret*] Duas dictiones *jam* et *rex*

Digitized by Google

rat, ut, circumducto agmine, in se intentum hostem ab tergo invadat. Nocte profectus Vermina, 2
qui ex occulto adgressurus erat: Syphax autem interdiu aperto itinere, ut qui, signis conlatis, acie dimicaturus esset, movit castra. Ubi tempus visum 3
est, quo pervenisse jam circummissi videri poterant,

delevimus, et *praefectum* mutavimus in *praefectos*. Sic enim in antiquo codice legitur. RHEN. Pal. 1. *Maj. ig. jam eam rem Sifax ratus, quam ut per praefectum*. sec. quoque per unitatis numerum *per praefectum*. Vet. ed. *Maj. ig. eam rem jam Syphax rex ratus, quam u. p. p. a.* Eadem sententia est apud Curtium 3, 2. *At Darius, nunciata Memnonis morte, haud secus, quam par erat, motus, omissa alia omni spe, statuit ipse decernere: quippe, quae per duces suos acta erant, cuncta damnabat, ratus pluribus curam, omnibus fortunam abfuisse.* GEBH. Rhenano per omnia dicto audientes fuerunt editores usque ad Jac. Gronov. qui *per praefectum* revocavit. Ei autem, praeter unum Harl. *per praefectos* servantem, adsentiuntur omnes mei: et recte. Syphax enim Masinissam per unum praefectum Boccharem ex regno expulit. In Flor. *per praefecto* erat a m. 1. *per praefectum* a m. 2. Praeterea *Majorem igitur jam rex Syphax ratus* Flor. et Voss. *Majorem igitur jam rem Syphax ratus* Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. *Majorem igitur eam rem rex ratus* Lov. 3. *Majorem igitur eam rem Syphax rex ratus* Ber. *Majorem igitur eam rem jam Syphax ratus* Hearnii L. 1. Rhenano etiam in hac parte consentit Harl.

Missa, imperat, ut, circumducto agmine, in se intentum hostem ab tergo invadat] Locus est corruptus et licenter mutatus, quum nihil opus esset. Inseruimus pronomen *illum*, quod deerat, et ex fide Spirensis exemplaris sic castigavimus: *illum circumducto agmine in se intentum hostem ab tergo invadere jubet*. RHEN. Rursus omnes Gall. et Pal. optimus, invito Rhenano: *parte exercitus missa imperat, ut circumducto agmine in se intentum hostem ab tergo invadat. Nocte profectus* etc. Et quid opus mutare? J. FR. GRON. Rhenano suffragantur Harl. Rec. et Hearnii D. Alii mei, et Oxonn. Hearnii alteram lectionem recte tuentur. Paullo ante *nomen Verminerat* Flor. a m. 1. *nomen Vermina erat* a m. 2. et ita Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§. 2. *Qui ex occulto adgressurus eum erat*] Expunximus accusativum *eum*. RHEN. Accusativum hunc servant Voss. Lov. 1. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. transposito illo *eum adgressurus erat* legunt Lov. 2. 3. et 5. Verum Flor. cum reliquis eumdem ignorat; quem neque in Put. optimo exstare ex Cl. Sallierio didici.

Syphax autem interdiu] Vetus lectio *Syphax tum interdiu*. RHEN. Vet. lib. *Syphax autem interdiu*. SIG. Omnes mei stant cum Sigonio adversus Rhenanum.

Digitized by Google

et ipse leni clivo ferente ad hostem, quum multitudine fretus, tum praeparatis ab tergo insidiis, per
4 adversum montem erectam aciem ducit. Masinissa fiducia maximo loci, quo multo aequiore pugnaturus erat, et ipse dirigit suos. Atrox proelium et diu anceps fuit; loco et virtute militum Masinissam, multitudine, quae nimio major erat, Syphacem ju-
5 vante. Ea multitudo divisa, quum pars a fronte urgueret, pars a tergo se circumfudisset, victoriam haud dubiam Syphaci dedit: et ne effugium quidem

§. 3. *Ubi primo tempus visum est*] Delevimus adverbium *primo*, et pro *levi clivo* scripsimus *leni clivo*. Item pro *tum multitudine, cum multitudine*. RHEN. Servant quidem adverbium Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. ejusque loco *primum* legit Hav. Deest tamen non tantum in Flor. Lov. 1. et Harl. verum etiam, monente Cl. Sallierio, in optimo Put. quibus fidem habeo. Mox *videri* deest in ed. Bas. anni 1554. et Sigon. Quos autem praeterea codd. suos, Rhenani, et Gronovii, hic Cl. Hearnius memorat, quasi neque in illis hoc verbum exstaret, perperam huc collati videntur, et referri debebant ad illa, quae viri docti §. 7. de voce *altera* semel in Mssis omissa notarunt. Certe *videri* in omnibus meis codd. superest. Editores vero, qui omiserunt, id offendisse conjicio, quod *visum est* praecesserit, ac displiceret *tempus visum est, quo videri poterant pervenisse:* quod genus loquendi vix probare audeo. Deinde *levi clivo* Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed Rhenano recte *leni* emendanti subfragantur reliqui. V. ad 2, 50, 10. et adde Cortium ad Plinii 5, 6, 14. Tandem *tum multitudine fretus, tum praeparatis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. Sed v. ad 6, 23, 3.

§. 4. *Masinissa fiducia maximo loci*] Vox *fiducia* deest in Flor. Voss. Lov. 1. et 4. Sed *Masinissa opportunitate maxime loci* legit Hafn. *Masinissa maxime loci opportunitate* Hav. qui et mox pessime interpolatus praefert *loco et virtute militum Masinissa, multitudine, quae longe major erat, inferior*, omissis τοῖς *Syphacem juvante*. Sed *nimio major*, ut *nimio plus* 1, 2, 3. *Nimio plus, quam satis tutum esset adcolis, rem Trojanam crescere ratus*. 2, 37, 4. *Nimio plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia*. ubi plura vide.

§. 6. *Ceteri pedites equitesque caesi aut capti*] Scripsimus *Itaque caeteri equites peditesque caesi*, sublata postrema clausula *aut capti*. Fides sit penes archetypon Spirense. RHEN. Vet. lib. *caesi aut capti*. SIG. Harl. iterum Rhenani codici favens, *equites peditesque caesi*, duabus ultimis vocibus neglectis. Sed ceteri codd. alteram lectionem vindicant; cui mutandae nulla

Digitized by Google

patebat hinc a fronte, hinc ab tergo inclusis. Ita- 6
que ceteri pedites equitesque caesi aut capti. ducentos ferme equites Masinissa circa se conglobatos, divisosque turmatim in tres partes, erumpere jubet; loco praedicto, in quem ex dissipata convenirent fuga. Ipse, qua intenderat, inter media tela ho- 7
stium evasit. duae turmae haesere: altera metu dedita hosti; pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est. Verminam prope vestigiis instantem, 8
in alia atque alia flectendo itinera eludens, taedio

legitima caussa adparet. V. ad 34, 26, 2. Mox *in tris partes* emendabat Gebh. supra ad 23, 16, 8. Ita autem plerique codd. et hic et alibi, tum apud Livium, tum apud alios scriptores praeferre solent.

§. 7. *Altera pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est*] Vocabulum *altera* non est in codice veteri. Stat vero sensus eleganter sine illo: *duae turmae haesere: altera metu dedita hosti; pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est.* ubi subauditur *altera*. Porro magis placet, ut legatur *telis obruta*, quam *cetris obruta*, quod in scripto codice est *ceteris obruta*. nam sequitur *et confixa est*. RHEN. *Tò altera* desideratur in Pal. 1. et 3. quod etiam e Spirensi monet Rhenanus. Pal. 2. *altera pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est. Post proelium praedictum Masinissa Verminam prope vestigiis instantem* etc. GEBH. Placet, confirmantque aliquot nostri, quod idem Rhenanus: *duae turmae haesere. altera metu dedita hosti, pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est.* deleta semel voce *altera*. Est autem par illi 10, 29, 7. *Quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.* Ubi inculcaverant iterum *tò plerisque*. Repete, quae diximus ad I. 3, 36. J. FR. GRON. Adde huc Jac. Gronov. ad Gell. 6, 12. DUK. Praeter Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hav. reliqui omnes codd. Rhenano consentiunt. Videnda etiam sunt, quae Gronov. monuit in pr. ed. not. ad 31, 21. ubi veram huic loco scripturam quoque vindicavit.

§. 8. *In alia atque alia flectendo itinera ludens*] Emendavimus *eludens*. Et mox *absistere a sequendo* delevimus *a* praepositionem, quae subintelligitur. RHEN. Cantabr. *itinere*. id quod ab omnibus partibus Livianum est. Ne enim de geminis ablativis toties restitutis a patre dicam, Liviana phrasis est *flectere iter*. 21, 31, 9. *Non recta regione iter instituit, sed ad laevam in Tricastinos flexit.* 22, 18. 23, 2. 25, 22. 27, 43. 32, 29. Et alibi saepe. JAC. GRON. *flectendo itinere* etiam Voss. Hafn. Lov. 1. 2. 4. et Hearnii N. De restitutis Livio a Gronovio patre geminis ablativis v. ad 2, 53, 3. *flectere iter*,

Digitized by Google

et desperatione tandem fessum, absistere sequendo coëgit. ipse cum sexaginta equitibus ad minorem
9 Syrtim pervenit. Ibi cum conscientia egregia saepe

vel *viam* sane locutio Liviana est. Supra 1, 60, 1. *Flexit viam Brutus, ne obvius fieret.* 8, 19, 13. *Ad Privernum flexit iter.* 35, 31, 3. *Demetriadem iter flexere.* ubi vide. 38, 22, 1. *Flexere iter in partem montis.* Et hanc lectionem, quam se etiam in optimis plurimisque scriptis reperisse testatus est, in contextum recepit Cl. Crevierius. Verum id imitari ausus non sum. Metus enim est, ne ultima litera τοῦ *itinere* ex initio vocis sequentis adhaeserit, et primo continua serie scriptum fuerit *itineraeludens;* unde, diphthongo in simplicem *e* literam mutata, exstitit postea *itinere ludens.* Certe plurimi eorum codd. qui *itinere* habent, etiam *ludens* legunt, quod praesertim adfirmo de Lov. 1. 2. Hafn. et Voss. At insuper *ludens* etiam est in Lov. 3. et Ber. a m. 1. A reliquis diversam lectionem *in aliam atque aliam transflectens viam, iter eludens* exhibet Hav. Mox *absistere sequendo* etiam omnes mei, nisi quod Ber. praeferat *a sequendo absistere.* Solet Livius in hac locutione praepositionem omittere. V. ad 9, 15, 3. 21, 6, 8. et 24, 20, 15.

Ipse cum septuaginta equitibus] Antiqua lectio *ipse cum decem equitibus.* RHEN. Pal. 1. *cum septuaginta eq.* Verius puto praelatum a sec. et tert. *cum decem equitibus.* GEBH. Put. duo Pall. caeterique Gall. et Voss. *sexaginta.* Andreas atque Aldina *septuaginta.* Rhenani codex unusque Pal. *decem.* J. FR. GRONOV. Non soli Andreas et Aldus, verum omnes omnino editores usque ad Gronov. dederunt *septuaginta*, nisi quod ed. ultima Gruteri, eamque secutae Elzevir. Heinsii, et Blav. habeant *octoginta.* Ex codd. *septuaginta* servant Ber. et Gaertn. *decem* Lovel. 3. Harl. Rec. et Hearnii D. *sexaginta* omnes reliqui.

§. 9. *Cum conscientia egregia saepe repetiti regni*] Ita Gronov. in pr. ed. notar. ex omnibus codd. et vett. edd. legendum monuit. Perperam Frob. anno 1535. *egregie* vulgarat; quod omnes deinde retinuerunt, et Hearnius etiam in Oxon. D. invenit. Omnes mei recte stant cum Gronov.

Inter Punica Emporia gentemque Garamantum omne tempus, usque ad C. Laelii] Haec ita narrat Livius, quasi Garamantes uspiam attingant parvam Syrtim. Et Emporia haud dubie ad mare erant in potestate Carthaginensium, si Polybio credimus, ubi, ut puto, nihil tutum Massanissae. Atqui ob has caussas patietur, imo nec indignetur Herodotus, sibi aequari Livium, judicio Quintiliani. Nec verebimur Thucydidi opponere Sallustium, in locorum nomenclatura aeque negligentem, etiamsi in ea regione praetor fuit. GLAR. Haec [*Garamantum omne tempus usque*] in Put. Reg. Men. Voss. melioribus Flor. nulla. adsuerunt, qui non videbant, indigere conjectura duo verba *gentem* et *consumsit.* Ex quibus illud suspicor verum Livii *Syrtimque*, vel *Leptimque*, alterum *consenuit.* 34, [62, 3.] *Emporia vocant eam regionem. Ora est minoris Syrtis et agri uberis. Una civitas ejus Leptis. Consenescere* est se cum

Digitized by Google

repetiti regni paterni, inter Punica Emporia gentemque Garamantum omne tempus, usque ad C. Laelii classisque Romanae adventum in Africam, consum-

taedio et senio sustentare. 5, [43, 7.] *Qui moestior ibi fortuna publica, quam sua, quum Diis hominibusque accusandis senesceret.* J. FR. GRON. Eaedem voces, quas Gronov. in suis deesse professus est, exsulant etiam a Lov. 1. 5. et Hearnii L. 1. ac N. easdem similiter in nullo suorum, praeterquam in Victor. inveniri, Crevierius testatur. Desunt itidem voces *Garamantum omne tempus usque ad* in Colbert. apud Doujat. *gentemque Garamantum omne tempus* in Lovel. 4. Praeter conjecturas, quae hoc loco visuntur, Gronov. adhuc aliam proposuerat in pr. ed. not. ad haec verba, pro *consumsit* legendum existimans *permansit*. Eam ipse postea rejecisse videtur, quia in posterioribus curis non meminit. Et certe nimium a vulgato distat, quam ut verisimilis esse possit. Neque etiam admodum placet nova conjectura *consenuit*. Quamvis enim *senescere* et *consenescere* eo sensu, quo Gronov. docuit, quum apud alios, tum apud Livium, usurpari supra docuerim ad 5, 43, 7. ideo tamen hic probare non possum, quia haec etiam medicina nimis violenta videtur. Si ergo verba, quae in tot Mstis non reperiuntur, Livio aliunde adsuta forent, potius, pro *consumsit*, ex Lov. 2. et Hav. legerem *concessit*. Illud autem verbum hoc sensu inlustravi supra ad 5, 39, 9. Verum nec alteram Gronovii conjecturam, qua *Syrtimque* vel *Leptimque*, pro *gentemque*, reponendum contendit, laudare possum. Ipse enim Gronov. ex Livii 34, 62, 3. docuit *Emporia* esse *oram minoris Syrtis*; ejus autem unam civitatem vocari *Leptin*. Jam vero *inter Emporia Syrtimque* idem foret, ac si dicerem *inter Hollandiam ac Belgium*: at *inter Emporia Leptimque* conveniret huic *inter Hollandiam et Amstelaedamum*. Quum itaque superius ad h. lib. saepe dictum sit, in optimis Livii membranis plures lacunas praesertim l. 29. et 30. reperiri, id etiam hic evenisse existimo, et illos codd. qui verba in optimis omissa servarunt, sequi malo; in quo Cl. Crevierium consentientem habeo. Quin et occasio, qua illa verba ex optimis codd. exciderint, dari potest similitudo inter ultimas syllabas vocum *gentemque* et *usque*; unde factum est, ut in antiquissimo aliquo cod. ex quo deinceps plurimi alii propagati sunt, omnia media socordia librarii omissa sint. At Glarean. designationem hanc, *inter Punica Emporia gentemque Garamantum* ridet, quia Garamantes nusquam attingunt parvam Syrtim: ita tamen, ut ipsum Livium hujus neglegentiae accuset. Sed illum culpae etiam inmunem esse puto. Glareano enim non tantum concedo, regionem ad Syrtim minorem, sive Emporia Punica, et gentem Garamantum non esse confines; verum etiam contendo, id Livio non adversari, qui indicat, Masinissam substitisse *inter Punica Emporia gentemque Garamantum*, id est, in regione, quae media erat inter illa loca, et non fuit in potestate Karthaginiensium, ubi, ut puto, propterea tuto manere potuit. Si itaque verba illa servamus, voces *gentemque*, et *consumsit* nullis conjecturis tentandae sunt. Certe *consumere tempus* etiam

Digitized by Google

10 sit. Haec animum inclinant, ut cum modico potius, quam cum magno praesidio equitum, ad Scipionem quoque postea venisse Masinissam credam: quippe illa regnantis multitudo, haec paucitas exsulis fortunae conveniens est.

1 XXXIV. Karthaginienses, ala equitum cum praefecto amissa, alio equitatu per novum delectum comparato, Hannonem Hamilcaris filium praeficiunt. 2 Hasdrubalem subinde ac Syphacem per literas nunciosque, postremo etiam per legatos, arcessunt: Hasdrubalem opem ferre prope circumsessae patriae jubent: Syphacem orant, ut Karthagini, ut univer- 3 sae Africae subveniat. Ad Uticam tum castra Sci-

alibi Livius dixit. Ita 38, 22, 6. *Haud segne id ipsum tempus consumserat.* Eamdem locutionem, apud Propert. 1, 3, 37. obviam, ibidem inlustravit Passerat. p. 157. Similiter *diem consumere* saepe apud nostrum obcurrit. Exempla v. 3, 62, 5. 5, 21, 17. 10, 22, 8. 23, 46, 5. *consumere annum* 32, 26, 3. *consumere aestatem* 25, 1, 1. Eodem modo etiam Livium *horas, diem, aestatem, annum, tempus absumere* usurpasse, vidimus ad 27, 13, 3.

§. 10. *Quippe illa regnantis multitudo*] Ita primus edidit J. Fr. Gronov. quum antea vulgatum foret *regnanti multitudo*; quomodo etiam legunt Flor. Lov. 4. Harl. Ber. a m. 1. et Hav. Mox *exsuli fortunae*, pro *exsulis*, Flor. Verum ultima litera *τοῦ exsulis* excidit ob similitudinem initialis vocis sequentis. V. ad 4, 33, 11. Deinde *convenit*, pro *conveniens est*, Lov. 4. et Rec.

§. 1. *Alioque equitatu per novum*] Dele copulativam, volentibus Put. Voss. Reg. Men. ipsoque sensu. J. FR. GRON. Eadem particula abest etiam a meis, praeterquam a Lov. 4. Ber. et Gaertn. Eam similiter non agnoscit Hearnii N. Mox *dilectum* Flor. V. ad 37, 51, 7.

§. 2. *Hasdrubalem opem ferre prope circumsessae patriae jubent*] A prisca abest ed. *τὸ prope*. Pal. 3. *Asdrubalem opem ferre certum esse patriae ei vivet.* GEBH. Eadem vox abest ab Harl. Ber. et Gaertn. Primum autem adparuit in ed. Ald.

Ut Karthagini et universae Africae subveniat] Pal. 1. *ut Carthagini, ut universae Africae.* GEBH. Repone cum optimis *ut Carthagini, ut universae.* J. FR. GRON. *et universae patriae Africae* Ber. *totique Africae* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *ut Karthagini universae Africae* Harl. Reliqui *ut Karthagini, ut universae Africae.* Supra 4, 4, 12. *Praeterquam ut hominum, ut civi-*

Digitized by Google

pio, ferme mille paſſus ab urbe, habebat, translata a mari, ubi paucos dies ſtativa conjuncta claſſi fuerant. Hanno, nequaquam satis valido, non modo 4
ad laceſſendum hoſtem, sed ne ad tuendos quidem a populationibus agros, equitatu accepto, id omnium primum egit, ut per conquisitionem numerum equitum augeret. nec aliarum gentium adspernatus, ma- 5
xime tamen Numidas (id longe primum equitum in Africa eſt genus) conducit. Jam ad quatuor millia 6
equitum habebat, quum Saleram nomine urbem occupavit; quindecim ferme millia ab Romanis caſtris. Quod ubi Scipioni relatum eſt, *Aestiva sub tectis* 7
equitatus! (inquit) *sint vel plures, dum talem du-*

um numero simus. Ubi alia vide. Solent autem voculae *et* atque *ut* a librariis commutari. V. ad 21, 28, 8.

§. 3. *Translata a mari*] *translata mari* Gaertn. Sed praepositionem elisit vocis proximae litera finalis. V. ad 5, 52, 10. *translata a mare* Flor. a m. 1. Voſſ. et Lov. 1. ac 2. Et huc etiam adludit Lov. 5. male *ad mare* praeferens. V. ad 28, 6, 2. Mox *conjuncta classi fuerant*, pro *habuerant*, Hav. [l. *habuerant*, pro *fuerant*.]

§. 4. *Id omnium primum egit, ut per conquisitionem numerum equitum augeret*] Voces *egit, ut per conquisitionem* deſunt in Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. et Hav. quorum quatuor ultimi, sed Voſſ. a m. 2. etiam *ut*, pro *id*, legunt. Totum locum ita concipit Lov. 5. *equitatu accepto, omnium primum numerum equitum auget.* Praeterea vox *equitum* deeſt etiam in Lov. 1. *equitum numerum* legit Flor. Paullo ante *ad lacessendum hostes, sed ne ad tuendum quidem* etc. *agros*, pro *hostem* et *tuendos*, Hav. *hostes* etiam Voſſ. Lov. 1. 3. 5. Ber. et Gaertn. *tuendum* vero similiter Harl.

Nec aliarum gentium adspernatus, maxime tamen] *gentium milites adspernatus, maxime* Ber. a m. 2. *gentium aspernatus auxilia, maxime* Brancal. Latinii.

§. 6. *Saleram nomine urbem occupavit*] Hanc urbem captam a Syphace tradit Appianus [B. Punic. 10.] non ab Annone, ubi de Syphace loquens ait: πόλιν τε ἐν μεσογείῳ Θολοῦντα Ῥωμαίων παρασκευὴν καὶ σῖτον πολὺν ἔχουσαν ἐκ προδοσίας εἷλε. SIG. Pal. pr. *Saleca.* sec. *Salegam.* tert. *Salengan.* GEBH. Put. et Gall. *Salaeca.* Et inferius, *praesidio Salacae imposito.* Sed et omnes alii codices eodem tendunt. Videtur esse eadem, quam Λόχα vocat Appianus [p. 8.] J. FR. GRON. *Saleganno* Harl. *Sa-*

Digitized by Google

8 *cem habeant.* eoque minus sibi cessandum ratus, quo illi segnius rem agerent, Masinissam cum equitatu praemissum portis obequitare, atque hostem ad pugnam elicere, jubet. ubi omnis multitudo se effudis-

letam Hav. *Saleta* Lov. 5. *Saletham* Hearnii L. 1. *Salegam* Lovel. 4. *Salecam* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hearnii N. et priscae edd. *Salaeca* Flor. *Saleram* jam invenio in ed. Ven. anni 1495. Verum id in nullo meorum Mstorum superest. Utrum indicetur illa urbs, quam Appian. *Θολούνια* vocat, ut Sigonius putavit, dicere nequeo; certe diversa est ab illa, quam idem App. *Λόχα* vocat. Eam enim non ab Hannone et Karthaginiensibus, vel a Syphace, ut Doujatius existimat, sed a Scipione et Romanis expugnatam esse tradit. Gronovio tamen consentit Cl. Crevierius, qui *Salaecam* etiam in Put. esse monet.

§. 7. *Aestiva sub tectis agere equitatus: sint, inquit*] Legerant 27, [8, 19.] *Exercitui, qui ad Tarentum aestiva acturus erat.* et [c. 21, 2.] *Bis caesum exercitum ejus aestiva Venusiae sub tectis agere.* Id igitur hic quoque opportunum putarunt, et deesse verbum, quum manu exaratum vidissent: *Quod ubi Scipioni relatum est, Aestiva sub tectis equitatus? (inquit) sint sane vel plures, dum talem ducem habeant.* Vides in interrogatione nihil deesse, nisi quod commode subaudiri potest, et solet; ipsum nimirum *agit.* Quid audio? itane equites aestiva sub tectis? Praeclarum ducem et unicum auctorem disciplinae, qui hoc indulget. J. FR. GRON. *agere equitatus* servant Harl. Gaertn. et Ber. a m. 1. *agere equitatum* a m. 2. *equitatus agere* Lov. 3. Reliqui vero mei et Hearnii L. 1. ac N. scriptis Gronovii concinunt, nisi quod *inquit sit* legant Voss. et Lovel. 1. *inquit sit* Lov. 2. Et hujus lectionis vestigia praeferunt edd. antt. quae, licet *agere* interponant, legunt tamen *inquit, sint.* Primus Ascens. anno 1513. eas voces transposuit.

Eoque minus sibi cessandum ratus] Vet. lib. *eo minus igitur cessandum ratus.* SIGON. Pall. tres *eo minus sibi cessandum ratus.* GEBHARD. *eo minus sibi cessandum ratus* Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertner. et Hav. *eoque minus sibi cessandum ratus* Flor. et Ber. Nullus codex Sigonio, qui vet. lib. sui lectionem recepit, subfragatur: recte igitur secuti editores receptam lectionem servarunt usque ad Gruterum, qui (* in ed. ultima) *sibi* perperam ejecit. Sed bene jam Crevier. restituit. Mox *quod illi,* pro *quo,* Flor. et Lovel. 1. 2. ac 3.

§. 8. *Cederet paullatim*] Scripsimus *cedere.* Subauditur superius verbum *jubet.* RHEN. Contra *cederet* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *cedere* vero Harl. Brancal. Latinii, et forte Lov. 4. Supra ad c. 14, 10. similis lectionum diversitas obcurrit; ubi docui, utramque loquendi rationem probari posse, nisi intercedat Mstorum auctoritas, quae hic suasit, ut priorem revocarem. Paullo ante voces *ad pugnam* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. Deinde *sustinere posset* Harl.

Se in tempore pugnae venturum] Vet. lib. *obventurum.* SIG.

Digitized by Google

set, graviorque jam in certamine esset, quam ut facile sustineri posset, cederet paullatim; se in tempore pugnae obventurum. Tantum moratus, quantum 9
satis temporis praegresso visum ad eliciendos hostes,

Pal. 1. *obventurum*. GEBH. Put. et Gall. omnes cum Voss. optimo Pal. et Sigoniano *se in tempore pugnae obventurum*. Utitur verbo, ut alibi τῷ *occurrere*. 10, [43, 9.] *Hostes non inventi, septem millia quum abessent a Cominio, revocati a suis, neutri proelio occurrerunt*. 31, [29, 1.] *Concilium Aetolorum statuta die, quod Panaetolium vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, iter accelerarunt*, etc. *Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt*. Eodem lib. [c. 48, 9.] *Qui non, cum exercitum ex Etruria transire in Galliam jussisset, ipse Arimini occurrerit*. Plautus Pseud. [4, 7, 100.] *Proin tu Pseudolo Nuncies, abduxisse alium praedam, qui occurrit prior Harpax*. J. FR. GRON. Vulgaris lectio Doujatio non displicet. At sciat, eam defendi non posse, nisi invitis optimis aliisque plerisque codd. Certe *obventurum* est in Flor. Voss. Lov. quinque, Hav. aliisque, cum Brancal. Latinii. Qui nobis vulgatam lectionem finxerunt, conjungebant *in tempore pugnae*; quum *in tempore* simpliciter accipiendum sit, pro opportune: de quo v. ad 8, 7, 5.

§. 9. *Qui peropportune circa viae flexus suppositi erant, occultus processit*] Reposuimus, *qui opportune circa viae flexus oppositi erant*. RHEN. Mog. ed. *qui peropportune*. MOD. Pall. 1. et 2. *qui peropportune circa viae flexus erant suppositi*. tert. *qui peropportune circa viam effusos oppositi erant*. GEBH. Audiendus fuit Rhenanus. Put. enim et meliores plene *peropportune*. J. FR. GRON. Negligentia et error librariorum, qui posteriores edd. adnotationum Rhenani typis descripserunt, Gronovio fraudi fuit, et fecit, ut crederet, Rhenanum pro *opportune* emendasse *peropportune*, sed secutos editores ipsi vera monenti non obtemperasse: quum contra ex genuina ejus adnotatione, secundum primas editiones integritati restituta, quemadmodum hic praemittitur, pateat, eum τῷ *peropportune* substituisse *opportune*, et posteriores editores ipsi erranti perperam aures praebuisse. Et sane non opus habebat Rhenanus, ut *peropportune* reponeret, aut de eo reponendo moneret, quum lectio illa in omnibus ante eum editionibus constanter extaret. Similiter etiam legunt omnes scripti, praeter solum Harl. Rhenano subfragantem. Est autem hoc adverbio Livius frequenter usus. ut 1, 42, 2. *Peropportune ad praesentis quietem status bellum sumtum*. 6, 18, 2. *Plebi peropportune externa pax data*. ubi quaedam vide. 21, 39, 1. *Peropportune ad principia rerum Taurinis motum bellum erat*. 22, 46, 8. *Sol peropportune utrique parti obliquus erat*. 30, 4, 8. *Peropportune cupienti tollere inducias Scipioni caussam praebuere*. 44, 7, 11. *Peropportune literae a Sp. Lucretio adlatae sunt*. Similiter etiam voce *peropportunus*. V. ad 10, 45, 2. Deinde *suppositi erant* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav. pro quo non male *oppositi erant* Rhenanus emendavit. Eo ducunt vestigia Flor. a m. 1. *flexusup-*

Digitized by Google

cum Romano equitatu secutus, tegentibus tumulis, qui peropportune circa viae flexus obpositi erant,
10 occultus processit. Masinissa, ex composito, nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipsis obequitabat portis, aut cedendo, quum timoris simulatio audaciam hosti faceret, ad insequendum temere elicie-
11 bat. Nondum omnes egressi erant, varieque dux fatigabatur, alios vino et somno graves arma capere, et frenare equos cogendo, aliis, ne sparsi et inconditi sine ordine, sine signis omnibus portis excurre-
12 rent, obsistendo. Primo incaute se evehentes Masi-

positi praeferentis, unde unica litera mutata *oppositi* fieri potest. De illo verbo v. ad 28, 13, 6.

§. 10. *Cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret, ad insequendum tem. el.*] Lectio vetus, *cum timoris simulati audaciam h. f.* Ego non dubito, quin Livius scripserit *quum timore simulato audaciam hosti faceret.* RHEN. Vet. lib. *cum timoris simulatio.* SIG. Ant. ed. *timoris simulati spem.* Pall. 1. et 2. *cum timoris simulatio audaciam h. f.* tert. *cum timoris simulati audaciam h. f.* unde Rhenan. *cum timore simulato audaciam h. f.* Ego potiorem duco lectionem Pall. duorum, quibus consentit et Sigonii liber. GEBH. Jam Rhenani codex *τὸ specie* peregrinitatis arguerat. Ergo ille *timore simulato.* Sed, ut Sigonius, Put. et Gall. duoque Pall. et Voss. *cum timoris simulatio audaciam hosti faceret.* Continenter Put. Reg. *insequentem temere eliciebat.* non *ad insequendum.* J. FR. GRON. *timoris simulati spem audaciam* Ber. a m. 1. *timoris simulatii audaciam* Harl. *timoris simulatio audaciam* reliqui omnes. Praeterea, non *insequentem*, sed *ad insequentem* Put. praeferre, Crevierius testatur; et hinc, non temere vulgatum mutandum, recte opinatur. Sane *ad insequentem* est etiam in Flor. a m. 1. sed *ad insequendum* manus altera reposuit.

§. 11. *Alios vino et somno graves*] Pal. pr. *aut alios vino et sompno grav.* tert. *alios et vino s. g.* GEBH. *aut alios* Lov. 1. 2. 5. et Voss. Mox *portis* deest in Lov. 1. Tandem *obsidendo*, pro *obsistendo*, Hafn.

§. 12. *Primo incaute se invehentes Masinissa*] Put. *incaute seuehentis.* Reg. *incautos evehentes.* Men. et Voss. *incaute sevientes.* Voluerunt nempe *incaute se evehentes.* J. FR. GRON. Malim *primos.* Non enim omnes simul contra eum egressi sunt, sed primo pauci, sequuntur mox plures, postremo omnis equitatus. JAC. PERIZ. *incaute se invehentes* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *incaute sine invehentis* Harl. *incaute sevientes* Lov. 1. 2. 5. Hafn. Hav. et Hoar-

Digitized by Google

nissa excipiebat; mox plures simul conferti porta effusi aequaverant certamen: postremo, jam omnis equitatus proelio quum adesset, sustineri ultra nequiere. Non tamen effusa fuga Masinissa, sed cedendo sensim, inpetus eorum excipiebat: donec ad tumulos tegentes Romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites, et ipsi integris viribus, et recentibus equis, Hannoni Afrisque pugnando ac sequendo fessis se circumfudere: et Masinissa, flexis subito equis, in pugnam rediit. Mille ferme, qui primi agminis fuerant, ut quibus haud facilis receptus

13 14 15

nii L. 1. ac N. *incaute seuentis* Flor. sed litera *q* inter versus adscripta, ut fiat *incaute sequentis*. Verum Gronov. adsentior. 9, 40, 12. *Ad equites in cornua positos evehuntur*. 22, 45, 3. *In stationem quoque pro vallo locatam atque ipsas prope portas evecti sunt*. 31, 35, 5. *Equites ut semel in hostem evecti sunt*.

Sustineri ultra nequivere] Put. et Pet. *nequiere*. J. FR. GRON. *non quivere* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *non quievere* Lov. 5. Gaertn. et Brancal. Latinii. Melius codices Gronovii. V. ad 5, 10, 10. Mox §. seq. *inpetum eorum accipiebat* Lov. 1. Sed plurale *inpetus*, quod in reliquis omnibus restat, verius videtur. V. ad 1, 4, 9. *accipiebat* etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Verum neque hoc placet. Infra 30, 35, 8. *Primum ardorem atque inpetum hostium excipientes*. Solent *excipere* et *accipere* innumeris locis a librariis confundi. V. ad 2, 47, 7. et 10, 18, 9.

§. 14. *Inde exorti equites*] Barthius *exoriri* hic quasi de re laeta dici, et equites auxiliares affligatis exortos scribit. Non inspexit Livium, qui saepe *exoriri* dicit eos, qui ex insidiis consurgunt. V. 21, 55, 9. 22, 28, 14. 25, 16, 16. quod etiam *cooriri* est 25, 15, 13. DUKER.

Hannoni Afrisque pugnando ac sequendo fessis se circumfudere] Sic emendavimus et diffinximus: *et recentibus equis* (*Hannone Afrisque pugnando ac sequendo fessis*) *se circumfudere*. RHEN. *Hannone* non tantum omnes ante Mediol. anni 1505. ed. ut et quaedam eam secutae, verum etiam Lov. 4. Harl. et Ber. Sed pro altera lectione fiant et plures et meliores membranae. Supra 26, 27, 10. *Consuli Laevino Capuam praetereunti circumfusa multitudo Campanorum est*.

Masinissa, flexis subito equis, in pugnam rediit] Mog. ed. *versis subito equis*. MOD. Ita non illa tantum, quam Modius laudat, editio, sed et omnes aliae ante Aldum, qui *flexis* substituit. Ejus autem lectionem firmant omnes praeter Ber. codices. Praeterea *redit* Lov. 4. Harl. et Hav. V. ad 36, 35, 2.

§. 15. *Mille ferme, qui primi*

Digitized by Google

fuit, cum ipso duce Hannone interclusi atque inter-
16 fecti sunt. ceteros, ducis praecipue territos caede, effuse fugientes per tria millia passuum victores secuti, ad duo praeterea millia equitum aut ceperunt,
17 aut occiderunt. inter eos satis constabat, non minus ducentos Karthaginiensium equites fuisse, et divitiis quosdam et genere inlustres.

1 XXXV. Eodem forte, quo haec gesta sunt, die naves, quae praedam in Siciliam vexerant, cum commeatu rediere; velut ominatae, ad praedam al-

agminis fuerant] Etiam legi posset, *qui prioris agminis fuerant*. Nam codex scriptus habet, *qui prius agminis fuerant*. RHEN. Cum errante cod. Rhenani errat et Harl. Reliqui omnes *primi agminis*. Ceterum *Mille fere* Flor. Lov. 5. Gaertn. et Hav. V. ad 37, 38, 5.

Quibus haud facilis receptus fuit] Deerat hic *ut* particula, quam de postliminio reduximus in contextum: *ut quibus haud facilis receptus fuit*. RHEN. Quamvis vocula *ut* omittatur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et Hav. puto tamen eam recte hic a Rhenano restitutam esse. V. ad 45, 18, 8. Deinde *haud facilis dereptus* Put. ut Cl. Sallierius monuit, et Flor. verum in posteriori a manu altera emendatur *receptus*.

§. 16. *Effuse fugientes per triginta millia passuum victores secuti*] Vet. lib. *per tria millia*. SIG. Egregia vero et digna, quae memoretur, in persequendo constantia, si eques victor victam partem fugientem per tria millia passuum insequatur! Communico tecum, lector, in Voss. Gud. Cantabr. exstare *per XXX millia*. JAC. GRON. Non est verosimile, Masinissam, quem portis obequitasse et sensim cessisse dicit, eos ad triginta millia passuum ab urbe abstraxisse. DUK. *per tria millia* apud me in Ber. a m. 2. et Hav. exstat. *per X millia* habent Lov. 3. Rec. Gaertn. et Hearnii D. ac L. 1. *per XXX*, vel *per triginta millia* non tantum reliqui mei, et Hearnii N. verum idem et in Putean. superesse Cl. Sallierius monuit. Codd. tamen praestantissimorum auctoritate in contextum recipere ausus non sum, quia triginta millia passuum mihi aeque ac Cl. Crevierio credibilem persequendi modum excedere videntur. Adde, quae Cl. Dukerus notat.

§. 17. *Inter eos satis constabant*] Scripsimus *constabat*. Id quod in editione Romana et ea, quam Colonia Agrippina dedit, legitur. RHEN. Immo *constabat* omnes, quas vidi, edd. et membranae. Vox *satis* deficit in Lov. 5. Tum *non minus ducentis Karthaginiensium equitibus fuisse*, pro *ducentos equites*, Lov. 4. Male. V. ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3.

§. 1. *Ad praedam alteram repetendam sese venisse*] Accusativus *repetendam* non est in vo-

Digitized by Google

teram repetendam sese venisse. Duos eodem nomi- 2
ne Karthaginiensium duces duobus equestribus proeliis interfectos, non omnes auctores sunt: veriti, credo, ne falleret bis relata eadem res. Coelius quidem et Valerius captum etiam Hannonem tradunt. Scipio praefectos equitesque, prout cujusque 3
opera fuerat, ante omnes Masinissam, insignibus donis donat. et, firmo praesidio Salerae inposito, ipse 4
cum cetero exercitu profectus, non agris modo, quacumque incedebat, populatis, sed urbibus etiam

lumine scripto. Subauditur is, aut similis potius, puta *vehendam*. Nam praecessit, *quae praedam in Siciliam vexerant*. RHENAN. Vitio exscriptorum omissum est in Pal. 3. *τὸ repetendam*. quod tamen temere Rhenanus in *vehendam* transmutandum censet. GEBH. Immo Rhenanus *repetendam* delebat, et *vehendam* subintelligebat. Ceterum *repetendam* abest etiam a Lov. 1. 2. et Voss. *alteram repetendam* ab Harl.

§. 2. *Duos eodem nomine Karthaginiensium duces*] Hinc factum est, ut Appianus alterum horum *Annonem*, alterum *Magonem* vocet. SIG. *Duos eodem nomine Hannones Karthaginiensium duces* Hearnii L. 1. *Duos enim nomine* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et 5.

Captum Hannonem tradunt] Vet. lib. *captum etiam Annonem*. SIG. Ut Sigonius, omnes Gall. Voss. optimusque Pal. Andreasque, et Aldina: *captum etiam Hannonem*. J. FR. GRON. *etiam* exsulat a solo Harl. quam vocem servant non tantum reliqui codd. cum Hearnii N. verum etiam omnes edd. usque ad Froben. anni 1535.

§. 3. *Prout cujusque opera fuerat, et ante omnes*] Antiqua lectio *quorum opera fuerant*. Quid si legas *quorum opera fusi erant*? RHEN. Tuetur recte hanc lectionem Pal. 2. Nam in primo exiguo errore scriptum est *fuerant*. Pal. 3. exhibet *quorum opera fuerat*. unde inepte conjicit Rhenanus *quorum opera fusi erant*. GEBH. Gall. et Voss. *prout cujusque opera fuerat, ante omnes Masinissam*, posteriore copulativa deleta. Nugax Rhenani codex *quorum opera fuerant*. unde prava conjectura ejusdem *quorum opera fusi erant*. J. FR. GRON. *quorum opera fuerant* etiam Harl. iterum suffragatus Rhenani codici; adversus cujus conjecturam recte viri docti vulgatum defenderunt. Reliqui codd. nihil etiam mutant, nisi quod *fuerant* sit in Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. 2. et Gaertn. Mox *τὸ et* non tantum ignorant Hearnii Oxonn. sed et mei, praeter Harl. Ber. et Gaertn.

§. 4. *Firmo praesidio Salerae inposito*] *Salacae* Put. ut Gronov. monuit ad cap. praec. §. 6. Nec aliter Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii N. *Salacie* Harl. et Lov. 4. *Salatiae* Hav. et Hearnii L. 1.

Digitized by Google

5 quibusdam vicisque expugnatis, late fuso terrore belli, septimo die, quam profectus erat, magnam vim hominum et pecoris et omnis generis praedae trahens, in castra redit; gravesque iterum hostilibus 6 spoliis naves dimittit. Inde, omissis expeditionibus parvis populationibusque, ad obpugnandam Uticam omnes belli vires convertit: eam deinde, si cepisset, 7 sedem ad cetera exsequenda habiturus. Simul et a classe navales socii, qua ex parte urbs mari adluitur,

Salate Lov. 5. *Salete* Gaertn. *Salece* Ber.

Vicisque expugnatis] V. Gronov. 2. Obs. 20. in fine. DUK.

§. 5. *Magnam vim hominum et pecoris*] *magnum hominum*, media voce omissa, Flor. Lov. 2. et Voss. qui in margine habet *magnum numerum hominum*, consentiente in contextu Lov. 1. quae lectio ex glossa interpretis nata est. V. etiam ad 38, 20, 1. *magnam hominum et pecoris vim* Hav. *magnum hominum et pecoris numerum* Lov. 5.

Gravesque iterum hostium spoliis naves dimittit] Put. et Voss. *hostilibus*. J. FR. GRON. *hostilibus spoliis* etiam Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. Brancal. Latinii, et omnes Crevierii: quorum auctoritate huic lectioni locum in contextu dedi. V. infra ad Ep. Liv. 76. Deinde *onerarias naves* Brancal. Latinii, addita priori voce, quae forte repetita est ex c. 29. vel ex glossa inrepsit. Mox §. seq. *ta parvis populationibus* desunt in Voss. Lov. 1. et Hav. *parvis populationibusque* in Flor. Lov. 5. et Hearnii N. quae tamen potius culpa scribarum excidisse videntur.

§. 6. *Sedem ad cetera exsequenda haberent*] 4, 31, 8. *Consultare inde principes duorum populorum, Vejos, an Fidenas, sedem belli caperent. Fidenae visae opportuniores.* Sueton. Gall. 10. *In munitione oppidi, quod sedem belli delegerat. Arcem* etiam vocat Livius 28, 3, 3. et 33, 14, 2. V. Casaub. ad Polyb. 1, 18. DUKER.

§. 7. *Ad inminentem prope ipsis moenibus tumulum est admotus*] Castigavimus *ab imminente prope ipsis moenibus tumulo est admotus*. Siquidem hujusmodi lectionem habet exemplar vetus. Et quid opus fuit mutare, quod est elegantissime dictum? Non intellexit virtutem praepositionis *ab*, quisquis is fuit, qui id ausus est. RHEN. Priorem lectionem tuentur Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et Hafn. Non displicet tamen Rhenani emendatio, quae doctior est, quam ut a librariis in codicem ejus invecta videri possit. Locutio ipsa infra illustratur ad 31, 24, 8. Paullo ante *abluitur*, pro *adluitur*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Gaertn. Sed v. ad 28, 44, 10.

§. 8. *Tormenta machinasque*

Digitized by Google

tur, simul et terrestris exercitus ab inminente prope ipsis moenibus tumulo est admotus. Tormenta ma- 8
chinasque et advexerat secum, et ex Sicilia missa cum commeatibus erant: et nova in armamentario, multis talium operum artificibus de industria inclusis, fiebant. Uticensibus tanta undique mole cir- 9
cumsessis in Karthaginiensi populo, Karthaginiensibus in Hasdrubale ita, si is movisset Syphacem, spes omnis erat. sed desiderio indigentium auxilii tardius cuncta movebantur. Hasdrubal, intentissima con- 10

etiam advexerat secum, et ex Sicilia missa cum commeatu erant, et nova] Temere *et* particula versa fuit in *etiam*, *machinasque etiam advexerat secum*; quum Livius scripserit (sic enim solet) *machinasque et advexerat secum, et ex Sicilia cum commeatu missae erant.* RHEN. Et hic Rhenani codex malam manum passus. Tu restitue ex Put. popularibusque ejus, et Voss. *et ex Sicilia missa cum commeatibus erant, et nova.* Etsi propius est *machinas*, tamen utrique junctim aptius respondent neutra. J. FR. GRON. Unus Ber. *etiam* servat: alii omnes Rhenano adstipulantur, ac legunt *et*. V. ad Livii 22, 47, 9. Deinde *missa* et *nova* omnes nostri; nisi quod pro ultima voce *de novo* sit in Lov. 3. quod ne Latinum quidem esse, observat Voss. de Vitiis sermon. 9, 3. Recte autem *missa* et *nova* Gronov. revocavit. Supra 26, 34, 12. *Signa statuasque aeneas, quae capta de hostibus dicerentur.* ubi vide. Deinde *cum commeatu* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Gronov. Livius tamen saepissime hac voce uti maluit numero plurali, ut Gronov. restituit. V. ad 9, 15, 3. Tandem *missa cum commeatu* alio ordine, quam Rhenanus voluit, omnes nostri, exceptis Harl. et Ber.

§. 9. *Desiderio indigentium auxilii tardius cuncta movebantur*] *auxili tardius cuneta* Flor. a m. 1. *auxilio* a m. 2. *auxilia tardius cuncta movebantur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Sed vulgatum non tentandum.

§. 10. *Hasdrubal, intentissima conquisitione* etc. *confecisset*] In veteri volumine est *effecisset*. RHEN. Non sustulit, sed addidit vitium Rhenanus. Etenim Put. Reg. Mon. Voss. *confecisset*. Auctor 8. de B. Gall. [23.] *Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt, obsides conficiunt.* quos nempe Caesari daturos se promiserant. Sed *inquisitione* mendum est postremarum editionum: nam superiores cum antiquis et MSS. *conquisitione*, qua voce frequenter hac in re Livius utitur. J. FR. GRON. *inquisitione*, quod primum adparuit in ultima ed. Gruteri, non nisi in Harl. et Ber. exstat, aliis omnibus invitis, qui *conquisitione* tuentur. *conquisitio, conquisitor*, et *conquirere* in hac re usitata sunt apud Livium vocabula. 21, 11, 13.

Digitized by Google

sitis, litus ad septentrionem versum subductae naves navalesque socii tenebant: meridianam vallem
15 ad alterum litus devexam equitatus. Haec in Africa usque ad extremum autumni gesta.

1 XXXVI. Praeter convectum undique ex populatis circa agris frumentum, commeatusque ex Sicilia atque Italia advectos, Cn. Octavius propraetor ex Sardinia ab Ti. Claudio praetore, cujus ea provin-
2 cia erat, ingentem vim frumenti advexit: horreaque non solum, quae jam facta erant, repleta, sed nova aedificata. Vestimenta exercitui deerant. id mandatum Octavio, ut cum praetore ageret, si quid ex

id vocabuli reposuimus, *in* praepositione submota, et verbis sic distinctis: *litus ad septentrionem versum subductae naves navalesque socii tenebant: meridialem vallem, ad alterum litus devexam, equitatus.* subaudi *tenebat.* RHEN. Mog. ed. *ad septentrionem versus.* MOD. Pro *litus*, Pal. tres *latus* continent. *jugo medio legionum castris impositis latus ad septentrionem versum.* GEBH. Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *latus ad septentrionem versum:* deinde *meridianam vallem ad alterum latus*, vel *litus.* desunt autem *devexam* et *equitatus.* Latet aliquid. An *meridianam vallem auxilia et equitatus?* J. FR. GRON. Gronovii codicibus suos L. 1. et N. consentire, Hearnius auctor est: Cl. etiam Crevier. suos utrobique *latus*, pro *litus*, exhibere testatur; utramque tamen lectionem commodum sensum recipere. Utroque loco *latus* ex meis exhibent Voss. et Lov. 1. priori tantum Flor. et Lov. 4. sed tantum posteriori Lov. 2. Eae vero voces etiam confunduntur supra ad 22, 19, 12. Deinde *meridionalem vallem* Lov. 2. Sed recte Salmasius, Vossius, Cellarius, et alii hanc vocem inter barbaras retulerunt; frustra eam defendente Fabrett. in Apologem. p. 52. Neque placet *meridialem* Rhenani: omnes enim reliqui mei *meridianam.* qua voce etiam Livius utitur 38, 20, 4. *Animadvertit, meridiana regione terrenos et placide adclivos colles esse.* Et *tempus meridianum* 31, 41, 11. et 40, 47, 5. Praeterea *devexam equitatus* ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. solam vocem *equitatus* Ber. et Gaertn.

§. 1. *Ab T. Claudio praetore*] Pal. 1. *a Ti. Claudio.* GEBH. *ab Ti. Claudio* Flor. et alii. Similiter etiam edidit Sigonius: praeter quem omnes edd. usque ad Gronovianam anni 1665. *ab T. Claudio* perperam praeferunt. V. ad 40, 44, 12.

§. 2. *Horreaque non solum ea, quae jam facta erant*] Omnes Gall. et Voss. abolent *ea.* J. FR. GRON. Praeter Harl. et Ber.

Digitized by Google

ea provincia comparari ac mitti posset, eaque haud segniter curata res. Mille ducentae togae brevi spatio, et duodecim millia tunicarum missa. Ac 3 4
state ea, qua haec in Africa gesta sunt, P. Sempronius consul, cui Bruttii provincia erat, in agro Crotoniensi cum Hannibale in ipso itinere tumultuario proelio conflixit. agminibus magis, quam acie, pugnatum est. Romani pulsi, et tumultu verius, quam 5
pugna, ad mille et ducenti de exercitu consulis interfecti: in castra trepide reditum. Neque oppu- 6
gnare tamen ea hostes ausi. ceterum silentio proximae noctis profectus inde consul, praemisso nuncio

omnes etiam mei idem pronomen expellunt. Consentiunt Hearnii Oxonn.

Comparari aut mitti posset] Castigavimus *comparari ac mitti posset*. RHEN. *aut mitti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. Sed recte cum Rhenano faciunt Flor. Lovel. 4. et Harl. Mox *eaque est haud segniter curata res* Lov. 2.

§. 3. *Mille ducentae togae brevi spatio*] Pal. 3. *perbrevi spatio*. GEBH. Ea voce utitur Livius 28, 35, 11. *Satis sperare, perbrevis aevi Karthaginem esse*. Hic tamen omnes mei vulgatum tuentur. At mox *et duodecim millia tunicarum*, addita conjunctione, Flor. Lovel. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. anni 1535. quod iterum Livio restitui.

§. 4. *In agro Crotonensi*] Debet esse *in agro Crotoniensi*. RHEN. Hanc scripturam potius, quam *Crotonensi*, libros scriptos confirmare, supra notat Gronov. ad 28, 26, 1. Adde Sigon. ad Livii 22, 61, 12. Miror itaque, eum hic cum reliquis editoribus *Crotonensi* edidisse, quum l. 22. alteram scripturam secutus sit. Codices partim huic, partim illi lectioni favent.

§. 5. *Ad mille et ducentos* etc. *interfectis, in castra trepidi rediere*] Scripti *mille et ducenti de exercitu consulis interfecti: in castra trepide reditum*. J. FR. GRON. *ad mille et ducentis* etc. *interfectis, in castra trepide rediere* Rec. *ad mille et CC.* etc. *interfectis, in castra trepide reditum* Gaertn. *ad mille et CC.* etc. *interfecti: in castra trepidi rediere* Ber. *ad mille et CC.* vel *ducenti* etc. *interfecti: in castra trepide reditum* Voss. Lov. 4. et Hav. idque voluisse videtur librarius Flor. sed cujus manus aberrans dedit *a mille*; quod non melius manus altera mutavit in *ac mille*. Horum autem codd. scripturam recepi. V. ad 10, 17, 8.

§. 6. *Neque obpugnare tamen ea hostes ausi*] Pal. 3. *Neque op-*

Digitized by Google

ad P. Licinium proconsulem, ut suas legiones admoveret, copias conjunxit. ita duo duces, duo exercitus ad Hannibalem redierunt. nec mora dimicandi
7 facta est: quum consuli duplicatae vires, Poeno recens victoria animo esset. In primam aciem suas legiones Sempronius induxit: in subsidiis locatae P. Licinii legiones. Consul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae vovit, si eo die hostes fudis-
9 set: composque ejus voti fuit. Fusi ac fugati Poe-

pugnare ea tum hostes ausi. GEBH. *Neque oppugnare tum ea* Ber. V. ad 22, 17, 5. Mox *copias junxit*, pro *conjunxit*, Flor.

§. 7. *Poeno recens victoria animos faceret*] Pal. 1. *recens victoria animo esset.* GEBH. Elegantius Put. Reg. Mon. Voss. optimus Pal. *victoria animo esset.* Neque dubitem pro vero adserere. Sic Plautus Mercat. [2, 3, 12.] *Nec, quid corde nunc consilii capere possim, scio: tantus cum cura meo est error animo.* J. FR. GRON. His verbis adolescens apud Plautum significat, se plane incertum consilii esse. Ex iis, quae ad 31, 18, 4. ubi hanc emendationem repetit, et pro eo, quod ibi vulgatur, *mihi quoque in animo est facere*, *ut* etc. ex MSS. legit, *mihi quoque animo est*, nihil aliud colligere possum, quam virum summum voluisse docere, *animo est* probe dici, pro *in animo est.* Hoc non magis quisquam negabit, quam *animo habere* itidem recte dici, de quo ad 44, 25, 1. agit. Sed fateor me non intelligere, quomodo loca Plauti et Livii 31, 18, 4. ad explicandam sententiam verborum, quae hic cum libris Gronovii duo Hearnianis exhibent, adhiberi possint. Ea ubique vel id, quod in aliis est, vel aliud aliquid hujusmodi postulant. DUK. *animo esset* etiam Flor. plures Lov. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod etiam Doujatius probavit, et eadem forma dictum monuit, qua *cordi esse* dicitur: quod omnino verum non videtur. Si enim locutio haec admittenda est, *animo* casu sexto positum puto per ellipsin praepositionis pro *in animo*: atque illa *animo*, vel *in animo esse* dicuntur, quorum meminimus. Ita sensus Livii erit, ideo nullam moram dimicandi factam esse; quia consul meminerat vires sibi duplicatas esse, Poenus se nuper victoriam reportasse. Non displicet tamen *animos faceret*, quod tuentur Lov. 4. Harl. Rec. Gaertn. et Ber. Saepius autem Livium locutionem *animos facere* hoc sensu usurpasse, ipse Gronov. supra docuit ad 22, 26, 1. Verum quum Gronov. alteram lectionem ex optimorum codd. fide adoptarit, eam mutare nolui, satis habens sententiam dixisse. Paullo ante *redeunt* Lov. 5. *rediere* Harl. Deinde *mora dimicandi facta*, omisso verbo substantivo, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *mora dimicandi est facta* Gaertn. Tandem *consuli et duplicatae*, addita particula, Flor. Voss. et Lov. 1. 3. ac 5.

§. 9. *Fusi ac fugati Poeni: su-*

Digitized by Google

ni: supra quatuor millia armatorum caesa: paullo minus trecenti vivi capti; et equi quadraginta, et undecim militaria signa. Perculsus adverso proelio Hannibal Crotonem exercitum abduxit. Eodem tem- 10
pore M. Cornelius consul in altera parte Italiae non tam armis, quam judiciorum terrore, Etruriam continet, totam ferme ad Magonem, ac per eum ad spem novandi res, versam. Eas quaestiones ex senatus- 11
consulto minime ambitiose habuit. multique nobiles

pra quatuor millia armatorum caesa) *supra XL*, vel *supra quadraginta millia*, ultra fidem aucto numero, Flor. Lov. 1. Voss. Hav. et Hearnii N. *supra VII. armatorum* Lov. 2. *Fusi ac fugati Poeni sunt. X millia armatorum* Hearnii L. 1.

Paullo minus trecenti vivi capti, et equi quadraginta] Lectio vetus *paulo minus trecenti vivi capti, equi quinquaginta*. RHENAN. Et captivorum et equorum numerus pro occisorum numero quibusdam nimis parvus videtur. GLAR. Pall. 2. ac 3. *equi L.* vetus ed. *et equi quadraginta.* GEBH. Omnes *vivi capti, et equi.* Delevit copulativam Rhenanus. J. FR. GRON. Codici Rhenani adstipulatur Harl. *et equi L.* Lov. 4. *et equi quadraginta* reliqui omnes, cum Hearnii L. 1. et N. Frobenius anno 1535. non per omnia Rhenani lectionem expressit. Copulativam enim expunxit, τὸ *quadraginta* retinuit, quae lectio in nullo est codice.

Crotonem exercitum reduxit] Scripsimus *Annibal Crotonem exercitum abduxit*. RHEN. Mog. ed. *Crotonem exercitum reduxit*. MOD. Pall. 1. 2. *reduxit*. tert. *adduxit*. GEBH. *adduxit* Lov. 4. *abduxit* Harl. *reduxit*. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Rer. Gaertn. et Hearnii N. Nondum tamen *abduxit* damnare audeo. V. ad 27, 29, 1.

§. 10. *M. Cornelius consul altera parte Italiae*] Vet. lib. *in altera parte*. SIG. Pall. duo *in altera parte Italiae*. GEBH. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. libri Crevierii omnes, et edd. ante Froben. qui anno 1535. praepositionem omisit. Praenomen etiam Cornelii *M.* neglegunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N. *miles Cornelius consul* ridiculo errore Harl.

Terrore Etruriam continuit] Scripti *continet*. J. FR. GRON. *Etruriam circuivit* Gaertn. *Etruriam continuit* Harl. et Ber. *continet Etruriam* Lov. 5. *Etruriam continet* ceteri codd. mei, cum Hearnii L. 1. et N.

§. 11. *Primo praesentes condemnati*] Omnes etiam cum Aldina *primo praesentes erant condemnati*. Andreas aliaeque antiquiores *primo erant praesentes condemnati*. Recentissimae verbum substantivum omiserunt. Forte scribendum: *praesentes sunt condemnati*. J. FR. GRONOVIUS. *erant praesentes condemnati* cum antiquioribus

Digitized by Google

Etrusci, qui aut ipsi ierant, aut miserant ad Magonem de populorum suorum defectione, primo prae-
12 sentes erant condemnati; postea, conscientia sibimet ipsi exsilium consciscentes, quum absentes damnati essent, corporibus subtractis, bona tantum, quae publicari poterant, pignoranda poenae praebebant.

1 XXXVII. Dum haec consules diversis regionibus

edd. multisque post Aldinam legit Ber. *praesentes erant condemnati* Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et omnes Crevierii. *To erat* domum ed. Gruteri ultima omisit, quod recte Crevierius revocavit.

§. 12. *Conscientia sibimet ipsi exsilium consciscentes, quum absentes damnati essent*] Quatuor istae voces, *quum absentes damnati essent*, sine damno sententiae tolli poterant. Videntur adjecta ab interprete aliquo. GRUT. Put. *sibimet ipsi exsilium conscientes*. J. FR. GRON. Puto eos designari, quorum crimen, quod non palam cum Magone de defectione ab Romanis egerant, occultius erat, quam ut certis indiciis accusari et condemnari possent. DUK. *sibimet ipsis*, invitis omnibus scriptis et edd. dedit Cl. Clericus. V. ad 2, 19, 5. Deinde *exsilium conscientes* Lovel. 5. et Flor. a m. 1. *concientes* idem a m. 2. et Hav. V. ad 33, 49, 2. De locutione *consciscere exsilium* v. ad 5, 53, 5. Voces autem *quum absentes damnati essent* in omnibus omnino libris supersunt.

Bona tantum, quae publicari poterant, pignoranda poenae praebebant] Vitiose Pal. 3. *bona ea, quae cum publicari poterant, pigneranda poenae poterant.* GEBH. V. Budaeum ad l. 34. D. de Pignorib. DUK. Gronov. prima ed. not. conjecerat *bona tamen*, quod repetitis curis omisit. Harlej. hic legit *bona tamen tum, quae publicari.* Verum *tamen* et *tum* duplicem lectionem puto a librario junctam. Earum altera per compendium *tm̄*, altera *tũ* scribi solet, quod utrumque facile commutari potuit cum *tã*, sive *tamen*. V. ad cap. praec. §. 12. Deinde *bona* etc. *pignorandum* Harl. Sed vide, quae de hac locutione dicta sunt ad 6, 35, 2. *pigneranda* Lov. 2. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. V. ad 3, 38, 12.

§. 1. *M. Livius et C. Claudius senatum recitarunt*] Omnes Gall. *recitaverunt*. J. FR. GRON. Solus Ber. *recitarunt*. Lov. 3. et Gaertner. *citaverunt*. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *recitaverunt*. Saepe quidem Livius haec et similia tempora contracte proferre solitus est. V. ad 21, 44, 7. Ubi tamen optimi codd. eum aliud voluisse arguunt, librariorum somnia merito rejicimus. V. ad 6, 15, 11. 8, 18, 13. 31, 50, 7. 34, 32, 2. et alibi. (* 37, 54, 28. 39, 26, 14.)

Princeps iterum delectus Q. Fabius Maximus] Reposuimus *lectus*, pro *delectus*. RHEN. Pal. 1. 2. et vet. ed. *delectus*. Sed

Digitized by Google

agunt, censores interim Romae M. Livius et C. Claudius senatum recitaverunt. Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus. notati septem: nemo tamen, qui sella curuli sedisset. Sarta tecta acriter et cum 2
summa fide exegerunt. viam e foro Boario ad Veneris, et circa foros publicos, et aedem Matris Magnae in Palatio faciendam locaverunt. Vectigal et- 3
iam novum ex salaria annona statuerunt. sextante sal

probatur quum aliis, tum mihi vulgata lectio. Supra 27, 11, 11. *Lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanae civitatis esse, vel Annibale judice victurus esset.* GEBH. *dilectus* Flor. *delectus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed recte *lectus* Lov. 3. et Harl.

§. 2. *Viam e foro Boario et aedem Veneris circa foros publicos*] Quidam legunt *et ad aedem;* alii conjunctionem *et* tollunt; alii, quod probo, *ad Veneris* legunt. Verum id ei facile erat, qui Romam vidisset eo tempore, vere emendare: nobis conjectandum tantum. Porro *fori publici* qui sint, vix definire queo, cum l. 1, [35.] in Tarquinio Prisco fori in maximo describantur circo. *Loca* (inquit) *divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati.* GLAR. Cur *fori* in circo maximo, de quibus dixit Liv. 1, 35, 8. et 56, 2. *publici*, quo nomine eos hic et 45, 1, 7. appellat, dicti fuerint, exponunt Salmas. ad Solin. p. 646. et Graevius in Prolegom. tom. 9. Thes. antiq. Rom. Quae fuerit *via circa foros publicos*, quam hi censores faciendam locaverunt, non docent. Fortassis fuit illa, de qua 45, 1, 7. scribit, (Consul) *quum per circum reveheretur ad foros publicos.* DUK. *e foro Bovario* Flor. Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. V. ad 35, 40, 8. Deinde *et ad Veneris circa foros publicos* Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. et Ber. a m. 1. cum edd. antt. et Hearnii N. *et ad Veneris et circa foros publicos* Lov. 1. et 3. *et ad Veneris et circa fores publicas* Lov. 2. *ad Veneris circa foros publicos* Lov. 5. *viam et foros publicos*, reliquis omissis, Harl. *et ad aedem Veneris circa foros publicos* Ber. a m. 2. *aedem Veneris circa foros publicos* Hav.

§. 3. *Vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt*] De hoc vectigali et quorumdam circa id erroribus v. Cel. Burmann. de Vectigal. pop. Rom. c. 6.

Sextante sal et Romae et per totam Italiam erat] Difficultatem hic habet sermo, num salis modium pro vectigali sextantem solvisse intelligere debeamus. Nam, sextante vaeniisse, vix verisimile videtur. Deinde hoc etiam perpendendum lectori, si Romae pretio eodem, pluris autem foris praebendum locaverint, quomodo tribus Romanas maxime inde oneratas intelligamus, quod mox subnectit author. GLAR. *Sal* pro certa mensura salis dicit, ut Cic. 3. Verr. 83. et

Digitized by Google

et Romae et per totam Italiam erat. Romae pretio eodem, pluris in foris et conciliabulis, et alio alibi
4 pretio praebendum locaverunt. Id vectigal commentum alterum ex censoribus satis credebant, populo iratum, quod iniquo judicio quondam damnatus esset: et in pretio salis maxime oneratas tribus,

aeqq. sine discrimine *frumentum*, *triticum est binis ternis H·S*, et *modius frumenti*, *tritici est binis ternis H·S*. Livius quoque 31, 4, 6. *Frumenti vim ingentem quaternis aeris populo diviserunt*. et ibid. c. 50, 1. *Frumenti vim magnam binis aeris in modios populo diviserunt*. Cassius ad Cic. 12. Famil. 13. *Ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est*. De *sextante* agit Gronov. 4. de Pec. Vet. 12. DUK. Vox *sextante* non capienda est de vectigali salis, sed de ejus pretio. Livius enim censores *novum vectigal*, ante nempe ignotum, statuisse dicit: ante quod inventum sal *erat sextante*, id est, sextante erat venale. V. Gronov. 4. de Pec. vet. 1. p. 261.

§. 4. *Quod iniquo judicio quondam damnatus esset*] *iniquo in judicio* Flor. *in quo judicio* Lovel. 4. Deinde *judicio quo damnatus esset* Lov. 1. 2. 5. *judicio condemnatus* Hav. et Brancal. Latinii. Paullo ante *Id vectigalis* Lov. 4.

Et in pretio salis maxime oneratas tribus, quarum opera] Facile intelligi potest, pretium salis, novo imposito vectigali, non idem, quod ante, esse potuisse. Sed quomodo fieri potuerit, ut aliae tribus magis, aliae minus, in eo oneratae fuerint, ex his, quae hic scribuntur, non perspicio, et ab iis, qui plus vident, discere cupio. M. Livius a XXXIV. tribubus damnatus fuerat: sola Maecia eum non condemnaverat, neque condemnatum aut consulem iterum, aut censorem fecerat. Post vectigal ex salaria annona statutum Romae vetus pretium (ita enim accipienda puto verba *pretio eodem*) salis, ut sextante esset, relictum, extra eam varie auctum est. Jam quum ex omnibus tribubus alii cives Romae habitarent, alii per fora et conciliabula, aliaque loca Italiae, in quibus censores alio atque alio pretio salem praebendum locasse dicit Livius, sparsi essent, mihi non apparet, qua ratione tribus, quarum opera M. Livius damnatus erat, *in pretio salis maxime*, aut magis quam Maecia, onerari potuerint. Nam, si sal deinde eodem pretio, quo ante institutum hoc vectigal, Romae praebitus fuit, qui ex XXXIV. tribubus in urbe degebant, in eo non magis onerati fuerunt, quam qui ex Maecia; nec, qui ex Maecia extra illam in foris et conciliabulis aliisque Italiae locis, minus quam illi. DUK. Vocula *et* non adparet in Flor. Voss. Lov. 2. 5. et Hav. quae excidisse videtur ob ultimas literas vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. Mox *Salinator Livio inditum cognomen*, pro *Salinatori*, Flor. et Lov. 5. Male. V. ad 1, 1, 5. Corruptius *Salinator Livio indictum cognomen* Lov. 3. et Hav. V. ad 3, 65, 4.

§. 5. *Lustrum conditum se-*

Digitized by Google

quarum opera damnatus erat, credebant. inde Salinatori Livio inditum cognomen. Lustrum conditum 5
serius, quia per provincias dimiserunt censores, ut civium Romanorum in exercitibus, quantus ubique esset, referretur numerus. Censa cum iis ducenta 6
decem quatuor millia hominum. condidit lustrum C.

rius] Censuram post legem Mam. Aemilii annuam et semestrem fuisse, nemo nescit. Lustrum conditum peractis omnibus, quae censorum muneris erant, itidem constat ex multis locis Livii, quibus post relata ea, quae censores in magistratu gesserant, altero anno, quam creati erant, lustrum conditum memorat. V. 27, 11. 36. 34, 44. 35, 9. 37, 58. 38, 36. 41, 27. 42, 10. Quid ergo est, quod his censoribus *lustrum serius conditum* scribit? An hoc significat, eos ultra tempus lege finitum censuram gessisse? Ita sane videtur ob caussam, quam dicit: nam octodecim mensium, vel pauciorum, si non statim inito magistratu per provincias dimiserunt, spatium angustius fuisse videtur, quam ut eo numerus civium, qui in exercitibus erat, iniri ac referri potuerit. Nam et hoc extraordinarium fuisse argumento est, quod neque umquam ante hoc tempus id factum, ni valde fallor, prodit Livius, quodque et superiore lustro, et eo, quod anno urbis ıɔlx conditum est, longe fuit minor civium censorum numerus, 27, 36. et 35, 9. ubi, vulgatam scripturam tuentibus MSS, non est, quod cum Pighio ad annum urbis ıɔlix. numeros corruptos suspicemur. Nec tamen, si ita, ut dixi, accipienda sunt haec verba, *Lustrum conditum serius*, censores hi aliter, quam ex auctoritate publica, ultra legitimum tempus in magistratu esse potuerunt. quod etsi non tradit Livius, tamen et res ipsa docet, et ex iis, quae 45, 15, 9. scribit, colligi potest. *Petentibus* (censoribus,) *ut ex instituto ad sarta tecta exigenda et ad opera, quae locassent, probanda anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in senatum, intercessit.* Pighius ad annum urbis ıɔcxxxiv. eos hoc *a senatu* petiisse scribit. Hoc non dicit Livius, et non sine ratione dubitari potest, an ea potestas senatus fuerit. Potuerunt tamen hoc a senatu petere, sed ita, ut senatus cum tribunis ageret, ut de ea re ad populum ferrent. DUKER.

Quia per provincias dimiserunt censores] Hoc ambiguum est: nam *censores* et primus et quartus casus esse potest. Posterius placuit viris doctis, qui ita scribunt: „Missos quidem per „provincias censores scribit Liv. „29, 37. Ego prius probabilius esse, et *dimiserunt* ἐλλειπτικῶς dici, ut saepe, v. g. *certos, nonnullos*, puto. Liv. 10, 29, 18. *Fabius, dimissis ad quaerendum collegae corpus.* Et 35, 13, 1. *Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas.* Sic *mittere* et *praemittere* 26, 8. 27, 43. 35, 6. et alibi. Nec opus est pluribus in re nota. DUK.

§. 6. *Censa cum iis CCXV millia hominum*] Exemplar vetus:

Digitized by Google

7 Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarum, (quod numquam antea factum erat) deferentibus ipsarum coloniarum censoribus, censum acceperunt:

Censa cum iis ducenti sexaginta quinque millia hominum. Legendum *ducenta.* RHEN. *ducenta et sexaginta quinque millia* Andreas, Juntas, et postea fecit Rhenanus, quum esset *ducenta quindecim millia* jam in Tarvisina. Sed hunc numerum servat Epitome. Opportune adest Sigonianus, et ibi similiter mutat. At Put. Reg. Men. Voss. *ducenta decem quatuor millia.* J. FR. GRONOV. *ducenta sexaginta quinque millia,* vel *CCLXV millia* Lovel. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii D. *ducenta decem quatuor millia* Flor. Lovel. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Codicum suorum duos eodem modo, duos alios *CCXIIII millia* praeferre, auctor est Crevierius. Similia passim in scriptis optimis aliisque apud Livium obcurrunt. Ita *decem tria* 37, 30, 8. et c. 46, 3. *decem quatuor* 28, 38, 5. et 34, 10, 4. et c. 52, 7. *decem septem* 24, 15, 2. *decem octo* 10, 21, 6. Quibus locis videnda sunt, quae notantur. Rogat Cl. Crevierius, quis umquam sic locutus sit? et addit, *decem quatuor* nihil aliud esse videri, quam ludibrium imperitorum librariorum, qui notas numerorum *XIIII*, quum uno verbo *quatuordecim* reddere deberent, male diviserunt in duas voces. Verum non adtendisse videtur ad locum Prisciani, ad Livii 10, 21, 6. laudatum, qui expresse testatur, Livium *frequenter sine conjunctione septemdecem* et *decemseptem* dixisse. Doujatius cum Epitome malebat *ducenta quindecim millia.* Verum ibi potius *ducenta quatuordecim millia*, quem numerum optimi hoc loco codd. praeferunt, legendum esse, ex omnium Mstorum et vett. edd. auctoritate docui. Mox Claudii Neronis praenomen *C.* omittitur in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verum id elisum est a vocis sequentis litera initiali. V. ad 24, 17, 3.

§. 7. *Deferentibus* etc. *censoribus, censum receperunt*] Veteres libri *acceperunt.* Sic 43, 15, 7. *In censu accipiendo populi.* SIG. Pall. tres *censum acceperunt.* vet. ed. *censum ceperunt.* Statim tert. *quantum numero militum, tantum pecunia valerent.* GEBH. Omnes Gall. cum Vossiano *deferentibus ipsarum coloniarum censoribus, censum acceperunt.* non *receperunt.* J. FR. GRON. De censoribus coloniarum et municipiorum agunt Sigon. 2. de Ant. jure Ital. 4. et 8. et Spanhem. de Praest. et usu numism. diss. 10. c. 2, 2. 3. qui et alia eo pertinentia habet in Orb. Rom. Exercit. 1, 9. Lipsius 1. de Milit. Rom. ex hoc loco scribit, *ipsos Romanos censores tandem censum in coloniis egisse.* Id neque hic, neque c. 15. dicit Livius. DUK. *censum receperunt* tantum Ber. et Gaertn. reliqui *acceperunt.* Infra 39, 44, 1. *In censibus quoque accipiendis tristis et aspera in omnes ordines censura fuit.* Voces *ipsarum coloniarum* a Gronov. additas servant etiam Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. At vicissim τὸ *censum* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Mox *quantum numero militum, pecunia valerent* Harl. Malc. Ita enim et infra loquitur Livius 32, 15, 1. *Quantum arma, quantum mor-*

Digitized by Google

ut, quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta exstarent. Equi- 8
tum deinde census agi coeptus est: et ambo forte

nia tueri poterant. 37, 24, 13. *Quantum consilio, quantum auctoritate valeret.* 42,52,10. *Quantum numero, quantum genere militum praestarent tironibus.*

§. 8. *Equitum deinde census agi coeptus est*] Pal. 2. *Equitum deinde receptus est census agi.* GEBH. *coeptus census est agi* Harl.

Et ambo forte censores equum publicum habebant] Equites Romanos magistratu capto equites esse desiisse, eosdemque a censoribus in senatum lectos equum publicum amisisse, contra Manutium de Civit. Rom. p. 3. tom. 1. Thes. antiq. Rom. disputant Sigonius 2. de Ant. jur. Civ. Rom. 3. et Graevius in Prolegom. illius tomi. Nec juvari Manutium hoc loco Livii putant, eo quod facile evenire potuerit, ut hi censores *propter robur aetatis*, ut de iis loquitur Val. Max. 2, 7, 6. equum publicum retinuerint, et tamen senatores fuerint; aut, quod solum respondet Graevius, et mavult Sigonius, utrique non lectione censorum, sed jure magistratus in senatum venerint. Sed nihil est, unde probari possit, vel hos, vel Scipionem Asiaticum, qui, quum anno urbis IOLXIII. consul fuisset, anno urbis IOLXIX. equum publicum habebat, Liv. 39, 44, 1. jure magistratus, non lectione censorum, in senatum venisse. V. ad 27, 34, 6. Nec ulla ratio dici potest, cur equites, qui a censoribus in senatum lecti erant, eo ipso equum publicum amiserint; qui ab iis non lecti jure magistratus in senatum venerant, eum retinere potuerint. Locus Varronis apud Gell. 3, 18. de pedariis senatoribus a Graevio citatus nihil ad hanc rem facit. Nec solus Manutius, verum etiam Gruchius aliter sensit, cujus 1. de Comit. Romanis 4. p. 605. tom. 1. Thes. Graev. haec verba sunt: *Nec vetabat quemquam senatorem esse, et in iis tamen centuriis* (equitum) *numerari, quae belli causa institutae fuerant.* Hoc verius esse puto, et, quamquam nihil definio, tamen conjicio, equites, sive a censoribus in senatum lecti fuissent, sive jure magistratus in eum venissent, equum publicum vel retinere, si per robur aetatis, ut hi censores apud Valerium Max. militare possent, vel reddere, quod Pompejum in primo consulatu fecisse scribit Plutarchus, potuisse. Sigonii sententia non alio fundamento niti potest, quam ordinem equestrem jam illo tempore in civitate Romana medium inter senatorium ac plebem, et ab utroque distinctum fuisse. Sed de eo mihi non liquet: quum in iis, quae ad administrationem civitatis pertinebant, non solum ante, verum etiam post hoc tempus, tantum duos ordines civium *senatum* et *populum*, et *Patres* ac *plebem*, sine ulla mentione ordinis equestris, tamquam tertii, nominari, nec quemadmodum jura Patrum et plebis, sic etiam jura ordinis equestris memorari videam. Et vix puto, quemquam ante C. Gracchi et aliorum post illum leges judiciarias tres ordines civium Romanorum eo sensu dixisse, quo Plinius 33. H. N. 1. scribit: *Anuli plane medium ordinem tertiumque Pa-*

Digitized by Google

censores equum publicum habebant. Quum ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Livii nomen erat, et praeco cunctaretur citare ipsum censorem;
9 *Cita*, inquit Nero, *M. Livium*. et, sive ex residua et vetere simultate, sive intempestiva jactatione severitatis inflatus, M. Livium, quia populi judicio es-
10 set damnatus, equum vendere jussit. item M. Livius, quum ad tribum Arniensem et nomen collegae ven-

tribus et plebi inseruere. DUKER.

Quum ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Livii nomen] Manut. de Civit. Rom. p. 33. et alii viri docti argumento hujus loci putant, *cives Romanos post expletas XXXV tribus non in centuriis, sed in sua quemque tribu censum fuisse*. Sed Livius his verbis non de censu civium, de quo jam dixerat, verum de recognitione centuriarum equestrium agit. Nam quod hic *equitum censum agere*, id 38, 28, 2. *equitatum recensere*, et 39, 44, 1. *equitatum recognoscere* dicit. Et solet plerumque post memoratam lectionem senatus, a qua hic narrationem rerum a censoribus actarum orditur, de equitum recognitione et notis agere. V. 27, 11. 34, 44. 38, 28. 39, 44. 41, 27. et 45, 15. Manutii itaque sententiae, etiamsi eam veram esse ponamus, in hoc loco non multum praesidii est; quum neque de censu civium hic loquatur Livius, neque necessario sequatur, idem, quod in recognitione equitum, etiam in censu civium factum fuisse. DUK. Livii praenomen *M.* omittitur in Flor. quod reliqui constanter tuentur.

§. 9. *Sive ex residua et vetere simultate, sive intempestiva jactatione*] Pall. 2. et 3. sine copula *sive ex residua vetere simultate*. Tum Pal. 1. *sive intentiva jactatione*. tert. *sive intempesta jactatione*. GEBH. *residua vetere*, copula omissa, Flor. et Harl. *sive ex residua et veteri simultate* Lov. 4. Deinde *intemtiva jactatione* Flor. *intentiva jactatione* Lov. 1. 2. 4. et Voss. *incentiva jactatione* Ber. a m. 2. et Hav. *incentina jactatione* Lov. 5. et Hafn.

Livium, quia populi judicio esset condemnatus] Pal. 2. *damnatus esset*. Tert. *quia populi judicio damnatus, equum vendere jussit*. GEBH. *judicio esset condemnatus* servant Ber. et Gaertn. *judicio damnatus*, medio verbo omisso, Harl. *judicio esset damnatus*, ut Gron. edidit, reliqui omnes. Praeterea Livio reddidi praenomen *M.* quod est in omnibus non tantum scriptis meis, Hearnii Oxonn. et, ut Cl. Sallierius mihi confirmavit, Putean. sed etiam edd. usque ad Gruterum, ex cujus ultima demum excidit.

§. 10. *Quum ad tribum Narniensem*] Vulgati omnes libri macula deformati circumferuntur. Legitur enim *tribum Narniensem*, pro *Arniensem*: cum *Narniensis* mentio neque in lapidi-

Digitized by Google

tum est, vendere equum C. Claudium jussit, duarum rerum caussa; unius, quod falsum adversus se testimonium dixisset; alterius, quod non sincera fide secum in gratiam redisset. Itaque ibi foedum certa- 11
men inquinandi famam alterius, cum suae famae damno, factum est. Exitu censurae quum in leges 12
jurasset C. Claudius, et in aerarium escendisset, inter nomina eorum, quos aerarios relinquebat, de-

bus, neque in libris ulla reperiatur; *Arniensem* vero idem Livius l. 6, [5,] et Cic. Agrar. 2, [29.] nominent. Quodque firmius est, ipsi lapidem vidimus Vulsiniis in templi parietibus, quo in lapide integrum expressumque tribus *Arniensis* nomen exstat: ut alios lapides omittam. MANUT. de Civit. Rom. p. 26. ed. Graev. in Thes. Ant. Rom. *Arniensem* putabam recentiorum vitium esse: nunc video, non aliter edidisse Sigonium, et sic in libello de Jure civium Romanorum [1, 3. p. 13.] appellare. At in notis ad l. 6. Livii [c. 5, 8.] rectius monet idem, *Narniensem* scribendum: ut hic quoque scripti et editiones priscae praeferunt. J. FR. GRON. Sane *Narniensem* etiam omnes Msti mei, et Oxonn. Hearnii, eum edd. omnibus usque ad ultimam Gruteri, quae *Arniensem* dedit: nisi quod eadem lectio etiam in posterioribus Sigonii edd. recepta sit, quum prima *Narniensem* praeferat. *Arniensem* veram scripturam esse, supra monui ad Epit. Liv. 6. et ad Liv. 6, 5, 8. ubi plura vide. Eamdem lectionem probant etiam viri docti ad Cic. 2. Agrar. 29. Pighius in Ann. Rom. ad ann. 10XLIX. p. 217. et, ut Cl. Dukerus monuit, Panvin. de Civit. Rom. c. 50. p. 279.

Unius, quod falsum adversus se testimonium dixisset] Valer. Max. 2, 4. ubi de iisdem censoribus ac eorum contentione mentionem facit, priorem caussam a Livio hic positam omittit, alteram narrat. Et plane ego quoque non intelligo, quodnam hoc sit falsum testimonium. GLAR. Forsitan Nero falsum in Livium testimonium dixerit, quo tempore populi judicio damnabatur. Ceterum *adversum se* Lov. 1. Sed v. ad Epit. Liv. 47. Mox *secum* deest in Lov. 1. 2. 3. 5.

§. 11. *Itaque ibi foedum certamen*] Pal. 1. *Neque foedum certamen.* sec. ac tert. *Neque ibi foedum certamen.* GEBH. Put. Reg. Men. Voss. optimus Pal. *Neque foedum.* Duo alii Pall. *Neque ibi foedum.* Fortassis *Aeque foedum certamen inquinandi famam alterius, cum suae damno, factum est exitu censurae. Quum in leges jurasset.* J. FR. GRON. *Itaque ibi foedum* Lov. 3. 5. *Neque ibi foedum* Harl. *Neque foedum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Foedum aeque certamen* Brancal. Latinii. Ad id autem, ut *famae* omittendum conjiceret, Gronovius permotus esse videtur, quod *famam* praecesserit. Eam tamen legitimam loco tentando caussam non esse, praesertim invitis omnibus libris, supra vidimus ad 1, 3, 9.

§. 12. *In aerarium escendis-*

Digitized by Google

13 dit collegae nomen. Deinde M. Livius in aerarium venit, et, praeter Maeciam tribum, quae se nec condemnaſſet, neque condemnatum aut consulem aut censorem feciſſet, populum Romanum omnem,
14 quatuor et triginta tribus, aerarios reliquit: quod et innocentem se condemnaſſent, et condemnatum consulem et censorem feciſſent: neque inficiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se pec-
15 catum eſſe. Inter quatuor et triginta tribus et C. Claudium aerarium fore. quod si exemplum haberet bis

set] Ita Gebh. ad 29, 11, 5. ex Pal. 3. et Gronov. ad 2, 28, 6. ex Put. scribendum monuerunt, et hic etiam in contextum recepit, quum antea ederetur *adscendisset*. Quamvis autem eam lectionem in nullo meorum repererim, tantopere tamen variant, ut verbum indoctis librariis ignotum latere palam sit. *ascendisset* in solo eſt Ber. *descendisset* in Harl. *projecisset* in Gaertn. *exercisset* in Lov. 1. *excessisset* in Voss. Lov. 2. 4. 5. et Menard. apud Gronov. d. l. *aes jecisset* in Lov. 3. Hav. et Brancal. Latinii. *escecisset* in Florent. a m. 1. *esiecisset* a m. 2.

§. 13. *Nec condemnasset, neque condemnatum consulem aut censorem fecisset*] In primo reperio Gryphio. Priores, et omnes MSS. *neque condemnatum aut consulem*. J. FR. GRON. Prius *aut* ante Gryphium omiserunt edd. Mediol. anni 1505. Frob. anni 1535. Basil. anni 1539. et Vascos. ex Mſtis autem Harl. et Lov. 5. quorum posterior insuper legit *condemnatum consulem et censorem fecisset*. Praeterea *neque condemnasset* Flor. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hav. Sed v. ad 9, 9, 14.

Populum Romanum omnem, quatuor et triginta tribus, aerarios reliquit] Pal. 3. *populum Romanum, omnes quatuor et triginta tribus*. GEBH. *quatuor et XL tribus* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii L. 1. et N. quum tamen mox una cum reliquis codd. recte *quatuor et triginta* praeferant. Tum *deliquit* Flor. a m. 1. *dereliquit* a m. 2. cum Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Mox §. seq. *judicio simul*, pro *semel*, Flor. et Voſſ. sollemni errore. V. ad 24, 22, 14. *judicio falso semel* Brancal. Latinii.

§. 16. *Parvum certamen notarum inter censores: castigatio inconstantiae populi censoria gravitate t. i. d.*] Malim *Pravum certamen*. Deinde vet. lib. *et gravitate*. SIG. Scripti omnes, ut et Sigonianus: *castigatio inconstantiae populi censoria et gravitate temporum illorum digna*. Quod duplicem admittit interpretationem. Vel castigatio censoria inconſtantiae populi fuit, et digna temporum illorum gravitate. Vel caſtigatio inconſtantiae populi fuit digna qua censoria, qua temporum il-

Digitized by Google

bis eumdem aerarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter aerarios fuisse relicturum. Pravum 16
certamen notarum inter censores: castigatio inconstantiae populi censoria, et gravitate temporum illorum digna. In invidia censores quum essent, cre- 17
scendi ex his ratus esse occasionem Cn. Baebius tribunus plebis diem ad populum utrique dixit. Ea res consensu Patrum discussa est, ne postea obnoxia populari aurae censura esset.

XXXVIII. Eadem aestate in Bruttiis Clampetia 1
a consule vi capta, Consentia et Pandosia, et igno-

lorum gravitate. J. FR. GRON. *Pravum certamen* non tantum omnes Mſti, sed et editi libri usque ad Basil. qui anno 1539. sine dubio operarum errore, vulgarunt *Parvum certamen*. Quamvis autem interim Vascos. et Gryph. *Pravum* revocarint, alterum tamen apud recentiores obtinuit, donec tandem priorem lectionem Ven. anni 1592. et Francof. anni 1628. bona fide receperint. Ceterum unius literae transpositione non tantum operae typographorum, sed et scribae librarii passim ita peccarunt. V. ad 1, 31, 8. c. 53, 1. 4, 8, 6. c. 49, 8. 5, 29, 8. c. 39, 9. 6, 10, 8. 8, 34, 7. 9, 30, 1. 10, 19, 2. aliisque locis. Addo, quae notavi ad Silii 7, 585. Deinde *censoria gravitate et temporum illorum digna* Ber. Gaertn. et edd. antt. usque ad Mog. quae prima τὸ *et* abjecit; quod quum servent omnes omnino eodd. id iterum recte Sigon. et Gronov. revocarunt; sed alio loco, consentientibus reliquis Mſtis, reposuerunt.

§. 17. *Diem ad populum utrique dixit*] *utrique ad populum* Lov. 4. et Harl. *ad populum utrisque* Flor. Voſſ. Lov. 2. 5. Ber. et Hav. idque voluisse videtur librarius Lov. 1. qui tamen per errorem *utriusque* scripsit. V. ad 36, 16, 6. Paullo ante verbum *esse* non adparet in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

Obnoxia populari aurae censura esset] Duplex lectio *popularia censura*, et *popularibus censura* exstat in Voſſ. Prior earum superest etiam in Lov. 1. posterior in Hav. *populari censere* in Lov. 2. *populari censura* in Lov. 4. *popularis censura* in Lov. 3. *potestati censuras* in Lov. 5. a m. 1. *populari censuras* a m. 2. *popularia vestre censura* in Harl. At vulgatum est sanum ac probum. De *populari aura* v. ad 6, 11, 7.

§. 1. *Jam Petilia a consule vi capta*] *Petelia*, ut supra [27, 26, 5.] SIG. Pal. 1. *clam Petiacosa devicta*. GEBH. Locus corruptus. Put. *in Bruttiis Clampetia a consule devicasta*. In Pall. Voſſ. Buslid. *Clampetia cosa devicta*. Unde Rubenius *Clampetia, Cosa vi captae*. Andreas

Digitized by Google

biles aliae civitates, voluntate in ditionem venerunt.
2 Et, quum comitiorum jam adpeteret tempus, Cornelium potius ex Etruria, ubi nihil belli erat, Romam
3 adciri placuit. Is consules Cn. Servilium Caepionem et C. Servilium Geminum creavit. Inde praetoria co-

quoque habet *devicta*. Suspicabar *Clampetia ad consulem dedita*. nam et mox Putean. Regiusque *in ditionem venerunt*, non *deditionem*. Stephanus *Λαμπετείαν* vocat *πόλιν Βρεττίας*. Sequens liber et *Cosentiam* et *Clampetiam* ad C. Servilium demum consulem defecisse narrat [c. 19, 10.] Sed prudens lector intelligit facile, his consulibus inceptae rei nescio quid impedimenti intervenisse, ut illi quidem non valde volentes aliqua necessitate adacti deditionem suam ad consulem priorem miserint, alii majore studio denudare coeperint animos, res vero tota non nisi proximo anno perfecta ac rata fuerit. 27, [15, 2.] *iisdem ferme diebus et ad Q. Fulvium Hirpini et Lucani et Volscentes dediderunt sese*. J. FR. GRON. De his est 30, 19. De Consentia etiam 25, 1. et 28, 11. varie scribit. *vi* mutari vix potest propter sequens *voluntate:* nam haec opponuntur. Cap. 3. h. l. *Qui omnes Italiae populos vi aut voluntate in deditionem accepissent*. Cicero 2. de Finib. 20. *Sua voluntate, nulla vi coactus*. Sallust. Jug. 13. *Urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit*. ubi plura habet Cortius. Pro *venire in deditionem* Gronov. etiam 32, 31. ex MSS. legit *in ditionem*. at 23, 27. 32, 16. et 33, 17. reliquit *in deditionem*. nec mutavit in Epit. l. 28. Est etiam in Floro 4, 2, 33. DUK. Corrupta quarumdam edd. lectio *jam Petilia*, vel *Petelia a consule vi capta* obvia est in Lov. 3. Harl. et Hearnii D. *jam Petilia a consule devicta* in Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. quae prima *vi capta* substituit. *clam Petilia*, vel *Petelia a consule vi capta* Ber. a m. 2. et Lov. 4. *clam Petiacosa devicta* Lov. 1. et Hearnii N. *Clampetia consa devicta* Lov. 2. *clam Petiacoso devicta* Lov. 5. *clam Petracosa devicta* Hav. et Hearnii L. 1. *Cl. Poenocosa vi capta* Hafn. *Clampetia cos. devicta* Flor. Hinc *Cosentia* Ber. V. ad 30, 19, 10. Dein *Naudosia* Voss. et Lov. 1. *Nandolia* Lov. 2. Tandem *in ditionem venerunt* Flor. a m. 1. et alii Msti. Sed *in deditionem* emendatur in eodem Flor. inter versus; idemque superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Utraque locutio *venire in ditionem* et *in deditionem* apud Liv. superest. V. ad 9, 20, 4. ad 26, 21, 17. et ad 33, 37, 4. Mox §. seq. *Cornelium potissimum*, pro *potius*, Rec.

§. 3. *Consules Cn. Servilium Caepionem et Cn. Servilium Geminum creavit*] Veteres plerique libri, itemque Capitolinae tabulae edunt *Cn. Servilium Caepionem et C. Servilium*, sine cognomine *Gemini*, quod placet. Nam Servilii Gemini patricii fuerunt. Hic autem, auctore Livio, aedilis et tribunus plebis fuit, et cognomine caruit: praeterea plebeji consulis locum obtinet, siquidem cum Caepione patricio comparatus est. SIG. *Cn. Servilium Geminum* libri omnes, qua MSS. qua cusi. GEBH. *consulem C. Servilium creavit* Lov. 2.

Digitized by Google

mitia habita. creati P. Cornelius Lentulus, P. Quin- 4
ctilius Varus, P. Aelius Paetus, P. Villius Tappulus.
Hi duo, quum aediles plebis essent, praetores creati 5
sunt. Consul, comitiis perfectis, ad exercitum in
Etruriam rediit. Sacerdotes eo anno mortui, atque 6

consulem A. Emilium Genusium creavit Voss. et Lov. 1. *consules Cn. Servilium Geminum creavit* Flor. Lov. 5. et Hav. Reliqui a recepta scriptura parum discedunt, verum ita, ut cognomen *Geminum* servent. Id autem delenti Sigonio adversatur Pighius in Annal. ad ann. 1DL. p. 222. sed in primis Jac. Periz. in Animadv. Hist. c. 2. p. 46. qui putat, Cn. Servilium fuisse fratrem M. Servilii, qui ipsi in consulatu successit, et in Fast. Capit. atque apud Liv. 30, 26, 1. et alibi *Geminus* cognominatur, quia uterque in iisdem Fastis *C. F. P. NEPOS* dicuntur: docet insuper C. Servilium *Geminum* vocari non tantum a Cassiodoro, qui consulum nomina ex Livio exscripsit, verum etiam in loco Livii, neque a Sigonio tentato, neque ab aliis animadverso, 31, 4, 3. *Creati* (decemviri agro Samniti Appuloque metiendo dividendoque) *P. Servilius, Q. Caecilius Metellus, C. et M. Servilii*, (*Geminis ambobus cognomen erat*) *L. et A. Hostilii Catones*, etc. Tandem existimat, quamvis quidam Servilii Gemini patricii fuerint, id non obstare, quo minus et alii plebeji esse potuerint, quum similiter Atilii Longi, Genucii Augurini, et Minucii Augurini patricii et plebeji iisdem temporibus reperiantur: nisi autem Servilii Gemini etiam plebeji fuissent, aeque anno sequenti M. Servilium Geminum consulatum obtinere non potuisse cum Ti. Claudio Nerone, qui sine dubio fuit patricius, atque hoc anno C. Servilius Geminus cum Cn. Servilio Caepione. Nihil itaque hic mutandum, nisi ut posteriori consuli pro *Cn.* tribuatur *C.* praenomen; quod tamen se facere non audere professus est Glarean. ad §. 6.

§. 4. *Creati P. Cornelius Lentulus*] Hic praetor fit hoc anno, biennio autem post consul, quo in magistratu *Cneus* vocatur. Quare et hic etiam *Cn. Cornelius* scribendum. SIG. Praenomen omittitur in Lov. 2. et Hearnii N. *P. Cornelius* vocatur in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed Sigonii emendationem probat Pighius in Ann. ad ann. 1DL. p. 224. Contra, eamdem incertissimam esse, legitimis rationibus ostendit Cl. Dukerus ad 30, 36, 2. Quum autem Sigonii conjectura nullius cod. testimonio firmetur, priscam lectionem revocavi. Mox *L. Quinctilius* legunt Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Mog. Praenomen omittitur in Lov. 1. Sed passim libro seq. *P. Quinctilius* vocatur. V. c. 18, 1. et 27, 7.

P. Villius Tappulus] Pal. 1. *P. Julius T. Appius*. sec. *P. Julius*. tert. *P. Jullius Tapulejus*. GEBH. *P. Julius, T. Appius* Voss. et Lov. 4. *P. Julius, T. Apius* Lov. 3. et 5. *P. Julius, C. Appius* Hearnii L. 1. *P. Julius Appius* Hav. *P. Julius et T. Apulejus* Ber. Gaertn. et edd. usque ad Mog. quae *P. Julius Appulus* substituit; donec Froben. anno 1535.

Digitized by Google

in locum eorum subfecti; Ti. Veturius Philo flamen Martialis, in locum M. Aemilii Regilli, qui priore
7 anno mortuus erat, creatus inauguratusque: et in M. Pomponii Mathonis auguris et decemviri locum creati, decemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus admodum adolescens, quod tunc

T. Villius Tappulus recte emendaret. Propius ad eam lectionem accedunt reliqui codd. Nam *P. Vilius, Ti. Appius* praefert Lov. 1. *P. Vilius, T. Appius* Lov. 2. *P. Villius Tabulejus* Harl. *P. Vilius, T. Appilus* Flor. V. ad 40, 44, 1. et 31, 4, 3.

§. 6. *T. Veturius Philo*] In quodam vetere libro est *Ti. Veturius*, quod placet. Nam quendam Capitolinum consulem invenio ita describi *M. Veturius Ti. F.* ex quo intelligi potest, *Tiberium* Veturiae gentis praenomen fuisse. SIG. *Ti. Veturius* etiam Flor. Voss. Hav. aliique codd. M. Veturius autem, qui in Fast. Capit. *Ti. F.* vocatur, non consul fuit, sed tribunus militum consularis potestatis; qui dignitatem hanc obtinuit anno urbis CCCLIV.

In locum M. Aemylii Regilli] In creatione magistratus superioris anni [h. lib. c. 11, 14.] *M. Aemylius Regulus* hic legebatur, sed malim *Regillus*, ut superius quoque monuimus. Quidam etiam dubitarunt, si uterque hujus anni consulum *Cn.* dicebatur, quare Livius non ita locutus sit, *Is consules Cnejos Servilios Caepionem et Geminum creavit*, quomodo de tribunis militum consularibus potestate saepe loqui solet. Sed non videtur meo judicio Livius hoc perpetuo observasse, quamquam de his duobus Serviliis libro sequente dubie loquitur, ut ibidem dicemus, ob hoc tamen ego *Cn.* in *C.* mutare non ausim. GLAR. Aemilii praenomen deest in Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Tum *Reguli* Lov. 3. et Harl. Sed alteram lectionem constanter reliqui tuentur. V. ad 24, 7, 12. et c. 8, 10.

§. 7. *Et in M. Pomponii Mathonis auguris et decemviri locum*] De duobus unius hominis sacerdotiis dictum est ad 27, 6, 15. DUK. Copula *et* priori loco, ac vox *auguris* desunt in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. et Hav. Insuper Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit *M.' Pomponii*, quia M. Pomponius Matho hujus anni praetor anno adhuc sequenti prorogato imperio classi praefuit. Fatendum est, saepe praenomen *M.'* sive *Manius* corruptum esse in *M.* vel *Marcus*. V. ad 27, 25, 2. Praeterea, M.' Pomponium Mathonem tempore belli Hannibalici notum fuisse, et praeter alios honores etiam praeturam gessisse, constat ex Livii 22, 35, 5. Est tamen, cur de hac emendatione dubitem. Nam M.' Pomponium Mathonem pontificem mortuum retulit Liv. supra 26, 23, 7. Ut igitur illa conjectura vera sit, duo Manii Pomponii Mathones statuendi sunt, alterum pontificem, cujus mortem Livius d. l. narravit, alterum augurem et decemvirum, quem nunc obiisse dicit. Verum eadem ratione duos Marcos Pomponios Mathones extitisse contendere possumus: al-

Digitized by Google

perrarum in mandandis sacerdotiis erat. Quadrigae 8
aureae eo anno in Capitolio positae ab aedilibus curulibus, C. Livio et M. Servilio Gemino. Et ludi Romani biduum instaurati. Idem per biduum plebeji ab aedilibus P. Aelio, P. Villio: et Jovis epulum fuit ludorum caussa.

terum hujus anni praetorem, qui anno proximo prorogato imperio rem gessit; alterum augurem et decemvirum, hoc anno mortuum: et ita necesse non erit, ut invitis omnibus Mstis *M.* in *M.'* sive *Marci* in *Manii* praenomen mutemus.

Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat] V. Lipsium ad Senec. Consol. ad Marciam 24. Noris. Cenot. Pisan. Diss. 2, 5. in fine, et Spanhem. de Praest. et usu numism. dissert. 12, 4, 5. DUK. *mandatis* Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. V. ad 6, 37, 4. Paullo ante *admodum adulescens* Flor. V. ad 6, 34, 11.

§. 8. *Idem per biduum plebeji*] Ita Gronov. anno 1665. edidit, eamque lectionem servant Flor. Voss. Hav. et plerique reliqui codd. *Iterum per biduum* Harl. et Regius apud Doujat. qui cum Sigonio malebat *Item per biduum*, quomodo non tantum Sigonius edidit, sed et omnes ante Gronov. edd. praeferunt. Solent *idem* et *item* saepe commutari. V. ad Livii Ep. 69. Similiter *item* et *iterum*. V. ad Ep. Liv. 14.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI.

In Africa Scipio Karthaginienses et eumdem Syphacem Numidarum regem Hasdrubalemque pluribus proeliis vicit, adjuvante Masinissa, binaque hostium castra expugnavit: in quibus quadraginta millia hominum ferro ignique consumta sunt. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit. Masinissa Sopho-

In Africa Scipio Karthaginienses et eumdem Syphacem Numidarum regem] Vocem *Scipio* delent Voss. Leid. Boend. et Exc. Pithoei; ex quibus tamen Boend. eamdem transfert post vocem *Hasdrubalemque*, Leid. post vocem *vicit*. Deinde iidem quatuor codd. cum Berg. *Numidiae regem*. Mox *plurimis maximisque proeliis*, pro *pluribus proeliis*, Boend. Hinc *bina hostium castra*, omissa copula *que*, Voss. Berg. et Boend. Praeterea vocem *quadraginta* non agnoscunt Exc. Pithoei: nec *hominum* Leid.

Syphacem per C. Laelium cepit] Vet. lib. *per C. Laelium et Massanisam cepit*. atque ita Livius. SIG. Voces a Sigonio additae non adparent in Boend. et Hearnii Norvic. *Syphacem P. C. Laelius et Masinissa cepit* legit Berg. *Syphacem P. Cornelius et Masinissa ceperunt* Leid.

Statim adamat, et, nuptiis factis, uxorem habuit] Ita primum exhibuit postuma Gruteri ed. Omnes priores legerunt *adamavit*, quod revocandum docuerunt Leid. Berg. Boend. et Hearnii Norvic. revocavit etiam Crevierius. In Voss. autem corrupte legitur *statim et alma*. Praeterea *in uxorem sumpsit* Boend. Paullo ante *Sophonisbam Syphacis* Berg. omissa voce media, quae etiam abesse potest, et a librariis passim interposita est. V. Lipsium ad Tac. 4. Hist. 42. et Modii Novant. lect. ep. 15. Quum tamen reliqui eamdem tueantur, delere nolui.

Castigatusque a Scipione venenum ei transmisit: quo quidem hausto illa decessit] Vet. lib. *venenum ei misit, quo hausto*. SIG. *castigatus a Scipione*, sine particula *que*, Leid. Voss. Berg. et Boend. quorum fide eam delevi. Tum *venenum amisit* Voss. *venenum transmisit* Boend.

Digitized by Google

nisbam, uxorem Syphacis, filiam Hasdrubalis, captam statim adamavit, et, nuptiis factis, uxorem habuit. castigatus a Scipione venenum ei misit: quo hausto illa decessit. Effectumque est multis Scipionis victoriis, ut Karthaginienses, in desperationem acti, in auxilium publicae salutis Hannibalem ex Italia revocarent. isque, anno decimosexto Italia decedens, in Africam trajecit, tentavitque per conloquium pacem cum Scipione componere: et, quum de conditionibus pacis non convenisset, acie victus est. Pax Karthaginiensibus data est petentibus. Hannibal Gisgonem, pacem dissuadentem, manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti, ipse pacem suasit. Mago, qui bello in agro Insubrium cum Ro-

venenum ei transmisit Hearnii Norv. *venenum ei misit* Sigonio consentientes Leid. et Berg. Deinde priorum edd. lectionem *quo quidem hausto* solus iterum servat Hearnii Norv. Sed cum Sigonii libro faciunt Voss. et Leid. *quo impavida mulier hausto decessit* Ber. *quo illa hausto decessit* Berg.

Hannibalem ex Italia revocarent] Voces *ex Italia* exsulant a Voss. Leid. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Praeterea *evocarent* Voss. Paullo ante *est* deerat in Berg. Verum per compendium hoc modo *é* scripta a proximae vocis litera finali elidi potuit.

Anno decimosexto Italia discedens] *anno XVI flens Italia* Boend. quod librarii glossema puto. *vix lacrimis temperans* legatorum verba audisse dicitur apud Liv. h. l. c. 20, 1. non tamen flesse. Praeterea *decedens*, quod Cl. Crevierius ex ed. Campani recte recepit, firmant Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei. *Excedere* dixit Liv. c. 20, 7. Eadem varietas in hac voce infra est hoc lib. c. 33, 6. Solent saepe verba *decedere* et *discedere* confundi in Mstis. V. ad 2, 31, 11. Mox *tentavitque colloquio* Leid. Deinde *non convenissent, acie victus est fususque ingenti proelio et Carthaginensium strage, quibus pacem petentibus data est* Boend.

Mago bello, quo in agro Insubrium etc. *mortuus est*] Vet. lib. *Mago, qui bello in agro.* SIG. Ita et Voss. ac Leid. *Mago, bello qui in agro* Berg. *Mago dux Poenus bello, quo in agro* Boend. Solus Norvic. exhibet editionum ante Sigonium lectionem. Ceterum omnis haec periodus ad finem epit. rejicitur in Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. et priscis edd. quam Aldus in hunc locum jam revocavit.

Digitized by Google

manis conflixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus revertitur, ex vulnere mortuus est. Masinissae regnum restitutum est. Reversus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pileatus secutus est. Scipio Africanus (incertum militari prius favore, an populari aura ita cognominatus) primus certe hic imperator victae a se nomine gentis nobilitatus est.

Dum in Africam per legatos revocatus reverteretur] Livium dicturum fuisse *dum revertitur*, vel *quum reverteretur*, mihi persuadent ea, quae Gronov. ad 2, 47, 5. 21, 34, 8. 23, 43, 3. et 35, 8, 1. adnotat. DUK. *dum revertitur* etiam edidi ex fide Voss. Msti. V. ad 1, 40, 7. Et ita supra Epit. 28. ex codd. reposui, *dum gravi morbo inplicitus est*, pro *esset*. Ceterum *evocatus everteretur* Boend.

Ex vulnere mortuus est] Vet. lib. pleniores *ex vulnere mortuus est. Massanisae regnum restitutum est.* SIG. Quatuor voces, quas ex vet. lib. Sigonius revocavit, adparent in omnibus meis. Solus eas omisit Hearnii Norv.

Quem Q. Terentius Culleo senator pileatus secutus est] Loco horum verborum ita plenius exhibet Boend. *quem Q. Terentius Culeo senator Romanus, inter captivos a Carthaginensibus Scipioni restitutus, pilleatus triumphantem secutus est; omnique inde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit. Sifax Tibure obiit in ipso triumphi tempore.* In reliquis neque volam neque vestigium eorum invenio.

Scipio Africanus] Impedita est cum hac distinctione et particula *ita* oratio. Ea supervacua videtur esse, et legendum: *Scipio Africanus, incertum m. p. f. an populari aura, cognominatus. Primus certe.* vel *cognominatus; primus certe.* DUK. *ita cognominatus sit* Leid. Voss. Ber. Norv. omnesque edd. ante recentissimam Gruteri.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS.

I. Cn. Servilius Caepio et C. Servilius Geminus 1
consules, (sextus decimus is annus belli Punici erat)
quum de republica belloque et provinciis ad sena-
tum retulissent, censuerunt Patres, ut consules in- 2
ter se compararent, sortirenturve, uter Bruttios ad-
versus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures pro-

§. 1. *Cn. Servilius Caepio et Cn. Servilius Geminus consules*] Ob eas causas, quas dixi [29, 38, 3.] lego *Cn. Servilius Caepio et C. Servilius consules*. SIG. *Cn. Servilius Caepio et C. Servilius Geminus consules* exstat in antiquissima ed. Parum divertit Pal. 2. in quo *Cornelius* pro *Cn.* habetur. At contra prim. *Cornelius Servilius consul, sextus decimus*. Ad normam et palatum Sigonii Pal. 3. *Cn. Servius et Servilius consules*. aeque vitiose. GEBH. Libri optimi tantummodo *Cn. Servilius consul sextus decimus*: vel *Cornelius Servilius consul sextus decimus*. Qua mutila scriptura confirmatur Sigonii conjectura. Offendit enim inter nomen posterioris et τὸ *coss.* nullum aliud vocabulum interpositum fuisse, quum oculus librarii post redditum in membrana τὸ prius *Servilius*, transmissis mediis, erraret in posterius, et inde sequentia scribere pergeret. J. FR. GRON. *Cn. Servilius consul sextus decimus* Flor. Cant. et Lov. 1. *Cornelius Servilius consul sextus decimus* Voss. Lov. 5. Hav. et Hearnii Oxonn. *Cornelius et Servilius consules sextus decimus* Lov. 2. *Consul Servilius et C. Servilius consules* Harl. Perizonius, qui, ut ad 29, 38, 3. vidimus, vulgatum adversus Sigonium defendit, ut vim argumenti, quo Gronov. Sigonii emendationem firmare conatur, evitaret, ad marginem Livii notavit, forsitan Livium scripsisse *et C. Geminus Servilius*, ut infra hoc cap. §. 9. ipse Gron. emendat *Paetus Aelius*.

§. 2. *Uter Etruriam ac Liguriam provinciam haberet*] Scripsimus *ac Ligures*. Et sequitur mox, *in Etruria ac Liguribus decretum*. RHEN. *ac Ligures* solus Pal. 3. Reliqui omnes *ac Liguriam*. GEBH. *ac Liguriam* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaerta.

Digitized by Google

3 vinciam haberet. cui Bruttii evenissent, exercitum a P. Sempronio acciperet. P. Sempronius (ei quoque enim proconsuli imperium in annum prorogabatur) 4 P. Licinio subcederet: is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur, congestis om- 5 nibus humanis a natura fortunaque bonis. Nobilis

Hav. et Hearnii N. et L. 1. Sed recte Rhenanus *et Ligures*, quod superest in reliquis. V. ad 7, 26, 9. Regionem alibi apud Livium *Liguriae* nomine adpellari, non memini.

§. 3. *A P. Sempronio acciperet*] Vet. lib. *a P. Sempronio consule*. SIG. Pal. 1. *a P. Sempronio acciperet*. sec. et tert. *a proconsule Sempronio acciperet: proconsul Sempronius (ei quoque proconsuli imperium in annum prorogatum) proconsuli Licinio succederet*. GEBH. Vocem a Sigonio additam ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quam etiam Crevierius in suis non inventam recte omisit, addita hac ratione, quum Cn. et C. Servilii consulatum inierint, jam P. Sempronium non esse consulem. Praeterea *a proconsule Sempronio*, et mox *Proconsul Sempronius*, ac *proconsule Licinio* Harl. sollemni errore. V. ad 28, 16, 14. Insuper *ei quoque proconsuli* Lov. 1. sed voculam *enim* servant reliqui omnes.

§. 4. *Is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus* etc.] Hic locus admodum mutilus et incorrectus est, atque adeo, ut nemo, quod sciam, correctorum hactenus medicam manum adhibuerit: nihilominus asterisco haud dubie notandus mihi videtur, ut studiosi et docti diligentius ad sanandum illud vulnus animum attendant. Quod tamen sine veterum exemplarium auxilio valde curatu difficile videtur: conjectura tamen qualicumque supplere restituereque locum non nocebit, in eum dumtaxat finem, ut doctiorum excitemus ingenia. Quid igitur, si haec ita legantur? *Is Romam reverteretur, ut pontifex maximus sacris publicis esset praesto. Quamvis bello quoque bonus, ut habitus ad cetera; quibus nemo ea tempestate instructior civis, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis.* Sed haec acutioribus ingeniis scrupulos, non bilem moveant. PIGH. in Ann. ad ann. 1oxxxv. p. 152. Conjectura Pighii vix tolerabilis est. Habet tamen aliquid obscuritatis oratio. Nam quae sunt illa *cetera* praeter ea, quae *naturae fortunaeque bona* dicit? DUK. Neque mihi Pighii conjectura tolerabilis videtur. Codd. nihil mutant, nisi quod *habilis*, pro *habitus*, legat Ber. *erat*, pro *civis*, Lov. 5. *congesti omnibus humani* Harl. Vulgatum satis fero. *ad cetera* accipio super, praeter cetera. V. ad 26, 5, 9. Et quidem *ad cetera*, sc. illa, quae viro principi necessaria sunt. Crevierius recte *ad cetera* exponit praeter ceteras laudes et ornamenta.

§. 5. *Nobilis idem ac dives e-*

Digitized by Google

idem ac dives erat: forma viribusque corporis excellebat. Facundissimus habebatur, seu caussa oranda, seu in senatu, ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset: juris pontificii peritissimus. Super 6
haec, bellicae quoque laudis consulatus compotem fecerat. Quod in Bruttiis provincia, idem in Etruria ac Liguribus decretum. M. Cornelius novo con- 7

rat: forma viribusque corporis excellebat] Pal. 2. *Nobilis etiam ac dives erat: forma, viribus corporis excellebat.* tert. *Nobilis idem adolescens erat: forma viribusque c. e.* GEBHARD.

Seu in senatu et ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset] In codice manuscripto non est gerundium *dissuadendi*, sed tantum *et apud populum suadendi locus esset.* Nec erat opus illud hic addere. Nam suadet etiam, qui dissuadet. RHEN. Put. et optimi quique ignorant copulativam [*et.*] Scribe *seu in senatu, ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset.* J. FR. GRON. *in senatu, ad populum* sine copulativa etiam Flor. Voss. Lov. 1. 4. et Hearnii L. 1. quam neque in suis repertam recte expunxit Crevierius. Contra *τὰ ac dissuadendi* unus ignorat Harl. Reliqui servant. Rhenanum itaque non audiendum existimo. Ceterum unde factum fuerit, ut Cic. hujus P. Licinii, cujus tam honorifice Livius meminit, nullam mentionem fecerit in libro, qui inscribitur Brutus, seu de claris oratoribus, multis inquirit Franc. Floridus Sabinus 1. Lect. subsec. 14. Paullo ante *seu caussa orandi* Lov. 1. 3. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii. *seu caussam orandi* Voss.

§. 6. *Bellicae quoque laudis consulatus compotem fecerat*] Inverse Pall. 2. ac 3. *bellicae quoque laudes consulatus compotem fecerant.* GEBH. *bellicae quoque laudes* etc. *fecerant* a Grutero est forsan, quia sic in duobus Pall. e quibus id notatum video. Sed meliores servant, quod prius vulgabatur, *bellicae quoque laudis consulatus compotem fecerat.* Nec vult Livius, consulem factum, quod bellator esset, sed consulatum ei occasionem dedisse imperatoriae virtutis ostendendae. Quemadmodum paullo ante: *is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus ad caetera.* J. FR. GRON. *bellicae quoque laudis* etc. *fecerat* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quod recepi, quemadmodum etiam Crevierium fecisse video. Male altera lectio est in Brancal. Latinii, et reliquis meis, nisi quod *fecerunt* sit in Harl. et Hav.

Quod in Bruttiis provincia, idem in Etruria ac Liguribus decretum] Exemplar vetus mendosam hic lectionem continet, nempe sic *Cui in Brutiis provincia, eidem in Etruria ac Liguribus decreta.* Opinor scriptum fuisse: *Quae in Brutiis provincia, eadem in Etruria ac Liguribus decreta.* RHEN. Vet. ed. nec non Pal. 3. *Cui in Brutiis provincia, et dein in Etruria et Liguribus decreta.* GEBH. Codici Rhenani favent Harl. Ber.

Digitized by Google

suli tradere exercitum jussus: ipse, prorogato imperio, Galliam provinciam obtinere cum legionibus iis, quas praetor L. Scribonius priore anno habuis-
8 set. Sortiti deinde provincias: Caepioni Bruttii, Servilio Gemino Etruria evenit. Tum praetorum
9 provinciae in sortem conjectae. Jurisdictionem urbanam Paetus Aelius, Sardiniam P. Lentulus, Sici-

Lov. 4. et Gaertn. nisi quod Ber. servet *decretum*, Lovel. 4. legat *item*, et Gaertn. *idem*. Sed optimi nihil mutandum ostendunt. Neque sensus pluralem requirit. Nihil aliud enim in Bruttiis provincia decretum, quam ut, qui cum imperio ibi praeerat, exercitum novo consuli traderet.

§. 7. *Galliam provinciam obtineret*] Sic quidem Rhenanus [ad §. 10.] Sed Put. omnesque Gall. cum vett. edd. *obtinere*. J. FR. GRON. *obtineret* Lovel. 2. Harl. et Hearnii D. et L. 1. reliqui *obtinere*; quibus, quam prioribus, credere malo. V. ad 31, 8, 8. Ita Gronov. etiam supra emendabat in pr. ed. not. ad 1, 50. quam observationem postea multis exemplis auctam retulit in 2. Obs. 14. Mox *cum legionibus his* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav.

Quas praetor L. Scribonius priore anno habuisset] Pal. 1. *quas P. Scribonius priore a. h.* sec. *quas Q. Scrib. pr. an. hab.* tert. *quas proconsul Scribonius pr. an. h.* GERH. *quas P. Scribonius* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quas Q. Scribonius* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *quas praetor Scribonius* Lov. 1. 2. *quas praetor P. Scribonius* Lov. 3. *quas proconsul Scribonius* Harl. *quas proconsul Q. Scribonius* reliquae edd. Moguntina priores. Sed *L. Scribonius* constanter supra 29, 11, 11. et alibi vocatus est. Contra, *P.* vel *Q. Scribonii* Livium supra meminisse, non recordor. Neque displicere debet, quod *praetor L. Scribonius*, non *L. Scribonius praetor*, dicat. V. ad 22, 14, 13.

§. 8. *Sortiti deinde provincias: Caepioni*] Scribo: *Sortitis deinde provincias, Caepioni Bruttii.* J. FR. GRON. Omnes omnino *sortiti*. V. igitur, quae notantur ad 3, 22, 3.

Servilio Gemino Etruria] Vet. lib. *Servilio Etruria*. recte, ut dixi. SIG. Unus tantum meorum stat cum Sigonio. Reliqui *Gemino* servant. V. ad 29, 38, 3.

§. 9. *Jurisdictionem urbanam P. Aelius*] Meliores *urbanam Paetus Aelius*. J. FR. GRONOV. Ita non tantum omnes mei, et Hearnii N. verum etiam omnes typis descripti ante Aldum, qui, invito Livio, *P. Aelius* primus substituit. Passim Livius cognomen nomini gentili praeponere solitus est. *Ahala Servilius* 4, 14, 6. et 57, 3. *Capitolinus Quinctius* 4, 18, 5. et 41, 12. *Macer Licinius* 4, 23, 1. *Cincinnatus Quinctius* 6, 18. 4. *Cursor Papirius* 9, 38, 9. *Flaccus Valerius* 21, 11, 1. *Geminus Servilius* 22, 40, 6. *Crassus Licinius* 27, 6, 17.

Digitized by Google

liam P. Villius, Ariminum cum duabus legionibus (sub Lucretio Spurio eae fuerant) Quinctilius Varus est sortitus. Et Lucretio prorogatum imperium, 10
ut Genuam oppidum a Magone Poeno dirutum exaedificaret. P. Scipioni, non temporis, sed rei gerendae fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium est: decretumque, ut supplicatio 11

Antias Valerius 30, 3, 6. *Coriolanus Marcius* 34, 5, 9. *Regillus Aemilius* 37, 31, 5. *Sisenna Cornelius* 39, 45, 5. (* *Claudius Appius Regilliensis* Suet. Tib. 2.) V. Rhodium ad Scribon. Larg. Comp. 121. et quos ibi laudat; Spanhem. de Praest. et usu num. Diss. 10. p. 55. Cort. ad Sallust. Catil. in princ. et quae supra notavi ad Epit. Liv. 4. Id etiam fieri solet, quamvis praemittatur praenomen, ut *M. Marcellus Claudius*. V. supra ad 26, 22, 13.

Sardiniam P. Lentulus, Siciliam P. Villius] *Cn. Lentulus*, ut dixi. SIG. V. ad 29, 38, 4. Voces *Cn. Lentulus*, *Siciliam* omittuntur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Deinde *P. Tulius* Lov. 2. *P. Julius* Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et Hearnii D. ac L. 1. *C. Julius* Ber. Gaertn. et edd. antt. *consul Livius* corruptissime Harl. V. ad 40, 44, 1.

Sub Spurio Lucretio eae fuerant] Sic primus apud me Gryphius. Antea, ut scripti meliores et editi omnes ad Frobenium usque: *sub Lucretio Spurio eae fuerant*. Et plura ejus generis Livio restituimus: J. FR. GRON. *sub Spurio Lucretio*, quod ante Gryphium exhibuerunt Froben. anno 1535. aliique, superest in Lov. 5. et Ber. Reliqui *sub Lucretio Spurio*, nisi quod *sub Lucretio Sempronio* corrupte quidem, ita tamen ut verae lectionis vestigia servent, legant Lov. 4. Harl. et Rec. De praenomine nomini gentilitio postposito v. ad 3, 1, 1.

§. 10. *Et Lucretio prorogatum imperium est, ut Genuam oppidum a Magone Poeno dirutum*] In codice scripto sic legitur: *Et Lucretio prorogatum imperium, Genuam oppidum a Magone P. d. exaedificaret*, siue particula *ut*. Similis locutio mox praecessit: *M. Cornelius novo consuli tradere exercitum jussus: ipse, prorogato imperio, Galliam provinciam obtineret*. Quod postremum verbum inepte quispiam mutarat in *obtinere*. RHEN. Pall. tres, et vet. ed. *ut Genuam oppidum a Magone poene dirutum exaedificaret*. GERH. *Tà est* et *ut* Rhenanus expungebat. Verum *est* quidem in nullo etiam meorum, nisi in Ber. qui *prorogatum est imperium* exhibet, inveni: at contra *ut* in uno tantum Harl. deest, reliquis eam voculam tuentibus. Et Froben. etiam, qui lectiones Rhenani recipere in ed. anni 1535. solitus est, primam quidem vocem omisit, non tamen posteriorem. Deinde *a Magone poene dirutum*, vel *diruptum*, Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Ber. et Hav. *dirutus* et *diruptus* etiam alibi commutantur.

Digitized by Google

fieret, quod is in Africam provinciam trajecisset, ut ea res salutaris populo Romano ipsique duci atque exercitui esset.

1 II. In Siciliam tria millia militum sunt scripta. et, quia, quod roboris ea provincia habuerat, in Africam transvectum fuerat, ne qua classis ex Africa trajiceret, quadraginta navibus custodiri placue-
2 rat Siciliae maritimam oram. Tredecim novas na-

V. ad 9, 45, 17. Mox *non tempore, sed rei gerendae fine* Lov. 4. *non temporis, sed rei gerendae finem* Voss. Ber. et Hav.

§. 11. *Salutaris populo ipsique duci atque exercitui esset*] Una voce auctiores edd. ante Gronovianam anni 1665. *populo Romano;* quod revocavi, quia omnes servant codd. mei, uno alterove excepto, et Hearnii L. 1. ac N. Put. etiam *salutaris pr.* pro *p. r*, ut ex Cl. Sallierio didici. Praeterea *sicque duci* Lov. 1. 2. 5. et Harl. *sibique* Voss. in contextu. *sique* Put. neque aliter Flor. a m. 1. in quo manus altera emendabat *sive*. Sed prima syllaba *τοῦ ipsique*, quae perperam excidit, potius restituenda est.

§. 1. *In Siciliam tria millia militum sunt scripta*] Ita scribendum conjecit Pighius in Ann. ad ann. 101. p. 224. cujus conjecturam recepit Gruter. in postrema ed. Omnes priores exhibuerunt *In Sicilia*, quod in omnibus suis esse Hearnius testatur, et multi etiam ex meis retinent. Ex Cant. Voss. et paucis aliis nihil notatur, ut hos *In Siciliam* legisse verisimile sit; quod non tantum servat Flor. verum etiam in Put. superesse, de ejus lectione consultus respondit Cl. Sallierius.

Quod roboris ea provincia habuerat] Non est in archetypo nostro haec clausula, nec usque adeo necessaria. stat enim sensus iis verbis: *et quia, ne qua classis ex Africa trajiceret*, etc. RHEN. Solus Harl. facit cum Rhenani archetypo. Reliqui mei, omnesque Gronov. verba illa, quae Rhenanus abesse posse existimabat, defendunt.

Ne qua classis ex Africa trajiceret] Pal. 2. *et quia antequam classis ex Africa trajiceret*. Pal. 3. *tria millia militum sunt scripta, et quia ne qua classis ex Africa trajiceret*. quam clausulam, comparentem certe in Pall. reliquis, non necessariam sine caussa affirmat Beatus. GEBH. Reg. Men. Pall. Voss. *et quia antequam classis*. Put. *et quiantequaclassis*. Forte, *In Siciliam tria millia militum sunt scripta, quia, quod roboris ea provincia habuerat, in Africam transvectum fuerat: et Punica ne qua classis*. Quam clausulam delet Rhenanus, ea in omnibus nostris salva est. J. FR. GRON. *et quia antiqua classis* Hafn. *et quia antequam classis* Florent. Cant. Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *et quod antequam classis* Voss. et Lov. 2. ac 4. *et que antequam classis* Lov. 1. *et ne qua classis* Lov. 3. Sed Cl.

Digitized by Google

ves Villius secum in Siciliam duxit: ceterae in Sicilia veteres refectae. Huic classi M. Pomponius, 3
prioris anni praetor, prorogato imperio praepositus, novos milites ex Italia advectos in naves inposuit. Parem navium numerum Cn. Octavio, praeto- 4
ri item prioris anni, cum pari jure imperii ad tuendam Sardiniae oram Patres decreverunt. Lentulus praetor duo millia militum dare in naves jussus. Et 5

Crevierius ex cod. Put. lectione *et qui ante qua classis*, unica litera *t* expuncta, et aliter in voces distributis literis, recte, ut videtur, legit *et quia ne qua classis*, docens duplicem rationem adferri, cur tria millia militum in Siciliam scripta fuerint; alteram, quia insula non satis firmo praesidio tenebatur; alteram, ut novi milites inponerentur in naves, quibus ora maritima custodiretur. Mox *maritumam oram* Flor. V. ad 6, 31, 5.

§. 2. *Tredecim novas naves Villius*] Pal. 2. *XIII longas naves Julius secum in Siciliam duxit.* GEBH. *quatuordecim novas naves* Lov. 1. et Rec. *XIV novas naves* Hearnii D. Mox §. seq. Pomponii praenomen *M.* omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Et praenomen et nomen *M. Pomponius* desunt in Hearnii L. 1. Tum *navibus imposuit*, pro *in naves*, legit Ber.

§. 4. *Cn. Octavio, praetori item prioris anni, cum pari jure imperii*] *C. Octavio* Ber. Gaertn. Hearnii N. L. 1. et edd. omnes ante Mogunt. V. ad 7, 3, 3. *Cornelio Octavio* Lov. 5. V. ad 26, 1, 1. *cum Octavio* Lov. 1, V. ad 7, 16, 3. Deinde *compare jure* Voss. *compari jure* Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. De ea voce v. infra ad 36, 44, 7. Hic tamen potius lectionem illam tribuendam puto librariis errantibus eodem modo, quo *congratulatione* dederunt, pro *cum gratulatione*, et similia multa, de quibus egi ad 4, 24, 7. Observat autem Cl. Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. p. 342. Livium, dicentem Cn. Octavium *prioris anni praetorem* fuisse, sui oblitum esse: praetorem enim fuisse biennio ante, Sardiniam tunc sortitum, 28, 38. post praeturam vero, proxime superiore scilicet anno, navibus XL maritimam oram, quibus finibus senatus censuisset, tutari jussum esse, 29, 13. V. Cel. Duker. ad Liv. 23, 40, 1. ad 26, 1, 5. et ad 30, 24, 6.

Lentulus praetori duo millia militum dare in naves jussus] Pall. tres, et vet. ed. *Lentulus praetor.* GEBH. Rursus in excerptis aliorum MSS. hic magna conniventia. Attamen Cantabrigiae offendi *ad naves*, quod nemo non Livianum prae vulgato censebit, memorans notata ad 22, 19, 4. *Delecto milite ad naves.* JAC. GRON. *Lentulus praetor* non tantum omnes codd. sed et edd. antt. pro quo quum Froben. anno 1535. aliique *Lentulus pr.* per compendium dedis-

Digitized by Google

Italiae ora, quia incertum erat, quo missuri classem Karthaginienses forent, (videbantur autem, quidquid nudatum praesidiis esset, petituri) M. Marcio, praetori prioris anni, cum totidem navibus tuenda
6 data est. tria millia militum in eam classem ex decreto Patrum consules scripserunt, et duas legiones
7 urbanas ad incerta belli. Hispaniae cum exercitibus

sent, Sigonius tandem ejus loco vulgavit *Lentulus praetori*. Gronovius demum *praetor* revocavit. Hinc *duo millia peditum* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Sed v. ad 36, 17, 1. Tum *edere*, pro *dare*, Voss. et Lov. 1. Tandem *in naves* servant omnes mei, et Put. ut Sallierius monuit.

§. 5. *Petituri*) *M. Marcio*] *petituri, M. Mario* Put. et Lov. 2. 3. *petituri esse, Mario* Voss. et Lov. 1. 5. *petituri, M. Manlio* Ber. *petituri, M. Valerio* Hav.

§. 6. *Tria millia militum in eam classem*] *triginta millia militum* Lov. 4. et Hav. *XXX millia militum* Lovel. 1. et 2. *XXX millia*, omissa voce *militum*, Voss. *XXX militum* Flor. Adparet per notas ↃↃↃ *militum* scriptum fuisse, easque non intelligentes librarios varie adeo peccasse. Tum *in ea classe* Voss. et Lov. 1. *in eamdem classem* Rec.

§. 7. *Viginti omnino legionibus, et centum sexaginta navibus longis*] *Viginti octo omnino legionibus* Lov. 2. *XXVIII omnino legionibus* Hearnii L. 1. *decem*, vel *X omnino legionibus* Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Praeterea *et sexaginta navibus*, voce *centum* omissa, Hearnii L. 1. *et centum XL navibus* eaedem edd. Malc. M. Pomponius quadraginta navibus oram Siciliae maritimam custodire jussus est: parem navium numerum accepit Cn. Octavius ad tuendam Sardiniae oram. M. Marcio Italiae ora totidem etiam navibus tuenda data est. Habemus ita centum viginti naves, quibus addendae sunt naves Scipionis in Africa. Is autem, ex Sicilia in Africam anno proximo trajiciens, quadraginta naves longas habuisse dicitur, quarum viginti rostratae a dextro, totidem a sinistro cornu onerariis praesidio erant. V. 29, 25, 10. Ita habemus centum sexaginta naves. Supra quidem 29, 26, 3. ubi idem *quadraginta navium* Scipionis numerus memoratur, et Msti eamdem lectionem servant, Sigonius ex App. emendat *quinquaginta*. Praestare tamen videtur, ut codicum lectionem tueamur, ac dicamus, App. in numero navium a Livio dissentire. De numero navium classis Scipionis iterum infra v. hoc lib. c. 41, 7.

Res Romana eo anno gesta] Placet scripsisse Livium *respublica Romana eo anno gesta*: aut *respublica eo anno gesta*. V. ad l. 6, 6. J. FR. GRON. De locutione *gerere rempublicam* hoc sensu v. ad 2, 64, 5. Voces au-

Digitized by Google

bus imperioque veteribus imperatoribus, L. Lentulo et L. Manlio Acidino, decretae. Viginti omnino legionibus, et centum sexaginta navibus longis res Romana eo anno gesta. Praetores in provincias ire jussi. Consulibus imperatum, priusquam ab urbe 8
proficiscerentur, ludos magnos facerent, quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum vovisset, si eodem statu respublica staret. Et novas 9

tem *res* et *resp.* sive *respublica* saepe commutari, vidimus ad 8, 31, 2. etiam *res Romana* et *respublica.* V. ad 6, 23, 10. 27, 40, 3. Omnes tamen codd. vulgatum servant.

§. 8. *Consulibus imperatum, ut, priusquam*] *ut* abest a veteribus libris venuste. SIG. Pal. 1. et Sigonii liber *imperatum, priusquam*, excluso *ut.* GEBH. Ut Sigonianus, optimi quique resecant τὸ *ut.* J. FR. GRON. Illud *ut* soli ex meis retinent Harl. Ber. et Gaertn. A reliquis exsulat. V. ad 10, 41, 8.

Ludos magnos facerent, quos T. Manlius Torquatus] Hi ludi voti erant anno secundo hujus belli, C. Flaminio, Cn. Servilio coss. sed in nullum annorum numerum [22, 10.] Anno itaque undecimo hujus belli a T. Manlio dictatore facti, iterumque voti in quinquennium [27, 33.] Cum autem hic sit annus sextusdecimus, lector ipse secum dispiciat, quid per *quinquennium* intelligendum. Ipse tamen Livius hoc postea libro [c. 27.] anno sequenti hos ludos factos scribit, oblitus, opinor, hujus loci. Nisi quis, consules jussos quidem, sed non fecisse hoc anno, credat. quod videtur verisimile. nihil enim memoratu dignum hi duo gesse-

re. Errorem non parvum faciunt diversi loquendi modi apud Latinos, dum alius *in quinquennium*, alius *post quinque annos*, alius *quinquennale spatium lustrum* appellat. M. Varro l. 5. [p. 46.] etiam ita loquitur. *Lustrum*, inquit, *tempus quinquennale, a luendo, id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores solvebantur.* Haec ille. Ego, cum dicitur *quinto quoque anno*, non quinque annos intelligo, sed quatuor dumtaxat: tres quidem interjacentes, extremorum autem alterum. Ita Olympici ludi quinto quoque anno in Graecia fiebant, erant tamen Olympiadis quatuor anni tantum, non quinque. Et non est apud me dubium, quin lustri rationem Romani a Graeca Olympiade habuerint, ut caetera: sed apud eos vix unquam reperias vere lustri annos observatos. In caussa fuere ingentia negotia subinde incidentia et bellici tumultus. Ita ab undecimo anno in hunc sextumdecimum, si extremi numerentur, sunt anni sex; si omittantur, anni quatuor. Si in posteriorem conferamus annum, quod Livius tradit, non connumeratis extremis, quinque: at septem, iis adjectis. Ita in lustri annis varius usus etiam in Horatio, ut in eum quoque annotavimus, atque adeo

Digitized by Google

religiones excitabant in animis hominum prodigia, ex pluribus locis nunciata. Aurum in Capitolio corvi non laceraſſe tantum roſtris crediti, sed etiam
10 ediſſe. Mures Antii coronam auream adrosere. Circa Capuam omnem agrum locuſtarum vis ingens, ita ut, unde adveniſſent, parum conſtaret, comple-
11 vit. Equuleus Reate cum quinque pedibus natus. Anagniae sparsi primum ignes in coelo, dein fax
12 ingens arsit. Frusinone arcus solem tenui linea amplexus eſt; circulum deinde ipsum major solis orbis extrinsecus inclusit. Arpini terra campeſtri agro

etiam in Dionysium Halicarnasseum. GLAR. Non inmorabimur refellendis iis, quae Glarean. hic notavit, ut probet, luſtrum Romanorum Olympiadi Graecorum aequale fuiſſe. Luſtrum enim proprie quinque annorum, Olympiada, licet πενταετηρίς vocetur, quatuor annorum circulum fuisse, notius hodie eſt, quam ut ulla probatione indigeat. Recte autem Glareanus censet, consulibus quidem hujus anni imperatum esse, ludos facerent, priusquam ab urbe proficiscerentur, sed demum a consulibus sequentibus factos eſſe infra c. 27, 11. Caussam illis differendis dediſſe prodigia hoc anno nunciata, suspicatur Pighius in Annal. ad ann. 1011. p. 228.

§. 9. *Et novas religiones excitabant in animis hominum prodigia*] Vet. lib. *Et novas excitabant in animis hominum curas prodigia.* SIG. Non eſt audiendus hic liber. *Religio* et *Religiones* Livio et aliis dicuntur, cum ipsa prodigia, oſtenta, et omina, tum metus ex iis animis injectus. Liv. 7, 3, 1. *Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit.* 31, 13, 1. *Expiatis omnibus religionibus.* 37, 3, 5. *Supplicatio quoque earum religionum caussa fuit.* 21, 62, 1. *Motis semel in religionem animis.* 27, 37, 5. *Liberatas religione mentes turbavit rursum.* unde etiam *religiosi* homines 24, 10, 6. qui facile terrentur prodigiis. Pro *religionibus* etiam *superstitiones* dixit 29, 14, 2. *Impleverat ea res superstitionum animos.* Et *pravam religionem* 27, 23, 2. *Adeo minimis etiam rebus prava religio inserit Deos.* Adde Casaub. ad Suet. Aug. 90. et Graev. ad Juſtini 22, 6. DUK. Omnes etiam mei vulgatum adversus Sigonii librum defendunt, nisi quod in solo Rec. sit *Et novas curas excitabant.*

§. 10. *Mures Antii coronam auream adroserunt*] Et scripti, et veteres editi *adrosere*, vel *arrosere.* J. FR. GRON. *adroserunt*, vel *arroserunt* soli tuentur Lov. 3. et Harl. cum Hearnii D. quod ex editionibus prima praefert Froben. anni 1535. Priores enim cum reliquis codd. meis,

Digitized by Google

in ingentem sinum consedit. Consulum alteri, primam hostiam inmolanti, caput jocinoris defuit. Ea 13
prodigia majoribus hostiis procurata. editi a collegio pontificum Dii, quibus sacrificaretur.

III. Iis transactis, consules praetoresque in provincias profecti. omnibus tamen, velut eam sortitis, Africae cura erat; seu quia ibi summam rerum bellique verti cernebant; seu ut Scipioni gratificarentur, in quem tum omnis versa civitas erat. Itaque non ex Sardinia tantum, (sicut ante dictum 2
est) sed ex Sicilia quoque et Hispania vestimenta,

et Hearnii L. 1. *adrosere*, vel *arrosere*; nisi quod *coronam corosere auream* legat Lov. 1.

§. 11. *Anagniae sparsi primum ignes in coelo*] Pal. 3. *sparsi primum ignes de coelo*. GEBHARD. Ita et Lov. 3.

§. 12. *Arcus solem tenui linea amplexus est*] Sustulimus verbum *est*. RHEN. Si sol in arcu erat, quomodo major solis circulus ipsum includere potuit? Sed opinor per illud *extrinsecus* nobis significari alium extra circulum, quem hic solis orbis circulum vocat. Est sane in re lucida obscura descriptio. GLAR. Solus iterum Harl. stat cum Rhenani cod. Sed alii omnes *τὸ est* retinent.

Arpini terra campestri in agro in ingentem sinum consedit] Sustulimus praepositionem *in*, *campestri agro*, pro *campestri in agro*. RHEN. Praepositionem servant Voss. Lov. 2. 5. Ber. et Hav. servare etiam voluit scriba Gaertner. qui tamen *magno*, pro *in agro*, perperam dedit. In reliquis praepositio non adparet. Quin etiam omnia haec verba omittuntur, sed perperam, in Lov. 1. *Arpis terra campestris in agro* legunt Ber. a m. 2. et Brancal. Latinii. Et ita Hav. nisi quod habeat *Arpini*.

§. 13. *Caput jecinori defuit*] Omnes Gall. et Voss. *jocineris*. Sic 8, [9, 1.] *Decio caput jocinoris a familiari parte caesum aruspex dicitur ostendisse*. Aliud est 41, [15, 3.] *Quod caput jocinori defuisset*. Neque enim hic dativus ille personae adhibitus. J. FR. GRON. *jecineris* Hav. *jecinoris* Hearnii L. 1. et N. *jocinoris* Cant. Lov. 1. 5. et Ber. a m. 2. *jocineris* Flor. et Lov. 44 V. ad 41, 14, 7.

Editi a collegio pontificum Dii] Offenditur in Pall. tribus, et vet. ed. *edicti a collegio pontificum Dei*. GEBH. Similiter Voss. et Lov. 1. *edicti* etiam Lov. 3. 4. 5. et Ber. Sed v. ad 21, 62, 7. Tum *Dei* quoque Hav. V. ad 34, 5, 10.

§. 1. *Seu ut Scipioni gratificarentur*] Pal. 3. *gratificarent*. GEBH. Error est librariorum, de quo v. ad 10, 10, 1.

§. 2. *Sicut ante dictum est*]

Digitized by Google

frumentumque, et arma etiam ex Sicilia, et omne
3 genus commeatus eo portabantur. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiserat, quae multa simul undique eum circumstabant. Uticam obside-
4 bat. castra in conspectu Hasdrubalis erant. Karthaginienses deduxerant naves. classem paratam instructamque ad commeatus intercipiendos habebant. Inter haec ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex

Iterum expunximus verbum *est. sicut ante dictum.* RHEN. Nostri *sicut ante dictum est.* J. FR. GRON. Praeter Harl. Rhenano faventem, omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. Gronovio *est* revocanti adhaerent.

Vestimenta, frumentumque, armaque, et omne genus com.] Castigavimus ex veteri libro *et arma etiam ex Sicilia, et omne genus commeatus eo portabantur.* RHEN. Ut nunc vulgatur, ita cbmparet in Pall. 2. et 3. Contra in pr. *sed ex Sicilia quoque et Hispania testimenta et arma, et omne genus commeatus eo portabantur.* In ant. denique ed. *vestimenta, frumentumque, armaque, et omne genus commeatus eo portabatur.* GEBH. Ut ante Rhenanum edebatur, est in Ber. neque aliter Lov. 4. et Gaertn. nisi quod eorum prior legat *arma*, pro *armaque*, alter *et arma.* Sed *vestimenta, et arma, et omne genus* Voss. Lov. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *vestimenta, et arma etiam ex Sicilia, et omne genus* Lov. 1. 2. *vestimentumque, et arma ex Sicilia, et omne genus* Flor. Mox *eo portabatur* Harl. et Gaertn.

§. 3. *Quae multa simul undique eum circumstabant*] Pal. 3. *undique eum instabant.* GEBH. *eum* deest in Ber. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat*] Scripsimus *dimiserat.* RHEN. *dimiserat* quidem Rhenanus se scripsisse ait. Sed scripti omnes *ex animo miserat.* Virgilius in 6, [85.] *mitte hanc de pectore curam.* J. FR. GRON. *dimiserat* soli Ber. et Harl. reliqui *miserat*, ex cujus interpretatione alterum natum est, et primo margini adscriptum mox in contextum inrepsit. Suet. in Tib. 37. *Quum Polentina plebs funus cujusdam primipilaris non prius ex foro misisset.* V. Cel. Burm. ad Ovid. 1. Met. 209. *mittere e manibus* infra est 32, 9, 10. ubi vide. *Mittere* et *Dimittere* etiam infra commutantur 38, 60, 6. Cl. Perizon. ad marginem Livii conjecit, forte legendum esse *ex animo amiserat.* Praeterea *curam reconciliandi* Harl. sed *reconciliandi* deest in Ber.

Si forte jam satias amoris in uxore ex multa copia eum cepisset] Vet. lib. *in uxorem.* Polybius 14, [1.] *οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκε καὶ τῆς παιδίσκης αὐτὸν ἤδη κόρον ἔχειν.* SIG. Pal. 1. et 2. *satis amoris in uxorem* (pr. *in uxore*) *ex multa copia cepisset.* tert. *si forte jam satis amore et multa copia eum excepisset.*

Digitized by Google

animo miserat; si forte jam satias amoris in uxore ex multa copia cepisset. Ab Syphace magis pacis 5 cum Karthaginiensibus conditiones, ut Romani Africa, Poeni Italia excederent, quam, si bellaretur, spes ulla desciturum adferebatur. Haec per nun- 6 cios magis equidem acta crediderim, (et ita pars major auctores sunt) quam ipsum Syphacem, ut Antias Valerius prodit, in castra Romana ad conlo-

Omnia mendose. Errarunt enim ignoratione vocabuli prisci exscriptores, quod huc reponendum praeit vet. ed. in qua reperi, *si forte jam saties amoris in uxore ex multa copia cepisset.* Ergo lege, *si forte jam satias amoris i. u. e. m. copia percepisset. Satias* est κόρος. Terent. Eun. [5, 5, 3.] *Ubi satias coepit fieri, commuto locum.* Porro *satias percepit* egregie dictum. Terent. ibid. *Urbis odium me percipit.* Sic l. 22, 51. *Perceperat Annibalem nimia tantae rei laetitia.* GEBH. *amoris in uxorem* Sigonius, at nostri *in uxore.* Ut apud Ovid. 4. [Met. 258.] *Venerisque modum sibi fecit in illa.* Deinde nusquam τὸ *eum.* Lego *si forte eum satias amoris in uxore ex multa copia cepisset.* J. FR. GRON. *in uxore* habent etiam lexica quaedam, et Vertranius ad Taciti 3. Ann. 31. sine dubio ex vett. edd. DUK. *si forte jam satis amoris* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Rec. et Hav. *si forte jam saties amoris* Ber. In antt. edd. partim *saties*, partim *satis* inveni usque ad Mogunt. quae *satias* dedit. Postea Francof. anni 1578. admisit *satietas*, unde ejectum *satias* vindicandi Gebhardo occasio data est, quod ultima Grut. iterum recepit. De ea voce v. ad 27, 49, 8. Deinde *in uxore* omnes mei, quod recte Gronov. probat. *Amor in uxore* eodem modo, quo *ardere in Atalanta, in Briseïde* apud Ovid. 4. Her. 99.

Arsit et Oenides in Maenalia Atalanta.

et 9. Her. 33.

Arsit in abducta Briseïde tristis Achilles.

V. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 369. *eum*, quod in fine ejectum, ubi in solo tantum Harl. apud me superest, supra pro *jam* restituit Gronov. nullius cod. auctoritate firmatur. Quare τὸ *jam* pristino loco restitui.

§. 5. *Spes ulla desiturum adferebatur*] Legendum est *desciturum*, a verbo *descisco.* Loquitur de Carthaginiensibus relinquendis, cum quibus adversus Romanos foedus inierat Syphax. Ab hoc foedere, modica spes erat futurum, ut ille *desciscceret* deficeretque. Hoc planius faciunt ea, quae sequuntur, et stipulatur codex vetustus. RHEN. Recte Rhenanus, licet dissentientibus Voss. Lov. 2. 4. Ber. et Gaertn. Saepe *desciscere*, *descisse*, *desciturum*, et *desistere*, *desisse*, *desiturum* commutarunt scribae. V. ad 1, 27, 4. 3, 4, 3. 6, 25, 2. c. 36, 8. 8, 11, 15. 9, 16, 8. 10, 45, 4. 32, 30, 7. Et ita viri docti codd.

Digitized by Google

7 quium veniſſe. Primo eas conditiones imperator Romanus vix auribus admisit. poſtea, ut cauſſa probabilis suis commeandi foret in caſtra hoſtium, mollius eadem illa abnuere, ac spem facere, saepius ul-
8 tro citroque agitantibus rem conventuram. Hibernacula Karthaginiensium, congeſta temere ex agris
9 materia exaedificata, lignea ferme tota erant. Nu-

variare monuerunt in Suet. Vitell. 15.

§. 6. *Ut Valerius Antias prodit*] Scripsimus *Antias Valerius*, secuti videlicet fidem lectionis veteris, quod elegantiae causa Livius usurpavit. RHEN. Consentiunt mei, exceptis solis Ber. et Gaertn. Ita etiam 39, 41, 6. et 56, 7. V. supra ad c. 1, 9. Paullo ante *per nuncios acta magis equidem crediderim* Flor. et Harl.

§. 7. *Postea, ut caussa probabilis visa commeandi foret in castra hostium*] Cum lectione vulgata consentit exemplar scriptum, nisi quod *postea* adverbium quispiam hic infulsit. Caeterum ausim affirmare ego, pro participio *visa* legendum *suis*, hoc modo: *Primo has conditiones imperator Romanus vix auribus admisit. ut causa probabilis suis commeandi foret in castra hostium, mollius eadem illa abnuere.* Misit enim exploratores in hoſtium caſtra Scipio per occasionem colloquii, qui singula specularentur. Nec vero quicquam addubito, quin eruditi mecum sint hinc sensuri. Pervicacibus nihil satisfacit, et nihil intelligunt ſtupidi. Certe participium *visa* nihil ad sensum pertinet. Dedit occasionem errori, quod praecedens dictio *probabilis* in *s* desinit. unde librarius, omiſſo *s* altero, *uis* scripsit pro *suis*. Alius caſtigare volens *a* literam adjecit, ut fieret *visa*. RHEN. *postea*, quod Rhenan. interpolatum credit, in omnibus meis, praeterquam in Harl. conſtanter superest; et ideo expungi nolo. V. ad 22, 43, 3. Contra vero recte idem Rhenan. *suis*, pro *visa*, emendavit. *sui*, pro *visa*, legunt Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. *visa suis*, juncta utraque scriptura, Lov. 4. et Ber. a m. 1. *suis* pleriqui reliqui, et Voſſ. inter versus. Recte etiam indicavit, originem erroris esse, quod primam literam *τοῦ suis* interceperit ultima vocis praecedentis. Ita alibi innumeris locis litera initialis *s* ab eadem finali vocis proximae elisa eſt. V. ad 1, 55, 4. 3, 27, 1. 4, 40, 6. 5, 24, 1. 6, 10, 4. 7, 24, 5. 8, 2, 8. c. 22, 5. 22, 10, 9. c. 14, 7. 26, 13, 14. 45, 5, 9. Contrario errore eamdem literam adcrescere initio vocum, quod praecedens illa finiatur, supra dictum eſt ad 28, 25, 2.

Saepius ultro citroque agitantibus rem conventuram] Legitur in scripto libro *ultro citroque agitantibus rem, conventurum*. RHEN. Hoc quidem *rem conventuram* non magnopere me offendit. 24, 27, 6. *Marcellus posse rem convenire ratus*. Cic. 1. Phil. 3. *Addebant* etc. *rem conventuram*. Quia tamen *agitare* hac significatione rarius sine casu, vel aliquo, quod casus instar esse poſſit, poni puto, magis proba-

Digitized by Google

midae praecipue arundine textis, ſtoreaque pars maxima tectis, paſſim nullo ordine, quidam, ut sine imperio occupatis locis, extra foſſam etiam vallumque habitabant. Haec relata Scipioni spem fece- 10
rant caſtra hoſtium per occásionem incendendi.

IV. Cum legatis, quos mitteret ad Syphacem, 1
calonum loco primos ordines spectatae virtutis at-

rem *conventurum*, sicubi id in scriptis vel vett. edd. invenireturr, et *agitantibus rem* conjungerem, ut c. 4, 4. *Cum saepius agitata res certiorem spem pacis in dies et Syphaci et Carthaginiensibus per eum faceret.* Nec opus eſt, multis oſtendi, tam apud Livium, quam apud alios, obvium eſſe *agitare rem.* DUK. Ex nullo meorum, ne Harl. quidem et aliis, qui paſſim alibi codici Rhenani consentire solent, aliquid varietatis ad haec verba notatur, nisi quod *cogitantibus* sit in Harl. et *saepe*, pro *saepius*, in Ber. An igitur semel posita vox *rem* repetenda eſt? *rem conventuram agitantibus*, scilicet eamdem rem.

§. 8. *Hibernacula Karthaginiensium* etc. *lignea ferme tota erant*] Legitur in scripto libro *Hibernacula Carthaginiensibus*, non *Carthaginiensium*. *Hibernacula Carthaginiensibus lignea erant*, hoc eſt Carthaginienses habebant hibernacula lignea. RHEN. V. Schelium ad Hygin. p. 1110. DUK. *Karthaginiensibus* solus Harl. Reliqui omnes *Karthaginiensium*.

§. 1. *Calonum loco primos ordines spectatae virtutis atque prudentiae*] Scribendum *primos ordines*. Id eſt, primorum ordinum ductores, centuriones. Et ita Put. Voſſianusque. Noſter 44, [36, 6.] *Tum jam aperte primis ordinibus imperat, metarentur frontem castrorum.* Caeſar 6. Gall. 7. *Labienus tribunis militum primisque ordinibus coactis, quid sui consilii sit, proponit.* Ita enim, ut hoc obiter moneam, scribendum ex membr. non, ut vulgo, *convocatis*. Virgilius [11. Aen. 304.] *Non tempore tali Cogere concilium.* Auctor l. 8. *copiis coactis.* Et *cogere senatum.* Frontinus Strateg. 1, 5, 12. *Ad primos tantum ordines relato consilio.* Hyginus de Limit. [p. 160.] *Nam cum signis et aquila a primis ordinibus deducebantur.* Hos quinque fuiſſe in prima cohorte, notat vir doctus ad Ammianum. Dicit quidem Vegetius *ordinarios* vocatos, qui in proelio primos ordines ducunt, et decem centurias primae cohortis a *quinque ordinariis* regi solitas l. 2, 7. et 8. sed nec definit eos hoc numero, et ita appellat, ut veterem militiam parum exacte cognoviſse videatur, et omnino remittendi sint alio tirones, qui noſse volunt, qui fuerint *primi ordines*. Quinque illos designat *centurionem primi pili*, *primum hastatum*, *principem*, *secundum hastatum*, *triarium priorem*. Atqui *triarius prior*, et *centurio primi pili* una eademque eſt persona, non duo. Deinde *primum hastatum* digniore loco ponit, quam *principem*, et hos ambos cum *secundo hastato*, quam *triarium priorem*:

Digitized by Google

2 que prudentiae servili habitu mittebat; qui, dum in conloquio legati essent, vagi per castra, alius alia, aditus exitusque omnes, situm formamque et universorum castrorum, et partium, qua Poeni, qua Numidae haberent, quantum intervalli inter Hasdru-
3 balis ac regia castra esset, specularentur: moremque simul noscerent stationum vigiliarumque: nocte, an interdiu opportuniores insidianti essent. Et inter crebra conloquia alii atque alii de industria, quo

quod minime fert antiqua ratio. Denique inter primos ordines nominat *secundum hastatum*, qui numquam inter illos fuit: nisi primum hastatum posteriorem intellexit: sed is non dicebatur *secundus*. Primi ordines vetere militia erant sex primorum ordinum centuriones: duo primi pili, duo primi principes, duo primi hastati. V. Lipsium l. 2, 8. J. FR. GRON. *primos ordines* etiam Flor. multique alii meorum, ut et Hearnii Oxonn. et Brancal. Latinii. Similiter emendabat hic Gronov. priore ed. not. ad 9, 39, 8. Infra 44, 33, 4. *Ipse cum tribunis et primis ordinibus vadit ad contemplandos transitus*. V. Ger. Vossium, et Nic. Heinsium ad Vell. Pat. 2, 112. et Tennul. ad Front. 4. Strat. 5, 8. *principes ordinum* vocantur 8, 39, 4. *Tum adhortari milites, tribunos, principesque ordinum nominatim. Centuriones primorum ordinum* 10, 35, 16. *Dicta consulis legati, tribunique, et omnes turmae equitum, et centuriones primorum ordinum adprobavere. primores centurionum* 26, 5, 12. Q. *Navium primoresque alios centurionum hortatur*. Ceterum conferendus est cum his Polyb. l. 14. unde Livius sua hausit.

§. 2. *Qua Poeni, qua Numidae haberent*] An *tenderent*? in quibusdam tamen. *quas Poeni, quas Numidae haberent*. J. FR. GRON. Nihil muto. *Habere* est habitare. 26, 34, 10. *Ne ipsi posterive eorum uspiam pararent, haberentve, nisi in Vejente*. 32, 14, 3. *Dedidere deinceps sese, qui Argenta, quique Pherinum, et Timarum, et Lisinas, et Stimonem, et Lampsum habent*. V. quae notavi ad Silii 8, 370. Tentoria autem militibus in castris degentibus quasi domus sunt, in quibus habitant. Livius 44, 39, 5. *Patria altera est militaris haec sedes, vallumque pro moenibus, et tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt. quam Poeni, quam Numidae* Lov. 3. *quas Poeni, quas Numidae* Flor. a m. 2.

§. 3. *Nocte, an interdiu opportuniores insidiantibus essent*] Put. omnesque Gall. *insidianti*: Vossianus alludens *insidiandi*. J. FR. GRON. *insidiantibus* tantum in Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Rec. et Hearnii D. alii mei cum Hearnii L. 1. *insidianti*, nisi quod *insidiati* sit in Cant. *insidiandi* in Lov. 1. et Hearnii N. Ceterum *opportunae res i. essent* Lov. 5. et Ber. a m. 1. *opportunior res i. esset* a manu sec.

§. 4. *Quum saepius agitata res certiorem spem pacis*] *artio-*

Digitized by Google

pluribus omnia nota essent, mittebantur. Quum saepius agitata res certiorem spem pacis in dies et Syphaci et Karthaginiensibus per eum faceret; legati Romani *vetitos se reverti ad imperatorem* ajunt, *nisi certum responsum detur. Proinde, seu ipsi staret jam sententia, seu consulendus Hasdrubal et Karthaginienses essent, consuleret. Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri.* Dum consulitur Hasdrubal ab Syphace, ab Hasdrubale

rem spem pacis exhibet Pal. pr. sed tert. *spem certioris pacis.* GEBH. *artiorem*, vel *arctiorem* etiam Voss. Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. *spem certiorem pacis* Harl.

Vetitos se reverti ad imperatorem ajunt] Castigavimus juxta fidem scripti voluminis *ab imperatore.* Quae verba respiciunt participium *vetitos*, non autem infinitivum *reverti:* quod non animadvertit, qui mutavit. RHEN. *ab imperatore* habent vetustiores codices. Quidam emendarunt *ad imperatorem*, quod displicet. Nam utique legatis Romanis licebat ad suum redire imperatorem; sed ab imperatore ad Syphacem non redituros, id enimvero minabantur, ut tandem responsum elicerent. Est autem hoc factum hic a perfidia non multum alienum, utut pinxerit Livius. GLAR. *ab imperatore* ab Rhenano est, et explicat Glareanus: Legatis, inquit, Romanis licebat ad suum redire imperatorem; sed ab imperatore ad Syphacem non redituros id enimvero minabantur, ut tandem responsum elicerent. Scripti retinent vetus *ad imperatorem.* Idque confirmat Polybius [14, 2.] Ἅμα δὲ τούτοις προσενετείλατο τοῖς πρεσβευταῖς, μὴ πρότερον ὡς αὐτὸν ἀπιέναι, πρὶν ἢ λαβεῖν ἀπόκρισιν ὑπὲρ τούτων. Non praecise, ut Cadmum Agenor vetuit reverti non inventa Europa: sed ut ibi exspectarent, donec certum habuissent responsum, si habere possent. Sic dabat et otium officio, quod additum legatis erat, castra contemplandi: et speciem cupidi pacis praebebat. J. FR. GRON. *ab imperatore* Ber. Harl. Hearnii D. et edd. usque ad Aldum, qui *ad imperatorem* reposuit, adsentientibus reliquis meis, et Hearnii L. 1. ac N. V. Gronov. 4. Obs. 6. p. 89.

§. 5. *Proinde, seu ipsi staret jam sententia*] Pal. 1. et ex parte vet. ed. *seu ipsa staret jam sententia, seu consulendi Hasdrubal et Carthaginienses essent, consulerent.* sec. *seu ipse staret in sententia.* tert. *Proinde, seu ipse staret jam sententia, seu consulendum Asdrubal et est ut Carthaginienses consuleret.* GEBH. *seu ipse staret jam sententia* Lov. 4. et Harl. *seu ipsam staret jam sententia* Lov. 1. *seu ipsa staret jam sententia* Voss. Lov. 2. 3. Gaertn. et edd. ante Aldum; qui, consentientibus reliquis, recte substituit *seu ipsi staret jam sententia.* Supra 21, 29, 5. *Nec Scipioni stare sententia poterat.* Ubi v. quae notantur. Mox *bellum noviter ge-*

Digitized by Google

Karthaginienses; et speculatores omnia visendi, et Scipio ad comparanda ea, quae in rem erant, tem-
7 pus habuit. et ex mentione ac spe pacis neglegentia, ut fit, apud Poenos Numidamque orta cavendi, ne
8 quid hostile interim paterentur. Tandem relatum responsum, quibusdam (quia nimis cupere Romanus pacem videbatur) iniquis per occasionem adjectis; quae peropportune cupienti tollere inducias Scipio-
9 ni caussam praebuere. ac nuncio regis, quum relaturum se ad consilium dixisset, postero die respondit, *Se uno frustra tendente, nulli alii pacem placuisse. Renunciaret igitur, nullam aliam spem pacis, quam relictis Karthaginiensibus, Syphaci cum*

ri, pro *naviter*, Lov. 3. 5. cum quibusdam edd. antt. V. ad 10, 44, 4. *bellum gnaviter geri* Lov. 4. et Hav. Et ita in libro optimo esse Gronov. supra monuit ad 10, 39, 6. V. ad 3, 41, 8.

§. 6. *Ad comparanda ea, quae in rem opus erant*] In scripto volumine legitur *ad comparanda, quae in rem opus erant*. RHEN. Sic [*ad comparanda, quae*] Rhenanus, deleto pronomine *ea*. Sed id quidem retinent nostri, nesciunt autem τὸ *opus*: ut sit, *ad comparanda ea, quae in rem erant*. Plautus Amphitr. prologo: *Quae maxime in rem vestram communem sient*. Aulul. 2, 1. *Quod in rem esse utrique arbitremur*. Et saepe alibi. J. FR. GRON. *ea* servant omnes mei. *Τὸ opus* nulli, nisi Harl. et Ber. *quae in rem erant* locutionem Livianam esse, supra docui ad 22, 3, 2.

§. 7. *Apud Poenos Numidasque orta*] Optimi *Numidamque*. J. FR. GRON. Similiter Flor. V. ad 10, 27, 3. Mox *et mentione ac spe pacis neglegentia* etc. *orta*, omissa praepositione *ex*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. quod non displicet. V. ad 2, 6, 2. Potuit tamen *ex* intercidisse ob similitudinem vocis praecedentis. V. ad 5, 32, 4. 21, 15, 2. 27, 46, 11. 33, 14, 5. c. 39, 2. 35, 29, 8. et alibi. Similiter etiam *et aequare*, pro *et exaequare*, plures exhibent codd. et edd. infra 34, 3, 2. *et ex cunctatione* legit Hafn.

§. 8. *Quod nimis cupere Romanus*] Castigavimus *quia nimis* ex archetypo Spirensi. RHEN. *quia* legunt omnes praeter Gaertner. Deinde *animis cupere* Voss. et Lov. 1. ac 2. priore litera ex fine praecedentis vocis repetita; certe *qui animis cupere* legit Harl. V. ad 37, 29, 8. *quia nimis animis cupere*, duplici lectione juncta, Lov. 4. V. ad 3, 44, 4.

Iniquis per occasionem adjectis] Pal. 2. *conditionibus iniquis per occasionem adjectis, quae peroptime cupienti tollere inducias*. Vereor ne perperam et pravis ex additamentis castigatorum.

Digitized by Google

Romanis esse. Ita tollit inducias, ut libera fide in- 10
cepta exsequeretur: deductisque navibus (et jam
veris principium erat) machinas tormentaque, velut
a mari adgressurus Uticam, inponit. Et duo millia 11
militum ad capiendum, quem antea tenuerat, tumu-
lum super Uticam mittit: simul ut ab eo, quod pa-
rabat, in alterius rei curam converteret hostium ani-
mos: simul ne qua, quum ipse ad Syphacem Has- 12
drubalemque profectus esset, eruptio ex urbe et in-
petus in castra sua, relicta cum levi praesidio, fie-
ret.

V. His praeparatis, advocatoque consilio, edi- 1
cere exploratoribus jussis, quae comperta adferrent,

GEBH. Certe omnes mei in vulgatum conspirant.

§. 11. *Duo millia militum*] *Et duo millia militum* Lov. 3. et Gaertn. *Et XX*, vel *Et viginti millia militum* Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. *Et X̄X militum* Flor. Cant. et Lov. 4. Scriptum fuit *Et ↂ ↂ militum*. V. ad 33, 14, 5.

§. 1. *His praeparatis, convocatoque concilio, et dicere*] Pall. tres, et vet. ed. *advocatoque concilio*. Amplius pr. et vet. ed. *et dicere exploratoribus jussis*. tert. *edicere exploratoribus jussis, quae comperta essent*. GEBH. Meliores, *advocatoque consilio edicere exploratoribus jussis*. Verissime. *Edicere* est proloqui, indicare. Plautus Amphitr. [2, 2, 184.] *Tute edictas facta tua, ex me quaeris, quid deliquerim*. Sallustius Catil. [48.] *Jussus a consulibus, quae sciret, edicere*. Etiam Andreas et Aldina *advocatoque*. J. FR. GRON. De illo adnotavit ad 23, 32, 3. de hoc etiam Ferrarius ad Cic. 1. Phil. 5. DUK. *advocatoque consilio* omnes mei, praeter Gaertn. *concilio* exhibentem. *advocatoque consilio* etiam primae edd. certe ita inveni in Rom. anni 1472. ac Parm. *advocatoque concilio* Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Mogunt. quae iterum reposuit *advocatoque consilio*. Pro eo deinde Paris. anni 1573. *convocatoque consilio*, Modius *convocatoque concilio* substituerunt. *consilium*, non *concilium*, legendum est: intelliguntur enim legati, tribuni militum, aliique, quos consulebat imperator, ubi aliquid deliberandum incideret. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. ubi etiam plura laudavit testimonia Livii, unde tota locutio *advocare consilium* inlustrari potest. Ita etiam *advocare concionem* supra vidimus ad 7, 37, 1. et 26, 41, 2. Praeterea *edicere* etiam Hearnii Oxonn. Eodem sensu infra est 43, 4, 11. *Eademque pro concione edicere Q. Maenium praeto-*

Digitized by Google

Masinissaque, cui omnia hostium nota erant; postremo ipse, quid pararet in proximam noctem, pro-
2 ponit. Tribunis edicit, ut, ubi, praetorio dimisso, signa concinuissent, extemplo educerent castris le-
3 giones. Ita, ut imperaverat, signa sub occasum solis efferri sunt coepta. ad primam ferme vigiliam agmen explicaverunt: media nocte (septem enim millia itineris erant) modico gradu ad castra hosti-
4 um perventum. Ibi Scipio partem copiarum Laelio,

rem jusserunt. Cic. de Amic. 16. *Si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero.* V. Cortium ad Sallustii Catil. 48. Eodem errore *et quidem*, pro *equidem*, librarii dederunt 5, 54, 3. ubi quaedam vide. *et durum*, pro *edurum*. V. Tollium ad Auson. Idyll. 22. p. 477.

Postremo, quid ipse pararet in proximam noctem, proponit. Tribunis edicit] Levicula trajectione Pal. 1. *postremo ipse, quid pararet in proximam noctem, proponit tribunis, et edicit.* GEBHARD. *ipse quid pararet* edidit Cl. Jac. Gronov. et ita omnes mei, praeter Harl. et Ber. *proponit tribunis et edicit* Voss. et Lov. 1. 2. *proponit tribunis etiam edicit* Lov. 5. *proponi tribuni se dicit* Flor.

§. 2. *Edicit, ut, ubi, praetorio dimisso, signa concinuissent, extemplo educeret e castris legiones*] Pal. 1. *edicit, ubi praetorio dimisso signa concinuisset, extemplo educerent castris legiones.* sec. *ubi signa occinuissent.* tert. *ubi praetorio dimissa signa continuissent, extemplo educerent castris legiones.* GEBH. Omnes et Gall. et Pall. *extemplo educerent castris legiones.* J. FR. GRON. V. Lipsium 5. de Milit. Rom. 2. et Schel. ad Polyb. c. 2. DUK. *educerent castris* omnes mei, praeter Ber. et Gaertn. Ex Flor. etiam nihil notatur, ut ille pariter *e castris* servasse videatur. V. ad 28, 2, 5.

§. 3. *Septem enim millia itineris erant*] Vertit a Polybio (14, 4.) unde hic totus locus sumptus est. *περὶ γὰρ ἑξήκοντα σταδίους ἀπεῖχον οἱ πολέμιοι.* Quod ait: *Ad primam ferme vigiliam*, Polyb. *ἄρτι λήγουσης τῆς πρώτης φυλακῆς.* Quod autem inquit *media nocte*, Polyb. *περὶ τὴν τρίτην φυλακὴν ληγούσαν.* SIG. *Τὸ enim* deest in Lov. 3. et Hearnii L. 1. Paullo ante *uti imperaverat* Lov. 3. Tum *sub occasu solis* Ber. et Hav. V. ad 2, 55, 1. Hinc *ferri sunt coepta* Lov. 4. et Harl.

§. 4. *Perventum. Ibi Scipio partem copiarum Laelio* etc.] Pal. 1. *perventum est. Ubi Scipio.* Contra sec. *Et ibi Scipio partem copiarum Laelio Masinissam Numidasque attribuit. Castra Sifacis invadere.* GEBH. *perventum est* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. qui *τὸ est* in ed. anni 1535. primus omisit. Mox *ignesque colligere*, pro *conjicere*, vel, ut in

Digitized by Google

Masinissamque ac Numidas, adtribuit: et castra Syphacis invadere, ignesque conjicere jubet. Singu- 5
los deinde separatim, Laelium ac Masinissam, seductos obtestatur, *ut, quantum nox providentiae adimat, tantum diligentia expleant curaque. Se Has-*
drubalem Punicaque castra adgressurum. Ceterum 6
non ante coepturum, quam ignem in regiis castris conspexisset. Neque ea res morata diu est. nam, ut 7
proximis casis injectus ignis haesit, extemplo proxi-

membranis scribitur, *conicere*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. V. ad 36, 12, 4.

§. 5. *Seductos obtestatur, ut, quantum nox providentiae adimat*] Ex Polybio [14, 4.] ad verbum: σαφῶς εἰδότας, ὅτι καθ' ὅσον ἐμποδίζει καὶ κωλύει τὰ τῆς ὁράσεως τὸ σκότος, κατὰ τοσοῦτον δεῖ συνεκπληροῦν τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ τόλμῃ τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολάς. SIG. *deductos* Flor. Cant. Voss. 1. 2. 3. 5. Gaertner. Ber. et Hav. Male. V. de verbo *seducere* Gronov. ad Senec. Apocoloc. non longe post princ. Supra 3, 48, 5. *Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas.*

Tantum diligenti expleant cura. et se Asdrubalem] Vitiata verba sunt. pro *unaque* adverbio quispiam, non affecutus loci intelligentiam, supposuit *cura et.* Sic autem legenda sententia est: *tantum diligentia expleant. unaque se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum.* Quis hic non clamet in professores, quos exemplaria vetusta consulere piget, ac pudet? RHEN. Pall. 1. et 2. *diligenti expleant cura; et se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum.* tert. vero, *tantum diligentia explecterent: unaque Asdrubalem ac Punica cast. aggr.* Unde Rhenanus substituit *diligentia expleant. unaque se Asdr.* Andreas olim edidit, *tantum diligenti expleant cura: unaque se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum.* GEBHARD. Non tantum ita exhibet Andreas, sed etiam Harl. et Ber. omnesque edd. ante Aldum, qui *et se*, pro *unaque se*, substituit, consentientibus Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *tantum diligentia expleant cura. et se Hasdr.* Voss. et Hearnii L. 1. ac N. Quamvis autem Rhenanus legat *tantum diligentia expleant. unaque se Hasdr.* Froben. tamen, qui primus annotationes ipsius edidit, et contextum Livii ex mente ejus emendavit, vulgari jussit *tantum diligentia expleant curaque, se Hasdr.* idque semper obtinuit. Et recte. Ita enim praeferunt Flor. Cant. et, ut ex Cl. Sallierio didici, optimus Put.

§. 6. *Ignem in regis castris conspexisset*] Ita demum exhibuit ultima Grut. ed. Omnes priores *in regiis castris.* neque aliter Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et, quod iterum Sallierius monuit, Put. Id etiam ex omnibus suis recte Crevierius recepit. V. ad 32, 6, 6.

§. 7. *Nam, ut proximis ca-*

Digitized by Google

ma quaeque, et deinceps continua amplexus, totis
8 se passim dissipavit castris. Et trepidatio quidem,
quanta necesse erat, in nocturno effuso tam late in-
cendio orta est: ceterum, fortuitum, non hostilem
ac bellicum, ignem rati esse, sine armis ad restin-
9 guendum incendium effusi, in armatos incidere ho-
stes, maxime Numidas, ab Masinissa notitia regio-
rum castrorum ad exitus itinerum idoneis locis dis-
10 positos. Multos in ipsis cubilibus semisomnos hau-

stris injectus ignis haesit] Silius de hac arte, qua usus feliciter Scipio, [17, 86.]

Ergo, asper monitis frustra nitentibus, enses
Advocat. etc.

MOD. Put. Pal. Buslid. *casis.* quod verius, placetque etiam Rubenio. 25, [39, 3.] *Pars ignes casis stramento arido tectis injiciunt.* 35, [27, 6.] *Ignem casis ab omni parte castrorum injecit.* Sed et lege *primis:* vel quia sequitur *proxima quaeque.* Idque vult Polyb. 14, [4.] ὡς ὁι προηγούμενοι τὸ πῦρ ἐνέβαλον καταναυμηθὲν εἰς τὰς πρώτας σκηνὰς, ἐυθέως ἀβοήθητον ἐποιει τὸ κακόν. J.FR. GRON. *castris* servant Harl. Ber. Rec. et Gaertn. vox illa deest in Lov. 5. *castri casis* legit Branc. Latinii. Reliqui recte *casis.* Mox *proximis* servant omnes mei. Quamvis autem Liv. a repetendis vocibus minus sibi caviſſe probarim ad 1, 3, 9. hic tamen *primis* cum Gronov. malo, quia eum ita scripsisse etiam Polyb. probat. Solent autem hae voces in Mſtis confundi. V. ad 5, 47, 5. Nihilominus cum Clerico conjecturam Gronovii in contextum recipere non audeo. Deinde *injectus ignis est* Rec.

Deinceps continua amplexus] Media vox deest in Voſſ. Lov. 1. 2. et Gaertn. *deinceps amplexus contigua* Ber. Male. Vocem *continuus* optime inluſtravit, et cum τῷ *contiguus* commutari docuit Cel. Burm. ad Ovid. 4. Met. 57. quem etiam v. ad Gratii Cyn. 8. Mox cap. seq. *Effusa flamma primo velut sparsa pluribus locis reluxit: dein, per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit.*

§. 8. *Quanta necesse erat*] Forte *quantam.* Statim omnes *in armatos incidere.* J. FR. GRON. *necesse esset* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *incidere* etiam mei, dissentiente uno vel altero, et Hearnii Oxonienses.

§. 10. *Multos in ipsis cubiculis semisomnes hausit flamma*] Scripsimus *cubilibus.* intelligit lectos, aut id, quod illis vice lectorum erat. Nam hoc significat *cubile*, quum *cubiculum* locus sit, in quo est cubile. Porro in hybernaculis Poenorum, quemadmodum a Livio describuntur, apparet, nulla fuisse cubicula. O asinum, qui pro *cubilibus cubicula* supposuit! RHEN. Pal. 1. *dispositos in ipsis cubiculis semisomnos hausit flamma.* Reliqui duo Pall. *in ipsis cubilibus semisomnos.* Sic 25, 39, 3. exhibet Pal. 1. et vet. ed. *Pars se-*

Digitized by Google

sit flamma: multi in praecipiti fuga, ruentes super alios alii, in angustiis portarum obtriti sunt.

VI. Relucentem flammam primo vigiles Karthaginiensium, deinde excitati alii nocturno tumultu quum conspexissent, ab eodem errore credere et ipsi sua sponte incendium ortum. et clamor inter caedem et vulnera sublatus, an ex trepidatione nocturna esset, confusus, sensum veri adimebat. Igitur pro se quisque inermes, ut quibus nihil hostile

misomnos hostes caedunt. GEBHARD. Optimi *semisomnos.* Cicero 7. ep. 1. *Spectarent communes mimos semisomni.* Sed et in principio hujus membri nemo meliorum agnoscit *τὸ multos.* Vide, an satis sit *in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma.* hoc est, qui in cubilibus marcebant, eos, ut erant semisomni, flamma hausit. J. FR. GRON. *Τὸ multos* ignorant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. Quod vide, an referendum sit ad illa, de quibus copiose Gronov. supra egit, ad 3, 37, 8. Recte autem *cubilibus* Rhen. adstipulantibus Flor. et aliis, licet alterum perperam supersit in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Hinc *semisomnos* omnes mei, praeter Rec. Gaertn. et Hav. V. ad 25, 39, 3. Praeterea *flamma auxit* Lov. 2. et 3. sollemni scribarum errore. V. ad 2, 43, 3. et 8, 31, 7.

Multi in praecipiti fuga, ruentes super alios alii] Vet. libri *multi praecipiti fuga ruentes.* SIG. Omnes mei, praeter Cant. *in* omittentem, vulgatum tuentur. At *super alii alios* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *alii super alios* Lov. 3. 4. Supra 1, 25, 5. *Duo Romani, super alium alius conruerunt.*

§. 1. *Ab eodem errore credere et ipsi*] *ab eodem terrore* Flor. Lov. 1. 2. 5. Hafn. et Hav. saepius obvia scribarum aberratione. V. ad 24, 30, 6. Tum *credere ipsi* Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. usque ad Froben. anni 1531. *crederet ipsi* Flor. a m. 1. *crederent ipsi* a manu 2.

§. 2. *Clamor inter caedem ad vulnera sublatus*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *inter caedem et vulnera.* tert. vero *et clamor inter caedem et vulnera illatus.* GEBH. *ad vulnera* operarum errore inrepsit in ed. Modii, idque Gruter. et Heinsius retinuerunt. Gronov. iterum *et vulnera*, ut antea edebatur, revocavit. Consentiunt omnes codd.

An ex trepidatione nocturna esset, confusus] Opinor *confusis sensum veri adimebat*, dandi casu. Quod vocabulum infra hoc eodem libro [c. 15, 2.] rursum usurpat de Masanissa loquens: *Ex praetorio in tabernaculum suum confusus concessit.* RHEN. Aut deest hic aliquid, aut aliquid vitii est. Tentabam, *et clamor inter caedem et vulnera sublatus, cum nocturna trepidatione confusus sensum veri adimebat.* J. FR. GRON. Cl. Crevier. exponit clamor confusus, sive incertus, an ex trepidatione no-

Digitized by Google

suspectum esset, omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo, quae restinguendo igni forent,
4 portantes, in agmen Romanum ruebant. Quibus caesis omnibus, praeterquam hostili odio, etiam ne quis nuncius effugeret, extemplo Scipio neglectas,
5 ut in tali tumultu, portas invadit: ignibusque in proxima tecta conjectis, effusa flamma primo veluti sparsa pluribus locis reluxit, dein per continua serpens,

cturna esset. Codices nihil mutant, nisi quod *ac*, pro *an*, legant Voss. et Lov. 1. *esset* desit in Gaertn.

§. 3. *Ut quibus nihil hostile suspectum esset*] *Τὸ nihil* deficit in Pal. 1. At tert. habet *in quibus ut nihil suspectum esset.* GEBH. *ut quibus hostile nihil suspectum timendum esset* Lov. 2. *Τὸ nihil* deerat in contextu Flor. sed margini adscribitur.

Quae restinguendo igni forent] Et hic, et superius Pal. 1. *restringendo.* Dein ex glossa Pal. 2. *ea modo, quae restinguendo igni forent, usui portantes.* GEBH. *restringendo* hic Gaertn. Supra vero cap. praec. §. 8. *restringendum* Voss. et Lov. 4. De lapsu hoc scribarum v. ad 10, 13, 8.

§. 5. *Ignibusque in proxima tecta conjectis*] Tecta Asdrubalis intelligendum, quae sibi incendenda Scipio sumpserat, non ante tamen, quam ignem in castris Syphacis conspexisset. Hoc iisdem prope verbis Polybius [14,5.] *Ὁ δὲ Σκιπίων ἐπιπεσὼν τοῖς ἐξελληλυθόσιν, οὓς μὲν ἐφόνευεν, οὓς δὲ καταδιώκων ἅμα τὸ πῦρ ἐνέβαλλε ταῖς σκηναῖς. οὐ γενομένου, παράπλησια συνέβαινε πάσχειν τοὺς Φοίνικας ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι περὶ τῶν Νομάδων.* SIGON.

Veluti sparsa pluribus locis reluxit] Et optimi, et plures *sparso*, ut referatur ad sequens *incendio.* Componit enim inter se *sparsum pluribus locis* et *unum incendium.* J. FR. GRON. *sparso*, etiam Flor. Cant. Voss. aliique cum Hearnii N. Quod si placet, referendum est ad morem Livianum, quem pluribus inlustrat Gronov. ad cap. seq. §. 6. Praeterea *velut* Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. et Hav.

Dein per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit] Exemplar manuscriptum duntaxat habet *dein continua incendio hausit.* Demiror, quis praepositionem *per* adjecerit, et tres dictiones *serpens uno repente.* RHEN. In cod. vitiosum incidit Rhenanus, cum quo tamen, ut solet, iterum facit Harl. Reliqui enim, omnia illa vocabula servantes, docent, eadem potius in uno vel altero cod. scribarum neglegentia omissa, quam in reliquis ab aliena manu addita esse. Certe nihil video, cur non voces illae Livio dignissimae habeantur.

§. 6. *Obruebant itinera portarum*] Scripsimus, veterem lectionem secuti, *obruerant itine-*

Digitized by Google

pens, uno repente omnia incendio hausit. Ambu- 6
sti homines jumentaque foeda primum fuga, dein strage, obruerant itinera portarum. Quos non obpresserat ignis, ferro absumti: binaque castra clade una deleta. Duces tamen ambo, et ex tot millibus 7
armatorum duo millia peditum et quingenti equites semiermes, magna pars saucii, adflatique incendio, effugerunt. Caesa aut hausta flammis quadraginta 8
millia hominum sunt, capta supra quinque millia:

ra portarum. RHEN. *obruebant* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

Binaque castra die una deleta] Scripsimus, veterem lectionem secuti, pro *die una, clade una.* RHEN. Vet. lib. *die una deleta:* quod probo, quia Appianus ita [in Punic. p. 12.] Ῥωμαῖοι διὰ τόλμης μιᾶς ἐν ὀλίγῳ μέρει νυκτὸς δύο στρατοπέδων ἐκράτησαν ὁμοῦ. SIG. *die una* Sigonius, quia Appianus ἐν ὀλίγῳ μέρει νυκτός. Atqui si *nocte*, non utique *die.* Put. *castra de una.* Unde puto rectius fecisse alios *clade una;* quod et totum exstat in Petav. et habuit Rhenani liber. J. FR. GRON. *die una* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. quomodo quum etiam Sigon. in vet. lib. invenisset, tamen *una die* in contextum satis neglegenter recepit. Locutionem *una dies,* cui opponuntur *bina castra*, inlustravi ad Silii 2, 5. Malo tamen *clade una* cum Gronov. non quia castra noctu incensa sunt, dies enim civilis etiam noctem comprehendit, sed quia Livius potius *dies unus,* quam *una,* dicere solet. V. ad 28, 28, 9.

§. 7. *Et ex tot millibus armatorum XX millia peditum et quingenti equites*] In codice Spirensi legitur *duo millia peditum.* RHEN. Vocula initialis *et* exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 5. Gaertn. et Hav. Sed eam intercepit proxime sequens. Simile exemplum habuimus ad 27, 47, 2. alia infra obcurrunt 32, 32, 13. et 35, 29, 8. (* 38, 38, 12. 39, 51, 5.) Deinde *XX peditum* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hearnii N. Scriptum fuerat ↃↃ *peditum,* quod librarii non intellexere. V. ad 33, 14, 5. Praeterea *et equites,* omissa media voce, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. et Hav. V. ad 37, 40, 11.

§. 8. *Caesa aut hausta flammis ad quadraginta millia hominum sunt, capti sex millia*] Put. Men. Voss. *caesa aut hausta flammis quadraginta millia hominum sunt*, (quod sequitur est in omnibus Gallicis) *capta supra quinque millia.* In quibus et statim: *signa militaria centum septuaginta quatuor.* J. FR. GRON. Si his addas *duo millia et quingentos*, quos effugisse dicit, sunt in universum *quadraginta septem millia et quingenti.* Sed 29, 35, 10. Asdrubalem *XXX millia peditum*, *tria equitum*, et Syphacem *L millia peditum*, *X equitum* habuisse scribit, quae sunt *XCIII millia.* Et sic Polybius 14, 1. Si jam *ad XL millia* perierunt et *supra*

Digitized by Google

multi Karthaginiensium nobiles, undecim senatores,
9 signa militaria centum septuaginta quatuor, equi Numidici supra duo millia septingenti, elephanti sex capti; octo flamma ferroque absumti, magnaque vis armorum capta. Ea omnia imperator Vulcano sacrata incendit.

1 VII. Hasdrubal ex fuga, cum paucis, Afrorum urbem proximam petierat: eoque omnes, qui supererant, vestigia ducis sequentes, se contulerant. metu deinde, ne dederetur Scipioni, urbe excessit.

V millia capta sunt, effugit paullo plus dimidia parte ex *XCIII millibus.* Polybius 14, 6. alio Asdrubalem, alio Syphacem fugisse, et Asdrubalem equites *ad quingentos*, pedites *circiter bis mille* secum habuisse. Hi ergo sunt, quos effugisse dicit Livius. Sed tamen, quum *ambos duces*, et *ex tot millibus* armatorum *duo millia peditum et quingentos equites* effugisse scribit, ita loquitur, ut lector facile putare possit, hos solos ex *XCIII millibus* effugisse. DUK. *caesa aut usta flammis* Lov. 3. et Rec. *caesa et exausta flammis* Harl. Male. Supra 5, 7, 3. *Tam longi temporis opus incendium hausit.* ubi alia vide. hoc lib. c. 5, 10. *Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma.* Deinde vocula *ad* in solis Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii D. superest; reliqui cum Hearnii L. 1. et N. eamdem expellunt. Hinc *sunt* non adparet in Hav. Deinde *capti supra sex millia* omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae *supra* omisit. *capta supra quinque millia* omnes mei, nisi quod *capti* sit in Gaertn. Mox *XII senatores*, pro *undecim*, Hearnii L. 1. et D. *tresdecim senatores* Rec. *Unus ex quinquaginta senatores* Hav. Praeterea §. seq. *signa militaria centum septuaginta quatuor* Flor. multique alii codd. cum Hearnii Oxonn. *signa militaria CLXIX* Lov. 3. *signa militaria CLXXVIIII* Ber. Gaertner. et edd. antiquissimae. *signa militaria CXXVIIII* aliae. *signa militaria CLXXVIII.* Ascens. anni 1513. et omnes usque ad Gronov. Tandem *ferro flammaque* alio ordine Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

§. 1. *Cum paucis Afrorum urbem proximam petierat*] Vetus lectio *cum paucis equorum*, Mallem *Poenorum.* Suspicor autem Livium scripsisse *cum paucis suorum.* Id quum ita fuisset scriptum *cum paucissuorum*, sciolus aliquis, volens castigare locum, ex *uorum* additis duabus literis fecit *equorum.* RHEN. Polybius item nomen urbis non apponit, quod est tamen apud Appianum [in Punic. p. 13.] Ἀσδρούβας δὲ ὁ στρατηγὸς Καρχηδονίων ἐν μὲν τῇ νυκτομαχίᾳ μεθ' ἱππέων πεντακοσίων τετρωμένος εἰς Ἀνδᾶν κατέφυγεν. SIG. Non aliter, quam *cum paucis Afrorum*, Pall. duo, et vet. ed. interim Pal. 3. *cum paucis equorum.* GEBH. *cum paucis equorum* unus Harl.

Digitized by Google

Mox eodem patentibus portis Romani accepti: nec 2
quidquam hostile, quia voluntate concesserant in ditionem, factum. Duae subinde urbes captae direptaeque. ea praeda, et quae castris ex incensis et igne rapta erat, militi concessa est. Syphax octo 3
millium ferme inde spatio loco communito consedit. Hasdrubal Karthaginem contendit, ne quid per motum ex recenti clade mollius consuleretur. quo tantus primo terror est adlatus, ut, omissa Utica, Karthaginem crederent extemplo Scipionem obsessurum. 4

Reliqui in conservando vulgato conspirant. Non autem jungo *cum paucos Afrorum*, sed *Afrorum urbem*. Mox *urbem excessit* Lov. 2. de qua locutione v. ad 2, 37, 8. Alii tamen omnes vulgatum tuentur.]

§. 2. *Voluntate concesserant in deditionem*] Put. Reg. duo Pall. *in ditionem*, ut libro praecedenti [c. 38, 1.] J. FR. GRON. *in ditionem* etiam Flor. et nonnulli alii, in alterum consentientibus Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. V. ad 39, 2, 4.

Duae subinde urbes captae direptaeque] Item Polyb. [14, 6.] δύω τε τὰς παρακειμένας πόλεις ἀφῆκε τοῖς στρατοπέδοις διαρπάζειν. SIGON.

Et quae castris incensis ex igne rapta erant] Pal. 1. *et quae castris excensis et ex igne rapta erant*. GEBH. Optimus, et major pars *castris excensis*. Gudianus *quae castris ex incensis et igne*. J. FR. GRON. Lectio prisca superest in Lov. 4. Ber. Harl. et Gaertn. *quae castris incensis et igne* legit Lovel. 2. *quae castris incensis et ex igne* Lov. 3. *quae castris excensis ex igne* Flor. a m. 1. et Cant. *quae castris accensis ex igne* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *quae ex castris incensis ex igne* Hav. *quae castris excensis et ex igne* Voss. *quae castris ex incensis et ex igne* Lov. 1. quod probari potest, quia Livius saepissime praepositiones repetere solitus est. V. ad 6, 28, 6. Potest tamen et Gronovii lectio commode ferri.

§. 3. *Loco communito consedit*] Vetus lectio *loco munito*, non *loco communito*, quemadmodum et nos scripsimus. RHEN. Omnes Gall. et Voss. *loco communito consedit*, repugnante Rhenano. J. FR. GRON. Unus Harl. stat a cod. Rhenani. alii cum Hearnii N. legunt *communito*. Id verbum Livio frequens est. 3, 42, 3. *Loco edito castra communierant*. ubi quaedam vide. 8, 15, 4. *Profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse*. 21, 48, 7. *Locum delectum communivit*. 35, 51, 7. *In Euripo castellum custodiae caussa loci communiebant*. Prima syllaba *τοῦ comunito* elisa est ab ultima praecedentis vocis. Nisi tantum duae priores ejus literae ab duabus ultimis vocis praecedentis, tertia a quarta hujus elisa sit. V. ad 40, 57, 8.

§. 4. *Omissa Utica Karthagi-*

Digitized by Google

5 Senatum itaque suffetes (quod velut consulare im-
6 perium apud eos erat) vocaverunt. Ibi e tribus
(una de pace legatos ad Scipionem decernebat: al-
tera Hannibalem ad tuendam ab exitiabili bello pa-
triam revocabat: tertia Romanae in adversis rebus
7 constantiae erat; reparandum exercitum, Syphacem-
que hortandum, ne bello absisteret, censebat) haec
sententia, quia Hasdrubal praesens Barcinaeque om-

nem c. e. S. obpressurum] Vet. lib. *obsessurum:* belle autem respondet. Nam Utica obsidebatur. Item quod paulo post in majore urbis periculo ait [c. 9, 3.] *Carthaginem repente aggressurum credebant.* SIG. *oppressurum* servant Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *obsessurum* Flor. et alii. Solent hae voces commutari. V. ad Epit. Liv. 57.

§. 5. *Suffetes, quod velut consulare imperium*] *sufetes* legitur in veteribus lib. et apud Festum, qui ita scribit: *Sufes, consul lingua Poenorum. Claudius: Senatus censuit referentibus sufetibus.* SIGON. *itaque suffectes* Gaertn. *itaque ut suffetes* Flor. *itaque ut suffectus* Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. *itaque et suffectas* Lov. 5. *itaque ut suspectus* Hafn. *itaque usufetes* Lov. 3. 4. *itaque usu patrum* Harl. a m. 1. *patres* a m. 2. *Sufes* scribendum, infra etiam monet Sigon. ad 34, 61, 15. Ita sane est in duabus inscriptionibus apud Gruter. CCCCLXX, 1. et 2. Easdem cum duabus aliis recensuit et edidit Oct. Rossi Memor. Bresc. p. 176. et 177. verum in omnibus quatuor duplici FF scripsit SUFFES. Scalig. ad Fest. ea voc. nomen deducit ab Hebraeo *sophim.* Bochart. 1. Canaan. 14. a voce *sophetim.* utraque autem sententia Sigonio favere videtur. (* Prideaux l. 11. p. 163.)

§. 6. *Ibi tribus dictis sententiis, una*] Put. et omnes Gall. tres meliores Florent. et Barberin. Voss. *tà dictis sententiis* omnino non habent: dein pro *exitiali* illic est *exitiabili*, ut et in superioribus editionibus: vicem τοῦ *exemplo* habent *erat* ingenti consensu. Etiam atque etiam vide, an fuerit: *ibi e tribus (una de pace legatos ad Scipionem decernebat; altera Hannibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam revocabat; tertia Romanae in adversis rebus constantiae erat, reparandum exercitum, Syphacemque orandum, ne bello absisteret, censebat) haec sententia, quia Asdrubal praesens.* Pluscula adscripsi verba, ut appareret, satis commode ad illa adjectiva *tribus, una, altera, tertia*, substantivum *sententia* ex sequenti membro subaudiri: quod quia citerius ponendum fuisse judicabant Liviani moris ignari correctores, supplementum illud *dictis sententiis* inseruerunt. Ea scita brevitas sermonis multis auctoribus nocuit, ut in Observ. l. 4, 4. et ad Statium Theb. 1, 112. docuimus. Nunc ex Livio solo nonnihil exemplorum adposuisse sufficiat. Lib. 25. extremo, [c.

Digitized by Google

nes factionis bellum malebant, vicit. Inde delectus 8
in urbe agrisque haberi coeptus, et ad Syphacem legati missi, summa ope et ipsum reparantem bellum: quum uxor non jam, ut ante, blanditiis, satis potentibus ad animum amantis, sed precibus et misericordia valuisset, plena lacrimarum obtestans, ne 9
patrem suum patriamque proderet, iisdemque flammis Karthaginem, quibus castra conflagrassent, ab-

41, 6.] *Itaque haud magni certaminis fuit: primus clamor atque impetus rem decrevit.* 32, [39, 6.] *Haud procul urbe Mycenica vocatur: in eo loco ut congrederentur, convenit.* Perinde est, ac si dixisset: *Haud procul urbe locus est, qui Mycenica vocatur.* 33, [31, 4.] *In senatusconsulto, quo caeterae Graeciae atque Asiae haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus, quod tempora reipublicae postulassent, id e republica fideque sua facere, statuere, jussi erant.* Ubi vides sensu ex posterioribus repeti *τὸ urbes.* 34, [52, 6.] *Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. tetradrachmum vocant.* 42, [30, 1.] *In liberis gentibus populisque plebs utique omnis ferme, ut solet, deterioribus erat ob regem Macedonasque inclinata.* Nam *τὸ deterioribus* ex sequenti membro subaudit *studiis.* J. FR. GRON. Voces *dictis sententiis* desunt etiam in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. Neque adparent in codd. Crevierii, qui tamen a se impetrare nequit, ut eas resecet, ne abrupta et obscura fiat oratio. Nihilominus tria membra orationis, quibus explicantur tres sententiae, parenthesi inclusit. Verum Gronovii emendationem multum juvat ac firmat lectio Lovel. 5. *Ibi e tribus sententiis una.* Unica igitur ex his membranis voce, quae neque in longe pluribus ac melioribus invenitur, ejecta, Gronovii conjecturam, unius iftius Msti fide firmatam, recepi. Deinde *exitiali* primum adparuit in ultima Gruteri ed. cui consentiunt Ber. Rec. et Gaertn. Reliqui codd. et typis excusi *exitiabili.* V. Gebhard. ad 27, 23, 4. Insuper *constantiae erat*, pro *constantiae exemplo*, non tantum omnes scripti mei, sed etiam edd. Rom. anni 1472. et Parm. Denique Cl. Crevierius etiam vocem *censebat* a Livio, scitae brevitatis consectatore diligentissimo, profectam non esse arbitrabatur: cui, invitis etiam libris omnibus, consentio.

§. 7. *Syphacemque orandum, ne bello absisteret*] Pal. pr. *abstineret.* tert. *Sifacemque hortandum, ne bello absisteret.* Vulgata lectio melius convenit. Idem codex miram paullo post scripturam habet: *At sententia, qua Asdrubal praesens Barchinaeque omnia factionis bellum alebant victi.* GEBH. Put. Cantabr. *ortandum*, id est, *hortandum*, etsi non videatur vulgatum incommodum. JAC. GRON. *ortandum* etiam Flor. *hortandum* Harl. et Gaertn. quod in contextum recepi. Solent interdum haec

Digitized by Google

10 sumi sineret. Spem quoque opportune oblatam adferebant legati: quatuor millia Celtiberorum circa urbem nomine Abbam, ab conquisitoribus suis conducta in Hispania, egregiae juventutis, sibi obcurrisse: et Hasdrubalem prope diem adfore cum manu
11 haudquaquam contemnenda. Igitur non benigne modo legatis respondit, sed ostendit etiam multitudinem agrestium Numidarum, quibus per eosdem dies arma equosque dedisset, et omnem juventutem
12 adfirmat exciturum ex regno. *Scire incendio, non proelio, cladem acceptam. eum bello inferiorem esse,*

verba in Mstis commutari. V. ad Liv. 4, 38, 1. 10, 20, 13. 21, 11, 7. 26, 39, 16. 32, 40, 6. 37, 8, 7. Nic. Heins. ad Claud. 2. de Laud. Stil. 23. et Cel. Burm. ad Suet. Vesp. 7. Postea *vincit*, pro *vicit*, Flor.

§. 8. *Uxor non jam, ut ante, blanditiis*] *jam non ut ante* Lov. 1. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Gronov. *jam non mutare* Lov. 2. *jam non mutante* Voss. *jam non tantum* idem in marg. et Hav.

§. 10. *Circa urbem nomine Olbam, ab conquisitoribus suis conscripta*] Nemo, quod sciam, hujus urbis meminit vel in Hispaniis, vel in Africa: quod ob manifestum amphibolon dicimus hujus loci. Nam si dicas *conducta in Hispania quatuor millia Celtiberorum circa urbem nomine Olbam*, certe Hispaniae erit oppidum. Sin ita dixeris, *occurrisse sibi circa urbem Olbam quatuor millia Celtiberorum conducta in Hispania*, erit in Africa. Sed prior sensus magis placet. GLAR. *Olbam* quaerit frustra in Africa Glareanus: Polybius enim *Abbam* edit, ita scribens [14, 7.] Τῶν δὲ Κελτιβήρων ἀυτοῖς ἀπαντησάντων περὶ τὴν Ἄββαν, οἵτινες ἐτύγχανον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐξενολογημένοι πλείους ὄντες τῶν πετρακισχιλίων. Ut autem Asdrubal Andam, sic Syphax Abbam post nocturnam cladem se contulerant, Appiano et Polybio auctoribus. Circa autem Abbam occurrerunt, non circa eam conducta sunt, ut interpretatur Glareanus. SIG. Pal. 1. et 2. *urbem nomine Obbam*. Legendum *Abbam*. GEBH. Scripti omnes *Obbam*. Videtur esse Polybii *Abba*, ut animadvertit Sigonius. J. FR. GRON. Vox *nomine* importune ab aliquo videtur intrusa. *Abba* nota erat Syphaci, nec ignorabant legati, eum se in illam ex fuga recepisse, ibique reliquias dissipati exercitus colligere, ut auctor est Polybius 14, 6. Quomodo ergo apud illum de ea, tamquam de illi ignota, loquuntur? DUK. *Obam* Lov. 1. *Oblam* Lovel. 2. *Obbam* Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Aban*, proxime verum, Hearnii L. 1. Vocem *nomine* ignorat solus Gaertn.

§. 11. *Is non benigne modo*] Put. omnesque Gall. Voss. *Igitur*

Digitized by Google

qui armis vincatur. Haec legatis responsa. Et post 13
dies paucos rursus Hasdrubal et Syphax copias junxerunt. is omnis exercitus fuit triginta ferme millium armatorum.

VIII. Scipionem, velut jam debellato, quod ad 1
Syphacem Karthaginiensesque adtineret, Uticae oppugnandae intentum, jamque machinas admoventem muris, avertit fama redintegrati belli: modicisque 2
praesidiis ad speciem modo obsidionis terra marique relictis, ipse cum robore exercitus ire ad hostes pergit. Primo in tumulo, quatuor ferme millia di- 3

non benigne modo legatis respondit. Probe: nam ratio, cur ita responderit, statim ante exposita est. J. FR. GRON. Ita et omnes mei, uno vel altero ex deterioribus excepto, omnesque Hearnii Oxonn. Mox Cl. Jac. Gronov. edidit *agrestium Numidarum*, consentientibus omnibus meis, praeter Ber. et Gaertn. qui alio ordine, ut olim edebatur, *Numidarum agrestium* tuentur. Praeterea *ex regno exciturum*, transpositis vocibus, Flor. Harl. et Ber.

§. 13. *Is omnis exercitus fuit triginta ferme millium armatorum*] Omnes Gall. et Voss. *millia.* J. FR. GRON. *millia* etiam Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Froben. anni 1535. Ita etiam variant in pari locutione supra 10, 36, 14. *Captivorum numerus fuit septem millium ac ducentorum.* Et iterum, *Amissorum militum numerus relatus septem millium ac ducentorum.* V. Jac. Gronov. ad 7, 35, 6. Caussa, cur ita variarint, fuit, quod, notam numeri millenarii quomodo explicare deberent, non adsecuti sint librarii. V. ad 25, 9, 16. Paullo ante *reversus Hasdrubal*, pro *rursus*, Flor. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Hinc *copias contraxerunt* Harl. *copias conjunxerunt* Hav. a m. 1.

§. 1. *Avertit fama redintegrati belli*] *avertit* potest esse alio vertit. V. ad 10, 14, 14. Sed pro eo est *advertit* in Flor. et Voss. quod foret, ad se convertit. V. ad 1, 12, 10. Solent autem voces illae commutari. V. ad 6, 23, 8. Paullo ante *τὸ jam* deest in Harl. eo transposito *debellato jam* legit ed. Frob. anni 1535. sed *jam debellato* revocavit Jac. Gronov. consentientibus reliquis Mstis.

§. 3. *Primo in tumulo, quatuor ferme millia distante ab castris regis*, etc. *in Magnos i. v. campos, s. e. t. degressus*] Sic Polybius [14, 8.] ἀφικόμενος δὲ πεμπταῖος ἐπὶ τὰ Μεγάλα πεδία, καὶ συνεγγίσας τοῖς πολεμίοις, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐκ τινος λόφου κατεστρατοπέδευσε, περὶ τριάκοντα σταδίων ἀποσχὼν τῶν πολεμίων· τῇ δὲ ἑξῆς καταβὰς εἰς τὰ πεδία, καὶ προθέμενος ἐν ἑπτὰ σταδίοις τοὺς ἱππέας παρενέβαλλε. Hinc cum a-

Digitized by Google

ſtante ab caſtris regiis, conſedit: poſtero die cum equitatu in Magnos (ita vocant) campos, subjectos ei tumulo, degreſſus, subcedendo ad ſtationes hoſtium, laceſſendoque levibus proeliis, diem absum-
4 sit: et per insequens biduum tumultuosis hinc atque illinc excursionibus in vicem, nihil dictu satis dignum fecerunt. quarto die utrimque in aciem de-
5 scensum eſt. Romanus principes poſt haſtatorum

lia multa eliciuntur, tum illud, *Magnos campos* appellaſſe, quos *Μεγάλα πεδία* vocet Polybius. SIG. Omnes Gall. Voſſ. *regiis*. J. FR. GRON. Cic. 3. de Orat. 42. ex vetuſto poëta *Testes sunt campi Magni*. Hoc ab Ennio de his, quos hic memorat Livius, dictum putant Victorius 10. Var. lect. 2. et Columna ad Enn. p. 169. DUK. *regiis* non tantum omnes, quibus utor, codd. sed et edd. usque ad Bas. anni 1539. quae perperam *regis* admisit. V. ad 32, 6, 6. Praeterea *quatuor millia ferme* alio ordine Flor. et Harl.

Subcedendo ad stationem hostium] Scripti *stationes*. J. FR. GRON. *stationem* primus edidit Froben. anno 1535. Priores typis descripti, et omnes Mſti mei, cum Hearnii L. 1. et D. *stationes*. Mox *diem consumsit* Lov. 2. de qua locutione v. ad 29, 33, 9. Sed nec vulgatum, pro quo ſtant reliqui, displicet. V. ad 27, 13, 3. Mox §. seq. *in aciem utrimque descensum est* Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Ber. et Hav. *in aciem descensum est utrimque* Gaertn. *τὸ utrimque* deeſt in Lov. 1.

§. 5. *Romanus post principes hastatorum prima signa*] Haſtati praeeunt principes secundum ordinem, quem nobis exhibuit libro 8. Livius. Ergo hic invertit ordinem haud absque causa, ut puto, quae tamen non narratur. Conjungenda autem *signa hastatorum*, non *principes hastatorum*. GLAR. Magnum mendum levi labore deleri poteſt, si legas: *Romanus principes post hastatorum prima signa*; Hic enim erat inſtruendae aciei mos Romanus, ut haſtatis principes succederent, ut aït 8, [8, 5.] *Prima acies hastati erant, manipuli quindecim. Robustior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen.* Quem morem hoc tempore servatum eſſe a Scipione, aït Polybius hoc modo [14, 8.] *Ὁ μὲν οὖν Πόπλιος ἁπλῶς κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἔθηκε πρῶτον μὲν τὰς τῶν ἀσάτων σημαίας· ἐπὶ δὲ ταύτας τῶν πριγκίπων· τελευταίας δ' ἐπέσησε κατόπιν τὰς τῶν τριαρίων.* Idem Livius paullo poſt [c. 32, 11.] ubi de acie contra Annibalem inſtructa a Scipione aït: *Instruit deinde primos hastatos, post eos principes, triariis postremam aciem clausit.* Quibus verbis Graece sic respondet Polyb. [15, 9.] *πρῶτον μὲν τοὺς ἀσάτους καὶ τὰς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν, ἐπὶ τούτοις τοὺς πρίγκιπας τιθεὶς*, etc. Item Livius 37, [30, 8.] *Hastatorum prima signa, deinde principes erant, triarii postremos claudebant.* Idem Suidas *Ἀσάτοι πρότεροι τῶν πριγκίπων.*

Digitized by Google

prima signa, in subsidiis triarios constituit: equitatum Italicum ab dextro cornu, ab laevo Numidas Masinissamque obposuit. Syphax Hasdrubalque, 6
Numidicis adversus Italicum equitatum, Karthaginiensibus contra Masinissam locatis, Celtiberos in mediam aciem in adversa signa legionum accepere. ita instructi concurrunt. Primo inpetu simul utra- 7
que cornua, et Numidae et Karthaginienses pulsi.

εἶτα τριάριοι. Libro tamen 22, [5, 7.] ait, *Nova pugna exorta est, non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios.* SIG. *Romanus post principes hastatorum prima signa* libri omnes, nisi quod vitiose Pal. 2. *Romanus post principes astatorum ab laevo cornu subsidiis triarios constituit.* Sigonius levi mutatione malebat *Romanus principes post hastatorum prima signa.* GEBH. Sigonii emendationem probat Lipsius 4. de Mil. Rom. 1. Ante Sigonium vero similiter emendarat Victorius 10. Var. lect. 2. Doujatius codd. scriptos in hanc lectionem congruere testatur, quos nomine indicare oportuerat. Certe omnes mei servant alteram scripturam. Virorum tamen doctorum conjecturam veram esse existimo.

Equitatum Italicum ab dextro cornu, ab laevo Numidas] Pal. pr. *ab dextro, ab laevo cornu.* sec. *equitatum ab dextra, ab laevo cornu Numidas.* GEBH. *ab dextro, ab laevo cornu Numidas* Voss. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. *ab dextro, et ab laevo cornu Numidas* Lov. 1.

§. 6. *Syphax Hasdrubalque Numidis*] Scripti *Numidicis.* J. FR. GRON. Ita ex meis Flor. Voss. Lov. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1.

Celtiberos in mediam aciem in adversa signa legionum accepere] Sic Polybius [14, 8.] *τοὺς μὲν Κελτίβηρας μέσους ἔταξαν ἀντίους ταῖς τῶν Ῥωμαίων σπείραις.* SIG. Delendum prius *in*, volente etiam Put. et Voss. aliisque: *Celtiberi media acies* per epexegesin. V. ad 22, 41, 7. et 29, 25, 10. Latet aliquid, nisi fuit: *Syphax Hasdrubalque Numidicos adversus Italicum equitatum, Carthaginienses contra Masinissam locant: Celtiberos, mediam aciem, adversa signa legionum accepere.* Sive *adversam* vel *adversos* malis. J. FR. GRON. *Celtiberos mediam aciem*, omissa media praepositione, Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii L. 1. quod per adpositionem dictum esse accipi potest. V. ad 40, 36, 8. Praestare tamen puto, ut cum Gl. Crevierio dicamus, praepositionem interceptam esse a prima litera vocis sequentis. V. ad 37, 1, 2. *Celtiberos media acie* Lov. 5. Sed *accipere in mediam aciem*, ut *accipere consulem in medium* 21, 46, 9. ubi plura vide. Ceterum *acciperet*, pro *accepere*, Flor. *accipere* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn.

§. 7. *Primo inpetu simul utroque cornu Numidae et Karthaginienses pulsi*] Mihi magis arridet lectio vetus *simul utraque*

Digitized by Google

nam neque Numidae, maxima pars agreſtes, Romanum equitatum, neque Karthaginienses, et ipse novus miles, Masiniſſam, recenti super cetera victo-
8 ria terribilem, suſtinuere. Nudata utrimque cornibus Celtiberûm acies ſtabat: quod nec in fuga salus ulla oſtendebatur locis ignotis, neque spes veniae ab Scipione erat; quem, bene meritum de se et gente sua, mercenariis armis in Africam obpugna-
9 tum veniſſent. Igitur, circumfusis undique hoſtibus,

cornua. RHEN. *utroque cornu* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav. Neque aliter Flor. a m. 2. in quo antea aberrans librarius dederat *utraque cornu.* Praeterea *igitur primo inpetu* Hearnii D.

Nam neque Numidae, maxima pars agrestis] Put. Reg. Voſſ. *Numidae, maxima pars agrestes.* Rectius etiam quidam: *neque Carthaginiensis.* J. FR. GRON. Lectio illa primum adparuit in poſtuma Grut. ed. omnes priores habuerant *Numidae, maxima pars agrestis*, quod etiam praeferunt Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. et Ber. At *Numidae, maxima pars agrestes* Flor. Hav. et alii. Id autem dictum eſt eo modo, quo *Volsci, maxima pars caesi* 6, 24, 11. ubi plura vide. Praeterea *namque Numidae* Voſſ. Lov. 1. 4. Harl. et Hav. Sed *nam* deeſt in Lov. 3. *neque* in Flor. Mox *Carthaginiensis* Lov. 2. 3. 4. 5. Et ita a m. 2. Flor. et Voſſ. in quibus olim exſtiterat *Carthaginiense.*

Recenti supra cetera victoria terribilem] Vet. lib. *super cetera.* probo. Sic enim paullo ante: *super haec bellicae quoque laudis consulatus compotem fecerat.* SIG. *super cetera*, praeter Ber. et Gaertn. omnes mei. Solent hae voces paſſim commutari. V. ad 23, 36, 6. De locutione *super cetera* v. ad 38, 43, 1.

§. 8. *Nudata utrimque cornibus Celtiberorum acies*] Put. et Reg. *Celtiberûm.* J. FR. GRON. Consentit Flor. Ita 34, 19, 10. *Seguntiae Celtiberûm omnes sarcinas inpedimentaque relicta.* V. ad 22, 22, 5.

§. 9. *Alii super alios cadentes, obstinati moriebantur*] Ita primum Froben. anno 1535. Priores editores *obstricti moriebantur*, concinente Rec. quod etiam Gebh. ad 5, 15, 10. se in Pal. 3. inveniſſe, et pro eo *instricti* scribendum conjicere monuit. Tota vox omittitur in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *obstincti moriebantur* Lov. 4. *obstinate moriebantur* Flor. Mox *perceperunt* Flor. a m. 2. Lov. 2. 3. Ber. et Gaertn. Sed vulgatum praeſtat. V. ad 22, 41, 9. Solent autem *praecipere* et *percipere* in Mſtis confundi. V. ad 7, 26, 8.

§. 1. *Et Numidico equitatu expeditissimisque militum*] Put. et omnes *expeditisque militum.* Ut ille, *nigrae lanarum.* 37, [18, 8.] *Inde cum praesto fuissent equites peditumque expediti.* J. FR. GRON. Praeter Harl. et Hearnii D. omnes et mei, et Oxonn.

Digitized by Google

alii super alios cadentes, obstinati moriebantur: omnibusque in eos versis, aliquantum ad fugam temporis Syphax et Hasdrubal praeceperunt. Fatigatos caede diutius, quam pugna, victores nox obpressit.

IX. Postero die Scipio Laelium Masinissamque, 1 cum omni Romano et Numidico equitatu expeditisque militum, ad persequendos Syphacem atque Hasdrubalem mittit. ipse, cum robore exercitus, ur- 2 bes circa, quae omnes Karthaginiensium ditionis

ipsius similiter *expeditisque militum*. Neque aliter edd. antt. pro quo demum Froben. anno 1535. perperam *expeditissimisque* substituit. Supra 2, 15, 2. *Ideo potius delectos Patrum ad eum missos.* 22, 30, 2. *Quum patrem Fabium adpellasset, circumfusosque militum ejus totum agmen patronos consalutasset.* 26, 5, 3. *Cum delectis peditum equitumque in Campaniam contendit.* 28, 14, 16. *Cum expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent cum hoste.* 34, 18, 4. *Parsimonia et vigiliis et labore cum ultimis militum certaret.* Curtius 4, 12. *Cum delectis equitum in edito colle consederat.* Silius 1, 564.

Jam Patribus clarisque senum sua munia curae.

ubi plura vide. Eodem modo *ultimae terrarum* supra inlustravi ad 28, 39, 14.

§. 2. *Urbes circa omnes, quae Karthaginiensium ditionis erant, partim vi, partim metu subegit*] Pal. 1. 2. *partim metu, partim vi subicit.* tert. *subigit.* GEBH. Put. Reg. Petav. melior auctiores *urbes circa, quae omnes Carthaginiensium ditionis erant, partim spe, partim metu, partim vi subegit:* transpositis etiam vocibus. Alludit eodem Men. *partim speratim metu, partim vi.* Buslid. et Voss. *partim superante metu, partim vi.* Illa haud dubie vera lectio est. 32, [21, 14.] *Cur excessit faucibus Epiri aut vi aut metu, aut voluntate?* 33, [20, 5.] *Castellis aut metu, aut voluntate sine certamine in deditionem acceptis.* 34, [29, 1.] *L. Quintius maritimae orae oppida partim voluntate, partim vi aut metu cepit.* J. FR. GRON. *urbes circa, quae omnes* etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. Deinde *partim separat metu, partim vi* Hearnii L. 1. *partim separatim metu, partim vi* Flor. a m. 1. *partim superat metu, partim vi* a m. 2. quod etiam exstat in Lov. 5. *partim metu superat, partim spe* Lov. 4. *partim superante metu, partim vi* Lov. 1. *partim spe ac metu, partim vi* Lov. 2. et Hav. *partim spe, partim metu, partim vi* Hearnii N. et D. Denique *subicit* Flor. Cant. Lov. 3. 5. Harl. et Hav. Videndum itaque, num legendum sit *subigit.* Solent enim *subjicere* sive, ut scribitur, *subicere* et *subigere* in Mstis commutari. V. ad Epit. Liv. 118.

§. 3. *Karthagini quidem erat ingens terror*] Hic locus confir-

Digitized by Google

erant, partim spe, partim metu, partim vi subegit. Karthagini quidem erat ingens terror, et circumferentem arma Scipionem, omnibus finitimis raptim perdomitis, ipsam Karthaginem repente adgressurum
4 credebant. Itaque et muri reficiebantur, propugnaculisque armabantur: et pro se quisque, quae diutinae obsidioni tolerandae sunt, ex agris convehit.
5 Rara mentio est pacis, frequentior legatorum ad
6 Hannibalem arcessendum mittendorum. pars maxima classem, quae ad commeatus excipiendos parata erat, mittere jubent ad obprimendam stationem navium ad Uticam, incaute agentem: forsitan etiam navalia

mat vulgatam scripturam 29, 28, 4. DUK. *Karthagini erat quidem* Flor. et Harl. *τὸ quidem* omittitur in Ber.

§. 4. *Quae diutinae obsidioni tolerandae sunt necessaria, ex agris convehit*] Hic sciolus quispiam germanum Livii sermonem audacter vitiavit. Nam quum ille scripserit, *quae diutinae obsidioni tolerandae sunt, ex agris convehebat*, quemadmodum continet Spirense volumen, ausus est aliquis adjicere vocabulum *necessaria*, minime necessarium hoc loco, sed supervacaneum. Sic 2, [5, 4.] Livius dixit: *Ut tam eminens area firmaque templis quoque ac porticibus sustinendis esset.* Rursum alibi [10, 5, 5.] *Satis fretus, tolerando certamini legatum esse.* Item 28, [25, 7.] *P. Scipionem proconsulem Deûm benignitate et rempublicam esse gratiae referendae.* Quo loquendi modo Cicero quoque utitur, et alii auctores. RHEN. Ant. ed. et Pal. 1. *quae diutinae obsidioni tolerandae sunt, ex agris necessaria convehit.* sec. *quae diutinae obsidioni tolerandae necessaria sunt, ex agris convehebant.* qualem lectionem merito flagellat Rhenanus. tert. *denique pro se quisque diutinae obsidioni tolerandae similes ex agris convehebantur. Rara mentio belli est pacis.* GEBH. Omnes scripti *convehit.* Nec sane aliter quicquid est editorum ante Curionem. Et videtur festinationem trepidantium magis hoc exprimere, quam lentum illud *convehebat.* J. FR. GRON. Quod ante Rhenanum vulgo exstabat, in solis superest Lov. 4. et Rec. *tolerandae sunt, ex agris necessaria* praeferunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quae ipsa scribarum inconstantia satis docet, *τὸ necessaria*, quod nec Flor. nec Cant. agnoscunt, a mala manu esse. Deinde *convehebat* jam ante Curionem exhibuerunt Frob. anni 1535. Vascos. et Gryph. verum id in nullo apud me cod. superest. *convehebant* Lov. 4. *convehebatur* Harl. *convehuntur* Hav. *convehunt* Ber. a m. 2. *convehit*

Digitized by Google

castra, relicta cum levi praesidio, obpressuros. In hoc 7
consilium maxime inclinant: legatos tamen ad Hannibalem mittendos censent. quippe, classi ut felicissime gerantur res, parte aliqua levari Uticae obsidionem: Karthaginem ipsam qui tueatur, neque im- 8
peratorem alium, quam Hannibalem, neque exercitum alium, quam Hannibalis, superesse. Deductae 9
ergo postero die naves, simul et legati in Italiam profecti, raptimque omnia, stimulante fortuna, agebantur: et, in quo quisque cessasset, prodi ab se salutem omnium rebatur. Scipio, gravem jam spo- 10
liis multarum urbium exercitum trahens, captivis

Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Ber. a m. 1. et Hearnii L. 1. ac N. Verum insuper *diutinae obsidionis toleranda* Cant. Voss. et Lov. 3. ac 5. Quare ex Flor. legendum ita existimo, *pro se quisque, quae diutinae obsidionis tolerandae sunt, ex agris convehit.* De locutione v. ad 5, 3, 5.

§. 7. *Quippe classe ut felicissime gerantur res*] Castigavimus *ut felicissime geratur res.* RHENAN. Omnes Gall. et Voss. *quippe classi ut felicissime gerantur res.* Et 4, 34, 6. *Classi quoque ad Fidenas pugnatum, quidam in annales retulere.* J. FR. GRONOV. *classi* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. 5. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. V. ad 23, 41, 8. De aliis vocibus casum sextum eodem modo formantibus v. ad 28, 45, 11. Videat autem Doujatius, unde probaturus sit, vulgo, nempe ante Gronovium, *classibus* editum fuisse. Omnes enim, quas vidi, edd. Gronovio priores legunt *classe.* Ita tamen professorum regiorum primicerius scribere potuit, quia, non consulta ulla editione, eam lectionem per errorem notae Gronovii in aliis edd. praescriptam vidit. Praeterea *gerantur res* omnes codd. praeter Lov. 4. et Harl. Quum vero utrumque *gerere rem*, et *res*, recte dicatur, aequum est, ut optimos ac numero plures scriptos sequamur.

§. 8. *Karthaginem ipsam qui tueatur, neque imperatorem* etc.] Non improbatur vetus lectio *qui tueantur.* RHEN. Poëta, non poëta, [Silius 17, 150.]

Stabat Carthago truncatis undique membris etc.

MOD. Unus tantum Harl. adstipulatur cod. Rhenani; unus etiam Lov. 4. parum differens legit *tuebantur.* Reliqui priscarum edd. lectionem *tueatur* revocandam esse persuaserunt.

§. 9. *Et, in quo quisque cessasset*] Hoc fortassis sumsit a Thucydide 2, 8. Ἐν τούτῳ τε κεκωλύσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγματα, ᾧ μή τις ἀυτὸς παρέσαι. DUKER.

Digitized by Google

aliaque praeda in vetera castra ad Uticam missis, jam in Karthaginem intentus, occupat relictum fu-
11 ga custodum Tuneta: abest ab Karthagine quindecim millia ferme passuum locus, quum operibus,
12 tum suapte natura tutus, et qui et ab Karthagine conspici, et praebere ipse prospectum, quum ad urbem, tum ad circumfusum mare urbi, posset.

1 X. Inde, quum maxime vallum Romani jacerent,

§. 10. *Occupat relictum fuga custodum Tuneta: abest a Karthagine duodecim millia ferme passuum, locus quum operibus, tum suapte natura tutus*] Hanc sententiam sic castigavimus et distinximus. *occupat relictum fuga custodum Tuneta* (*abest ab Carthagine duodecim millia passuum*) *locum quum operibus, tum suapte natura tutum.* RHENAN. Polybius l. 1, [67.] Tuneta ait abesse ab Carthagine xv millia passuum. Meminit ejus et Strabo lib. ultimo. Est autem nominativus Tunes, etos: a quo regnum nomen habet nostra aetate. GLAR. Vet. lib. *locus tutus*, dempta parenthesi. quo pacto etiam Polybius [14, 10.] *ὁ δὲ Τύνης ἀπέχει μὲν τῆς Καρχηδόνος ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους. ἔστι δὲ σύνοπτος σχεδὸν ἐξ ὅλης τῆς πόλεως. διαφέρει δὲ ὀχυρότητι, καὶ φυσικῇ καὶ χειροποιήτῳ.* Praeterea quoniam centum viginti stadia abesse Carthagine Tunetem ait, propterea legendum apud Livium, non *XII*, sed *XV millia*, ex *V* enim *II* facta sunt, per mendum. SIG. Rhenani emendationi praetuli repertam mihi in Pal. 1. et Sigonio in V. C. scripturam: *abest a Carthagine XV millia ferme passuum, locus cum operibus, tum suapte natura tutus.* Secundus tamen adstipulatur Rhenano, nisi quod *Tuneta, abest a Carthagine XV. millia f. p.* GEBH. Recte ab Rhenani parenthesi et correctione, quam respuunt omnes Gall. et Pall. vindicavit Sigonius, qui quod *quindecim* millia passuum ex Polybio conficit, in eo habet omnes Gall. et Pall. suffragantes. J. FR. GRON. *locum* etc. *tutum* soli tantum Lov. 4. 5. Harl. et Rec. reliqui *locus tutus*, quomodo et Hearnius L. 1. habere testatur. Praeterea *XII ferme millia* Ber. *XII millia ferme* Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et edd. ante Sigonium. Credulitati enim lectorum se inpune inlusurum Doujatius putavit, quum ipsis persuadere conaretur, lectionem illam natam esse ex emendatione Rhenani. *XV ferme millia* Hav. *XV millia ferme* reliqui mei, et Hearnii L. 1.

§. 12. *Et qui ab Karthagine conspici, et praebere ipse prospectum*] Gall. *et qui et ab Carthagine conspici, et praebere ipse.* J. FR. GRON. Proxime accedunt Flor. Cant. et Hav. *et quia et ab Carthagine* praeferentes. Pessime igitur et contra fidem datam egit Clericus, qui, lectione hac, quam Gronov. in contextum receperat, ejecta, priorem, inscio ac nihil monito lectore, revocavit. Deinde *praebere ipse conspectum cumfusum*

Digitized by Google

conspecta classis hostium est, Uticam Karthagine petens. Igitur, omisso opere, pronunciatum iter, 2 signaque raptim ferri sunt coepta: ne naves, in terram et obsidionem versae, ac minime navali proelio aptae, obprimerentur. Qui enim restitissent agili 3 et nautico instrumento aptae et armatae classi naves, tormenta machinasque portantes, et aut in onerariarum usum versae, aut ita adpulsae ad muros,

mare urbi possit Flor. Voss. et Gaertn. *praebere ipse conspectum circumfusum mare urbi possit* Lov. 2. et 3. *conspectum* etiam Lov. 1. 4. 5. et edd. antiquissimae. *possit* etiam Lov. 1. 5.

§. 1. *Uticam Karthagine petens*] Pall. tres, et vet. ed. *Uticam a* (vel *ab*) *Carthagine*. GEBHARD. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 2. *Ne naves, in terram ad obsidionem versae*] Placet vetus lectio *in terram et obsidionem versae*. RHEN. *ad obsidionem* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. *et ad obsidionem* Ber. et edd. ante Aldum. Paullo ante *pronunciatur iter* Lov. 2. *pronunciatum est iter* Gaertn. *pronunciata tessera* Rec. Mox *navali proelio minime apti* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Et aut in onerariarum usum versae*] Haec clausula non est in exemplari scripto; sed tantum, *tormenta machinasque portantes, et aut ita adpulsae muris*. Unde conjicio particulam *et* repetitam a librario per errorem, propter finalem syllabam *es* praecedentem, et sic scripsisse Livium, *tormenta machinasque portantes, aut ita appulsae muris, ut pro aggere ac pontibus praebere ascensum possent*. Sic enim legendum docet archetypon Spirense, non *accessum*. RHEN. Pal. 1. *aut ita pulsae ad muros*. Quae praecedit statim clausula, temerarie a Rhenano hinc exterminata est. GEBH. Hanc clausulam, in omnibus MSS. Gall. Pall. et Italicis conspicuam, imprudenter defecti sui codicis auctoritate delet Rhenanus. Quae connectuntur hisce, ita concipiunt Put. omnes Gall. tres Flor. Barberin. Voss. unus Pal. *aut ita pulsae ad muros*. Cur sperneremus? Statim omnes Gall. *praebere ascensus possent*. J. FR. GRON. *pulsae* etiam duo Hearniani. Non debet quidem sperni consensus praestantissimorum MSS. Quia tamen non valde usitatum est *navem pellere ad murum, terram, litus*, etiam suspicari licet, quum primum scribi coepisset *ita appulsae ad muros*, deinde duas priores literas vocis *appulsae* intercidisse, quod prima eadem erat, quae ultima praecedentis, et secunda eadem, quae tertia sequentis. DUK. Verba, perperam a Rhenano ejecta, in omnibus meis, praeterquam in Harl. constanter supersunt; nonnulli tamen eorum per errorem legunt *in onerarium usum*. Deinde *aut ita appulsae ad muros* edebatur ante Rhenanum, concinentibus Lov. 3. 4. Ber. et

Digitized by Google

ut pro aggere ac pontibus praebere adscensus pos-
4 sent? Itaque Scipio, contra quam in navali certamine

Hav. Ejus loco Rhenanus substituit *aut ita appulsae muris*, quod servat unus Gaertn. *aut appulsae ad muros* Lov. 2. *aut ita pulsae ad muris* Flor. a m. 1. *aut ita pulsae ad muros* a m. 2. quod Hearnius etiam in N. ac D. invenit. Sed recte Cl. Dukerum indicasse puto, quae caussa librarios in hunc errorem conjecerit. V. ad 40, 57, 8. Quum tamen *pulsae ad muris* scriptum sit in Flor. a m. 1. posses existimare, illud *ad* a librario additum esse, quum videret, se literas illas in initio vocis praecedentis omisisse, et hinc cum Rhenano legendum esse *aut ita adpulsae muris*. Nam similiter *classis litori adpulsa* est apud Liv. 25, 26, 4. *adpulsae* tamen *ad muros* malo. Livium enim praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetiisse, vidimus ad 2, 36, 6. Praeterea *accessum* soli servant Ber. et Gaertn. *ascensum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. *ascensus* Flor. Cant. Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

§. 4. *Scipio, postquam eo ventum est, ut in navali certamine solet*] Scribendum est, *contra quam in navali certamine solet*. Nam quis umquam sic ad naumachiam instrui naves vidit, ut inter se colligentur? RHEN. Rhenanus is fuit, qui contra auctoritatem veterum librorum hanc lectionem invexit *contra atque in navali*, cum veteres libri habeant, *ut in navali*, hoc sensu: Scipionem rostratas, ut in navali certamine solet, in postremam aciem recepisse, quae praesidio aliis esse possent. ipse autem intellexit, eundem, contra atque in navali proelio solet, onerarias inter se copulasse. Porro autem quid sit *quadruplicem ordinem*, ex Polybio facilius intelligi potest, qui ita ait [14, 10.] *συνωρμίσας δὲ τὰς καταφράκτους νῆας, περιέστησε ταύταις τὰς φορτηγοὺς ἐπὶ τρεῖς καὶ τέτταρας τὸ βάθος*. Tres enim aut quatuor ordines factos esse junctarum inter se onerariarum significat. Quare post ait Livius: *Et vix transiliendi in secundum ordinem navium spatium propugnatoribus datum est*. Ceterum quas Polybius *καταφράκτους νῆας* vocat, Livius *rostratas* vertit. SIG. Rhenanus et Pal. 3. *contra quam in certamine navali solet*. Sed vulgatam lectionem acriter defendit Sigonius. GEBH. Sic vulgo [*Scipio, postquam eo ventum est, ut in navali.*] at longe aliter scripti. Quatuor haec verba, *eo ventum est ut*, aut certe tria in omnibus bonis desiderantur. Put. *Itaque Scipio postquam in navali certamine*. Barberin. Men. Voss. *postquam ut in navali*. Petavianus habet additamentum una cum simulacris veteris lectionis: *postquam eo ventum est corona quam ut in navali*. Ex hisce non obesae naris homini facile subolet, scribendum: *Igitur Scipio, contra quam in navali certamine solet, rostratis, quae praesidio esse aliis poterant, in postremam aciem receptis*. Quae et ipsa lectio Rhenani est, et integra quoque uno in Palatino visebatur. Sed fallitur in ratione verborum optime restitutorum vir ingeniosus: nam quis, inquit, unquam sic ad naumachiam instrui naves vidit, ut inter se col-

Digitized by Google

mine solet, rostratis, quae praesidio aliis esse poterant, in postremam aciem receptis prope terram, onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adver- 5

ligentur? Ergo vapulat ab instauratore Fastorum, qui e suis (jam novimus qualis plerumque notae) refert: *postquam ut in navali*, hoc sensu, Scipionem rostratas, ut in navali certamine solet, in postremam aciem recepisse, quae praesidio aliis esse possent. Gravior hic et inexcusabilis error: rostratae primam impressionem in hostes faciebant, erantque adeo ipse mucro belli: tantum abest, ut in postremam aciem collocatae, velut in terrestri acie triarii, aliis et maxime onerariis ante instructis navibus praesidio essent. Thucydides l. 7, [36.] in hoc fiduciam praecipuam Syracusanorum ponit: *ἀντίπρωροι γὰρ ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι, ἀναῤῥήξειν τὰ πρώραθεν ἀντοῖς, σεριφοῖς καὶ παχέσι πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις.* Auctor de bello Alexandrino [c. 46.] *Naves adversae rostris concurrunt adeo vehementer, ut navis Octavii una rostro discusso ligno contineretur.* Et mox: *Multae praeterea capiuntur, aut rostris perforatae merguntur.* In pugna navali Aemilii et Polyxenidae maximum momentum ad victoriam fuisse testatur Livius l. 37, [30, 4.] quod metu ignis ex adverso praelati regiae naves, *ne prora concurrerent, quum declinassent, nec ferire rostro hostem poterant, et obliquas se ipsae ad ictus praebebant.* Hinc Philippus apud Polybium l. 16, [1.] *δοὺς τὸ σύνθημα τοῖς ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ, καὶ παραγγείλας ἀντιπρώρους ποιεῖν τὰς ναῦς.* Hoc est ergo, quod contra navalis certaminis consuetudinem fecit Scipio, quum neque numero navium ad consecrendum in aperto mari certamen par esset Poenis, neque satis haberet temporis ad eas, quae adcrant, instruendas et educendas; rostratas, quae aliis praesidio esse poterant, si justum proelium tentandum foret, quae tegere alias et propugnaculum onerariarum esse deberent, in postremam aciem recepit; onerarias in fronte collocavit, commodo inter ipsas relicto intervallo, colligatas injectis trabibus ac velut ponte stratis, sub quo speculatoriae procurrere, atque infestare oppugnantem hostem possent. Itaque rostratarum in proelio poene nullus usus fuit, nisi quod servatae sunt, et fortassis inde longinqua tormentis tela missa. *Contra quam*, ut infra [c. 19, 9.] *contra quam sancitum legibus erat.* Sic *advorsus quam* Plauto Trinummo 1, 2.

Utrum indicare me ei thesaurum aequum fuit,
Advorsum quam ejus me obsecravit pater.

J. FR. GRON. *Scipio, postquam eo ventum est, ut in navali* ex meis praeferunt Lovel. 3. Harl. Ber. et Rec. cum Hearnii D. *Scipio, postquam eo ventum est corona qua in navali* Lov. 2. et 4. *Scipio, postquam eo ut in mali certamine* Lov. 5. *Scipio, postquam ut in navali* Lov. 1. Gaertn. et Hav. *Scipio post ut in navali* Hearnii L. 1. *Scipio postquam in navali* Flor. et Voss. ad cujus posterioris marginem emendatur *Scipio praeter, quam in navali.* Sed ipsum illud, quod Gronovio placuit, *Scipio, contra quam in navali*, Hearnius in N. se invenisse testatus est. Ceterum, quod

Digitized by Google

sus hostem obposuit: easque ipsas, ne in tumultu pugnae turbari ordines possent, malis antennisque de nave in navem trajectis, ac validis funibus velut uno inter se vinculo inligatis, comprendit: tabulas-
6 que superinstravit, ut pervium ordinem faceret: et sub ipsis pontibus intervalla fecit, qua procurrere

recte monuit Gronovius, maximas quasque naves in fronte collocatas fuisse, debiliores a tergo, si proelium navale committendum foret, docet etiam Scheff. 3. de Milit. nav. 5.

§. 5. *Pro muro adversus hostem opposuit*] ἵνα ἀντὶ τείχους ᾖ dixit Appian. Alex. in Punic. p. 13.

Malis antennisque de nave in navem trajectis] Hunc locum ita vertit Polybius: κἄπειτα καθελόμενος τοὺς ἱστοὺς καὶ τὰς κεραίας ἔζευξε τούτοις ἀντὰς βιαίως πρὸς ἀλλήλας. Quae verba leguntur apud Suidam in voce *Κεραία*, et quin hoc loco ea Polybius adhibuerit, dubitari non potest, si utrumque compares. Itaque hoc segmento augemus Polybium, in hac historia importune abscisum. Eodemque remedio adversus Atheniensium insultum usus est Ischolaus, qui τὰ πόρρωθεν σχοινίοις ἐκ τῶν πλοίων συνῆψεν, ὥστε τὸν σύνδεσμον εἶναι δι' ἀλλήλων, ut refert Polyaenus 2. Strateg. [22, 1.] JAC. GRONOV.

Velut uno inter se vinculo inligatis compressit: tabulasque superinstravit] Tu lege *comprehendit*, hoc est complexus est, copulavit, *tabulasque superstravit*. RHEN. Put. *inligatis comprendit, tabulasque superinstravit*. Accessio τοῦ *in* est in omnibus Gall. duobus Pall. J. FR. GRON. *compressit* perflat in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Solent hae voces a librariis confundi. V. ad 7, 13, 7. 39, 17. 5. Markl. ad Statii 1. silv. 2, 45. et quae notavi ad Silii 5, 281. *comprehendit* Lov. 4. 5. pro quo *comprendit* ex Mssis subposuit Gronov. V. ad 2, 29, 4. Deinde *superstravit*, ut Rhenanus emendat, Harl. *supra instruit* Lov. 3. *super his instravit* Hav. *tabulasque instravit* Flor. *superinstravit* reliqui. Eadem forma *superincidere, superinponere, superincubare* inlustrantur ad 2, 10, 11. *superinminere* ad 7, 10, 9.

Ut pervium navium ordinem faceret] Vetus lectio *ut pervium in totum ordinem esset*. Nos emendavimus *ut pervius in totum navium ordo esset*. Porro non solet Livius idem verbum statim repetere. ut hic *faceret* et *fecit*. O misere tractatum Livium! RHEN. Ab Rhenano hoc est, quum antea ederetur *ut pervium navium ordinem faceret*: invenisset autem in scripto: *ut pervium in totum ordinem esset*. Quod et nostri quidam haud spernendi. Put. Reg. *ut pervium ordine fecisset*. Quas veterum librorum scripturas ego sic enodandas existimo: *ut pervii inter se ordines essent*. hoc est, ut ab uno ordine ad alium esset continens commeatus. Putabam aliquando legendum, *ut pervium inter ordines esset*. Voce accepta apud Festum in *Vici*. *Ut*

Digitized by Google

speculatoriae naves in hostem, ac tuto recipi possent. His raptim pro tempore instructis, mille fer- 7
me delecti propugnatores onerariis inponuntur: telorum maxime missilium, ut, quamvis longo certamine, subficerent, vis ingens congeritur. Ita pa- 8
rati atque intenti hostium adventum obperiebantur.

in eo aedificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat accessum. Tacitus 3. Hist. [8.] *Et interjectus exercitus Rhaetium Juliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsepserat.* Sed non potest hoc ferri. neque enim id nunc dicit Livius, sed mox his verbis: *et sub ipsis pontibus intervalla fecit.* Illud igitur omnino probamus. J. FR. GRON. *ut pervium navium ordinem faceret*, ut ante Rhenanum edebatur, soli Ber. et Gaertn. *ut provium in totum aut ultro ordinem cepit* corruptissime Harl. *ut pervium*, vel *parvium in totum navium ordinem faceret* Lov. 3. 4. et Rec. *ut parvium in totum ordinem navium iter faceret* Lov. 4. *ut per unum in tot navium ordinem faceret* Lov. 2. *ut parvum ordinem faceret* Hafn. *ut per unum ordinem fecissent* Lov. 1. *ut pervium ordinem fecissent* Voss. *ut pervium ordinem fecisset* Flor. Cant. Hav. et Hearnii L. 1. Cl. Crevierius probat codicis Rhenani lectionem *ut pervium in totum ordinem esset*, quod et suos haud spernendos habere Gronov. testatus est, et *pervium* inlustrat loco Festi a Gronovio laudati. Verum in optimis illud *in totum* plane non conspicitur. Vide igitur num, ex antiqua lectione una tantum voce *navium*, quae etiam a multis optimae notae libris exsulat, ejecta, et proxime ad integerrimorum codd. scripturam, legendum sit *ut pervium ordinem faceret.* Quod autem Rhenanus dicit, non solere Livium idem verbum statim repetere, secus esse patebit ex illis, quae notata sunt ad 1, 3, 9.

§. 6. *Procurrere speculatoriae naves in hostem*] Quas Livius *speculatorias* vocat, Appiano τριήρεις vocantur in Punic. p. 13. Verum *speculatoriae* non sunt triremes, sed naves minores sine rostris, ut constat ex Livio 36, 42, 8. V. Scheff. 2. de Milit. Nav. 2. p. 72. Appian. itaque dissentit a Livio in hac parte, ut etiam in exitu proelii.

§. 7. *Telorum maxime missilium, ut, quamvis longo certamine, subficerent*] Vox *maxime* non adparet in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Deinde *ut in longum certamen sufficerent* Ber. a m. 2.

§. 8. *Ita parati instructique*] Quaeso te per Musas, ita loquitur Livius? Quod aliud est *instructi*, nisi *parati?* Legendum est *Ita parati intentique.* Significat enim, Romanos attente Carthaginiensium adventum exspectasse. RHEN. *parati instructique* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Livium autem has voces jungere solere, videbimus ad 37, 11, 2. Verum Flor. et Cant. ex quibus nihil notatur, habuisse videntur *Ita parati atque intenti*, quomodo etiam Fro-

Digitized by Google

Karthaginienses, qui, si maturassent, omnia permixta turba trepidantium primo inpetu obpressissent,
9 perculsi terrestribus cladibus, atque inde ne in mari quidem, ubi ipsi plus poterant, satis fidentes, die segni navigatione absumto, sub occasum solis in portum (Ruscinona Afri vocant) classe adpulere.
10 postero die sub ortum solis instruxere ab alto naves, velut ad justum proelium navale, et tamquam
11 exituris contra Romanis. Quum diu stetissent, post-

ben. anno 1535. ex mente Rhenani edidit, licet hic in notis *intentique* emendet. Supra 24, 39, 4. *Militesque intenti dudum ac parati.* 29, 6, 10. *Signum dedere proditoribus arcis: qui parati intentique.* 35, 11, 9. *Qui primo intenti paratique in stationibus fuerant.* Sallust. Jug. 49. *Proinde parati intentique essent signo dato.* ubi vide Cortium.

Omnia permixta turba trepidantium primo inpetu obpressissent] Dii boni! quanta est sciolorum temeritas mutantium statim, quod non assequuntur? Scripsit Livius *omnia permixta turba trepidantium primo impetu deprendissent.* Quod non intelligens aliquis pro *deprendissent* supposuit *oppressissent.* RHEN. Quid vetat uti verbis Rhenani? Quanta est temeritas mutantium statim, quod non assequuntur? Scripsit Livius *primo impetu oppressissent;* quod non intelligens aliquis supposuit *deprehendissent.* Summo quidem jure possem, sed nolo probrum dicere praestanti viro: nimis credulus fuit uni libro, et quaecunque aliter, atque in vulgatis, illic essent, Livii esse, nihil librarii, putavit. Put. ille, et omnes Gall. cum Voss. *oppressissent.* Et nota est significatio vocis pro supervenire, deprehendere. l. 5, [16, 5.] *Redeuntes a populationibus gravesque praeda Tarquinienses oppressere.* 10, [32, 8.] *Improviso oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit.* J. FR. GRON. *deprehendissent* Ber. Harl. Rec. et edd. ante Aldum, qui *oppressissent* primus restituit, adsentientibus reliquis meis, et Hearnii L. 1. ac N. Supra hoc cap. *Ne naves minime navali proelio aptae obprimerentur.* Infra c. 12, 7. *Si se Laelius cum equitatu vinctoque Syphace Cirtam praecedere sinat, trepida omnia metu se obpressurum.* 37, 4, 9. *Eo ipso, quod nihil tale timerent, obprimi incautos posse.* Justin. 5, 6, 2. *Alcibiadem, cum centum navibus in Asiam profectum, repentino adventu obpressere.* qui ita saepe loquitur.

§. 9. *In portum (Ruscinona Afri vocant) classem adpulere*] Vet. ed. *Rusucinona.* Pal. pr. *Rusucmona.* sec. *Rusutione Africa vocat.* tert. *Ruismona.* GEBH. Put. *Rusucmona Afri vocant classe.* Ut 8, [3, 6.] *Eodem anno Alexandrum Epiri regem in Italia classe appulisse constat.* Etsi hic quoque Voss. antiquior *classem.* Et sic potius loquuntur. Locum alii codices

Digitized by Google

quam nihil moveri ab hostibus viderunt, tum demum onerarias adgrediuntur. Erat res minime cer- 12
tamini navali similis, proxime speciem muros obpugnantium navium. altitudine aliquantum onerariae superabant: ex rostratis Poeni vana pleraque 13
(utpote supino jactu) tela in superiorem locum mittebant: gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat. Speculatoriae naves ac le- 14
via ipsa navigia, quae sub constratis pontium per

Rusucinona appellant. J. FR. GRON. Hearnius *Rusimona* in L. 1. *Rusicinona* in N. et *Rusuemona* in D. invenit, quae ultima lectio mihi etiam obvia fuit in Hav. *Crusnemona* in Lov. 4. *Rusuamona* in Lov. 3. *Rusuomona* in Harl. *Rusuciriona* in Gaertn. *Rusucinova* in Lov. 2. *Rusucinona* in Voss. Lov. 1. 5. et Ber. *Rusuemona* in Flor. Ex similium lectionum vestigiis Cl. Jac. Gronov. Dissert. epist. in Livii loca quaed. geogr. Ep. 2. p. 16. legendum censet *Rusucurona*. Quem tamen haud male eo nomine refellit Cl. Wesseling. ad Antonini Itin. p. 17. quod *Rusicorum* vel *Rusucurrum* Plinii 5. Hist. Nat. 2. cum hac urbe componat. Deinde *classem adpulere* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Flor. a m. 2. et omnes codd. Crevierii, qui etiam hanc lectionem tuetur, Gronovium sine caussa ex uno cod. eam mutasse existimans. Verum praeterquam quod unus hic cod. omnium instar esse possit, eidem accedunt nunc reliqui mei; nec dubito, quin plures Gronovii Msti, diligentius inspecti, eamdem scripturam firmassent. De illa locutione v. ad 8. 3, 6. Paullo ante *atque inde in mari quidem, ubi ipsi plus poterant, satis fidentes* Flor. Voss. Lov. 2. et Hav. Verum Voss. margini postea adscriptum est *haud satis fidentes*.

§. 10. *Veluti ad justum proelium navale, et tamquam exituris contra Romanis*] In edd. Gruteri et Heinsii omissa est copula. Eam vero in Put. ceterisque Gall. et optimo Pal. superesse Gronov. in priori ed. not. monuit. Cum his codd. faciunt omnes mei. Recte ergo Gronov. eamdem particulam loco restituit. Verum et aliud, quamvis minoris momenti, in ed. postrema Gruteri commissum est. Prima enim dedit *veluti*, quod reliqui omnes editores tacite probarunt, ac servarunt; quum tamen prioribus edd. *velut* legentibus adsentiantur omnes nostri. Quare et illud reduxi.

§. 12. *Erat res minime certamini navali similis*] Put. Mon. Voss. ignorant τὸ *res*. Fortassis *erat minime certamen navali simile*. J. FR. GRON. Deest etiam a Flor. Lov. 1. 2. Hav. Hearnii L. 1. N. et nonnullis Crevierii; qui tamen, et recte, vulgatum praefert. Mox *altitudinem* male Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. quorum plerique cum Gaertner. ignorant verbum *superabant*.

§. 13. *Pondere ipso libratior superne*] Idem dicit Livius 7, 23,

Digitized by Google

intervalla excurrebant, primo ipso tantum inpetu
15 ac magnitudine roſtratarum obruebantur: deinde et
propugnatoribus quoque incommodae erant, quod
permixtae cum hoſtium navibus inhibere saepe tela
cogebant; metu ne ambiguo ictu suis inciderent:
16 poſtremo aſſeres ferreo unco praefixi (harpagones

8. *Locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastaeque, non, tamquam ex aequo missa, vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur.* Contrarium dicere videtur Quadrigarius apud Gell. 9, 1. Sed ea conciliare conatur Magius 3. Miscell. 16. DUKER.

§. 14. *Ac levia ipsa navigia*] Paullo ante tantum *speculatorias naves*, nec ulla alia levia navigia praeter eas, memoravit. Parum abeſt, quin credam *ac* delendum, et legendum esse *speculatoriae naves, levia ipsae navigia:* nam non de aliis, quam de *speculatoriis*, cum loqui, indicio sunt sequentia; *propugnatoribus quoque incommodae erant, quod permixtae cum hostium navibus.* DUK. Vocem *ipsa* delendam fere judicabat Cl. Crevierius, partim quod hic non satis necessaria sit, partim quod praecedat *pondere ipso*, sequatur *ipso tantum inpetu.* Sed *levia alia navigia* legunt Lov. 8. 4. et Harl.

Primo ipso tantum inpetu] Put. *ipsae tanto.* Scripti alii *primo ipsa et alto impetu.* Forte *primo ipso adactae impetu.* J. FR. GRON. *primo ipsa et alto impetu* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *primo ipsae et alto inpetu* Lov. 4. *primo ipsa et ante inpetum* Cant. *primo ipse tantum inpetu* Harl. *primo ipsa tantum inpetu* Ber. a m. 2. *primo ipsae tanto inpetu* Flor. quam lectionem Crevierius etiam, qui paullo ante *levia navigia*, omissa voce media *ipsa*, legit, probat, existimans τὸ *ipsae* recte obponi *propugnatoribus*, qui in navibus onerariis erant. Praeterea *et magnitudine*, pro *ac*, Flor. Voſſ. Lov. quinque, et Hav.

§. 16. *Postremo asseres ferreo unco praefixi*] Quidam *aceres* legunt, videlicet quos ob duritiem Romani incidere nequiverunt, ut ſtatim subnectet Livius. Sed judicet lector. GLAR. *asseres* omnes codd. et edd. *asseres* in simile re memorat Curtius 4, 3, 24. 25. *asseres falcatos* Livius 38, 5. 3.

Harpagones vocant milites) *ex Punicis navibus injici*] Optimi *vocant milex Punicis.* Forte *vocant*) *mitti ex Punicis navibus et injici in Romanas coepti.* J. FR. GRON. *vocant milex Punicis* Flor. et Voſſ. verum in poſteriori cod. mediae vocis tribus literis primis subjecta sunt ſtigmata, quibus librarii aliquid perperam scriptum ac delendum esse indicant; ut legi voluerit, qui notas addidit, *vocant*) *ex Punicis navibus;* quomodo etiam scribendum Crevierius conjecit. Et sane vocem *milites* omittunt Lov. quinque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. Crevierii itaque conjecturam, tot codicum consensu firmatam, in contextum recepi. Lectio certe *vocat miles*, quam Gronov. anno 1665. pro *vocant milites*, admisit, in nullo

Digitized by Google

vocant) ex Punicis navibus injici in Romanas coepti. Quos quum neque ipsos, neque catenas, quibus 17
suspensi injiciebantur, incidere possent; ut quaeque retro inhibita rostrata onerariam haerentem unco traheret, scindi videres vincula, quibus alia aliis 18
innexa erat, seriem aliam simul plurium navium

exstat cod. Ipse enim se errasse in pr. ed. not. quum moneret, ita optimos praeferre, in repetitis curis tacitus agnovit, ex iisdem optimis *vocant milex* producens. Praeterea Gronov. etiam anno 1665. *harpagonas*, pro *harpagones*, substituit. Verum *harpagones* servant omnes codd. quibus usus sum: quomodo Caesar quoque 1. B. Civ. 57. et Hirt. in B. Hispan. 16. casum quartum hujus vocis efferunt. Quare ita etiam edi curavi. Ceterum Stewech. ad Veget. 5, 14. Livium carpens, quod *manus ferreas* et *harpagones* confuderit, non tantum laudat hunc locum, sed et alium ex l. 37. *Cum belli apparatu strepunt, ferreae quoque manus (harpagones vocant) quas operibus hostium injicerent, praeparabantur.* Sed memoria Stewechio inposuit. Nam locus hic non exstat apud Livium, sed apud Curtium 4, 2, 12. quem eumdem errorem, omnia ex Stewechio sublegens, commisit Joh. Goduinus, professor regius, quum Caesarem in usum Delphini notis inlustraret, ad 1. B. Civ. 57. Id tamen peccatum ut huic heroï tanto facilius donemus, illud efficit, quod Scheffer. etiam 2. de Mil. Nav. 7. p. 164. non modo a Stewechio deceptus locum Curtii sub nomine Livii laudarit, sed eidem etiam locum Curtii subjunxerit; ad quem si adtendisset, lapsum Stewech. deprehendere et sibi cavere potuisset.

§. 17. *Onerariam haerentem unco traheret*] *habentem* perperam Put. praeferre, supra notavit Gronov. ad 29, 4, 8. *haberentem* legit Flor. a m. 1. pro quo emendatur *adherentem*.

§. 18. *Quibus aliis innexa erat, seriemque aliam simul plurium navium trahi*] Scripti *quibus alia aliis innexa erat, seriem aliam*. Nec incommodum asyndeton. Nisi malis: *seriemque simul plurium*. J. FR. GRONOV. *quibus aliis alia innexa erat* edd. Rom. anni 1472. et Parm. cum Ber. et Gaertn. cujus loco proximae edd. legunt *innexa erant*. Aldus deinde edidit *quibus alia aliis innexa erant*, concinentibus Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Postea Froben. anno 1531. vulgavit *quibus aliae aliis innexae erant*; at anno 1535. *quibus aliis innexa erat*; ubi vocem *alia* operarum errore excidisse credidissem, nisi postea Rhenanum ita ex cod. suo de industria edidisse ideo verisimile factum esset, quia eodem modo etiam praefert Harl. inter quem et Rhenani Spirensem passim convenit. Verum vox *alia* intercepta est a proxima *aliis*. V. ad 33, 27, 4. *quibus alia aliis innexa erat*, ut Gronov. in suis invenit, Flor. et pauci alii. Supra 2, 3, 6. *Interim legati alii alia moliri*. ubi quaedam vide. 22, 7, 8. *Alius ab alio impleti rumoribus domos referunt*. 28, 19, 11. *Admonebant alii a-*

Digitized by Google

19 trahi. Hoc maxime modo lacerati quidem omnes pontes, et vix transsiliendi in secundum ordinem 20 navium spatium propugnatoribus datum est. Sex ferme onerariae puppibus abstractae Karthaginem sunt: major quam pro re laetitia, sed eo gratior, quod inter assiduas clades ac lacrimas unum quan- 21 tumcumque ex insperato gaudium adfulserat; cum eo, ut adpareret, haud procul exitio fuisse Romanam classem, ni cessatum a praefectis suarum navium foret, et Scipio in tempore subvenisset.

1 XI. Per eosdem forte dies, quum Laelius et Masinissa quintodecimo ferme die in Numidiam pervenissent, Massyli, regnum paternum Masinissae, laeti

lios. ubi iterum vide. 45, 19, 10. *Aliis alia regna crevisse rebus.* Praeterea *seriem aliam simul* omnes scripti mei, praeter unum Ber. *seriemque* legentem. Crevierius vocem *aliam* hic potius supervacuam, et ex vicinis vocibus *alia aliis* natam credit: et hinc cum Gronovio mallet *seriemque simul plurium.*

§. 20. *Sed eo major, quod inter assiduas*] Vetus lectio *sed eo gratior.* RHEN. *sed eo major* solus ex meis Ber. *sed cognicior* Harl. *sed eo gravior* Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Neque aliter Flor. a m. 1. in quo repositum est a m. 2. *sed eo gratior;* idque servant reliqui. *gratus* et *gravis* etiam supra confundebantur 1, 16, 5. et infra 34, 5, 2. Paullo ante *Sex onerariae*, omissa media voce, Ber. *XI ferme onerariae* Hearnii D. et L. 2. V. ad 39, 29, 7. *XLVI ferme onerariae* Lov. 5. *sexaginta ferme onerariae* Harl. Deinde *tractae*, pro *abstractae*, Lov. 4. Mox §. seq. *advenisset*, pro *subvenisset*, Lov. 2.

§. 1. *Masaesyli regnum paternum Masanissae laeti, ut ad regem*] *Masaesyli* hic Masanissae regnum concessisse dicuntur, cum paulo post [hoc cap.] apud Syphacem pugnent contra Romanos, atque adeo contra ipsum Masanissam. Sed, ut dixi jam saepe, vel nominum est apud Livium confusio, aut in posterioribus *Masaelibyes* legendum, cum continuo subnectat Cirtham regiam, quae est in Masaelibybus, non in Masaesylis. GLAR. Satis ostendi, *Massylii* hic esse legendum. Quod autem ait: *Syphax vetere se continebat regno*, Masaesylorum intelligit. SIG. Non placet haec distinctio, et potius videtur, *Massylii, regnum paternum Masinissae, laeti ut ad regem* etc. Dicuntur enim per epexegesin *Massylii, regnum paternum Masinissae.* ut 1, 60, 2. Tarquinius Sextus dicitur *Gabios tamquam in re-*

Digitized by Google

ut ad regem diu desideratum concessere. Syphax, 2
pulsis inde praefectis praesidiisque suis, vetere se
continebat regno, neutiquam quieturus. Stimula- 3
bant aegrum amore uxor socerque: et ita viris
equisque abundabat, ut subjectae oculis regni per
multos florentis annos vires etiam minus barbaro
atque inpotenti animo spiritus possent facere. Igi- 4
tur omnibus, qui bello apti erant, in unum coactis
equos, arma, tela dividit. equites in turmas, pedi-
tes in cohortes, sicut quondam ab Romanis cen-
turionibus didicerat, distribuit. Exercitu haud mi- 5
nore, quam quem prius habuerat, ceterum omni
prope novo atque incondito, ire ad hostes pergit.

gnum suum profectus. et apud Justinum [16, 5.] dicuntur *regnum tyrannorum* fuisse Heracleenses. JAC. GRON. V. ad 24, 48, 2. Distinctio, quae recte Gronovio displicuit, primum ab Aldo invecta est.

Ad regem diu desideratum] In scripto codice tantum est *ad regem desideratum*, non *diu desideratum*. RHEN. *Tò diu* abest etiam ab Harl. in reliquis omnibus constanter haeret.

§. 2. *Neutiquam quieturus. Stimulabat aegrum amore uxor socerque*] In scripto codice est *Stimulabant*. RHEN. *ne uticam quieturum stimulat aegrum amore uxor.* Reliqui *ne utique quieturus.* Omnes perperam. GEBH. *ne uticam quieturus* Lov. 4. *ne utique quieturus* Voss. et Lov. 2. ac 3. Deinde *Stimulabat* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Ber. et Hav. *Stimulabat enim aegrum amore uxor socerque* Lov. 2. *Stimulabat ægrum amor uxoris socerique* Lovel. 3. Utraque lectio *Stimulabant* et *Stimulabat* ferri potest. Duobus enim substantivis singularibus additur vel verbum plurale, vel singulare. De priori v. ad 1, 31, 7. de posteriori ad 37, 29, 6. Et pro hac lectione stant meorum integerrimi. Paullo ante *pulsis inde praefectusque praesidiis suis* Voss. *pulsis inde praefectusque praesidiisque suis* Lov. 1. An voluerunt *pulsis inde praefectisque praesidiisque suis*?

§. 3. *Per multos florentes annos*] Castigavimus *florentis*, ut referatur ad genitivum *regni*, qui praecedit. RHEN. *florentes* Ber. Gaertn. et Hav. *florens* Lov. 1. 4. et Voss. *flores* Flor. a m. 1. *florentis* a m. 2. consentientibus reliquis.

§. 4. *Omnibus, qui bello capti erant*] Placet antiqua lectio *qui bello apti erant.* Nam praecessit *viris equisque abundabat.* Deinde si suis abundabat, cur, quos bello ceperat, armasset? SIG. Lectio illa in solis edd. Ba-

Digitized by Google

6 Et, castris in propinquo positis, primo pauci equites ex tuto speculantes ab stationibus progredi; inde jaculis submoti recurrere ad suos: inde excursiones in vicem fieri, et, quum pulsos indignatio
7 accenderet, plures subire: quod irritamentum certaminum equestrium est, quum aut vincentibus spes,
8 aut pulsis ira adgregat suos. Ita tum a paucis proelio accenso, omnem utrimque postremo equitatum certaminis studium effudit. ac, dum sincerum equestre proelium erat, multitudo Masaesylorum, ingentia agmina Syphace emittente, sustineri vix poterat:
9 deinde, ut pedes Romanus repentino per turmas

sil. anni 1554. et 1555. obcurrit. Reliquae cum omnibus scriptis recte legunt *apti*. Solent autem *captus* et *aptus* etiam in Mstis confundi. V. ad 3, 9, 7. et ad 35, 19, 2.

§. 6. *Inde jaculis submoti*] Mox sequitur *inde excursiones in vicem fieri*. Quare non displicet *dein jaculis submoti*, quod praeferunt Flor. Lov. 4. et Harl.

§. 7. *Quum aut vincentibus spes*] Expende, lector, num legi possit *urgentibus*, nam in volumine scripto *vigentibus* habetur. Et opponuntur inter se *urgere* et *pelli*. Praeterea spes magis competit urgentibus, hoc modo videlicet victoriam consecuturis, quam jam vincentibus. RHEN. Verum aeque bella est antithesis τοῦ *vincere* et τοῦ *pelli*. Pal. 3. subjicit, *cum aut ingerentibus spes*. GEBH. Omnes mei *vincentibus* servant, nisi quod *ingentibus* sit in Harl.

§. 8. *Omnem postremo utrimque equitatum certaminis studium effudit*] Germana lectio sic habere debet: *omnes utrimque postremo equitum certaminis studium effudit*. Praecessit autem *primo pauci equites*: nunc dicit *omnes*, subaudi *equites*. Porro loquendi modus per duos genitivos, ut hic *equitum certaminis studium*, Livio familiaris est, et optimis quibusque auctoribus. In codice scripto mendose legitur *utrumque*, pro *utrimque*. RHEN Probo magis, ut legatur *omnem utrimque postremo exercitum certaminis studium effudit*. Sic enim in vet. lib. SIG. Pal. 3. *omnes utrimque postremo equitum certaminis studium effudit*. GEBH. Non haec est germana lectio, ut sentit Sigonius, non quam imperat Rhenanus. *omnes utrimque postremo equitum certaminis studium effudit*. sed quam habent omnes Gall. et duo Pall. et Voss. *omnem utrimque postremo equitatum certaminis studium effudit*. Eamque confirmat, quod continenter sequitur: *Ac dum sincerum equestre proelium erat*. Ita enim Put. Reg. tresque optimi Florentini. De utroque

Digitized by Google

suas viam dantes intercursu stabilem aciem fecit, absterruitque effuse invehentem sese hostem, primo barbari segnius permittere equos; deinde stare ac 10
prope turbari novo genere pugnae; postremo, non pediti solum cedere, sed ne equitem quidem sustinere, peditis praesidio audentem. Jam signa quo- 11
que legionum adpropinquabant. tum vero Masaesyli non modo primum inpetum, sed ne conspectum quidem signorum atque armorum, tulerunt: tantum seu memoria priorum cladium, seu praesens terror valuit.

XII. Ibi Syphax, dum obequitat hostium turmis, 1

egimus in Observationibus [4, 6. p. 91.] J. FR. GRON. Per omnia Rhenani Spirensi concinit iterum Harl. *omnem utrimque postremo exercitum* Lov. 4. *omnem utrimque postremo equitatum* reliqui mei, et Oxonn. Hearnii. Deinde *effundit* Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Recte etiam Gronov. addidit vocem *sincerum*, quae vulgo deerat. Consentiunt ejus codicibus Flor. et Lov. 5. *sincere* ejus loco legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. 2. et Hav. quod et in duobus suis superesse in Observ. monuit.

§. 9. *Romanus repentino per turmas suas viam dantes intercursu*] *Romanus repentinus per turmas viam suam dantis intercursu* Voss. et Lov. 1. *suam viam dantis intercursu* Flor. *viam suam dans incursu* Lov. 2. *viam suis dantibus intercursu* Lov. 5. Ber. Hav. et Brancal. Latinii. Vulgatum spernendi caussam non habeo.

§. 10. *Ac prope turbari*] Vix opinor *prope turbari* dici posse eos, quos cessisse statim indices. In exemplari, cui collationem codicum Gall. commisit pater, scripsisse eum video *propere o. MSS.* In Cantabrig. ipse etiam legi *propere*. Quid-ergo renitimur? JAC. GRON. *propere* etiam Flor. Lov. 3. et Hearnii L. 1. Similiter etiam Crevierius monuit optimos scriptos habere. Et solent ita hae voces a librariis confundi. V. ad 39, 31, 4. Nec multum abit Harl. in quo est *prospere*. Paullo ante *dein stare* Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii D. V. ad 3, 3, 6.

§. 11. *Tantum seu memoria priorum cladium, seu praesens terror valuit*] *tantum eum memoria* Flor. *tantum tunc memoria* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *tantum tunc seu memoria*, utraque lectione juncta, Lov. 5. Tum *superiorum cladium* Lov. 4. altera lectione margini adscripta. Deinde *praesens error* Flor. a m. 1. Voss. Lov. 2. a m. 1. et Hav. qui error scribarum in codd. antt. frequens est. V. ad 24, 30, 6.

§. 1. *Ibi Syphax, dum obe-*

Digitized by Google

si pudore, si periculo suo fugam siſtere poſſet, equo graviter icto, effusus obprimitur capiturque,
2 et vivus, laetum ante omnes Masinissae praebiturus
3 spectaculum, ad Laelium pertrahitur. Cirta caput regni Syphacis erat: eo se ingens hominum contu-
4 lit vis. Caedes in eo proelio minor, quam victoria, fuit, quia equeſtri tantummodo proelio certatum

quitat] De hoc proelio et capto Syphace ita Silius [17, 125.]

Ante omnes praevectus equo trahit agmina voce. etc.

MODIUS.

§. 2. *Et vivus, laetum ante omnes*] Optimus et ei propinquiores *visus*. Forte *vinctus*. J. FR. GRON. *visus* etiam Flor. Cant. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii N. qui *unus* in L. 1. invenit. qui error in scriptis saepe obcurrit. V. ad 10, 36, 8.

Ad Laelium adtrahitur] Veteres libri *pertrahitur*. SIG. Pall. 1. 2. *pertrahitur*. vet. ed. *protrahitur*. tert. *trahitur*. GEBHARD. Ut Sigonius, Put. et meliores, *pertrahitur*. 40, [4, 11.] *Lembum armatum ad pertrahendam eam navem miserunt*. Sic *perducere* elegantius, quam vulgus putet, Juſtino 12, [5.] *Interea unus ex amicis Darii Bessus vinctus perducitur, qui regem non solum prodiderat, verum et interfecerat*. Curtius 3, [3.] in somnio Darii. *Quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu perductum esse vidisset*. 8, [13.] *Quum Barzentes, defectionis Arachosis auctor vinctus, trigintaque elephanti simul capti perducuntur*. Tertullianus ad Nationes: *Nam nocentes quidem perductos, si admissum negent, tormentis urgetis ad confessionem*. L. 1. Cod. Theod. de Cuſtodia reorum. *Reo exhibito, sive accusator existat, sive eum publicae sollicitudinis cura perduxerit*. Ubi male sive Tribonianus, sive librarii in cod. Juſtiniani *produxerit*. J. FR. GRON. *attrahitur* primus exhibuit Froben. anno 1535. sine dubio ex cod. Rhenani: nam ita et praeſert Harl. Contra omnes non tantum edd. antiquiores, sed etiam codd. mei, et Oxonn. Hearnii *pertrahitur*. Supra 7, 39, 14. *Mortem, ni sequeretur, denunciantes in castra pertraxerunt*. Val. Max. 1, 1, 21. *Quum enim eum vinctum Romam pertrahi jussisset*. Ita uterque cod. Traject. non *protrahi*, ut vulgo editur. V. Torren. ad eum locum. Phaedr. 3, 10, 34.

Accusatores postularunt mulierem,
Romamque pertraxerunt ad centumviros.

V. ibidem Scheffer. De verbo *perducere* v. ad 5, 15, 8.

§. 3. *Cirtha caput regni Syphacis erat*] Graeci *Cirtan* sine aspiratione edunt. SIG. Nec eſt, cur hic aliter scribatur. Et ita optimae edd. Salluſtii, Melae, et aliorum quorumdam scriptorum Latinorum. *Respublica Cirtensium* l. 9. §. 5. D. de Jur. et fact. ignor. Salmasium, negantem Cirtam caput regni Syphacis fuisse, refellit Is. Voſſius ad Melae 1,

Digitized by Google

fuerat. non plus quinque millia occisa, minus dimi- 5
dium ejus hominum captum est, inpetu in castra facto, quo perculsa rege amisso multitudo se contulerat. Masinissa, *Sibi quidem*, dicere, *nihil esse in* 6
praesentia pulchrius, quam victorem, recuperatum tanto post intervallo, patrium invisere regnum: sed tam secundis, quam adversis; rebus non dari spa-

6. DUK. *Cirta* hic exhibent etiam Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. ac D. proxime verum *Circa* Cant. Lov. 3. 4. et Gaertn. Male *Chirta*, vel *Circha* Hearnii L. 1. V. ad 29, 32, 14.

Eoque se ingens vis hominum ex fuga contulerat] Pal. 1. *eoque ingens hominum vis contulit.* sec. *eoque ipse ingens hominum vis e fuga contulerat.* GEBH. Put. Reg. Men. *Cirtha caput regni Syphacis erat: eoque ingens hominum contulit vis.* Optimus Pal. et Voss. *eoque ingens hominum vis contulit.* Scribe haud dubitanter: *eo se ingens hominum contulit vis.* Nisi malis *eoque i. h. confugit vis.* J. FR. GRON. *eoque ingens hominum contulit vis* Flor. et Cant. *eo ingens hominum vis contulit* Lov. 1. *eo quod ingens vis hominum contulit* Lovel. 2. *eoque ingens vis hominum contulit* Hav. Prior Gronovii conjectura, quam etiam recepit, non displicet, nisi malis *eoque ingens se hominum contulit vis.*

§. 6. *Masinissa Laelio dicere, sibi quidem nihil* etc. *quam victorem recuperatum tanto post intervallo invisere receptum patrium regnum*] Vet. lib. *quam victorem tanto intervallo invisere.* Egregie: vacat enim vox *recuperatum*, cum subdatur *receptum*, quae idem valet. SIG. Ita concepta scriptura est in Pal. 1. *Masinissa sibi quidem dicere nihil esse in praesentia pulcrius, quam victorem recuperatum tanto post intervallo patrium visere regnum.* Et ita priora complectitur sec. posteriora congruunt cum vulgatis. GEBH. Nusquam in Put. et omnibus Gall. duobusque Pall. duobus item Flor. Barber. et Voss. τὸ *Laelio*, nusquam τὸ *receptum*: in quo impingit Sigonius, qui τὸ *recuperatum* putat esse interpretationem hujus, cum plane contra sit. Cum illis igitur veteribus ita lege: *Masinissa, sibi quidem, dicere, nihil esse in praesentia pulchrius, quam victorem recuperatum tanto post intervallo patrium invisere regnum.* Hic et vocum ordo est in antiquis: ipsa autem res loquitur, non apud alium potius ullum, quam Laelium, illa dicenda fuisse. J. FR. GRON. Illud *Laelio* in nullo omnino scripto libro est. In ordine etiam vocum priorum fere omnes consentiunt Gronovianis, nisi quod *Masinissa quidem sibi dicere* sit in Harl. *Masinissa dicere, sibi quidem* in Ber. *Masinissa quidem dicente* in Lov. 4. Quod ad posteriorem partem hujus periodi *victorem recuperatum tanto post intervallo invisere receptum patrium regnum* demum adparuit in ed. Froben. anni 1535. sine dubio ex Rhenani cod. Nam ita etiam legit Harl. nisi

Digitized by Google

7 *tium ad cessandum. Si se Laelius cum equitatu vinctoque Syphace Cirtam praecedere sinat, trepida omnia metu se obpressurum: Laelium cum peditibus*
8 *subsequi modicis itineribus posse.* Adsentiente Laelio, praegressus Cirtam, evocari ad conloquium principes Cirtensium jubet. sed apud ignaros regis casus, neque quae acta essent promendo, nec minis, nec suadendo, ante valuit, quam rex vinctus in con-
9 spectum datus est. Tum ad spectaculum tam foedum comploratio orta: et partim pavore moenia sunt deserta, partim repentino consensu gratiam

quod *victores ..... tanto post* cum lacuna praeferat. Omnes reliqui codices lectionem a Gronov. probatam firmant, praeterquam quod *paternum*, pro *patrium*, sit in Lov. 5. Hearne etiam auctor est, codd. suos et in priore et in posteriore parte cum Gronovii codd. concinere. Ceterum de hoc loco egit etiam Gronov. ad 7, 18, 1. cumque etiam emendat, sed ibi testatur, omnimodo in Mstis esse *reciperatum*, in Voss. et altero *reciperet*. Nullus tamen meorum *reciperatum*, et Voss. excerpta *recuperatum* praeferunt.

Sed tam secundis, quam adversis, rebus non dari spatium ad cessandum] Pal. 1. ac 2. excluso τῷ *rebus*, *sed tam secundis, quam adversis, non dari spatium ad cess.* GEBH. Vox *rebus* omittitur etiam in Flor. Voss. et Hav. Supra 28, 42, 15. *Patere, nos omnia, quae prospera tibi et populi Romani imperio evenere, tuo consilio adsignare, adversa casibus incertis belli et fortunae adligare.* Terent. Andr. 5, 6, 11. *Me in tuis secundis respice.* Ita *adversa belli*, pro *adversae belli res*, Livio restituere conatur Gronov. supra ad 10, 6, 2.

§. 7. *Cum equitatu victoque Syphace*] Scribe *vinctoque*. Sequitur enim (ut quidem omnes Gall. et Voss.) *quam rex vinctus in conspectum datus esset*. J. FR. GRON. Vera videtur Gronovii conjectura. Saepissime *victus* et *victus*, sive *vinctus*, commutantur in membranis antiquis. V. ad Livii 1, 26, 10. 2, 24, 6. 3, 28, 10. 5, 13, 8. c. 44, 7. 7, 27, 8. c. 30, 20. 8, 19, 14. 9, 8, 9. c. 30, 9. 21, 42, 1. 28, 2, 9. Epit. Liv. 22. et 66. Adde N. Heins. ad Ovid. 11. Met. 238. 1. Fast. 422. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 16. et quae notavi ad Silii 6, 348.

Cum peditibus subsequi modicis itineribus] *cum peditibus sub modicis itineribus* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Pro quo in margine Voss. invenio *cum peditibus succedere modicis itineribus*. Lov. 2. legit *sub modicis subsequi itineribus*.

§. 8. *Rex vinctus in conspectum datus est*] *rex victus* Lov. 2. invitis reliquis. V. ad §. praec. Tum *in conspectu datus* Hav.

Digitized by Google

apud victorem quaerentium patefactae portae. Et 10
Masinissa, praesidio circa portas opportunaque moenium dimisso, ne cui fugae pateret exitus, ad regiam occupandam citato vadit equo. Intranti vesti- 11
bulum in ipso limine Sophonisba, uxor Syphacis, filia Hasdrubalis Poeni, obcurrit: et, quum in medio agmine armatorum Masinissam insignem, quum armis, tum cetero habitu, conspexisset, regem esse (id quod erat) rata, genibus advoluta ejus: *Omnia* 12
quidem ut posses in nobis, Dii dederunt, virtusque et felicitas tua. Sed, si captivae apud dominum

V. ad 9, 27, 4. Tum *datus esset* Flor. Ber. et Hav. quod se etiam in omnibus Gall. et Voss. invenisse, Gronov. ad §. praec. monuit. Paullo ante *ignaros regi casus* Flor. a m. 1. *regii casus* a m. 2. Tum *nec quae acta*, pro *neque*, Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. V. ad 9, 9, 14.

§. 10. *Citato vadit equo*] *cito vadit equo* Voss. Lov. 1. et Hav. Male. V. ad 7, 41, 3. Librarios similiter perperam *citos*, pro *citatos*, dedisse, vidimus ad 2, 10, 3. Referendus hic error ad illos, de quibus egi ad 10, 37, 2. Paullo ante *opportunaque moenia* Hav. Male. V. ad 7, 21, 8. Dein *fugae paterent exitus* Lov. 2.

§. 11. *Intranti vestibulum in ipso vestibuli limine*] Genitivus *vestibuli*, inter praelegendum additus ab exponente, post irrepsit in contextum. nos submovimus. Id indicat liber manuscriptus. RHEN. Vocem, quam recte Rhenanus ejecit, servant tamen Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *Intranti vestibulo* Voss. et Lov. 1. Id genus loquendi inprimis Silio frequens, sed passim a librariis mutatum, saepius ipsi restituit Nic. Heinsius. V. ad 6, 498. 7, 464. 9, 288. et 11, 473. Verum, praeterquam quod Cel. Burm. ad Val. Flacc. 1, 590. non temere id Virgilio et Valerio Flacco adscribendum judicet, facilius hanc constructionem in poëta, quam in historico, ferrem, nisi certiora ex Augustei aevi scriptoribus exempla producerentur. *vestibulum* itaque cum pluribus et melioribus hic probo. Mox *tum armis, tum cetero habitu* Voss. Lov. quinque, et Hav. V. ad 6, 23, 3. in uno tamen eorum Lov. 4. est *tum certo habitu*; quod praeferunt etiam Flor. et Gaertner. V. ad 34, 36, 4.

§. 12. *Omnia quidem, inquit, ut posses in nos, Dii tibi dederunt*] Iidem, *Omnia quidem ut posses in nobis, Dii dederunt*. sine τοῖς *inquit* et *tibi*. Illud *in nobis* approbavimus ad praefationem quarti Natur. quaest. Senecae. J. FR. GRON. Multa hujus generis sunt in Livio. Infra c. 25, 10. *Se nihil nec institutis populi Romani, nec suis moribus indignum in iis facturum esse*. 5, 11, 16. *Minime conve-*

Digitized by Google

vitae necisque suae vocem supplicem mittere licet, si genua, si victricem adtingere dextram, precor quaeque per majestatem regiam, in qua paullo ante nos quoque fuimus, per gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit, per hujusce regiae Deos, qui te melioribus ominibus accipiant, quam Syphacem hinc miserunt, hanc veniam supplici des, ut ipse, quodcumque fert animus, de captiva statuas, neque me in cujusquam Romani superbum ac crudele arbitrium venire sinas. Si nihil aliud

nire etc. *in iis sua potestate, quum liceat et oporteat, non uti.* 26, 33, 10. *Idque et apud majores nostros in Satricanis factum est.* DUK. Eodem modo legunt Flor. Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. ac N. Insuper *inquit* etiam deest in Gaertn. *in nobis* firmant Lov. 3. 4. Cant. et Hav. *tibi* exsulat a Cant. Lov. 4. 5. et Hav. Ipsi etiam illi, qui servant *inquit*, ubi locus ei dandus sit, dissentiunt. Nam *omnia, inquit, quidem ut posses* praefert Ber. *omnia quidem ut posses, inquit* Lov. 4. 5. Harl. et Hav. quod haud leve argumentum est, a librariis postea insertum esse, ubi melius convenire videbatur. Non dubitavi itaque, tot codd. fide subnisus, lectionem ad mentem Gronovii emendare. Saepissime *inquit, ait, dicit*, et similia, a Livio omissa, librarios addidisse, vidimus ad 23, 45, 6. Fateor equidem, *posses in nos* frequentius obcurrere, quam *in nobis:* verum ea ipsa librariis vulgatum, ut minus notum, mutandi caussa exstitit. Viris doctis, quos exempla a Gronov. ad Senecam laudata nondum convincere potuerunt, *posses in nobis* rectum ac probandum esse, et sermonis Latini usui non adversari, satisfactura tandem spero illa, quae Cl. Dukerus huc contulit, ut et quae laudavi ad 28, 43, 8. et 42, 9, 1. Cur vero omnino *tibi* servandum sit, non video. Quum enim dicat *ut posses*, et mox *felicitas tua*, id non alii, quam Masinissae, datum esse, sponte patet. Mox *emittere*, pro *mittere*, Lov. 5. Male. V. ad 3, 50, 4.

§. 13. *Per gentis Numidarum nomen*] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit, quum antea vulgatum fuisset *perque gentis.* Ea autem posterior lectio superest tantum in Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. At Gronoviana in reliquis omnibus, et praesertim, ut Cl. Sallierius monuit, in Put. Suos etiam illis consentire, Hearnius testatur. V. ad 38, 18, 12.

§. 14. *Neque me in cujusquam Romani superbum*] Idem [quod modo de genitivo *vestibuli* ad §. 11. dictum est,] accidit in accusativo *me*, et in *ut* particula [paullo post §. 16.] *me morte ut vindices.* Nos item expunximus. RHEN. Frustra pronomen exigit Rhenanus: revocant enim id

liud, quam Syphacis uxor, fuissem, tamen Numidae, atque in eadem mecum Africa geniti, quam alienigenae et externi, fidem experiri mallem. Quid 16
Karthaginiensi ab Romano, quid filiae Hasdrubalis timendum sit, vides. Si nulla alia re potes, morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obtestorque. Forma erat insignis et florentissima aetas. ita- 17
que quum modo, dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem exposceret, propiusque blanditias oratio esset, quam preces; non in mise- 18
ricordiam modo prolapsus est animus victoris, sed

Gall. omnes, Vossianusque. Uti et particulam in illo *morte me ut vindices*. J. FR. GRON. *To me* a nullo alio meorum exsulat, quam ab Harl. cui unus D. concinit apud Hearnium; qui neglegentius, quam oportuerat, notas Gronovii consuluit, scribens Gronovium, id abjiciendum esse, ex suis probasse. Paullo ante *quidquid fert animus* Lov. 4. *quidquid ferret animus* Harl. *quodcumque feret animus* Ber. a m. 1. et edd. antt. Primi postea Vasc. Gryph. Cur. et Lugd. anno 1553. mox Francof. anno 1578. (medii enim priorem scripturam revocarunt) *quodcumque fert* substituerunt: quibuscum stant reliqui Msti. Praeterea *de captiva tua statuas* Rec.

§. 15. *In eadem mecum Africa geniti*] *Idem mecum* Latine dici posse, passim negarunt Vossius, Sciopp. Vorst. Cellar. et alii, quorum diligentiam hunc Livii locum fugisse miror. Ejusdem postea locutionis exempla Cl. Jac. Perizon. ex Gell. Minucio Felice, et Cic. adtulit ad Sanctii Minerv. 4, 6. p. 683. quibus hoc adde Livii, et alterum Taciti 15. Ann. 2. *Hunc ego eodem mecum patria genitum in possessionem Armeniae deduxi.* Certe hoc loco nullam in scriptis lectionis varietatem vidi, neque alii etiam ex suis adnotarunt.

§. 16. *Si nulla alia re potes, morte me ut vindices*] *Si nulla re alia* Flor. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Tum particulam *ut*, quam Rhenanus ad §. 14. expunxit, Gronov. autem restituit, (male enim Hearnius monet, eum ex codd. suis ostendisse, illam esse delendam) servant omnes mei, uno Harl. qui Spirensis Rhenani adsecla perpetuus est, excepto, qui legit *mortem et vindices*. Ceterum *me morte ut vindices* Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *me morte vindices ut* Lov. 1.

§. 17. *Quum modo, dextram amplectens*] Vet. lib. *cum diu dextram*. SIG. Sigonius *cum diu dextram*. Potest utcumque explicari vulgatum. Est tamen suspicari *quum modo genua, modo dextram amplectens*. Induxerat enim dicentem: *si genua, si victricem attingere dextram.* J. FR. GRON. *diu*, pro *modo*,

Digitized by Google

(ut est genus Numidarum in Venerem praeceps) amore captivae victor captus, data dextera in id, quod petebatur, obligandae fidei, in regiam conce-
19 dit. Institit deinde reputare secum ipse, quemadmodum promissi fidem praestaret. quod quum expedire non posset, ab amore temerarium atque inpudens
20 mutuatur consilium. Nuptias in eum ipsum diem repente parari jubet, ne quid relinqueret integri

Hav. *demum* Lov. 2. *domo*, transpositis syllabis, Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. V. ad 39, 13, 3. Gronovii conjecturam Doujatius probavit.

Propiusque jam blanditias oratio esset] Omnes Gall. Voss. optimus Pal. exstirpant *τὸ jam*. J. FR. GRON. Vulgatum in solis Ber. Lov. 4. et Gaertn. inveni. *propiusque blanditias jam oratio esset* in Harl. *propius blandities jam et oratio esset* in Lov. 3. *propiusque blandities et oratio esset* Voss. et Lov. 1. *propiusque blanditias etiam oratio esset* Hearnius in L. 1. Ceteri mei cum Hearnii N. et D. *τὸ jam* expellunt.

§. 18. *In regiam concedit. Institit deinde reputare secum ipse*] *in regiam cum convenere. secum ipse*, reliquis omissis, Flor. *in regiam concumbere secum ipse* Voss. et Hafn. *in regiam concubere secum ipse* Lov. 1. et Hav. Quibus quid sibi librarii voluerint, cogitent alii. *Instituit* Lov. 5. Utrumque *Instituit* et *Institit* hoc sensu in usu fuit. De priori v. ad 28, 46, 11. ubi voces illas interdum commutari notatur. Posterius ita usurpatur 25, 19, 7. *Incertus primo, utrum sequeretur, Appium institit sequi.* 27, 46, 8. *Summa ope orare institit.* 35, 11, 3. *Converso agmine redire institit consul.* c. 30, 3. *Sequi suorum agmen aliquantum praegressum insistunt.* 37, 27, 4. *Quas primo ex classe regia praetor esse ratus, institit sequi.* 40, 5, 3. *Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis institit.* c. 39, 1. *Ulteriorem Celtiberiae agrum institit vastare.* c. 49, 2. *Eam urbem obpugnare institit.* 44, 26, 12. *Institit de perfidia et feritate Gallorum disserere.* Similiter etiam alii. V. Manut. et Graev. ad Cic. 10. ad fam. 16. et Jac. Gronov. ad Gellii 15, 22. Verum quum reliqui *institit* nunc praeferant, eorum auctoritatem sequi potius visum est.

§. 19. *Ab amore temerarium atque inpudens mutuatur consilium*] *ob amorem* Voss. Lov. 2. 4. 5. et Hav. V. ad 26, 1, 3. Deinde *mutuatus* Lov. 2. *mutuat* Lov. 1. quod omnino ferri nequit, si vera est distinctio eorum, qui putant, *mutuare* eum, qui mutuo dat; *mutuari*, qui mutuo accipit. Verum alii utrumque *mutuare* et *mutuari* de illis dici existimant, qui mutuum accipiunt. V. ad Epit. Liv. 74. Contra, eo sensu *mutuare* apud neminem aevi optimi scriptorem reperiri, adfirmat Vorst. ad Val. Max. 3, 4. 2. At, licet reperiri posset, hic tamen codd. sequerer.

Digitized by Google

aut Laelio, aut ipsi Scipioni, consulendi velut in captivam, quae Masinissae jam nupta foret. Factis 21
nuptiis supervenit Laelius: et adeo non dissimulavit inprobare se factum, ut primo etiam cum Syphace et ceteris captivis detractam eam toro geniali mittere ad Scipionem conatus sit. victus deinde preci- 22
bus Masinissae orantis, ut arbitrium, utrius regum duorum fortunae accessio Sophonisba esset, ad Sci-

§. 20. *Nuptias in eum ipsum diem repente parare jubet*] Veteres lib. *parari*. SIG. Ita non tantum omnes omnino scripti, sed et edd. usque ad Basil. anni 1554. quae perperam, errore fortassis operarum, *parare* vulgavit. Ceterum *parari repente jubet* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav.

Ne quid relinqueret integri aut Laelio] Legitur in libro manuscripto *ne quid relinqueretur integrum aut Laelio*. RHEN. Nonnihil hic a Spirensi discessit Harl. nisi fallant excerpta, ex quibus video, in eo legi *ne quid relinqueret integrum*. Omnes reliqui stant pro vulgato. Et recte. *quid integri*, ut *quid sinceri, incontaminati* 4, 2, 5. *quid veri* 8, 18, 2. *quid vani* 34, 6, 3. *quid momenti* 43, 12, 2. *quid periculi* 43, 18, 2. *quid reliqui* 45, 5, 9. et alia similia passim. V. ad 32, 37, 5.

§. 21. *Adeo non dissimulavit inprobare factum*] Put. *improearesefactum*. Supra *e* primum adscriptum est *u*, supra *s* vero *g*. Inde Reg. Men. Voss. *improbe a rege factum*. Pal. unus audentior, *improbe a re factum dicere*. Vides, ut paullatim eatur in pejus. Voluerat autem optimus simpliciter: *adeo non dissimulavit, improbare se factum*. J. FR. GRON. *improbe a rege factum* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Mox *toro* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. et Gaertn. *detractam geniali toro* Hav. *detractam eam geniali toro* Lov. 2. 5.

§. 22. *Orantis, ut arbitrium, utrius regum duorum fortunae accessio Sophonisba esset*] Non omittendum, quia in libro vetusto legitur, *ad arbitrium*, non *ut arbitrium*, eam sententiam sic quoque legi posse. *Victus deinde precibus Masanissae orantis, id arbitrium, utrius regum duorum fortunae accessio Sophonisba esset, ad Scipionem rejiceret*. Ubi non citra elegantiam subauditur *ut*. RHEN. Pal. 1. *ut arbitrium* (superscriptum *utrius*) *regum duorum fortuna* (correctum deinde *fortunae*) *accessio esset, Sophonisbam ad Scipionem rejiceret*. tert. *orantis ad arbitrium, utrius regum duorum fort. acc. Soph. esset*. GEBH. Unus meorum Harl. ut solet, Spirensi Rhenani adsensus, *ad arbitrium* legit: reliqui stant a vulgato, quod etiam alteri praeferri aequum est.

Misso Syphace et ceteris captivis] Omnes Gall. excisa voce *caeteris*, quam adeutam esse monuimus olim ad 3, 25, 4. J. FR.

Digitized by Google

pionem rejiceret; misso Syphace et captivis, ceteras urbes Numidiae, quae praesidiis regiis tenebantur, adjuvante Masinissa, recipit.

1 XIII. Syphacem in castra adduci, quum esset nunciatum, omnis velut ad spectaculum triumphi
2 multitudo effusa est. Praecedebat ipse vinctus; sequebatur grex nobilium Numidarum. Tum, quantum quisque plurimum posset, magnitudini Syphacis, famae gentis, victoriam suam augendo, adde-
3 bat: *illum esse regem, cujus tantum majestati duo potentissimi in terris tribuerint populi, Romanus Har-*
4 *thaginiensisque, ut Scipio imperator suus ad amicitiam ejus petendam, relicta provincia Hispania exercituque, duabus quinqueremibus in Africam naviga-*
5 *verit: Hasdrubal, Poenorum imperator, non ipse modo ad eum in regnum venerit, sed etiam filiam ei nuptum dederit. Habuisse eum uno tempore in po-*

GRON. Solus ex nostris Ber. *Syphace et ceteris captivis.* Reliqui omnes cum Hearnii Oxonn. *τὸ ceteris* recte repellunt. V. ad 3, 25, 4. Vox *ceteris* adrepta est ex §. praec. ubi est jam *cum Syphace et ceteris captivis.*

Adjuvante Masinissa recepit] In libro manuscripto legitur *Masanissa recipit.* RHEN. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et antiquiores typis descripti. Pro quo quum Mediol. anno 1480. *recepit* editum esset, Rhenanus *recipit* restituit; idque omnes deinde servarunt usque ad Francof. qui anno 1578. alterum *recepit* revocarunt.

§. 2. *Tum, quantum quisque plurimum poterat*] In libro manuscripto legitur *quantum quisque plurimum posset.* RHEN. *plurimum poterat* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Solus Harl. proxime Rhenani lectionem *plurimum posse.* Paullo ante §. praec. *ad castra adduxi*, pro *in castra*, Voss. et Lov. 1.

Magnitudini Syphacis, famae gentis etc. *addebat*] In libro manuscripto legitur *famaeque gentis.* RHENAN. Lectionem Rhenani omnes post eum receperunt usque ad Jac. Gronovium, qui recte *τὸ que* iterum abjecit. Id enim cum Hearnii L. 1. et N. postulant omnes mei, praeter Lov. 3. et Harl.

§. 4. *Duabus quinqueremibus in Africam navigaveris*] Ita J.

Digitized by Google

testate duos imperatores, Poenum Romanumque. *Sicut ab Diis inmortalibus pars utraque hostiis mactandis pacem petisset, ita ab eo utrimque pariter amicitiam petitam.* *Jam tantas habuisse opes, ut Masinissam regno pulsum eo redegerit, ut vita ejus fama mortis et latebris, ferarum modo in silvis rapto viventis, tegeretur.* His sermonibus circumstantium celebratus rex in praetorium ad Scipionem est perductus. Movit et Scipionem quum fortuna pristina viri praesenti fortunae conlata, tum recordatio hospitii dextraeque datae, et foederis publice ac privatim juncti. Eadem haec et Syphaci animum dederunt in adloquendo victore. nam quum Scipio, *quid sibi voluisset,* quaereret, *qui non societatem solum abnuisset Romanam, sed ultro bellum intulisset;* tum ille, *peccasse quidem sese atque insanisse,* fatebatur; *sed non tum demum, quum arma adversus*

6 7 8 9 10

Fr. Gronov. edidit. Edd. principes praeferunt *navigaret*, uno id probante Berol. Aldus deinde substituit *navigarit*, quod superest in Flor. Lov. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Alii omnes faciunt cum Gronov.

§. 5. *Sed etiam filiam ei nuptum dederit*] *filiam ejus nuptui dederit* Lov. 5. *filiam ejus nuptam dederit* Lov. 3. et Harl. Male. V. ad 1, 49, 9. Mox *tempore uno* edidit Froben. anno 1535. sine dubio quia Rhenanus, praeeunte Spirensi, ita edi jusserat: certe ita in Harl. inveni. Priores inpressi *uno tempore*, quod recte Jac. Gronov. revocavit. Id enim in reliquis omnibus, quibus usus sum, superest.

§. 8. *Ad Scipionem est productus*] In libro manuscripto legitur *perductus est*. RHEN. Frobenius nihilominus ex mente Rhenani anno 1535. recte edidit *est perductus*. id enim, excepto Ber. omnes scripti probant. Solent autem haec verba commutari a librariis. V. ad 38, 50, 1.

§. 9. *Animum dederunt in adloquendo victorem*] Vetus lectio *in alloquendo victore*. RHEN. Pall. 1. 2. et vet. ed. *victorem*. GEBH. *in adloquendo victorem* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. V. ad 40, 49, 1.

§. 10. *Sed tum demum, quum arma adversus populum Romanum recepisset*] Vetus lectio *quum arma adversus populum Romanum cepisset*, non *rece-*

Digitized by Google

populum Romanum cepisset: exitum sui furoris fuis-
11 *se, non principium. Tunc se insanisse, tunc hospi-*
tia privata et publica foedera omnia ex animo ejecis-
se, quum Karthaginiensem matronam domum acce-
12 *perit. Illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse*

pisset. RHEN. Omnes Gall. et Voss. *sed non tum demum.* Ergo mutanda distinctio, et reponendum: *tum ille, peccasse quidem sese atque insanisse fatebatur; sed non tum demum, quum arma adversus populum Romanum cepisset: exitum eum sui furoris fuisse, non principium. tunc se insanisse, tum hospitia privata et publica foedera omnia ex animo ejecisse, eum Carthaginiensem.* Sic enim etiam, et melius, ut puto, Put. et Voss. J. FR. GRON. *sed non tum demum* omnes mei, nisi quod *sed tum,* vel *tunc, demum* praeferant Lov. 2. 3. et Harl. *sed non tunc demum* Lov. 4. *sed eum demum* Dan. Heinsius apud Elzevirios edidit, invitis omnibus scriptis. Deinde *cepisset*, quod Rhenano placuit, in nullo, nisi in Harl. obvium fuit. *accepisset* habet Lov. 5. *recepisset* alii omnes; quod pro simplici *cepisset* accipi potest. Eo enim sensu et Livius, et alii hoc verbo saepissime utuntur. V. ad 39, 23, 11. Ne igitur veterem lectionem restituam, id unum obstat, quod Gronov. *cepisset* in Put. invenisse videatur. Hinc *exitum sui furoris fuisse* plerique. *exitum sui furoris eum fuisse* Harl. et Gaertn. In nullo meorum, ne in excerptis quidem Voss. *exitum eum sui furoris fuisse* inveni.

§. 11. *Tunc se insanisse, tum hospitia privata* etc. *ejecisse*] Ita Gronov. ad verba praecedentia scribendum conjecit, et multi meorum ejus lectionem firmant. Antea edebatur *cum hospitia* etc. *ejecisset*, quomodo est in Lov. 3. Harl. Ber. et Gaertn. Verum *tunc, tum* Crevierio displicuit, qui ex Victor. cod. *tum hospitia* etc. *ejecisse* recepit. Id tamen mihi in nullis codd. meis obvium fuit. Sed *tunc se insanisse, tunc se* legunt Lov. 1. 2. et Voss.

§. 12. *Omnibus delinimentis animum suum avertisse*] *delenimentis* Flor. a m. 1. et Hav. Neque aliter Sigonius edidit. V. ad 39, 11, 2.

Nec quievisse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma adversus hospitem atque amicum induerit] Pal. 1. *nec conquiescere, donec ipsa m. s. n. s. a. a. h. atque amicum induceret.* Quod non probo. sec. *nec conquievisse, donec ipsa manibus suis nefaria adversus hospitem atque amicum arma induerit.* tert. *animum suum alienasse atque avertisse, donec ipsa manibus suis* etc. *induerit.* Caeterum hoc ex more prisco, indutum armis a conjuge exiturum ad proelium. Ovidius 13. Her. 139.

Ipsa suis manibus forti nova nupta marito
Imponet galeam, barbaraque arma dabit.

Ibidem vers. 147. denotes eadem ab marita exuta reverso.

Exuet et reduci galeam, clipeumque resolvet.

GEBH. Put. Reg. Men. optimus

Digitized by Google

suam: illam furiam pestemque omnibus delinimentis animum suum avertisse atque alienasse: nec conquiesse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma adversus hospitem atque amicum induerit. Perdito 13 *tamen atque adflicto sibi hoc in miseriis solatii esse,*

Pal. *nec conquiescere donec*. Pet. *conquiesse donec*. Hoc voluit Livius, et significant illi. Cicero 1. Fam 1. *Nisi perfecta re de me non conquiesti*. Vise ad 26, 22, 8. Optimi etiam *nefaria sibi arma* etc. *induceret*. J. FR. GRON. Vulgatum *nec quievisse* perstat in Lov. 3. et Ber. *nec quiescere* legunt Lov. 1. 2. Voss. et Hearnii N. *nec conquiescere* Flor. Cant. Lov. 4. Hav. et Hearnii L. 1. *nec conquievisse* Gaertn. Optimi codd. stant pro composito *conquiescere*. Id igitur, quod minus frequens est, quam *quiescere*, et hinc potius a librariis in simplex mutatum est, quam contra, recepi, praesertim quum Livius eo delectatus videatur, certe saepius eo usus est. Supra 1, 47, 6. *Juvenem instigat, nec conquiescere ipsa potest*. ubi vide. 24, 47, 1. *Jam et imbre conquiescente, et luce propinqua*. 38, 22, 4. *Respirare et conquiescere paullisper militem jubet*. 42, 42, 6. *Nec conquiescere socios vestros posse, quoad regia Pergami sit*. Illud autem compositum contracte Livium *conquiesse*, non *conquiescere*, vel *conquievisse*, extulisse, Gronovio credo, quia partim id sensus requirit, partim Livius ita solet. V. ad 37, 11, 5. Praeterea *nefaria sibi arma* etc. *induceret* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Quod tamen librariorum errori, quam Livio, tribuere malo. Infra c. 31, 4. *Sagunti excidium nobis pia ac justa induerunt arma*. 31, 41, 12. *Ut sine gladiis plerique equitum exirent, loricas plerique non induerent*. Ubi male etiam Pal. Gebh. *inducerent*. 36, 11, 3. *Nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationem, aut vigilias servavit*. Et hic plures codd. legunt *induxit*. Ovid. 8. Her. 49.

— — — arma invidiosa tulisti.
Sed tu quid faceres? induit illa pater.

Ubi v. Nic. Heinsium. Solent autem haec verba commutari. V. Pier. ad Virg. 2. Aen. 275. Gruter. ad Cic. 2. de Divin. 17. Nic. Heins. ad Claud. 1. in Eutrop. 301. 3. de laud. Stil. 65. ad Ovid. 7. Met. 161. Cel. Burm. ad Quinct. 5. Inst. Orat. 7. p. 379. et ad Suet. Aug. 92. V. etiam supra ad 26, 11, 9. Ita forte emendandus Lactant. 3. Divin. Inst. 1. *Ita dum succurrere humanis erroribus cupiunt, ipsi se in plagas et errores maximos induerunt*. quod et aliis placuisse video, pro *induxerunt*. Similiter apud Colum. 8, 11. memorantur paxillorum partes summae, lingulas edolatas habentes, *quae transversis foratis perticis inducantur*. ubi in Sangerm. cod. legitur *induantur*. An tamen codicum Livii in hac lectionem consensus indicat, *indueret*, pro *induerit*, legendum esse? Certe id superest in Lov. 5. et Hav.

§. 13. *Sibi hoc in miseriis solatii esse*] In scripto volumine est, *sibi in miseriis solatii esse*. Poterat etiam legi *sibi in miseriis solatio esse*, aut *solatium*.

Digitized by Google

quod in omnium hominum inimicissimi sibi domum ac penates eamdem pestem ac furiam transisse vi-
14 *deat. neque prudentiorem, neque constantiorem Masinissam, quam Syphacem, esse, etiam juventa incautiorem. certe stultius illum atque intemperantius eam, quam se, duxisse.*

1 XIV. Haec non hostili modo odio, sed amoris

RHEN. Unius cod. ejusque errantis, auctoritate Rhenanus sanum locum tentare non debuerat. *hoc solatii* genus loquendi est Livio familiare. *hoc intervalli* 3, 25, 4. *hoc servitutis* 5. 2, 8. *hoc consilii* 5, 39, 6. *hoc portenti* 6, 40, 11. *hoc juris* 9, 11, 9. et passim.

§. 14. *Neque prudentiorem, neque constantiorem Masinissam, quam Syphacem, esse, et iam ab juventa incautiorem*] Codex manuscriptus tantum habet, *neque constantiorem Masanissam, quam Syphacem, esse, jam ab juventa incautiorem.* Posset legi, *neque constantiorem Masanissam, quam Syphacem, etiam ab juventa incautiorem.* Sequitur in exemplari Spirensi: *certe stultius eam, quam se, duxisse.* Proinde miror, quis istas tres dictiones *illum atque intemperantius* admiscuerit. RHEN. Quos legi libros veteres, et quos se legisse Gelenius [Rhenanus] profitetur, his vocibus carent: *neque prudentiorem. illum atque intemperantius,* sine quibus sententia optime stat. SIG. Sic [*neque prudentiorem*] Put. sic omnes Gall. duoque Pall. et Voss. ac praeterea *etiam juventa incautiorem. certe stultius illum atque intemperantius eam, quam se, duxisse.* J. FR. GRON. Cum Spirensi Rhenani in omnibus stat Harl. Duo priora vocabula non agnoscit etiam Hearnii L. 1. In reliquis meis et Hearnii N. ac D. supersunt. Deinde *etiam jam ab juventa* Lov. 4. *etiam ab juventa* Ber. et Gaertn. *et juventa* Voss. et Lov. 2. Ceteri mei, et Hearnii N. *etiam juventa.* Denique tres voces *illum atque intemperantius* in aliis meis, et Hearnii Oxonn. constanter supersunt, nisi quod prima *illum* exsulet a Lov. 4. deinde *atque imprudentius* legat Gaertn. Insuper *quam se, eam duxisse* est in Lov. 5.

§. 1. *Hanc non hostili modo odio, sed amoris etiam stimulis, armatam apud aemulum cernere se quum dixisset*] Hunc locum nullus crederet infeliciter interpolatum esse, et plane corruptum, nisi qui vetustum exemplar inspexerit, in quo sic legitur. *Haec non hostili modo odio, sed a novis etiam stimulis, amatam apud aemulum cernens quum dixisset.* RHEN. Vet. lib. *amoris etiam stimulis.* egregie. opposuit enim hostili odio amoris stimulos, quam Ζηλοτυπίαν Graeci vocant. Itaque sic vertit hunc locum Appianus [in Punic. p. 15.] Ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγεν, εἴτε ἀληθεύων, εἴτε ζηλοτυπούμενος, καὶ Μασσανίσσην ἐς τὰ μέγιστα βλάπτων. SIG. Pal. 3. *Hanc non hostili modo odio, sed a nobis etiam stimulat a-*

Digitized by Google

etiam ſtimulis, amatam apud aemulum cernens, quum diximſſet; non mediocri cura Scipionis animum pepulit. et fidem criminibus raptae prope inter ar- 2
ma nuptiae, neque consulto, neque exspectato Laelio, faciebant; tamque praeceps feſtinatio, ut, quo die captam hoſtem vidiſſet, eodem matrimonio junctam acciperet, et ad penates hoſtis sui nuptiale

mat amaverit aemulum cernens. Prodigiose corrupte. GEBHARD. Quemadmodum nunc editur, praeferunt cum ed. Rom. anni 1472. omnes scripti, nisi quod *a novis etiam stimulis* sit in Harl. *Hanc non hostili odio, sed amoris etiam stimulis armatam* mox subſtituerunt proximae edd. Mediol. anni 1480. Parm. utraque Tarvis. et aliae. Poſtea etiam Ascens. anno 1513. edidit *cernere se cum dixisset.* Mox *perpulit* Lov. 5. et Hav. *perculit* Brancal. Latinii, quomodo Doujatius scribendum conjecit. Si quid mutandum, legerem *non mediocris cura Scipionis animum pepulit.* V. Gronov. ad 3, 30, 5.

§. 2. *Factae prope inter arma nuptiae*] Put. Voſſ. Reg. Men. Pal. *raptae.* Praeclare. nam *raptum* eleganter dicitur quidvis raptim factum. quod alibi nonnullis veterum vindicatis locis oſtendimus. J. FR. GRON. *raptae* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii N. Cujus verbi vim huic loco propriam inluſtrarunt Gronov. ad Livii 6, 23, 5. ubi etiam quaedam notavi. N. Heins. ad Nason. 19. Her. 74. et idem, ac Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 2, 252. V. etiam, quae contuli ad Silii 9, 33. Mox vocem *prope* non agnoscit Voſſ.

Quo die captam reginam vidisset] Pall. duo *captum hostem.* Mox Pall. 2. *matrimonio conjunctam acceperit.* GEBH. Put. omnesque Gall. et duo Pall. *quo die captum hostem vidisset.* Cui obscurum poteſt eſſe, vulgatam ex interpretatione natam, et scripsiſſe Livium, *quo die captam hostem vidisset?* Prisciani regula eſt 5. [p. 651.] *In is finita nomina, si ad homines proprie solos pertinent, communia sunt, et non faciunt ex se neutra: ut hic et haec civis, hic et haec hostis. Statius in secundo Thebaïdos:*

Turbidus incertusque oculis vigilantibus hostem
Occupat amplexu.

Cum de uxore Helymi Gorge loquitur. Ubi corrige *in quinto Thebaïdos.* J. FR. GRON. Ovidius 2. Art. Am. 461.

Quum bene saevierit, quum certa videbitur hostis.

Curtius 4, 2. *Et ille tamen uxorem, tu hostem luges.* DUK. *captum hostem* Flor. Voſſ. Lov. 3. 5. et Hav. pro quo recte *captam hostem* Gronov. Si autem fidere licet excerptis Cant. et Lov. 2. non aliter illi exhibuerunt, siquidem nihil ex his variantis scripturae notatur. Ovid. 6. Her. 83.

— — nocuit mihi barbara pellex
Non exspectata vulnus ab hoste tuli.

Digitized by Google

3 sacrum conficeret. eo foediora haec videbantur Scipioni, quod ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerat captivae. Haec secum volutanti Laelius ac Masinissa supervenerunt; quos quum pariter ambo et benigno vultu excepisset, et egregiis laudibus
4 frequenti praetorio celebrasset; abductum in secretum Masinissam sic adloquitur; *Aliqua te existimo,*

ubi v. Celeberr. Burmann. *matrimonio conjunctam* etiam Lov. 4. Harl. Bec. et Gaertn.

Et apud penates hostis sui] Pall. tres *et ad penates*. GEBH. Scripti *ad penates*. J. FR. GRON. Liv. 28, 18, 2. *Quia sors eos sub uno tecto esse, atque ad eosdem penates voluit*. DUK. *ad penates* et Hearnii Oxonn. et mei, uno excepto Ber. qui vulgatum retinet. *ad penates* scribendum esse, monuit etiam Gronov. 4. Obs. 6. p. 87. Plura v. ad 7, 7, 4.

§. 3. *Etiam eo foediora haec videbantur*] Scripsimus *et eo*. sic enim in scripto codice legitur. RHEN. Dele auctoribus manu exaratis copulativam [*et*,] et hinc incipe novam periodum: *eo foediora*. J. FR. GRON. *etiam eo foediora* Ber. *et eo foediora* Harl. et Gaertn. Verum neque *etiam*, neque *et* vel in reliquis meis, vel in omnibus Hearnii Oxonn. adparet.

Nullius forma pepulerat captivae] Pal. sec. *nullius pepulerat captivae amor*. GEBH. V. Gronov. ad 3, 30, 5 et ad Cic. 4. ad fam. 13. DUKER.

Haec secum volventi] Antiqua lectio *Haec secum volutanti*. RHEN. Ita et Harl. ac proxime accedens Flor. *voluntati*, una tantum litera transposita. Verbum Livio non insolens esse, certum est. 40, 8, 5. *Multa secum animo volutans inambulavit*. Interim tamen *volventi* Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quod et ipsum Livio non indignum est. 26, 7, 3. *Multa secum volventi subiit animum*. Locutiones *volutare* et *volvere animo*, vel *in animo*, pluribus ex Livio exemplis supra inlustravi ad 2, 49, 5. Vellem, viri docti lectionem Puteanei nos docuissent. Quum enim utraque lectio in Livio admitti possit, eam potiorem haberi aequum judicassem, quae integerrimi illius cod. fide niteretur. Interim *volutanti* nunc non mutavi.

Pariter ambos benigno vultu excepisset, et egregiis laudibus] Inseruimus *et* particulam, *et benigno vultu excepisset, et egregiis laud. f. p. celebrasset*. Sic enim Livius loqui solet. RHEN. Put. *ambo*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Harl. et Gaertn. V. Gronov. ad 35, 21, 5. Male autem et contra fidem datam Clericus *ambo* a Gronov. receptum ejecit; ejusque loco, non monito lectore, revocavit *ambos*. Voculam *et*, a Rhenano additam, expellunt quidem Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. sed eamdem recte probant reliqui. De more Livii ita orationem formandi v. ad 2, 44, 3. Eum non intellexit, vel ad eum non adtendit Meibom. quum de Fabric. trirem. in tom.

Digitized by Google

Masinissa, intuentem in me bona, et principio in Hispania ad jungendam mecum amicitiam venisse, et postea in Africa te ipsum spesque omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui nulla earum virtus est, 5 *propter quas adpetendus tibi visus sim, qua ego aeque, atque temperantia et continentia libidinum, gloriatus fuerim. Hanc te quoque ad ceteras tuas eximias vir-* 6

12. Thes. antiq. Rom. p. 652. nolentibus omnibus scriptis et editis, et nulla ratione prolata, legi jubet *pariter amico et benigno vultu.*

§. 4. *Adductum in secretum Masinissam*] Lege *abductum.* ut Voss. Men. et priscae editiones. J. FR. GRON. *adductum* principes edd. quas vidi, adstipulantibus Lov. 2. Ber. et Hav. Aldus deinde *abductum* emendavit, quod superest in reliquis meis, et Hearnii N. ac D. Eamdem lectionem Aldum secuti editores servarunt usque ad Gruter. qui in ultima ed. perperam *adductum* revocavit, unde *abductum* iterum vindicavit Gronov. et hic, et infra ad 39, 49, 12. Supra 27, 17, 16. *Eo die in hospitium abducti.* c. 46, 5. *Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti.* V. ad 27, 29, 1. et 39, 12, 3.

In Hispania ad jungendam mecum amicitiam venisse] Ita primus edidit J. Fr. Gronovius, quum male praeferrent priores *in Hispaniam*, licet consentientibus Lov. 5. Ber. et Hav. Sed recte reliqui, et praesertim Put. ut Sallierius testatus est, *in Hispania.* Non enim Masinissa in Hispaniam venit, ut amicitiam cum Scipione jungeret; verum, quum in Hispania foret, ibique Harthaginiensibus militaret, eam cum ipso firmavit. V. etiam Cl. Crevierium.

§. 5. *Propter quam adpetendus tibi visus sim*] Scribe *quas*: nam praecessit genitivus *virtutum*, et sequitur *temperantia et continentia libidinum.* Mox legendum est *qua ego*, non *in qua.* RHEN. *propter quam* Lov. 3. Gaertn. et Brancal. Latinii. *propter quae* Ber. a m. 1. *quā* a m. 2. Reliqui *propter quas.* Flor. *qua propter quas sibi appetendus visus in qua ego aeque ac temperantia.* Sed *sim appetendus visus, in qua ego aeque ac temperantia* Voss. et Lov. 1. *sim appetendus visus, qua ego aeque atque temperantia* Lov. 2. et 5. *tibi appetendus visus in qua ego aeque temperantia* Lov. 4. *appetendus visus sim, qua ego aeque ac temperantia* Hav. *tibi appetendus visus sim, qua ego aeque ac temperantia* Gaertn. Omnino recte *qua ego* Rhenanus. In Flor. autem optimo *sim*, prima litera a vocis praecedentis ultima intercepta, degenerat in *in.* Liv. 23, 42, 7. *Non ego secundis rebus nostris gloriabor.*

§. 6. *Nam non est (mihi crede) tantum ab hostibus armatis aetati nostrae periculum*] Scripsimus *periculi.* RHEN. Put. et Regius, conjunctione incipiente hanc periodum omissa, *non est,*

Digitized by Google

tutes, Masinissa, adjecisse velim. non est, non (mihi crede) tantum ab hostibus armatis aetati nostrae periculum, quantum ab circumfusis undique voluptati-
7 *bus. qui eas sua temperantia frenavit ac domuit, multo majus decus majoremque victoriam sibi pepe-*
8 *rit, quam nos Syphace victo habemus. Quae, me absente, strenue ac fortiter fecisti, libenter et commemoravi, et memini. cetera te ipsum reputare tecum, quam, me dicente, erubescere malo. Syphax*

non, mihi crede, tantum ab hostibus armatis aetati (Put. Reg. Men. *aetatis*) *nostrae periculum.* Hoc postremum tenent omnes. Sed illud primum multo efficacius vulgato. Varro 3. de Re rust. 5. *Non tibi decoquet, non, ornithon.* Cicero Act. 1. in Verr. [7.] *Quid, judices? non crimina, non testes, non existimationem populi Romani sequentur? non. omnia in unius potestate ac moderatione vertentur.* Terent. Phorm. 2, 1. *Non, non sic futurum est. non potest.* Seneca 3. de Benef. 23. *Non est, mihi crede, non, dico, servilis animi, egregium factum fama sceleris emisse.* Ita MSS. codices, quam vim adseverandi non ceperunt viri docti. Idem 7. de Benef. 25. *Non est ista admonitio, non; convicium est.* A. Gellius 14, 3. *Sed enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit, caussam equidem esse non arbitror, non, obtrectationis neque invidiae, neque de gloria majore parienda certationis.* Sic quoque MSS. Vulgo unam negativam aboleverunt. J. FR. GRON. *non est, non. mihi crede, tantum ab hostibus armatis aetatis nostrae periculum* praefert Flor. et, nisi fallant excerpta, etiam Cant. omissa particula initiali *nam;* quam ab Oxonn. suis similiter exsulare, etiam Hearnius testatur. Cic. pro Sulla 27. *Non cadit, non, inquam, cadit in hos mores* etc. De simili repetitione v. ad 9, 9, 1. *aetatis nostrae* etiam Voss. Lov. 1. Gaertn. Hav. et edd. antt. *aetati* Ascens. anno 1510. substituit. *periculi,* quod Rhenanus ex suo volebat, in nullo alio, quam in Harl. inveni.

§. 7. *Qui eas sua temperantia frenavit ac domuit, multo majus decus majoremque victoriam sibi peperit, quam nos*] Exemplar manuscriptum sic habet: *qui se temperantia sua frenavit ac domuit, ut multo majus decus majoremque victoriam sibi ceperit, quam nos Syph. v. hab.* Suspicor hoc potius modo fuisse restituendam sententiam istam: *qui se temperantia sua frenavit ac domuit, nae multo majus decus majoremque victoriam sibi ceperit, quam nos Syphace victo habemus.* Ut sit *nae* Graecum, pro *certe,* quod facile potuit in *ut* verti ab eo, qui fortassis putabat, negativam esse particulam, quae plane sensum turbabat. De *se* particula non dubito. De verbo *ceperit* habes testimonium codicis Spirensis. RHEN. Quam vocem Gelenius

Digitized by Google

populi Romani auspiciis victus captusque est. Itaque 9
ipse, conjux, regnum, ager, oppida, homines, qui incolunt, quidquid denique Syphacis fuit, praeda populi Romani est: et regem conjugemque ejus, etiam- 10
si non civis Karthaginiensis esset, etiamsi non patrem ejus imperatorem hostium videremus, Romam oporteret mitti, ac senatus populique Romani de ea judicium atque arbitrium esse, quae regem nobis socium alienasse, atque in arma egisse praecipitem di-

[Rhenanus] in *nae*, ego in *is* verti posse arbitror, quasi ex *is*, *it*, postremo *ut* factum sit incuria. SIG. Vulgata lectio se defendit auctoritate Pall. duorum, et vet. ed. Interim tert. *et multo majus decus majoremque victoriam sibi ceperit*. GEBH. Rhenanus invenit in suo *ut multo*, et inde finxit *nae multo*: Sigonius *is multo*. Hoc ne quem turbet, testor, neque in Put. neque in ullo eorum, quos oculis usurpavi, me istud *ut* notasse. J. FR. GRON. Codici Spirensi Rhenani adsentitur iterum Harl. nisi quod in principio legat *qui ea temperantia sua frenavit*. Tum *domuit*, *ut multo majus* Hearnii D. *domuit*, *is multo majus* ejusdem N. *domuit*, *multo magis* ejusdem adhuc L. 1. Omnes mei, uno, quem dixi, excepto, lectionem, quae ante Rhenanum exstitit, tuentur, praeterquam quod legant *qui eas temperantia sua*. Hinc illud *nae*, quod ex Rhenani conjectura in contextu supererat, inde ejeci. Idem etiam Crevierius ex suorum codd. fide fecit.

§. 9. *Regnum, agri, oppida*] Legendum *ager*, non *agri*. Significat *ager* totum territorium. Sic possumus dicere, hoc anno maligne frumenta provenisse in agro Gallico, in Alsatico vina. Is fuit, quo haec scribebam, MDXXIX. Et tamen dicimus *ager Argentoratensis*, *ager Sletstadiensis*. Hoc non intellexit, qui sic scripsit *agri*, propterea quod sequatur *oppida*. RHEN. Recte Rhenanus. *agri* enim soli ex meis Lov. 3. et Ber. Eadem vox exsulat ab Hav. ut praecedens *regnum* a Gaertn. Reliqui *ager*, nisi quod errore scribae *aggere* sit in Flor.

§. 10. *Atque in arma coëgisse praecipitem dicatur*] Multo Latinius Put. et omnes Gall. *atque in arma egisse praecipitem*. Antonius apud Cic. Philipp. 13, [17.] *Eos qui me praecipitem egerint*. Virgilius 5. Aeneid. [456.]

Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto.

Lucanus 2, [254.]

— — nullum furor egit in arma:
Castra petunt magna victi mercede.

J. FR. GRON. *egisse* etiam Flor. Supra 7, 24, 5. *Supina valle praecipites egistis*. 42, 30, 4. *Quos aes alienum praecipites ad novanda omnia agebat*. 44, 35, 5. *Quum alii praecipites sine re-*

Digitized by Google

11 *catur. Vince animum. cave deformes multa bona uno vitio, et tot meritorum gratiam majore culpa, quam caussa culpae est, conrumpas.*

1 XV. Masinissae haec audienti non rubor solum subfusus, sed lacrimae etiam obortae: et, quum *se quidem in potestate futurum imperatoris* dixisset, orassetque eum, *ut, quantum res sineret, fidei suae* 2 *temere obstrictae consuleret; promisisse enim, sese in nullius potestatem eam traditurum*, ex praetorio 3 in tabernaculum suum confusus concessit. Ibi, arbitris remotis, quum crebro suspiritu et gemitu, quod facile ab circumstantibus tabernaculum exau- 4 diri posset, aliquantum temporis consumsisset; in-

sponso agendos castris [censerent.] Lucret. 3, 37.

Et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus.

Sallust. Catil. 31. *Ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam.* Cic. 1. in Verr. 2. *Agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum.*

§. 11. *Vince animum*] Ovid. 3. Her. 85.

Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis.

Mox *cave ne deformes* Lov. quinque, Gaertn. Hearnii N. et edd. antt. Illud *ne* primus omisit Froben. anno 1535. Neque adparet in ceteris scriptis.

§. 2. *Ex praetorio in tabernaculum suum confusus concessit*] Quidam hic defectum esse putant, quod Scipio rogatus hic non abnuisse dicatur, et Massanissa tamen poculum mittit. Quidam putant, satis id significatum per verbum *confusus*. GLAREAN.

§. 3. *Quum crebro suspirio et gemitu*] Pal. 1. *cum crebro suspiritu.* Forte legendum *suspiratu.* GEBH. Sane optimus codex Putean. plane *suspiritu.* Et meliores quosvis sequaces habet: in quibus et Pal. unus. Plautus Mercatore [1, 2, 4.] *Simul enicato suspiritus.* A quo et mutuatus id Appulejus. Nam Ciceronem ad Atticum [1, 18.] omitto, quia illic dubia lectio. Restituenda eidem Appulejo ea vox 8. Metam. [p. 207. ed. Elmenh.] *Haec ille longos trahens suspiritus, et nonnunquam illacrymans, graviter adfectis rusticis annunciabat.* Vulgo erat *longo spiritu.* V. Observ. in script. Eccles. [c. 10.] Videndum etiam, ne illa *et gemitu* insiticia sint, quia tam prope sequitur, *ingenti ad postremum edito gemitu.* J. FR. GRON. *suspiritu* etiam Flor. a m. 1. Hearnii L. 1. D. et apud Doujatium Reg. Plura de hac voce v. apud Colvium ad Appul. Metam. 1. p. 9. Clericus, promissi iamemor, lectionem Gronov.

Digitized by Google

genti ad postremum edito gemitu, fidum e servis vocat, sub cujus custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat, et mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet, ac simul nunciare; *Masinissam* 5 *libenter primam ei fidem praestaturum fuisse, quam vir uxori debuerit. Quoniam arbitrium ejus, qui possint, adimant, secundam fidem praestare, ne viva in potestatem Romanorum veniat. Memor patris impe-* 6 *ratoris, patriaeque, et duorum regum, quibus nupta fuisset, sibi ipsa consuleret.* Hunc nuncium ac simul venenum ferens minister quum ad Sophonisbam venisset, *Accipio*, inquit, *nuptiale munus; neque in-* 7 *gratum, si nihil majus vir uxori praestare potuit.*

suspiritu, non monito lectore, mutavit in *suspirio*. Voces *et gemitu*, quas Gronov. ex conjectura inducebat, omisit etiam Hav. Uni tamen cod. credere, temerarium puto. Neque ideo suspectae esse debent, quod mox *ingenti gemitu* sequatur. V. ad 1, 3, 9. *et gemitu suo* legit Lov. 1.

Quo facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset] Scribendum est *quod facile*. Non enim in hoc gemebat suspirabatque Masanissa rex, ut audiretur; sed tanta erant suspiria, ut facile exaudiri possent. Vide, quam contrarium sensum invehat unius literae abjectio. RHEN. Pall. 1. *quo facile circumstantibus tabernaculum exaudiri posset*. GEBH. *quo facile* etiam Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Ascens. anni 1513. *quod* ostentantem; cujus loco iterum Aldus perperam *quo* substituit.

§. 4. *Fido ex servis uno adcito, sub cujus custodia regio more*] Est nasuti correctoris, qui frustra hiare orationem putavit. Put. Reg. et alii meliores: *fidum e servis vocat, sub cujus*. Seneca de Brev. vitae 10. Fabianus, *non ex his cathedrariis philosophis, sed ex veris et antiquis*. Tacitus 14. Ann. [11.] *Percussorem Agerinum ex intimis Agrippinae libertis*. Suetonius Octav. [67.] *Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit*. Statim, utcumque silentibus libris, lege: *et mistum in poculo*, non *ei m.* J. FR. GRON. De hoc more v. Lipsium Manuduct. ad Philos. Stoïc. 3, 28. et Casaub. ad Strab. 3, 251. DUR. *fidum e servis vocat* etiam Flor. et Cant. reliquis tantum non omnibus vulgatum servantibus. V. etiam Gronov. infra ad c. 25, 11. Mox *ei* deest in Voss. Lov. 2. 4. et Hav. ejus loco *et* scribendum conjecit Gronov. quod solocecum crederet *ei jubet*. V. ad 27, 24, 3. Conjecturam Gronovii probant Flor. et, ut Crevierius monuit, Reg.

§. 7. *Nuptiale munus, neque*

Digitized by Google

Hoc tamen nuncia, melius me morituram fuisse, si
8 *non in funere meo nupsissem.* non locuta est ferocius, quam acceptum poculum, nullo trepidationis,
9 signo dato, inpavide hausit. Quod ubi nunciatum est Scipioni, ne quid aeger animi ferox juvenis gravius consuleret, adcitum eum extemplo nunc sola-
10 tur; nunc, quod temeritatem temeritate alia luerit, tristioremque rem, quam necesse fuerit, fecerit, le-
11 niter castigat. Postero die, ut a praesenti motu aver-

ingratum] Scripsimus *nec ingratum.* RHEN. Ita etiam Harl. et pauci alii. sed *neque ingratum* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 8. *Nec locuta est ferocius*] Omnes Gall. et Voss. *non locuta.* J. FR. GRON. *nec locuta* servant Ber. et Gaertn. Ceteri mci, et omnes Hearnii *non locuta.*

§. 9. *Ne quid aeger animo ferox juvenis*] Vet. lib. *aeger animi.* Sic 1, [58, 9.] *Consolantur aegram animi.* SIG. Pal. 1. ac 2. *aeger animi.* GEBH. Iidem cum duobus Pall. ac Sigon. *aeger animi.* 1, [58, 9.] de Lucretia: *Consolantur aegram animi.* 2, [36, 4.] *Aegro animi eadem illa in somnis obversata species.* Sicubi MSS. annuerent, sollicitarem et 2, 3, 5. *Ita jam sua sponte aegris animis legati superveniunt.* Ne omnino adfirmem, retinet me eodem libro c. 42, 10. *Accessere ad aegras omnium mentes prodigia coelestia.* 25, [38, 3.] *Ut aliqua solatia invenire aegro animo possem.* J. FR. GRON. *aeger animi* ex omnibus Mstis legendum esse, Gron. pr. ed. not. ad 6, 10. monuit. Neque ex meis alii dissentiunt, quam Harl. Ber. et Gaertn. De ea locutione v. N. Heins. ad Val. Flacc. 3, 737. ad Silii 15, 135. et quae notavi ad Silii 3, 72.

§. 10. *Quod temeritatem temeritate alia luerit*] Vetus et sincerior lectio *temeritatem alia luerit.* Subauditur *temeritate.* Eadem habet, *quam necesse fuerit.* RHEN. Pal. 3. *ne temeritatem aliam luerit.* Forte leg. *quod temeritatem alia luerit.* Pall. mox omnes *quam necesse fuerit.* GEBH. *quod temeritatem aliam luerit* Lov. 2. *nuncq; temeritatem alia luerit* Harl. Sed vox omissa a praecedenti intercepta est. In aliis enim constanter superest. Recte vero *fuerit*, pro *fuit.* Nam id meorum omnium auctoritate firmatur. Mox *leviter castigat*, pro *leniter*, Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. Sed v. ad 36, 31, 8.

§. 11. *In tribunal escendit*] Ita J. Fr. Gronov. emendavit ex Put. ad 2, 28, 6. Eam emendationem firmant Lov. 4. in quo est *extendit*, et Harl. qui legit *exscendit.* Quum itaque recte ita etiam edi jussisset, perperam postea Clericus *ascendit* ei substituit, ne monito quidem lectore, quod se facturum promiserat, quoties a J. Fr. Gronovii lectione discessurus esset.

Digitized by Google

averteret animum ejus, in tribunal escendit, et concionem advocari jussit. Ibi Masinissam, primum regem adpellatum, eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, et scipione eburneo, toga picta, et palmata tunica donat. Addit verbis honorem, *Neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu esse; quo unum omnium externorum dignum Masinissam populus Romanus ducat.* Laelium deinde, et ipsum conlaudatum, aurea co- 12 13

Sella curuli eburnea, et scipione eburneo] In archetypo Spirensi non est *eburnea*. RHEN. Vet. aliquot libri *sella curuli eburnea, et scipione eburneo*, ut, quemadmodum dixit *aurea corona*, *aurea patera*, sic his dicat *eburnea*. Sic etiam Appianus, quem credo multa a Livio sumpsisse, ut Livius a Polybio, [in Punic. p. 18.] τέφανόν τε ἀπὸ Χρυσοῦ, καὶ σφραγῖδα Χρυσῆν ἔπεμπον καὶ ἐλεφάντινον δίφρον. SIG. Vet. ed. *sella curuli eburnea*, quod Sigonius imperite probat. Nam illud *eburnea* interpretamentum τοῦ *curuli* est, quod vel ex Pal. 1. apparet: *sella curuli, alii eburnea*. Deinde Polybius [immo Appianus] ἐλεφάντινον δίφρον vocat *curulem sellam*, quoniam aliter reddere nequitus est. GEBH. *sella curuli eburnea* Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *sella curuli, alii eburnea* Voss. et Lov. 1. *sella curuli alia eburnea* Lov. 4. Reliqui τὸ *eburnea* omiserunt. Et recte. Livius enim numquam sellam illam duplici hoc epitheto adpellare solitus est, sed potius vel *sellam eburneam* tantum, vel *sellam curulem*. Et quidem prius obcurrit 5, 41, 2. *Ea vestiti medio aedium eburneis sellis sedere*. 27, 4, 8. *Dona tulere togam, et tunicam purpuream, sellam eburneam*. 41, 20, 1. *Sella eburnea posita jus dicebat*. Alterum saepissime: sed duo tantum loca laudabo, ubi, licet, ut hoc loco, *scipio eburneus* memoretur, tamen *sella* tantum *curulis* dicitur. 31, 11, 11. *Dona ampla data, quae ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea et palmata tunica cum eburneo scipione, et toga praetexta cum curuli sella*. 42, 14, 10. *Dona quam amplissima data cum sella curuli atque eburneo scipione*. Loco Appiani a Sigonio laudato addi potuisset hic Dionys. Halic. 3. Ant. p. 196. Καὶ σκῆπτρον ἐλεφάντινον ἔχων ἐπὶ θρόνου ἐκαθέζετο ἐλεφαντίνου. Ubi et sceptrum eburneum et sella eburnea memorantur. Verum ita Dion. loqui voluisse video; de Livio nondum mihi constat. Ceterum *scipione eburno*, pro *eburneo*, Flor. et Voss. a m. 1.

§. 12. *Neque triumphantibus ampliorem eo ornatu esse*] Legitur in archetypo Spirensi *neque triumphantis*, quae lectio mihi probatur. Subauditur autem in genitivo *triumphantis*

Digitized by Google

rona donat. et alii militares viri, prout a quoque
14 navata opera erat, donati. His honoribus mollitus
regis animus, erectusque in spem propinquam, sub-
lato Syphace, omnis Numidiae potiundae.

1 XVI. Scipio, C. Laelio cum Syphace aliisque
captivis Romam misso, cum quibus et Masinissae
legati profecti sunt, ipse ad Tuneta rursum castra
refert, et, quae munimenta inchoaverat, permunit.
2 Harthaginienses, non brevi solum, sed prope vano
gaudio, ab satis prospera in praesens obpugnatione
classis perfusi, post famam capti Syphacis, in quo

accusativus *ornatum*. Haec puerilia, fateor, admonere cogimur, quod appareat, quosdam in errorem inde deductos. RHENAN. Praeter Harlej. et Rec. qui stant cum Rhenano, omnes mei *triumphantibus* tuentur. Puto igitur, paucos numero librarios *triumphantis* praeferentes in cum errorem lapsos, quem supra notavimus ad 21, 60, 7. Praeterea *ampliorem eo ornatum esse* Flor. Lov. 3. et Ber.

§. 14. *His honoribus mollitus regis animus, erectusque in spem*] Meliores *His honoribus mollitur*. Forte *erectus in*. J. FR. GRON. Si *mollitur* legimus, etiam *erectus in spem* legendum videtur; quomodo praeferunt Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vulgatum utroque loco servant Flor. Cant. Ber. et Harl. *mollitur* et *erectusque* Put. ut Cl. Sallierius docuit, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. At in hac praesertim parte operis Liviani frequentissime obvenire, ut particula *que* perperam vel addita, vel omissa sit, monuit Cl. Jac. Gronov. diss. epist. ad Livii loca Geogr. ep. 2. p. 15.

§. 1. *Scipio, C. Laelio cum Syphace*] Scriptum est in archetypo Spirensi *Scipio Laelio*, non *C. Laelio*. RHEN. Solus meorum consentit Harl. solus etiam Hearnii D. Mox *rursus*, non *rursum*, Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

Quae munimenta inchoaverat, permuniit] Put. Reg. Men. *permunit*. J. FR. GRON. *permunivit* Lov. 5. et Hearnii L. 1. ac D. *permunit* Flor. Voss. et multi meorum alii. V. ad 29, 7, 6. *permunire* Harl. *expedivit* Gaertner. Mox §. seq. *ob satis prosperam in praesens obpugnationem classis* Voss. Sed v. ad 26, 1, 3. Deinde *quam in Hasdrubale atque in exercitu* Harlej. *quam Hasdrubale atque exercitu* Lovel. 2. Hinc *reposuerunt* Flor.

§. 3. *Nullo auctore belli ultro audito*] Vet. lib. *ultra audito*. SIG. Recte Sigonius, invitis quamvis Flor. Voss. Lov. 1. 5. Ber. et Gaertn. Solent hae voces in scriptis commutari. V. supra ad 3, 46, 1. 4, 2, 1. c. 28, 4. 5, 31, 5. 30, 42, 2. 37, 39, 6. et Doctiss. Arntzen. ad Plinii Paneg. 6. Mox *maximaque ad ipsum senatum*

Digitized by Google

plus prope, quam in Hasdrubale atque exercitu suo spei reposuerant, perculsi, jam nullo auctore belli 3
ultra audito, oratores ad pacem petendam mittunt triginta seniorum principes. id erat sanctius apud illos consilium, maximaque ad ipsum senatum regendum vis. Qui ubi in castra Romana et praeto- 4
rium pervenerunt, more adulantium (accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulatio- 5
ni fuit, non culpam purgantium, sed transferentium initium culpae in Hannibalem inpotentiaeque

regendum missi Flor. Cant. Voss. et Hav. *maximumque ad ipsum senatum regendum missi* Lov. 1. 2. 3. 4. *maximumque ad ipsum senatum regendum jus* Ber. a m. 1.

§. 4. *More adorantium* etc. *procubuerunt*] Vet. lib. *adulantium*. quod displicet. Nam Polybius principio l. 15. de his legatis ita ait: Οὐ μόνον τοῖς θεοῖς σπείσαντο, καὶ τὴν γῆν προσκυνήσαιεν, καθάπερ ἔθος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγενῶς τοὺς πόδας καταφίλοιεν τῷ συνεδρίῳ. SIG. Supra 9, 18, 4. docui, ex Pal. tribus, nec non vet. ed. legendum *more adulantium*, et *conveniens oratio tam humili adulationi fuit*. Quod inscite Sigonio displicet. Quippe Polybius, cujus verbis nititur ipse, dixit: καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγενῶς τοὺς πόδας καταφίλοιεν τῷ συνεδρίῳ. GEBH. Quidquid est membranarum *more adulantium*, et *tam humili adulationi*: quod contra Sigonium pridem probavimus [ad 9, 18, 4.] J. FR. GRON. *adulantium* et *adulationi* non tantum omnes mei, et Hearnii Mfi, verum etiam non aliter edd. vett. usque ad Froben. qui anno 1531. *adorantium* et *adorationi* substituit. Paullo ante *in castra Romana et in praetorium* Flor. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 6, 28, 6.

§. 5. *In Hannibalem inpotentiaeque ejus fautores*] Non mutarem: sed Put. *potentiaeque ejus*. Pal. unus, *in Hannibalem, in patrem, potentiaeque ejus fautores*. Voss. *impatientiaeque*. J. FR. GRON. *impatientiaeque* etiam Lov. et Hav. *potentiaeque* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. quod vel ex glossemate natum est. V. ad 38, 48, 1. vel syllaba initialis vocis *inpotentiae* elisa est a litera finali *m* vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Ita etiam peccatum fuisse in hac eadem voce, infra videbimus ad 33, 46, 3. Hanc tamen scripturam probat Doujatius, vel, servata quidem vulgata, sed una voce in duas divisa, legebat *in Hannibalem in potentiaeque ejus fautores*. Neutrum placet. Humilitati enim, qua legati hi pacem petunt, magis convenire videtur, ut auctoritatem, quam Hannibal Kartha-

Digitized by Google

6 ejus fautores. Veniam civitati petebant, civium temeritate bis jam ante eversae, incolumi futurae ite-
7 rum hostium beneficio. *Imperium ex victis hostibus populum Romanum, non perniciem, petere. Paratis*
8 *obedienter servire, quae vellet, imperaret.* Scipio, *et venisse ea spe in Africam se*, ait, *et spem suam prospero belli eventu auctam, victoriam se, non pa-*
9 *cem, domum reportaturum esse. tamen, quum victoriam prope in manibus habeat, pacem non abnuere; ut omnes gentes sciant, populum Romanum et suscipere juste bella, et finire. Leges pacis se has*

gine obtinebat, vocent *inpotentiam*, quam *potentiam*. Haec enim legitima esse potest, illa semper vitio vertitur. Praeterea rarius obcurrit apud Livium similis compositionis exemplum *in potentiaeque ejus*, pro *inque potentiae ejus*. V. ad 36, 21, 3. Hinc nisi fide codd. non admitterem.

§. 6. *Bis jam ante eversae*] In his verbis, quae sine dubio de duobus bellis Carthaginiensium cum Romanis dicuntur, *eversa civitas* non est vastata, diruta, excisa; nam eo sensu Africanus posterior *illam* (verba sunt Ciceronis de Harusp. resp. 4.) *a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam, paene captam aliquando, solus evertit*; sed eo, cujus potentia labefacta erat, et quae fractis viribus non multum ab interitu et eversione aberat, ut apud Virgilium 1. Georg. 500. *eversum saeculum*, pro republica ad interitum ruente. Sed quum eo tempore adhuc duraret bellum secundum, quid est, quod legati dicunt, *bis jam ante eversam* civitatem? nam horum verborum sententia est, jam duo alia bella ante hoc bellum gesta fuisse, quibus Carthago eversa fuerit. Mihi suspectum est *ante*, quod oriri potuit ex duabus postremis literis vocis praecedentis, et prima sequentis. Bis jam eversa erat, et prope exitium venerat Carthago. Post primum bellum primum incolumis fuerat beneficio Romanorum: post hoc, secundum scilicet, *iterum* eorum beneficio incolumem futuram sperant. Veniebat etiam in mentem *bis tantum non eversae*. Sed malo prius. DUK. Similiter Cl. Crevierius *bis jam ante eversae* exponit, quam cives sui jam his, quantum in se esset, everterant, et *eversam* dici notat, quae perire meruerit, advocato loco Livii ex 28, 34, 8. *Illos quidem merito perisse ipsorum maleficio, ait; victuros suo et populi Romani beneficio*. Delet etiam vocem *ante*, favente cod. Put. in quo scriptum est *bis jam teversae*, et Regio, qui plane exhibet *bis jam eversae*, nisi quod tamen aliquid erasum videatur. Similes scripturas quidam meorum praeferunt. *bis jam anteversae* legunt Voss. et Loy. 2. *bisjamteversae*

Digitized by Google

dicere. Captivos, et perfugas, et fugitivos restituant: 10
exercitus ex Italia et Gallia deducant: Hispania abs-
tineant: insulis omnibus, quae inter Italiam et Afri-
cam sunt, decedant: naves longas, praeter viginti,
omnes tradant: tritici quingenta, hordei trecenta mil- 11
lia modiûm. Pecuniae summam quantam imperave- 12
rit, parum convenit. alibi quinque millia talentùm,
alibi quinque millia pondo argenti, alibi duplex sti-
pendium militibus imperatum invenio. *His condi-* 13
tionibus, inquit, *placeatne pax, triduum ad consul-*
tandum dabitur. Si placuerit, mecum inducias fa-

Flor. *bis jam eversae* Lov. 3. et Harl. quorum prioris tamen margini *ante* adscribitur. Mox §. seq. *imperaret, quae vellet,* trajectis vocibus, Flor. et Harl.

§. 10. *Insulis omnibus, quae inter Italiam et Africam sunt*] *exercitus insulis omnibus* Lov. 2. Tum *inter Italiam atque Africam* in Put. et duobus Pall. esse, Gronov. monuit prima ed. not. Neque aliter legunt Flor. et Harl. *inter Italiam Africamque* Lov. 5. Paullo ante *et exercitus ex Italia et Gallia*, addita prima vocula, Florent. et Hav.

§. 11. *Naves longas, praeter viginti, omnes tradant*] Puto legendum *praeter XXX.* [App. in Pun. p. 17.] *Μηδὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλείους τριάκοντα.* Facilis est autem menda apud Livium ex *XXX* reddi *XX*, ut saepe alias. SIG. Tot etiam naves Scipionem Karthaginiensibus concessisse, tradit Eutrop. 3, 21. *Ne amplius quam XXX naves haberent.* Verum neque hujus, neque Appiani auctoritatem tanti facio, ut, invitis omnibus scriptis, etiam optimis, et inter hos quoque Put. quod Cl. Sallierius me monuit, vulgatum mutem: praesertim quum in reliquis pacis legibus non per omnia inter Appian. et Liv. conveniat, et diversos auctores secuti esse videantur. Mox *tritici quinquaginta*, pro *quingenta*, Hearnii D.

§. 13. *Placeatne pax*] Pal. 1. et vet. ed. *si placeat pax. si*, pro *an.* 39, 50, 7. *Accepto poculo nihil aliud locutum ferunt, quam quaesisse, si incolumis Lycortas equitesque evasissent*] GEBH. Voss. *si placeant pax.* Gud. *si placet pax.* Haud dubie igitur *si placeat pax.* Mutarunt, qui *τὸ si* non ceperunt pro *an.* J. FR. GRON. *si placeant pax* etiam Hearnii L. 1. *si placeat pax* Lov. quinque, Ber. et Hearnii N. cum editis ante Aldum. *Τὸ si* saepe pro *an* poni, supra vidimus ad 4, 20, 8. ubi etiam hanc lectionem probavi: nunc admodum dubito. Non tantum enim reliqui codd. et in primis optimi Flor. ac Cant. stant pro vulgato, quod etiam Crevierius de Put. et Reg. testatur, verum et-

Digitized by Google

14 *cite, Romam ad senatum mittite legatos.* Ita dimissi Karthaginienses, nullas recusandas conditiones pacis quum censuissent, (quippe qui moram temporis quaererent, dum Hannibal in Africam trajiceret)
15 legatos alios ad Scipionem, ut inducias facerent, alios Romam ad pacem petendam mittunt, ducentes paucos in speciem captivos, perfugasque, et fugitivos, quo impetrabilior pax esset.

1 XVII. Multis ante diebus Laelius, cum Syphace primoribusque Numidarum captivis, Romam venit; quaeque in Africa gesta essent, omnia exposuit ordine Patribus, ingenti omnium et in praesens lae-
2 titia, et in futurum spe. Consulti inde Patres regem in custodiam Albam mittendum censuerunt: Laelium retinendum, donec legati Karthaginienses

iam *si placuerit* mox sequitur: qui locus, cur etiam hic mutaretur, caussa fuisse videtur. Cum eodem itaque Crevierio hic vulgatam praefero. Postea in fine cap. *ut inpetrabilior pax esset*, pro *quo inpetrabilior*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. quae lectio ex interpretis glossemate nata videtur. *quo* enim hic ponitur pro *ut*: de qua ejus significatione v. ad 6, 24, 2.

§. 1. *Multis ante diebus*] Pal. pr. *Multis jam ante diebus.* Statim continet tert. *quaeque in Africa gesta essent, ordine exposuit Patribus, ingenti hominum et in praesens laetitia.* GEBHARD. *ordine exposuit Patribus, ingenti hominum et in praesens laetitia* Flor. et Harl. *hominum*, pro *omnium*, etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. et Hav. V. ad 3, 54, 6.

§. 2. *Regem in custodiam Albam mittendum censuerunt*] Quod tamen postea mutavit. Idem Livius [c. 45, 4.] *Morte subtractus spectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriae, Syphax est; Tibure haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. Conspecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere est elatus.* Porro de hac humanitate senatus erga Syphacem etiam Val. Max. scribit 5, 1. MODIUS.

Laelium retinendum, donec legati Carthagin.] Hoc loco Livius decretum ait, ut Laelius retineatur in adventum legatorum Carthaginiensium. Paulo post vero [c. 21, 11.] dimissum ait ante adventum eorundem. Quapropter vel decretum mutatum est, vel lapsus memoria, diversosve secutus authores Livius haec scripsit. GLAREAN.

§. 3. *P. Aemilius praetor* etc.

Digitized by Google

venirent. Supplicatio in quatriduum decreta est. P. 3
Aelius praetor, senatu misso, et concione inde ad-
vocata, cum C. Laelio in Rostra escendit. Ibi vero 4
audientes, fusos Karthaginiensium exercitus, devi-
ctum et captum ingentis nominis regem, Numidiam
omnem egregia victoria peragratam, tacitum conti- 5
nere gaudium non poterant, quin clamoribus, qui-
busque aliis multitudo solet, laetitiam inmodicam
significarent. Itaque praetor extemplo edixit, *Uti* 6
*aeditui aedes sacras omnes tota urbe aperirent, cir-
cumeundi, salutandique Deos, agendique grates per
totum diem populo potestas fieret.* Postero die lega- 7
tos Masinissae in senatum introduxit. Gratulati pri-
mum senatui sunt, *quod P. Scipio prospere res in
Africa gessisset:* deinde gratias egerunt, *quod Ma-* 8

cum C. Laelio in rostra ascendit] Vet. lib. *P. Aelius praetor*, quo nomine supra etiam [29, 38. et 30, 1.] a Livio affectus est. SIG. *P. Lelius praetor* Lov. 2. et Hav. *P. Aelius praetor Romanus* Hearnii D. literis *pr.* quae *praetor* notant, male disjunctis in *p. r.* quibus ceteroquin indicatur *populus Romanus.* V. ad 31, 10, 5. Reliqui et mei et Hearnii Msti non tantum, sed etiam edd. autt. *P. Aelius praetor* praeferunt,, pro quo demum Basil. anno 1554. *P. Aemilius* perperam dederunt. Hinc *cum L. Cecilio* perperam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. Deinde *in rostra escendit* edidit J. Fr. Gronovius, et quidem auctoritate Put. et Men. quos supra laudat ad 2, 28, 6. Idem se in Pal. 1. invenisse, Gebhard. testatur ad 29, 11, 5. Idem etiam apud me superest in Flor. et paucis aliis. *conscendit* Lov. 4.

§. 6. *Salutandique Deos, agendique gratias per totum diem populo potestas fieret*] Mihi habuisse videatur Livii verba *per quatriduum*, non, ut nunc corrupte in ejus exemplaribus, *per totum diem.* Paulo enim ante Livius dicit, quod Africanae victoriae caussa supplicatio in quatriduum a senatu, non in unum diem, decreta fuerit: atque praetorem, senatu misso, mox cum C. Laelio in Rostra ascendisse atque edixisse. Deceptus est haud dubie scriba librarius quispiam notarum antiquarum imperitia, qui in codicibus obscure fortassis expressum *IIIIduum* perperam legit, et scripsit *totum diem.* PIGH. in Annal. ad ann. 101. p. 224. Optimi *grates.* J. FR. GRON. *grates* etiam omnes mei, et Hearnii codd. quod Livio frequens, sed passim a librariis in *gratias* corruptum esse, vidimus: ad 23, 12, 7. Omnes autem nostri non-

sinissam non adpellasset modo regem, sed fecisset, restituendo in paternum regnum: in quo post Syphacem sublatum, si ita Patribus visum esset, sine me-
9 *tu et certamine esset regnaturus.* Dein, *quod conlaudatum pro concione amplissimis decorasset donis: quibus ne indignus esset, et dedisse operam Masi-*
10 *nissam, et porro daturum esse. Petere, ut regium nomen ceteraque Scipionis beneficia et munera sena-*
11 *tus decreto confirmaret: et, nisi molestum esset, illud quoque petere Masinissam, ut Numidas captivos,*

ſtanter *per totum diem*: quare id cum Pighio mutare non audeo. Verum quidem eſt, senatum supplicationem in quatriduum decreviſſe: sed praetor nondum eam edixerat. Interim igitur, dum tempus commodum veniret, ut populo satisfieret, edixit, ut eo etiam die aedes sacrae tota urbe paterent. Paullo ante *aedes sacrae tota urbe*, omiſſa media voce *omnes*, Flor. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 9. *Dein, quod conlaudatum pro concione*] Olim *Deinde* edebatur: pro quo Jac. Gronov. *Dein* subſtituit, consentientibus e meis Flor. Voſſ. et Hav. V. ad 8, 3, 6. Hinc *collaudatum eum* Lov. 2. et Hav.

§. 12. *Regem adpellasset, et quidquid aliud fecisset, quod honori*] Omnes Gallici et Pal. optimus cum tribus Florent. et Barberino: *quod eum regem appellaverit: et, quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissae.* Cur mutarunt veterem scripturam? An, quia saepius de Diis usurpat Livius *cordi esse*, ideo de homine non potuit? Immo et alibi de hominibus usurpat, et praeter illum alii optimi scriptores. J. FR. GRON. Codd. Gronovii adsentiuntur Flor. Voſſ. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. *appellaverit* et *fecerit* insuper Lov. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. antt. usque ad Frob. qui anno 1535. subſtituit *appellasset* et *fecisset*, adſtipulante uno meorum Harl. *Cordi esse* saepius quidem de Diis usurpatur, ut vidimus ad 6, 9, 3. Non raro tamen et Livius, et alii etiam de hominibus adhibuerunt. Supra 8, 7, 6. *Efficiemus, ne nimis acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint.* 26, 50, 4. *Quum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset, audiremque eam tibi cordi esse.* 28, 18, 5. *Quia ita cordi erat regi.* c. 20, 7. *Delere memoriam hostium sedis cordi est.* Ter. Andr. 2, 1, 28. *Tibi nuptiae hae sunt cordi.* Phorm. 5, 3, 17. *Uterque utrique est cordi.* Ovid. Medic. faciei vers. 32.

Virginibus cordi grataque forma sua est.

Silius 7, 320.

Si cordi consulta, (moras extrema recusant)
Adcingamur, ait.

9, 204. *seu sunt Byzacia cordi Rura magis.* Colum. 1, 1. *Diligens paterfamilias, cui cordi est, ex agri cultu certam sequi*

Digitized by Google

qui Romae in custodia essent, remitterent. Id sibi amplum apud populares futurum esse. Ad ea re- 12
sponsum legatis: *Rerum gestarum in Africa prospere communem sibi cum rege gratulationem esse. Scipionem recte atque ordine videri fecisse, quod eum regem adpellaverit: et, quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissae, ea Patres comprobare atque laudare.* Munera, quae legati ferrent regi, decre- 13
verunt: sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, et lato clavo tunicis: et equos duo phalera-

rationem rei familiaris augendae. Et postea. *Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium.* 3, 4. *Cui vineta facere cordi est.* 6, 27. *Quibus cordi est educatio generis equini.* 8, 2. *Quibus cordi est ea genera propter corporum speciem probare.* In Cic. eadem locutio frequenter obcurrit. Ceterum quum non respondeant numeri in *quidquid* etc. *ea*, ac Put. pro *ea* legat *eis*, Victor. *ei*, Cl. Crevier. emendandum conjicit *et Patres comprobare*, id est, Patres quoque. Similiter *eis* Flor. a m. 1. *ei* Voss. Lov. 1. 2. et Ber. Malim tamen vulgatum servare. Ita enim interdum Livium loqui, videbimus ad 33, 24, 6. Praeterea *comprobare ac laudare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *laudare ac comprobare* Hav.

§. 13. *Sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, et lato clavo tunicis*] Admonuimus etiam supra 27, [19, 12.] ut lector judicaret, quid hoc *tunicis* adderet *lato clavo*. Nam *latus clavus* intelligitur absque tunica. GLAR. Pighius in Annal. ad ann. 101. p. 224. conjicit *cum fibulis aureis, et singulis lato clavo tunicis*. Sed, quum Livius dicit *tunicis*, credo e praecedentibus repeti posse *singulis*, et ad singula saga purpurea singulas fibulas aureas et singulas lato clavo tunicas datas esse. — Abramus ad Cicer. pro Sextio pro *singulis*, mavult *cingulis*. Praefero vulgatum. — DUK. Eamdem conjecturam proposuit etiam Pigh. in Annal. tom. 1. p. 66. Vox *aureis* deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Sed *fibula aurea* cum *sagulo Hispano* memoratur etiam supra 27, 19, 12.

Et equos duo phaleratos] Voculam primam expungunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. antt. Primus eam contextui inseruit Curio, quem sequuntur Lugdun. anno 1553. hinc Paris. anno 1573. Verum, eamdem etiam Put. agnoscere, docuit me Cl. Sallierius. agnoscunt etiam Flor. et Cant. Deinde *duo* Gronov. edidit, quum antea legeretur *duos*. Et quidem secutus est auctoritatem Put. ut infra profitetur ad 35, 21, 5. Similiter praefert Flor. et, nisi excerpta fallunt, Cant. Perperam igitur Joh. Clericus priorem lectionem *equos duos* revocavit, ne monito quidem lectore. Ceterum equos hos Masinissae donatos ad exemplum eorum, quos

Digitized by Google

tos: bina equestria arma cum loricis: et tabernacu-
la, militaremque supellectilem, qualem praeberi con-
14 suli mos esset. Haec regi praetor mittere jussus. le-
gatis in singulos dona ne minus quinùm millium,

consuli in provinciam profecturo praeberi solebant, credidere docti Angli in Observ. Miscell. tom. 1. p. 378. idque ex verbis Livii *qualem praeberi consuli mos esset* probare conantur. Verum posteriori tempore quidem Imperator Alexander Severus praesidibus provinciarum concedebat inter alia *mulos binos*, *equos binos*, apud Lampr. ejus vit. c. 42. Antiquioribus tamen temporibus non *equorum*, sed solorum *mulorum* mentio fit. V. Liv. 42, 1, 9. Cic. 2. Agrar. 13. Suet. Aug. 36. et Gell. 15, 4. Quin neque ex hoc loco id patet, ubi *qualem* referendum videtur ad proximum *militarem supellectilem*. Potius itaque Masinissae duo equi phalerati donantur ex more, quo regibus eorumque liberis similes equi honoris caussa donari solebant. Ita Massivae Scipio *equum ornatum donat* supra 27, 19, 12. Attalo Eumenis fratri *munera data*, *equi duo* 35, 23, 11. Et ita locum hunc accipiendum esse, eruditissimi Belgae docuerunt in Observ. Misc. loco laud.

Qualem praeberi consuli mos est] Put. et Reg. *mos esset*. Cic. 5. ad Att. ep. 18. *Sociis multo fidelioribus utimur*, *quam quisquam usus esset*. Nam et hic vulgarius diceremus *usus est*. Noster 37, [23, 4.] *Tardius navigaverant regii adverso tempore etesiarum*, *quod velut statum Favoniis ventis esset*. J. FR. GRON.

§. 14. *Dona ne minus quinûm millium, comitibus eorum mille aeris*] Si *quinûm millium* recte legitur, ut equidem puto, quare non etiam *millenûm aeris*? quum verisimile sit, plures fuisse comites, quam legatos. Nisi quis simul omnibus comitibus mille aeris datos intelligere velit: quae summa nimis minuta videtur. Saguntinorum legatis duplo plus datum l. 28, [39, 19.] refertur, forte propter caussam cogitatu facilem. Nisi altero in loco mendam esse quis putet. GLAR. Omnes Gall. *comitibus eorum millium aeris*. nam et hoc pendet a τῷ *ne minus*. Voss. *mille aeris*. J. FR. GRON. *ne minus binûm millium* legendum suspicatur Dodwell. Append. Praelect. Camden. p. 687. eo quod comitibus legatorum fere dimidia eorum, quae legatis, decerni solita legantur. Hoc eum alibi, quam in Livio, legisse oportet: nam hic munerum, quae legatis dabantur, crebram; eorum, quae comitibus illorum, raram admodum mentionem facit. V. 9, 43. 28, 39. 31, 9. 37, 3. 42, 6. 19. 24. l. 43, 5. 6. 8. l. 44, 14. 15. et l. 45, 13. 42. Insuper *comitibus eorum mille aeris* probat Perizon. ad Sanctii Minerv. 4, 4. p. 615. DUK. *legatis singulis dona nec minus quinûm millium* perperam Lov. 4. De locutione *ne minus*, *ne plus* v. ad 38, 24, 5. *legatis in singulos dona ne minus quinûm millium aeris* Lov. 2. sed ultima vox ex enarratoris glossa nata est. Deinde *comitibus eorum mille aeris* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1535. dedit *millibus aeris*, adstipulantibus Harl. et Hearnii L. 1. ac D. Sed recte Gronov. *millium ae-*

Digitized by Google

comitibus eorum millium aeris: et vestimenta bina legatis, singula comitibus Numidisque, qui ex custodia emissi redderentur regi. ad hoc aedes liberae, loca, lautia legatis decreta.

ris, firmantibus eamdem lectionem Flor. Hav. et forte etiam Cant. Probare enim nequeo Periz. *mille aeris* verum credentem eo argumento, quia *millia* est pluralis numeri, nec umquam de uno millenario numero dicitur. Nam et hic indicantur plures numeri millenarii aeris, quorum unum acciperet quilibet ex comitibus legatorum. V. ad 4, 15, 6. et 29, 15, 9.

Qui ex custodia missi] Put. Men. Voss. *emissi*. J. FR. GRON. Similiter Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *ex custodiemissi* Voss. a m. 1. *ex custodia missi* inter versus adscribitur a manu altera.

Ad hoc aedes, libera loca, lautia legatis decreta] Vet. lib. *aedes liberae, loca, lautia*. Sic 28, [39, 19.] *Locus inde lautiaque legatis praeberi jussa*. Et 45, [20, 6.] *Consulti Patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, senatumque darent*. Et 33, [24, 5.] *Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique locus et lautia praebita*. Et 42, [26, 5.] *Ut ex instituto loca, lautia acciperent*. Et 35, [23, 11.] *Attalo aedes liberae, locus, lautia decreta*. Et 42, [6, 11.] *Aedes liberae hospitio datae*. *Aedes* autem *liberae* vacuae dicuntur. SIG. Sigonius in Scholiis ad Liv. et Turneb. Adv. 2, 32. interpretati sunt, quod *aedes liberae* essent, quae nulli alii vel inquilino, vel habitatori servirent, sed soli, quibus dabantur vacuae, incolerent: quam sententiam improbare minime ausim. At, ut et ego aliquid novi in re satis dubia afferam, crediderim, *aedes liberae* interpretari posse, aedes gratuito legatis a populo Romano traditae; hoc est, quarum gratia nullam pensionem penderent legati, ideoque *liberae* dicerentur. Cujus interpretationis auctorem habeo eundem Livium, scribentem l. 42, [19, 6.] Ariarathis legatis, filium ejus Romam adducentibus, decretum a senatu, *ut Cn. Sicinius praetor aedes instructas locaret, ubi filius regis comitesque ejus habitare possent*. Sicut autem amicis et acceptissimis aedes liberae dabantur, ita minus amicis aut ingratis hospitium duntaxat extra urbem. Ita Livius l. 45, [44, 7.] de Prussia Romam adventante, *aedes, quae ipsum comitesque benigne reciperent, conductae*. et Val. Max. 5, 1. de eodem Prussia Bithyniae rege: *Senatus*, inquit, *censuit, ut ei domus Romae quam optima conduceretur*. Et iterum de rege Ptolemaeo, qui Romam quum venisset, ac in hospitium Alexandrini pictoris se recepisset, senatusque id resciviset, *eum ad publicos penates deduxit*. Idem Livius eodem lib. scribit, Attalo Eumenis fratri et legato datas aedes liberas. Et rursus, legato Antiochi regis aedes liberas hospitio datas. Et l. 35, [23, 11.] *Eumeni absenti et praesenti Attalo gratiae actae, aedes liberae decretae*. Et l. 45, [13, 14.] *Masgabae regis Massanissae filio aedes hospitales assignatae*. Ex quibus patet, aedes liberae quum darentur a senatu et populo Romano, summum honoris genus et benevolentiae indicium ex-

Digitized by Google

1 XVIII. Eadem aestate, qua haec decreta Romae

stitisse. Sicuti etiam conjicimus, ut etiam diximus, minus gratis vel nullum hospitium, vel extra urbem assignatum. Livius l. 30, [21, 12.] Carthaginiensibus legatis de pace agentibus *hospitium in villa publica datum*. et l. 45, [20, 6.] legatis Rhodiorum nullum hospitale jus dandum Patres censuisse scribit. Haec sicuti genuina interpretatio mihi videtur, nihilo secius et aliam subjicere libet, ut aedes scilicet liberae dicerentur, quae nulla militum custodia aut Romanorum assistentia assignarentur. Ita *liber locus* apud Plautum in Poenulo, in quo remotis arbitris voluptati opera dari possit: ait enim [1, 2, 49.] *Locum velle sibi liberum praeberier, ubi nequam faciat clam*. Et iterum [3, 2, 25.] *Liberum ut commonstraremus tibi locum et voluptuarium*. Quid autem per *locum* sit intelligendum, aut *loca*, apud Livium, nullus adhuc, quod sciam, aperuit. Nos lucem aliquam afferre conamur, et *locum* ita interpretamur, quod regibus aut eorum legatis ad spectandum in theatro assignaretur, vel in senatu aut comitio ad eos audiendos praeberetur. De loco in theatro clare Sueton. in Aug. 44. *Romae*, inquit, *legatis liberarum sociarumque gentium in orchestra considere vetuit, quum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset*. De loco in senatu Livius 42, [14, 7.] de Satyro principe legationis Rhodiorum ait: *Itaque omni modo per patronos hospitesque disceptandi cum rege locum in senatu quaerebat*. Et paulo ante, regis Persei legatis senatum datum. Et l. 30, [40, 4.] legatos Carthaginiensium et Philippi regis, senatus ut sibi daretur, petiisse. Et libro eodem [immo 42, 11, 2.] *Eumenes igitur ut Romam venit, exceptus cum tanto honore, quantum non meritis tantum ejus, sed beneficiis etiam suis, ingentia quae in eum congesta erant, existimaret deberi populus Romanus, in senatum est introductus*. Et 45, [13, 13.] ait, Masgabae regis Massanissae filio Romam advenienti extemplo senatum datum. Itaque sicuti *dare locum in senatu* maximum erat honoris indicium, ita e converso, quum *in comitio* dabatur. Livius l. 29, [16, 6.] *Decem legati Locrensium, obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus consulibus velamenta supplicum, ramos oleae, ut Graecis mos, porrigentes, ante tribunal cum flebili voce procubuerunt*. Et l. 45, [20, 8.] de Rhodiorum legatis tradit, stantibus illis in comitio consulem pronunciasse: *sociis et amicis Romanos senatum dare consuevisse; Rhodios non ita meritos, ut sociorum loco haberentur*. Et l. 42, [26, 5.] de Illyriis legatis: *Quaesitum, et quid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca et lautia acciperent, sciretur denique venisse eos, et super qua re venissent? Haesitantibus in responso, ut curia excederent, dictum, responsum, tamquam legatis, ut qui adire senatum non postulassent, dari non placuit*. Quod si medium servare modum populus Romanus censuisset, non in comitio, nec in senatu Romae locum audientiae praebebat, sed extra urbem in aede Bellonae, quod colligi potest ex Livio l. 33. [24, 5.] scribente: Legati regis Philippi debellati *extra urbem in villam publicam deducti, ibique iis locus et lautia praebita, et ad aedem Bellonae senatus habitus*. Quoties itaque honoris gratia lo-

Digitized by Google

et in Africa gesta sunt, P. Quinctilius Varus praecum praebitum, vel non, apud Livium legimus, intelligendum de senatu, uti l. 35, [23, 11.] Eumeni. l. 44, [16, 4.] Onesimo filio, nobili Macedoni, alienato a Perseo rege. et l. 28, [39, 19.] Saguntinorum legatis. et l. 42, [26, 5,] de Illyriis legatis. *Lautia* Beroaldus, Turnebus, Budaeus, et Sigonius interpretati sunt munera, quae legatis vel principibus externis dabantur. Quibus favere videntur Plutarchi dicta Probl. 42. hujusmodi: *Quaestores legatis munera mittebant, quae lautia dicebantur.* quae explicatio nimis profecto generica videtur. Siquidem, ut ego reor, per lautia intelligendum tantummodo munera ad quotidianum victum spectantia, qualia et nostris temporibus respublica Veneta principibus viris advenientibus exhibere consuevit. *Lautia* enim quasi *lauta* seu *lautitia* sunt dicta: sic Festus epularum magnificentiam *lautitia* dixit, et *lautam coenam* pro opipare instructam observamus apud Plinium 9. ep. 17. Hanc nostram explicationem confirmare possumus ex ipsomet Livio; qui, praeter Lautia et alia hospitalia, pecuniam etiam et vasa aurea et argentea et alia dono data non semel scriptum reliquit, uti l. 28, [39, 19.] Saguntinorum *legatis* ait *locum inde lautiaque praeberi jussa, et muneris ergo in singulos dari non minus dena millia aeris.* Et l. 42, [6, 11.] Antiochi legatorum principi Apollonio *centum millium aeris munus missum, et aedes liberae hospitio datae.* l. 35, [23, 11.] Attalo et Eumenis fratris legato *datas aedes liberas ac lautia decreta, et munera equos duos, bina equestria arma, et vasa argentea centum pondo, et aurea viginti pondo.* Et l. 45, [14, 6.] Magabae Massanissae filio *munera emere quaestorem jussum ex centum pondo argenti, et prosequi eum Puteolos, omnemque sumptum, quoad in Italia esset, praebere, et duas naves conducere, quibus ipse comitesque regis in Africam deveherentur, et comitibus omnibus liberis servisque vestimenta data.* Iterum [c. 44, 14.] Prussiae regi praeter aedes conductas et *munera ei ex sestertiis jussa dari et vasorum argenteorum pondo quinquaginta. et filio ejus Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Masgabae filio regis Massanissae data erant.* et l. 42, [24, 10.] *Ita regulus Carthaginensesque dimissi. Munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata.* Ex quibus satis apertum fieri censeo, per *lautia* non intelligenda alia munera, quam quae ad victum quotidianum pertinerent. Quum vero idem Livius *hospitalia data* vel *conservata* scribit, semper comprehendit aedem liberam, locum, et lautia, quae hospitibus amicis omnia praebebantur a populo Romano. MARC. DONAT. Pal. 1. et vet. ed. *Regias ad hoc aedes liberas, loca, lautia legatis decreta.* sec. *Ad hoc aedes liberae, loco lautitiae legatis decretae.* tert. *Ad haec aedes liberae locata legatis decreta.* Sigonius *aedes liberae, loca, lautia.* Sed si ita legatur, quid hic facit τὸ *loca*? Probo ego vulgatam lectionem *aedes, libera loca, lautia.* Plautus Poen. 1, 1, 49. Sic apud eumdem Asin. 5, 2, 17. *Liberis lustris studet.* Liv. 35, 23, 11. *Et aedes liberae, locus, lautia decreta, et munera data.* Qui locus videtur stabilire lectionem Sigonii. Caeterum *lautia*, ut dudum aliis notatum, munera legatis praeberi solita. 28, 39, 19. *Locus in-*

Digitized by Google

tor et M. Cornelius proconsul in agro Insubrium Gallorum cum Magone Poeno signis conlatis pugna-
2 runt. Praetoris legiones in prima acie fuerunt: Cornelius suas in subsidiis tenuit, ipse ad prima signa equo advectus: proque duobus cornibus praetor ac proconsul milites ad inferenda in hostes si-
3 gna summa vi hortabantur. Postquam nihil commovebant, tum Cornelio Quinctilius: *Lentior, ut vides, fit pugna: et induratus praeter spem resistendo hostium timor: ac, ne vertat in audaciam, periculum.*
4 *est. Equestrem procellam excitemus, oportet, si*

de lautiaque legatis praeberi jussa. Utitur et Cicero [9. ad fam. 5.] *Si minus, persequar in Cumanum: et ante te certiorem faciam, ut lautia parata sint.* Si fides doctis. GEBH. Optimus *liberas.* alii omnes aut *liberas*, aut *liberae.* J. FR. GRON. Omnes etiam mei *liberas*, vel *liberae*, nulli *libera.* Quare Sigonii emendationem recepi. De aedibus liberis, locis, ac lautiis v. Cl. Duker. supra ad 28, 39, 19. et quos ibi laudavit. In illis, quae Donatus ad hunc locum notavit, praesertim in expositione vocis *loca*, quam de loco audientiae, ut vocat, in senatu intelligit, quaedam obcurrunt, non probanda; verum partim jam a viris doctis loco laudato melius exposita sunt, partim ratio notarum non permittit, ut latius refellantur. Non male Crevier. ad hunc locum ex Livii 33, 24. colligit, aliquid, quod ad habitationem pertineat, intelligendum esse. Ibi in villa publica legatis Macedonum locus et lautia praebita dicuntur.

§. 1. *Signis conlatis pugnaverunt*] Omnes Gall. *pugnarunt.* J. FR. GRON. Pariter Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hearnii N. Solet hac contractione Livius in praeteritis verborum primae conjugationis delectari, invitis tamen plerumque librariis, qui saepe mutarunt. V. ad 21, 44, 7. In ipso hoc verbo alia exempla v. ad 37, 43, 10. et 39, 46, 2. Paullo ante *Insubrum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. et alii. Eadem forma etiam alibi hoc nomen in Mstis obvium est. Ita 32, 30, 6.

§. 2. *Ac proconsul milites*] Pal. pr. *proconsule.* tert. *ac proconsulis milites.* GEBH.

§. 2. *Tum Cornelio Quinctilius: Lentior, ut vides, fit pugna, inquit*] *tum Quintilius Cornelio* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde vox *inquit* expellitur fide non tantum Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. sed etiam Put. ut Cl. Sallierius docuit: quorum etiam auctoritatem secutus eam expunxi. Livium enim illam ac similes saepius omisisse, ubi librarii deinceps perperam inseruerunt, vidimus ad 23, 45, 5.

Timor: ac, ne vertat in audaciam] Pal. 3. *at ne vertat*, melius quam reliqui *ac ne vertatur*

Digitized by Google

turbare ac statu movere volumus. Itaque vel tu ad prima signa proelium sustine, ego inducam in pugnam equites: vel ego hic in prima acie rem geram, tu quatuor legionum equites in hostem emitte. U- 5
tram vellet praetor, muneris partem proconsule accipiente, Quinctilius praetor cum filio, cui Marco praenomen erat, inpigro juvene, ad equites pergit: jussosque escendere in equos repente in hostem emittit. Tumultum equestrem auxit clamor ab legionibus additus: nec stetisset hostium acies, ni Mago, ad primum equitum motum, paratos elephantos ex- 6

GEBH. Forte *et induratus praeter spem resistendo hostium timor ne vertat in audaciam, periculum est.* J. FR. GRON. *vertatur in audaciam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo recte Frob. anno 1535. *vertat* vulgavit. V. ad 2, 62, 2. *et induratur praeter spem resistendo hostium timor* Lov. 2.

§. 4. *Vel ego hic in prima acie rem geram*] Pal. pr. continet *hic in primam aciem.* tert. *hic prima acie.* GEBH. *hic in primam aciem* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *hic prima acie* Gaertner. Paullo ante *Equestrem procellam excitemus omnem oportet* Lov. 2. Deinde *si volumus turbare* (*conturbare* est in Lov. 5.) *ac statu movere* Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Hinc *inducam in proelium equites* Lovel. 5.

Equites in hostem emittito] Put. Men. Voss. *emitte.* J. FR. GRON. Similiter Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4, Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 5. *Cui Marco praenomen erat*] Nescio, cur tam notabile visum fuerit Livio, huic *Marco* praenomen fuisse, ut id posteritati non invidendum putaverit: nam sufficiebat utique *cum filio Marco.* Ac ne ipsum quidem vocabulum *praenomen* saepe apud eum inveniri arbitror. Certe quum de M. Manlio, qui regnum Romae adfectaverat, agens eo uti potuisset, maluit dicere, *gentis Manliae decreto cautum est, ne quis deinceps M. Manlius vocaretur*, l. 6, 20, 24. Cicero, Varro, et alii tamen eo non abstinuerunt. DUKER. Eadem voce dedita opera abstinuisse videtur etiam supra 7, 22, 3. *Quidam Kaesonem, quidam Cajum nomen Quinctio adjiciunt.* ubi tamen nimis confidenter judicasse videtur Gelenius, eam non temere alibi, quam in scriptis Grammaticorum, reperiri.

Jussosque escendere in equos] Ita Gronov. edidit ex auctoritate Put. ut docet supra ad 2, 28, 6. Idem etiam se in Pal. 3. invenisse, testatur Gebhard. ad 29, 11, 5. Antea edebatur *ascendere.* Mox *in hostes emittit* Lov. 5. *in hostem mittit* Harl. Male. Paullo ante:

Digitized by Google

7 templo in proelium induxisset. Ad quorum stridorem odoremque et adspectum territi equi vanum equestre auxilium fecerunt. et ut permixtus, ubi cuspide uti et cominus gladio posset, roboris majoris Romanus eques erat; ita in ablatum paventibus procul equis melius ex intervallo Numidae jaculabantur.
8 Simul et peditum legio duodecima, magna ex parte caesa, pudore magis, quam viribus, tenebat locum.
9 nec diutius tenuisset, ni ex subsidiis tertiadecima legio,

Quatuor legionum equites in hostem emitte. V. ad 28, 14, 10.

§. 7. *Ad quorum stridorem odoremque et adspectum territi equi*] Freinsh. ad Flori 1, 18, 8. monet, hunc locum imitatum esse Amm. Marc. 25, 3. *Ad quorum stridorem odoremque et insuetum adspectum magis equi terrebantur.*

Vanum equestre proelium fecerunt] Vet. lib. *equestre auxilium.* optime. nam cum lentior esset peditum pugna ad movendos hostes, equites in aciem erant inducti, quorum tamen auxilium ab elephantorum stridore et odore vanum factum esse ait. SIG. Uno excepto Ber. qui editionum lectionem servat, omnes mei cum Brancal. Latinii probant Sigonii emendationem.

Et ut in rem permixtis, ubi cuspide uti] *in rem permixtis* dixisse videtur pro contracto certamine: quamquam rarus est hic apud authores sermo, nihil tamen definio. Quidam *et ut permixtus* legunt. GLAR. Pal. pr. *et ut reimprimi uti cuspide uti cominus gladio.* sec. *et ut in rem peritus uti cuspide uti et communis gladio posset.* Omnibus literis vulgatam *et ut permixtus ubi cuspide uti et cominus gladio posset* tert. repraesentat. GEBH. Put. Reg. Men. Voss. Cantabr. *et ut rem perm.* Pet. *et ut est perm.* in cujus margine est *et ut in rem perm.* Sic quoque nonnulli ex editis. Lege *et ut intermixtus.* Haec Livii vox est, et latere hic videtur. 4, 56, 3. *Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis.* 10, 20, 8. *Intermixti hostibus.* 37, 38, 3. *Sagittarii equites intermixti.* JAC. GRON. *et ut in rem penitus* Lov. 2. *et ut in rem peritus* Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *et ubi in rem permistus* Brancal. Latinii. *et ut ubi in rem permixtus* Hav. *et ut in rem permixtis* Ber. *et ut rem permistus* Lov. 1. et 4. *et ut rem permixtus* Flor. Conjectura Cl. Jac. Gronovii, quae Cl. Crevierio non improbabilis videtur, neque mihi displicet.

§. 9. *Ni ex subsidiis XIII legio*] Put. et Men. *tertia decuma.* Alii *tertia decima* literis fere expressis. J. FR. GRON. De hac orthographia vocis *decumus* v. ad 2, 59, 11. Adde ad 9, 37, 5. 27, 32, 11. 28, 33, 1. 37, 2, 12.

Proelium dubium excepisset] Gall. et Voss. *expetisset. Expe-*

Digitized by Google

gio, in primam aciem inducta, proelium dubium excepisset. Mago quoque ex subsidiis Gallos integrae legioni obposuit. Quibus haud magno certamine fu- 10
sis, hastati legionis undecimae conglobant sese, atque elephantos jam peditum aciem turbantes invadunt. in quos quum pila confertos conjecissent, nul- 11
lo ferme frustra emisso, omnes retro in aciem suorum averterunt: quatuor gravati vulneribus conruerunt. Tum prima commota hostium acies, simul 12
omnibus peditibus, ut aversos videre elephantos, ad

tere proelium est sumere, capessere, ut *expetere poenas*. Noster 6, [29, 2.] *Adeste Dii, testes foederis, expètite poenas debitas simul vobis violatis, nobisque per numen vestrum deceptis.* 1, [25, 9.] *Jam Horatius caeso hoste victor secundam pugnam petebat.* Sic Plautus Mostell. 4, 1. *expetere consilia*, pro capere, vel sumere. J. FR. GRON. *Excipere* et *accipere pugnam* tamen usitatiora sunt de subsidiis. 38, 22, 3. *Ut integri pugnam excipiant.* Ibid. c. 25, 14. *Integri profligatam pugnam acceperunt.* Tacitus 3. Hist. 23. *Sustinuit labantem aciem Antonius, accitis praetorianis: qui ubi excepere pugnam, pellunt hostem.* DUR. *expetisset* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. Reliqui cum Hearnii L. 1. et D. *excepisset.* quam lectionem Doujat. et Crevier. tuentur. *restituisset* in margine Livii conjecit Ant. Perizonius.

Magoque ex subsidiis Gallos integrae legioni obposuisset] Haec res non fuit caussa, cur duodecima legio teneret locum. Itaque distingue, et scribe: *expetisset. Mago quoque ex subsidiis Gallos integrae legioni obposuit.* J. FR. GRON. *Magoque* etc. *opposuit* Flor. Cant. Lov. 3. et Hav. Neque aliter in Put. et Reg. invenit Crevier. *Mago quoque* etc. *opposuit* Lov. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. Et eo adludit ejusdem D. qui praefert *exposuit.* Horum itaque codd. auctoritate conjecturam Gronovii, quam etiam Crevierius probat, recepi. Voculas *que* et *quoque* saepissime in Mstis confundi, supra vidimus ad 5, 27, 1.

§. 10. *Elephantos jam etiam peditum aciem turbantes invadunt*] Voss. *elephantos etiam peditum.* Gud. contra omittit τὸ *etiam*, quod placet. J. FR. GRON. *elephantos etiam peditum* Lov. 2. *elephantos tum peditum* Cant. Hearnii L. 1. et Voss. a m. 1. in cujus margine emendatur *cum peditum acie. elephantos peditum* Hav. *elephantos tam peditum* Lov. 1. et Gaertner. *elephantos tam peditum aciem turbatis* Florent. a m. 1. *elephantos jam peditum acie turbatos* a m. 2. *elephantos jam peditum aciem turbantes* Put. et Lov. 3. ac 5. Ex his certum fit, τὸ *etiam* inducendum esse. Forte etiam legendum est *peditum acie turbantes* ex vestigiis Flor. Virg. Ecl. 1, 12.

Digitized by Google

augendum pavorem ac tumultum effusis. sed, donec
stetit ante signa Mago, gradum sensim referentes
13 ordines, tenorem pugnae servabant; postquam fe-
mine transfixo cadentem, auferrique ex proelio pro-
pe exsanguem videre, extemplo in fugam omnes ver-
si. ad quinque millia hostium eo die caesa, et signa
14 militaria duo et viginti capta. Nec Romanis incru-

Usque adeo turbatur agris. Sed reliqui bene *aciem* vindicant.

§. 12. *Tum prima commota hostium acies*] Etsi Galli ex subsidiis, quae secunda acies erat, in proelium inducti *prima acies* dici possunt, ut 9, 39, 7. *Cadunt antesignani, et, ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies.* tamen hic magis convenire videtur *primum.* 6, 8, 4. *Ibi primum pulsum Antiatem.* 7, 33, 15. *Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit.* 2, 21, 11. *Tum demum impulsi Latini.* DUKER. *Tum primum* Gaertn.

Ut aversos videre elephantos] Put. *odere.* Reg. Men. Voss. *odore.* Scribe *egere.* Pedites intelligo Romanos. J. FR. GRON. *odore* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. Mox *sensim referentes, ordines et tenorem pugnae servabant* Florent. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Vocem *gradum* omittunt Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertner. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 13. *Femine transfixo cadentem*] Vet. lib. *femore.* ut 24, [42, 2.] *Scipionis femur tragula confixum erat.* SIG. Miseret me docti viri, qui *femore transfixo*, pro *femine transfixo*, supponit; praeclaro argumento, quia *transfixum femur* alibi dicit Livius. Atqui idem 22, [51, 7.] *Jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt.* Lucretius [4, 828.] *fastigia surarum ac feminum pedibus fundata.* Cicero 4. Verr. [43.] *Cujus in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.* Quintilianus [6. Inst. 3. *a reo femina sua ferro petita.* Suetonius Tito [4.] *Equo quadam acie sub feminibus amisso.* Caesar 7. de B. Gall. [73.] *Teretes stipites feminis crassitudine.* Sic et legendum ex Modianis, Flor. et Dan. 6. Curtii 1. *Donec hasta femina perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem.* Quod nollem denuo nuper interpellatum. Virgilius in decimo [788.] *Eripit a femine.* Quare nos veterem lectionem, Gall. omnibus et Vossiano volentibus, restituimus. J. FR. GRON. *femore* etiam Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. D. et Brancal. Latinii: pro qua scriptura Sigonius etiam laudare potuisset locum Livii 21, 7, 10. *Adversum femur tragula graviter ictus cecidit.* Verum *femine transfixo* reliqui mei cum Hearnii N. quod, tamquam minus notum, librarii saepius in notius *femore* mutarunt. Silius 1, 540.

Ac femine adverso librata cuspide sedit.

ubi v. quae notavi. Adde ad Liv. 22, 51, 7. Pier. et Taubm. ad Virg.

Digitized by Google

enta victoria fuit: duo millia et trecenti de exercitu praetoris, pars multo maxima ex legione duodecima, amissi. inde et tribuni militum duo, M. Cosconius, 15
et M. Maenius: tertiae decimae quoque legionis, quae postremo proelio adfuerat, Cn. Helvius tribunus militum in restituenda pugna cecidit, et duo et viginti ferme equites inlustres, obtriti ab elephantis,

10. Aen. 788. et Nic. Heins. ad Curtii 3, 12, 2.

Extemplo in fugam omnes conversi] Pall. tres *omnes versi*. GEBH. Omnes Gall. Pall. Voss. *versi*. J. FR. GRON. Similiter Hearnii L. 1. omnesque mei, exceptis Lov. 3. Ber. a m. 1. et Gaertn. qui vulgatum servant. Infra c. 33, 16. *Karthaginiensium equites in fugam verterunt*. 38, 26, 8. *Versuros extemplo in fugam omnes ratus*.

Ad millia hostium eo die caesa] Vet. lib. *ad quinque millia hostium*. SIG. Ita non tantum omnes scripti, sed et editi, quos vidi: ut nesciam, cur ita legendum Sigonius monuerit.

Signa militaria duodeviginti capta] Libri omnes *duo et viginti*. GEBH. Omnes *duo et viginti*. J. FR. GRON. *duo et ducenti* Hearnii L. 1. *duo et viginti* omnes mei cum Hearnii D. N. et edd. antt. *duodeviginti* primum vidi in Ascens. ed. anni 1510.

§. 14. *Duo millia et trecenti de exercitu praetoris*] *duo et trecenti* Lov. 6. *viginti et trecenti* Hav. *viginti et trecentum* Hearnii L. 1. *XX et trecenti* Flor. Voss. Lov. 1. et Hearnii N. sollemni scribarum errore, qui passim millenarii numeri notam ↀ in denarii numeri notam *X* corruperunt. V. ad 33, 14, 5. *M et trecenti de exercitu praetorio* Gaertn.

Duodecima amissa. inde et tribuni] Put. Reg. Mon. Voss. *pars multo maxima ex legione duodecima amissi. inde tribuni*. J. FR. GRON. *amissi*, praeter Harl. et Gaertn. vulgatum servantes, etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. V. ad 27, 1, 12. Mox *M. Costonius* Lov. 4. *M. Cossonius* Lov. 5. *M Consconius* Hearnii N. *Consconvinus* Voss. *M. Cōs Convinus* Lov. 1. *M. Coñs. quominus* Lov. 2. *M. Coñs. Cominius* Lov. 3. *M. Cōsius Cōminius* Hav. *M. Cornelius Cosconius* Gaertn. *M. Allua* Hearnii L. 1. Deinde *et M. Maevius* Flor. et Voss. *et M. Maedius* Harl. *et M. Nevius* Lov. 4. *et Cn. Majus* Lov. 3.

§. 15. *Cn. Helvius tribunus militum*] *Cn. Lelius* Lov. 4. *C. Lelius* Rec. *C. Helnius* Lov. 2. *Cn. Helius* Lov. 3. *C. Elvius* Lov. 5. *C. Helius* Hav. *C. Elius*. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *C. Aelius* Flor. sollemni scribarum lapsu. V. ad 32, 26, 2.

Et duodeviginti ferme equites inlustres] Libri omnes *et duo et viginti*. GEBH. Omnes *duo et viginti equites*. J. FR. GRON. De *equitibus illustribus*, quorum frequens mentio est in Tacito, multa tradiderunt Lipsius ad Tacit. 11. Ann. 4. et Ryckius ad 2. Ann. 59. Ille originem appellationis ad Augusti aetatem refert, hic post Pichenam adnotat, jam dudum ante Augustum sub libera republica *equites illustres* hoc

Digitized by Google

cum centurionibus aliquot perierunt: et longius certamen fuisset, ni vulnere ducis concessa victoria esset.

1 XIX. Mago, proximae noctis silentio profectus, quantum pati viae per vulnus poterat, itineribus ex-
2 tentis, ad mare in Ligures Ingaunos pervenit. ibi cum legati ab Karthagine, paucis ante diebus in sinum Gallicum adpulsis navibus, adierunt, jubentes, primo quoque tempore in Africam trajicere. *idem et*
3 *fratrem ejus Hannibalem (nam ad eum quoque isse legatos eadem jubentes) facturum. Non in eo esse Karthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam ar-*
4 *mis obtineant.* Mago, non imperio modo senatus pe-

loco a Livio memoratos. Hoc satis adversus Lipsium valeret, si ostendisset, equites, qui censum senatorium possidebant, jam libera republica veste senatoria usos, et ob id, quae illius sententia est, *illustres* appellatos fuisse. Mihi *equites illustres* hic non alii esse videntur, quam clari, nobiles, sive genere, sive opibus, sive virtute et factis fortibus, sive quacumque alia re, quae eos praeter caeteros illustres et claros fecerat. Nec alia significatione *equites illustres* obscuris et ignotis a Cicerone 3. Verr. 24. opponi puto. *Quid si equitibus Romanis, non obscuris neque ignotis, sed honestis et illustribus, manus ab Apronio, isto praetore, sine ulla dubitatione adferebantur.* Et sic hoc loco *equites illustres* intelligi possunt cum alii, tum etiam ii, qui, quum equum publicum haberent, vel lectione censorum, vel jure magistratus in senatum venerant; quos equum publicum retinere potuisse, probabile esse dixi ad 29, 37, 8. Hi enim non minus inter equites merere potuerunt, quam *sua voluntate milites in legionibus facti* sunt octoginta illi aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, quos ad Cannas cecidisse dicit 22, 49, 17. Alibi Livius *viros illustres* vocat eos, qui gradu ac dignitate militari ante alios eminebant. 33, 36, 5. *Illustres viri aliquot in illo tumultuario proelio ceciderunt, inter quos praefecti sociûm Ti. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus, et tribuni militum de legione secunda A. Ogulnius et P. Claudius.* Quomodo etiam accipi potest, quod est eodem lib. c. 25, 9. *Exercitum ejus fusum fugatumque, et illustres viros in acie cecidisse.* DUK. *duodeviginti* soli Ber. et Gaertn. *duo et viginti* reliqui mei cum omnibus Oxonn.

§. 1. *In Ligures Ingaunos*] *in Ligures Gaunos* Hearnii L. 1. *in Ligures in Gaunos* Lov. 3. 4. *in Ligures in Gannos* Hav.

Digitized by Google

riculoque patriae motus, sed metuens etiam, ne victor hostis moranti instaret, Liguresque ipsi, relinqui Italiam a Poenis cernentes, ad eos, quorum mox in potestate futuri essent, deficerent, simul spe- 5
rans leniorem in navigatione, quam in via, jactationem vulneris fore, et curationi omnia commodiora, inpositis copiis in naves profectus, vixdum superata Sardinia, ex vulnere moritur: naves quoque aliquot Poenorum disjectae in alto a classe Romana, quae circa Sardiniam erat, capiuntur. Haec terra mari- 6
que in parte Italiae, quae jacet ad Alpes, gesta. Consul C. Servilius, nulla memorabili re in provincia Etruria et Gallia (quoniam eo quoque processe-

§. 2. *Jubentes, primo quoque tempore in Africam trajicere. idem et fratrem*] *trajiceret* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. V. ad 10, 41, 8. Deinde *id et fratrem* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 5. *Nihil sperans leviorem*] Dii perdant sciolos istos, qui hanc nobis lectionem concinnarunt aperte contra mentem Livii, qui scripserat, ut ex vett. codd. bonae notae discere est, *simul sperans leviorem*. MOD. *nihil sperans* primus edidit Curio, hinc Lugd. anno 1553. tum Paris. anno 1573. Priores habuerant *simul sperans*, quod etiam est in omnibus scriptis, nisi quod in uno Harl. sit *et simul sperans*. Deinde *leviorem* primus vulgavit Froben. anno 1535. cujus loco Modii Francofurtana ed. admisit *leniorem*, ut non tantum edd. antt. praeferunt, verum etiam Flor. omnesque alii codd. praeter Lovel. 2. 3. 5. et Hav. Gronovius hunc locum laudans ad 21, 48, 7. *leviorem* adducit, hic tamen in ed. sua servavit *leniorem*. Solent innumeris locis hae voces commutari. V. ad 36, 31, 8.

A classe Romana, quae circa Sardiniam erat, capiuntur] *ab classe Romana* Lov. 4. *classe Romana*, omissa praepositione, Voss. et Lov. 1. quorum posterior paulo ante praefert *navesque aliquot Poenorum*. V. ad 5, 27, 1. Harl. *naves quoque aliae Poenorum*. V. ad 6, 37, 8. Adde, quae notantur ad 10, 23, 11. 21, 11, 5. c. 35, 2. 22, 7, 11. 35, 7, 7. et Gronov. ad 33, 28, 15.

§. 6. *Quae jacet ad Alpes*] Pal. 1. *qua jacet*. Adscriptum exterius *quae adhaeret*. GEBH. *quc jacet* Lov. 1. et Hav. *quia rect ad alpis* Flor. a m. 1. *quae adhaeret ad Alpis* a m. 2.

Consul Cn. Servilius] *C. Servilius*, ut dixi. SIG. Pal. 1. 2. *C. Servilius*. tert. *Gajus Servilius*. GEBH. Unus meorum Ber. *Cn. Servilius*. Praenomen omittit

Digitized by Google

7 rat) gesta, patre C. Servilio et C. Lutatio ex servi-
tute post sextumdecimum annum receptis, qui ad
8 vicum Tanetum a Bojis capti fuerant, hinc patre,
hinc Catulo lateri circumdatis, privato magis, quam

Harl. Vocem *Consul* Lov. 5. *Consul C. Geminus* legit Lov. 3. V. ad 29, 38, 3.

Et Gallia, nam eo quoque praecesserat] Put. *et Gallia quo jam eo quoque.* Reg. et Men. *quae jam eo quoque.* Scribe *in provincia Etruria et Gallia (quoniam eo quoque processerat) gesta.* J. FR. GRON. *et Galliamque jam eo quoque* Flor. a m. 1. *et Galliam, quia eo quoque* a m. 2. *et Gallia quae jam eo quoque* Exc. Pithoei. *et Gallia, jam eo quoque* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Crevierio vulgatum *nam eo quoque* non minus placet, quam id, quod Gronov. substituit. At vulgatum illud tantum superest in Lov. 4. 5. et Harl.

§. 7. *Patre Cn. Servilio* etc.] Tria hic notanda. Primum, quod hic Servilius *Aulus* dicitur 21, [25. 3.] quod illic obiter etiam admonuimus. Alterum quod *post sextumdecimum annum* ait, cum hic nondum sit elapsus annus, et ipse Livius paulo post [c. 21, 9.] *Dedisse id Deos sextodecimo demum anno.* de qua diversa loquendi consuetudine paulo ante [ad c. 2, 8.] copiosius diximus. Tertium, quod hoc in loco *Canneti* captos scribit, cum supra *Mutinae*, diversos, opinor, secutus authores, ut saepe solet. GLAR. *C. Servilio.* Nam in Capitolino consulatu dicitur *C. SERVILIVS C. F.* Capitolinis autem lapidibus favent etiam manuscripti libri. Libro 21, [25, 3.] pro *A. Servilio, C. Servilium* restituimus ex hoc loco. SIG. Consentiunt etiam mei, nisi quod *Cn. Servilio* sit in Ber. *consule Servilio* in Harl. V. ad 22, 14, 13.

Et C. Luctatio patruo] *Lutatio*, ex Graecis et Capitolinis auctoribus. SIG. Si C. Lutatius hic C. Servilii consulis patruus, et patris frater, cur non fuit ejusdem nominis cum patre? Itaque dicendum, ipsum adoptatum e Servilia gente transiisse in Lutatiam, ac Servilianum nuncupatum; vel errorem esse in Livio. PIGH. in Annal. ad ann. LXXXII. p. 102. Non necesse est eo confugere. Nam Catulus potuit esse frater uterinus C. Servilii, patris consulis, qui utique recte *patruus* consulis hic dici potest. Majoris momenti ad excludendam vocem *patruo* est consensus optimae notae Mstorum. DUK. *Lutatio* semper, non *Luctatio*, legendum esse, vidimus ad Epit. Liv. 19. Deinde *patruo* expellunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quam vocem neque in Put. aliove ullo e suis superesse Crevierius notavit. V. etiam Jac. Gronov. ad §. seq. Eamdem igitur ex contextu ejicere non dubitavi. Mox *sextumdecimum* primus edidit J. Fr. Gronovius, Flor. Cant. et tantum non omnibus meis consentientibus. Antea edebatur *decimumsextum*. Lov. 2. legit male *decimumseptimum*.

Qui ad vicum Tanetum a Bojis capti] Si MSS. accederent, pro *qui* magis placeret *quam*. Nepos Aristide c. 3. *Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.* Sic idem in Dion. 5. et 10. et Cic. filius 16. ad

Digitized by Google

publico decore insignis, Romam rediit. Latum ad 9
populum est, *ne C. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, quum id ignoraret, tribunus plebis atque aedilis plebis fuisset, contra*

fam. 20. et Curtius 3, 6, 16. vel *quo.* Nepos Cimon. 3. *Post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est.* ubi tamen alii itidem malunt *quam.* Sed *quo* legit Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 9, 5. DUK. *Tannetum* Flor. Voss. et Lov. 2. ac 4. *Tamnetum* Hav. *Cannetum* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *Canetum* Ber. et edd. vett. V. ad 21, 25, 13. Tum *abolis capti* Flor. *ab Etholis*, vel *ab Aetholis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *ab omnis* Harl. manifesta scribae aberratione.

§. 8. *Hinc patre, hinc patruo latera circumdantibus*] Put. et Voss. *hinc patre, hinc Catulo.* Quod cognomen C. Lutatii patrui. Deinde omnes Gall. et Voss. *lateri.* in ultima voce differentia est. nam Pet. *circumdatus.* Reg. Men. Voss. *circumdantes.* Sed princeps omnium ille Put. *circumdatis.* Hunc ergo tutissimum sequi: *hinc patre, hinc patruo lateri circumdatis.* Curtius 4, [12.] *In duo cornua diviserat peditem, utrimque lateri equite circumdato.* J. FR. GRON. Sic [*hinc patre, hinc Catulo*] quoque Cantabrig. Caeterum tacendum quoque non est, paulo ante in illis *C. Lutatio patruo* vocem postremam ab libro Cantabrig. ignorari. Et idem ex Voss. Gud. annotasse video patrem: atque etiam ex Put. tum hunc, tum Salmasium. Viderint ergo, quorum illa donum est. JAC. GRON. *hinc Catulo* etiam Flor. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. Mox *latera circumdantes* Hearnii L. 1. *lateri circumdantes* Flor. Lov. 2. Hav. et Voss. a m. 1. pro quo manus altera emendat *lateri circumdatus;* quod vidi etiam in Lov. 1. 3. 5. Ber. et Rec. *latere circumdatus* Gaertn. Sed recte Gronov. ex optimo cod. admisit *lateri circumdatis*, quod probant insuper Lovel. 4. Harl. et Hearnii N. ac D. Ita 2, 25, 4. *Ipsa castra, legionibus circumdatis, capta direptaque.* 38, 41, 1. *In saltu, duplici circumdato vallo, mansit.* Ita codd. pro *circumdata.* 40, 13, 4. *In hostiam itineri nostro circumdatam intuens.* Hujus generis sunt *circumdare exercitum castris* 3, 28, 2. *circumdare orbem armatorum sarcinis* 10, 36, 13. *necessitates vobis circumdederit* 21, 43, 3. *circumdare equitatum cornibus* 30, 33, 7. et 33, 18, 9. *circumdare satellites concioni* 34, 27, 5. *circumdare murum urbi* 41, 20, 6. V. Cortium ad Sall. Jug. 25, 9.

§. 9. *Patre, qui sella curuli sedisset, vivo*] Praeturam gessisse, ex Polybio docet Pighius in Annal. ad ann. 19xv. p. 86. DUK. *servo,* pro *vivo,* legit Franc. Hotomann. 3. Obs. 11. V. ad verba sequentia.

Contra quam sancitum legibus erat] Pall. 1. 3. *sanctum.* sec. *factum.* GEBH. Put. duo Pall. *contra quam sanctum legibus erat.* Pal. tertius *factum.* J. FR. GRON. De hac re ita scribit 27, 21, 10. *Servilium negabant jure aut tribunum plebis fuisse, aut aedilem esse, quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium occisum a Bojis circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, vivere, atque in hostium potestate esse, satis*

Digitized by Google

10 *sanctum legibus erat.* Hac rogatione perlata, in provinciam rediit. Ad Cn. Servilium consulem, qui

constabat. Legis, qua hoc prohibebatur, nusquam alibi, neque a Livio, neque ab aliis veteribus scriptoribus mentionem fieri, hoc argumento est, quod viri antiquitatis peritissimi tantum haec duo loca Livii de ea protulerunt. Unde, quum neque de tempore, neque de causa illius latae satis constet, non mirum est, pleraque, quae de ea re a doctis prodita sunt, in conjecturis posita esse, quas non improbabili argumentatione coarguere, quam aliquid certi statuere, facilius est. Manutius legem ad omnes magistratus pertinuisse existimat: nam c. 5. de Legib. Rom. scribit, eam vetuisse *magistratum* ab illo capi, cujus pater in potestate hostium esset, et illius ferendae hanc rationem addit, Romanos, sapientissimos viros, judicasse, *hominis non liberi filium rempublicam administrare nimis indecorum esse.* Idem sensisse Franc. Hotomannum ex eo colligo, quod 3. Observ. 11. hic pro *patre*, *qui sella curuli sedisset*, *vivo*, suspicatur legendum esse, *patre*, *q. s. c. s. servo*, eamque non magnam, et satis *ad rationem legis accomodatam* mutationem esse dicit. Gruchius de Comit. Rom. 2, 3. paucis defungitur, nec quidquam aliud de hac lege adfert, quam cautum fuisse, ut hos magistratus, tribunatum scilicet et aedilitatem plebis, gerere non possent, quorum pater, qui sella curuli sedisset, viveret. Pighius denique ad ann. U. CCLX. p. 94. putat, quo magis adversus potentiam nobilium muniretur tribunicia potestas, cautum fuisse, ne filii, quorum patres curuli magistratu functi adhuc superstites essent, ad tribunatum aedilitatemve plebis admitterentur. Parentum enim jus in liberos potestatem quamvis infringere, ac minuere posse, persuasum fuisse. Nam et (quod ad annum V. IOXXI. p. 101. addit) Dionys. Hal. 2, 26. auctore, aliquando viros illustres, pro Rostris adversus senatum concionantes, nec plebe, nec tribunis intercedentibus, a patribus detractos et abductos fuisse. Auctorem legis ignorare se fatetur; sed occasionem ejus ferendae fuisse suspicatur, quod C. Flaminius, ille qui ad Trasimenum cecidit, quum tribunus plebis legem de agro Picente et Gallico viritim dividendo ferret, a patre manu injecta de Rostris detractus est, ut narrant Cic. 2. de Invent. 17. et Valer. Max. 5, 4, 5. An alii praeter hos de sententia legis et verborum Livii aliquid tradiderint, mihi non comportum est. Sed, quae ab his scribuntur, non ita clara sunt, ut iis omnes tenebrae, quibus haec pars antiquitatis involuta est, dispelli videantur. Non absurda est ratio, qua ductus Manutius, et forsitan etiam Hotomannus, putavit, ad nullos magistratus admissos fuisse eos, quorum patres non essent liberi. Sed primum apertum est ex verbis Livii, hac lege non prohibitos fuisse magistratum gerere eos, quorum patres *servirent*, sed quorum patres, et quidem *qui sella curuli sedissent*, *viverent*; nec ea cautum fuisse, ne hi ullum magistratum, sed ne *tribunatum* et *aedilitatem plebis* capere possent. Nam, si lex de omnibus magistratibus locuta fuisset, omnino ad populum ferendum fuisset, ne C. Servilio fraudi esset, non modo quod *tribunus* et *aedilis plebis*, sed etiam quod *aedilis curulis* et *praetor*, quibus

Digitized by Google

in Bruttiis erat, Consentia, Uffugum, Vergae, Besidiae, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Clampe-

magistratibus eum functum scribit Livius 27, 33. 36. et 28, 10. fuisset, ac tum *consul* esset. Deinde non major erat ratio ab omnibus magistratibus excludendi eos, quorum patres, postquam sella curuli sederant, libertatem amiserant, quam quorum patres numquam illa sederant. Et hoc quoque infirmat conjecturam Hotomanni, praeterquam quod ei adversentur tam scripti, quam editi, libri Livii. Pighii sententiae obstat, cum quod non erat causa aedilitatem plebis ita muniendi adversus potentiam nobilium, ut tribuniciam potestatem, tum maxime illud, quod secundo loco Manutianae opponi posse dixi: neque enim minor in liberos erat potestas patrum, qui sella curuli non sederant, quam qui ea sederant. Nec credo responderi posse, quod viro docto, cum quo de hoc loco agebam, in mentem veniebat, patres, qui sella curuli sederant, fortassis factioni optimatum addictiores existimatos, et ob id horum liberos ad hos magistratus non admissos fuisse: nam semper multi tam ex his, quam ex senatoribus populares erant, et contra multi ex plebe, qui numquam ad honores curules pervenerant, sectam optimatum sequebantur; quibus nullo negotio persuaderi potuisset, ut in filiis tribunis et aedilibus plebis patria potestate uterentur. Dixi, cur mihi, quae de hac lege scripserunt viri docti, nondum satisfaciant; nec dissimulo, me plane ignorare, cur ea tantum a duobus magistratibus plebis non omnes, quorum patres, sed quorum patres *curuli magistratu* functi, viverent, arcuerit. Quaerant doctiores, et simul videant JCti, an hic aliquid sit, quod ad *jus postliminii* pertinere possit. DUK. *sanctum legibus* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav. *sanctitum*, utraque lectione juncta, Gaertn. *se non legibus* Voss. et Lov. 1. *si non legibus* Lov. 2. V. ad 10, 9, 3.

§. 10. *Consentia, Uffugum, Vergae, Besidiae, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Dampetia*] Praeter *Consentiam* haud scio, an ullum aliud horum nominum apud aliquem authorem aut legerim, aut repererim: oportet obscura fuisse loca. GLAREAN. Pal. 1. *Hocriculum*. sec. *Octriculum*. tert. *Otriculum*. GEBH. *Casentia* Harl. *Cosentia* Hearnii L. 1. *Conscentia* Gaertn. et Hearnii N. *Conscientia* Flor. a m. 1. Lov. 4. et Hav. V. ad 8, 24, 4. et 29, 38, 1. De hac urbe agit Cluver. 4. Ital. ant. 15. p. 1317. Tum *Auffugum* Gaertn. *Aufugum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. Exc. Pithoei, et Branc. Latinii. *Aufagum* Lov. 2. *Ausidum* Hearnii L. 1. Hinc *Bergae* vel *Berge* Flor. Voss. Lov. quinque, Hav. Hearnii L. 1. N. D. Exc. Pithoei, et Brancal. Latinii. *Bergo* Gaertn. *Borge* Harl. Deinde *Heraculum* Gaertn. *Hotriculum* Ber. Hav. et Branc. Latinii. *Hocraculum* Voss. *Hocriculum* Lov. 3. 4. *Ocriculum* Flor. Lov. 5. et Harl. *Otriculum* Exc. Pithoei. *Horacl'm* Lov. 2. *Hochaclm* Lov. 1. *Ocheculum* Hearnii L. 1. *Caiculum* Hearnii D. Possea *Lymphaeum, Lympheum*, vel *Limpheum* Flor. Lov. 4. Hav. et Hearnii L. 1. *Lypheum* Lov. 5. *Linceum* Harl. *Linctum* Hearnii D. *Nymphaeum* Exc. Pithoei. *Sipheum* Hearnii N. Praeterea *Argentarium* Lov. 4. Hav. et Brancal. Latinii. Tandem *Dampetia*

Digitized by Google

tia, multique alii ignobiles populi, senescere Pu-
11 nicum bellum cernentes, defecere. Idem consul cum Hannibale in agro Crotoniensi acie conflixit. Obscura ejus pugnae fama est. Valerius Antias quinque millia hostium caesa aït. quae tanta res est, ut aut inpudenter ficta sit, aut neglegenter
12 praetermissa. Nihil certe ultra rei in Italia ab Hannibale gestum. nam ad eum quoque legati ab Karthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt.

1 XX. Frendens gemensque, ac vix lacrimis tem-
2 perans, dicitur legatorum verba audisse. postquam edita sunt mandata, *Jam non perplexe*, inquit, *sed palam revocant, qui, vetando supplementum et pe-*
3 *cuniam mitti, jampridem retrahebant. Vicit ergo*

Voss. Hav. Lovel. 3. Hearnii N. Exc. Pithoei, et edd. ante ultimam Gruteri. *Dampetiae* Hearnii L. 1. *Damperia* Lov. 2. *Dapetia* Ber. *Damneptia* Lovel. 5. *Dampena* Gaertn. *Impetia* Harl. et Hearnii D. *Clampetia* Flor. quomodo recte in ultima ed. vulgavit Gruterus, secutus, ut videtur, Cluver. qui paullo ante ita legendum monuerat in Ital. ant. 4, 15, 1285. Paullo ante *Ad C. Servilium, qui* Lov. 5. *Ad Cn. Caepionem consulem, qui* Lovel. 3.

§. 11. *In agro Crotonensi*] *Crotoniensi* scribendum. A Crotone enim factum est. ut autem *Carthago Carthaginiensem*, sic *Croto Crotoniensem* edit. *Crotona* autem *Crotonensem*, ut *Cremona Cremonensem*. Priscianus. SIG. Ita et plures meorum recte praeferunt. V. ad 28, 26, 1.

§. 12. *Legati ab Karthagine, vocantes in Africam*] Pall. 1. et 3. *revocantes*. GEBH. Ita et Lov. 4. 5. Harl. ac Rec.

§. 1. *Frendens gemensque*] *Fremens gemensque* Harl. *Frendens, fremens, gemensque*, utraque lectione simul juncta, Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Mox *verba audivisse* Hav. Deinde *edicta sunt mandata* Cant. Ber. Gaertn. et edd. usque ad Froben. anni 1531. V. ad 21, 62, 7.

§. 2. *Jampridem retrahebant*] Sufficere videtur, quod est in optimo et melioribus, *jampridem trahebant*. J. FR. GRON. Livius tamen 10, 25, 13. *Ab Ap. Claudio praetore retractum quidam videri volunt*. 21, 63, 11. *Revocandum universi retrahendumque censuerunt*. Et Cic. 2. de Finib. 17. *Si Hannibalem in Africam retraxisset* Scipio. DUKER. *trahebant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii L. 1. ac

Digitized by Google

Hannibalem non populus Romanus toties caesus fugatusque, sed senatus Karthaginiensis obtrectatione atque invidia. neque hac deformitate reditus mei tam 4
P. Scipio exsultabit atque efferet sese, quam Hanno, qui domum nostram, quando alia re non potuit, ruina Karthaginis obpressit. Jam hoc ipsum prae- 5
sagiens animo, praeparaverat ante naves. itaque, inutili militum turba praesidii specie in oppida Bruttii agri, quae pauca magis metu, quam fide, continebantur, dimissa, quod roboris in exercitu erat, in Africam transvexit: multis Italici generis 6
(quia in Africam secuturos abnuentes concesserant in Junonis Laciniae delubrum, inviolatum ad eam diem) in templo ipso foede interfectis. Raro quem- 7
quam alium, patriam exsilii caussa relinquentem,

N. Paullo ante *negando*, pro *vetando*, Lov. 5.

§. 3. *Non populus Romanus toties caesus fugatusque, sed senatus* etc.] De indignatione Annibalis ex Italia discedere coacti ita Silius [17, 185.]

Audivit torvo obtutu defixus, et aegra etc.

MODIUS.

§. 4. *Quando alia re non potuit*] *ante alia re* Gaertn. *quando aliena re non potuit* Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Flor.

§. 6. *In Africam secuturos abnuentes*] *in Africam se secuturos* Lov. 2. Vox vel in uno illo repetita esse potest ex initio sequentis, quale exemplum supra habuimus ad 21, 22, 7. vel excidisse ex reliquis ob similitudinem syllabae sequentis. V. ad 29, 21, 7. Pronomen autem sine ullo damno sensus vel adesse potest, vel abesse. Solet enim saepe omitti per ellipsin. V. ad 1, 23, 5. Verius itaque est, ut in uno, quam in reliquis omnibus, erratum esse existimemus.

§. 7. *Patriam exsilii caussa relinquentem, magis moestum abisse ferunt, quam*] Pal. 3. *patriam exsilii caussa linquentem tam* (ita et sec.) *moestum abiisse ferunt.* GEBH. Optimi desecant *τὸ magis.* Pall. tres *tam moestum.* duo *linquentem.* J. FR. GRON. *linquentem* solus meorum Harl. *Τὸ magis* vero non adparet in Flor. Voss. et Lov. 1. ac 4. *tam moestum* legunt Lov. 2. 3. 5. Harl. Rec. et Hearnii L. 1. *magis* etiam in nullo sibi cod. obcurrisse, Crevier. testatur; illam tamen particulam vel, quae in aliis exstat, *tam* necessariam recte judicat. Mox *hostium terram excedentem* Lov. 5. Livio

Digitized by Google

magis moestum abisse ferunt, quam Hannibalem hostium terra excedentem: respexisse saepe Italiae litora, et Deos hominesque accusantem, in se quo-
8 que ac suum ipsius caput exsecratum, *Quod non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam duxisset. Scipionem ire ad Karthaginem ausum, qui*
9 *consul hostem in Italia Poenum non vidisset. se, centum millibus armatorum ad Trasimenum et Cannas caesis, circa Casilinum, Cumasque, et Nolam consenuisse.* Haec accusans querensque, ex diutina possessione Italiae est detractus.

familiarem hanc locutionem esse, vidimus ad 2, 37, 8. Invitis tamen reliquis uni huic testi fidem habere non audeo, quum et altera constructio saepe apud Livium obcurrat. V. ad 8, 2, 8. 10, 2, 3. Potest etiam unius illius cod. scriba indoctior errorem commisisse censeri, quem notavi ad 6, 3, 8.

Et Deos hominesque accusantem, se quoque ac suum ipsius caput exsecrantem] Pall. tres, et vet. ed. *in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum.* GEBH. *To et* a fronte supervacuum esse et cancellandum censeo. Dein elegantius scripti: *in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum.* Firmat ipse auctor 10, [28, 18.] *Haec exsecratus in se hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum.* 39, [51, 12.] *Exsecratus deinde in caput regnumque Prusiae, et hospitales Deos violatae ab eo fidei testes invocans.* Et eodem lib. [c. 10, 2.] *Et in caput eorum detestari minas periculaque, qui id suasissent.* 40, [3, 5.] *Exsecrationesque in agminibus proficiscentium in regem.* Neque aliter olim editi ab Andrea ad Moguntiacenses. Primum video omisisse Frobenium. J.FR. GRON. Voculam *et*, quam Gronov. supervacuam judicabat, omisit Hearnii L. 1. Deinde *in se quoque* Flor. a m. 1. Voss. omnesque mei, praeter Lov. 2. qui praepositionem omisit, et Ber. qui ejus loco *et* habet a m. 2. Egregium iterum curae ac diligentiae, qua in Livio versatus est, specimen hoc loco edidit Doujat. Quod enim Gronov. de prima vocula *et* monuit, alio detorquens notat, ex scriptis legendum videri *in se quoque* etc. *exsecratum*, quum vulgo editi habeant *et se quoque.* Verum in nulla me editione hanc lectionem invenisse profiteor. Praeterea *et caput suum exsecratum* Lov. 2. *ac sui ipsius caput exsecratum* Hav. Male. De locutione hac plura v. ad 7, 40, 9. Mox §. seq. *hostem Poenum in Italia non vidisset* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§. 9. *Se, centum millibus armatorum ad Thrasymenum et Cannas caesis*] Pall. 2. *se cum centum m. ar. ad Thr. aut Cannas.* tert. *se cum C. mill. ad*

Digitized by Google

XXI. Romam per eosdem dies, et Magonem et 1
Hannibalem profectos, adlatum est. cujus duplicis gratulationis minuit laetitiam, et quod parum duces in retinendis iis (quum id mandatum ab senatu esset) aut animi, aut virium habuisse videbantur; et quod solliciti erant, omni belli mole in unum 2
ducem exercitumque inclinata, quo evasura esset res. Per eosdem dies legati Saguntini venerunt, 3
comprehensos cum pecunia adducentes Karthaginienses, qui ad conducenda auxilia in Hispaniam trajecissent. ducentûm et quinquaginta auri, octingen- 4

Thr. ad Cannas caesis. GEBH. *secum centum millia* Gaertner. Tum *ac Cannas* Lov. 4. *ad Cannas* Lov. 3. et Harl. *aut Cannas* Flor. Voss. et Hav.

Circa Casilinum, Cumas, Nolamque consenuisse] Pall. 1. ac 3. *circa Casilinum, Cumasque, et Nolam consenuisse.* sec. *circa Casilinum, et Cumas, et Nolam consenuisse.* GEBH. Omnes Gall. et duo Pall. *circa Casilinum, Cumasque, et Nolam consenuisse.* J. FR. GRON. *circa Casilinum Cumasque consenuisse* Voss. Lovel. 1. 2. et Hearnii N. *circa Casilinum, Cumasque, et Nolam consenuisse* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. quod recte Gronov. probavit. V. ad 2, 31, 1.

§. 1. *Romam per eosdem dies*] *per eos dies* Lov. 5. V. ad 10, 10, 6. Mox *duplicis gratulationis relatio minuit laetitiam*, perperam addita media voce, Ber. et edd. ante Froben. qui anno 1535. eam delevit. Deinde *et quo parum duces eorum*, addita ultima voce, Lov. 4. contra primam vocalem *et* non agnoscit Flor. Hinc *quum ad id mandatum* Flor. Voss. Lov. 2. et Hav.

§. 2. *Omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata*] *omni mole belli* Harl. *τὸ belli* deest in Lov. 1. Tum *in unum exercitum ducemque* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Mox §. seq. *comprehensos cum pecunia ad ducentos* Lov. 1. *comprehensis cum pecunia ad ducentos* Lovel. 2. *comprehensos cum pecunia ad CC* Voss.

§. 4. *Ducenta et quinquaginta auri, octoginta pondo argenti*] Omnes Gallici, Voss. Gud. et veteres editi usque ad Moguntinos, qui mutarunt, expresse, *ducentum et quinquaginta auri, octingentum.* V. de Pec. vet. 1, 7. J. FR. GRON. Pariter se in L. 1. et N. invenisse, Hearnius testatur. *ducentum et L. auri, VIII. argenti* ejusdem D. *ducentum et quinquaginta auri pondo, octoginta argenti* Hav. et Lov. 4. *ducentum et quinquaginta auri, octingentos* (vel *octinginta*) *pondo argenti* Lov. 1. 2. 5. et Harl.

§. 6. *Transitus Hannibalis in Italiam quantum terroris pavorisque injecisset, sese meminisse*] Pal. 1. 3. et vet. ed. *Transi-*

Digitized by Google

tûm pondo argenti in vestibulo curiae posuerunt.
5 Hominibus acceptis et in carcerem conditis, auro argentoque reddito, gratiae legatis actae: atque insuper munera data ac naves, quibus in Hispa-
6 niam reverterentur. Mentio deinde ab senioribus facta est, *Segnius homines bona, quam mala, sentire. Transitu in Italiam Hannibalis, quantum terroris pavorisque, sese meminisse, quas deinde cla-*
7 *des, quos luctus incidisse? Visa castra hostium e muris urbis: quae vota singulorum universorumque*

tum Annibalis in Italiam quantum pavoris terrorisque esse. Pal. 2. *Transitu in Italia Annibalis quantum pavoris terrorisque senserint, sese meminisse.* GEBH. Varie interpolatus locus. Primo omnes Gall. praeter unum, *Transitu in Italiam Hannibalis.* Pal. unus, *Transitum in Ital. Han.* Duo reliqui cum Andrea et eum secutis *Transitum Hannibalis in Italiam.* Aldina demum *Transitus.* Verbum *injecisset* omnibus deest scriptis. Put. Mon. Voss. et duo Pall. *pavorisque esse meminisse.* Reg. *pavorisque sese meminisse.* Pet. *pavorisque esset meminisse.* tertius Pal. *pavorisque senserint, sese meminisse.* Andreas, Tarvis. Ven. Bechar. *pavorisque esse se semper meminisse.* Ascensius *injecisse, se semper meminisse.* Mog. *injecisset, se semper meminisse.* Gryphius recidit τὸ *semper.* Quae additamenta cum τῷ *injecisset* orta sunt ab illis, qui morem Livii in obliquis hujusmodi orationibus suspendendi sermonem per infinitivos non deprehenderant, nec bene distinguere poterant. Verum videtur: *Transitu in Italiam Annibalis quantum terroris pavorisque, quas deinde clades, quos luctus incidisse?* J. FR. GRON. Quem etiam v. 2. Obs. 14. p. 324. Ei se consentire Crevier. fatetur. *Transitu in Italiam Hannibalis* Flor. Lov. 5. Harl. et Hearnii L. 1. *Transitu Hannibalis in Italiam* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *Transitum Hannibalis in Italiam* Lov. 1. 2. Ber. et Hearnii N. *Transitum in Italiam Hannibalis* Lov. 4. et Hav. Tum *pavorisque esse se semper meminisse* Ber. et Gaertn. *pavorisque fuisset meminisse* Lov. 3. *pavorisque esse meminisse* Lov. 1. 2. et Hav. Neque aliter Flor. a m. 1. qui *esset meminisse* praefert a m. 2. consentientibus Lov. 4. et 5. *pavorisque sese meminisse* Harl. et Hearnii L. 1. Paullo ante *senatoribus*, pro *senioribus*, Voss. Lov. 1. 4. et Rec. V. ad 39, 55, 1.

§. 8. *An umquam ille dies futurus esset*] Egregie Put. et meliores: *En unquam.* Sic priscae editiones, sic plures vulgatarum ante ultimas. Et his jam restituimus Livio. Formula est παθητικὴ vehementer optantium per interrogationem. Ut apud Plautum Trinummo [2, 4, 188.] *o pater, En unquam adspiciam te.* Virgilius [ecl. 1, 68] *En unquam*

Digitized by Google

fuisse? quoties in conciliis voces, manus ad coelum porrigentium auditas: En umquam ille dies futurus 8
esset, quo vacuam hostibus Italiam bona pace florentem visuri essent? Dedisse tandem id Deos sexto- 9
decimo demum anno: nec esse, qui Diis grates agendas censeant. Adeo ne advenientem quidem gratiam homines benigne accipere, nedum ut praeteritae satis memores sint. Conclamatum deinde ex omni parte 10
curiae est, uti referret P. Aelius praetor: decretumque, ut quinque dies circa omnia pulvinaria sup-

patrios longe post tempore fines etc. *videns mirabor?* Nostet 9, 10, 5. *En unquam futurum, ut congredi armatis cum hoste liceat?* Aut etiam indignantium. Terent. Phorm. [2, 2, 1.] *En unquam cuiquam contumeliosius Audistis factam injuriam?* Nostet 4, [3, 10.] *En unquam creditis fando auditum esse, Numam Pompilium non modo non patricium, sed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi jussu, Patribus auctoribus, Romae regnasse?* 10, [8, 10.] *En umquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de coelo demissos.* Viderint, quo jure pro simplici interrogatione eamdem Plauto infulserint aliquot locis nuperi. Equidem rectius plerisque puto retineri *An umquam*, aut *Unquamne*, aut *Num unquam*, quae illi mutarunt. Valer. Max. 7, 6. *En quam aliquis in acie hortaretur, ut pro salute conjugum ac liberorum fortiter dimicaret!* Sic legendum clamat ipse locus. Pighius tamen, *Eamne unquam.* Lipsius, *En quem.* Colerus *En unquam.* J. FR. GRON. Tangit, ni fallor, Mercerum ad Nonium, v. *Crepare*, et Guilielmium Miscell. Quaest. in Plaut. c. 5. ac forsan etiam Scioppium 4. Susp. Lect. 1. Recte, mea sententia, de usu particulae *en* cum *umquam* sentit Gronovius. nec video, cur apud Terent. Phorm. 2, 2, 15. potius legendum sit, *Cedo dum, en umquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?* quam *an umquam.* etsi illud tuetur Rivius, et pleraeque edd. expresserunt. DUK. Lectionis a Gronovio recte damnatae auctor in postrema editione Gruterus extitit, quae in nullo cod. mihi obvia fuit. *umquam ille dies* est in Voss. Lovel. 1. 3. 4. *numquam ille dies* in Flor. et Harl. cum Hearnii L. 1. ac N. *umquamne ille dies* in Lov. 2. et Hav. *ea umquam illa dies* in Gaertn. Sed adsentior Gronov. *En umquam* legenti, qui eamdem voculam restituit 10, 8, 10. et 24, 14, 3. ubi plura dixi.

§. 9. *Dedisse tandem id Deos sextodecimo demum post anno*] Put. Voss. alii *sextodecimo demum anno*, expulso τῷ *post.* Cic. 10. ad Fam. 23. *Quem triduo, cum has dabam literas, exspectabam.* Et alibi, *Diebus octo, quibus has dabam.* 13. Ep. 14. *Ut te, quem jam diu plurimi facio, tanto intervallo viderem.* Catull. [carm. 13.]

Digitized by Google

plicaretur, victimaeque majores inmolarentur cen-
11 tum viginti. Jam dimiſſo Laelio legatisque Masinissae, quum Karthaginiensium legatos de pace ad senatum venientes Puteolis visos, inde terra venturos adlatum eſſet; revocari C. Laelium placuit, ut co-
12 ram eo de pace ageretur. Q. Fulvius Gillo, legatus Scipionis, Karthaginienses Romam adduxit: quibus, vetitis ingredi urbem, hospitium in villa publica, senatus ad aedem Bellonae datus eſt.

1 XXII. Orationem eamdem ferme, quam apud Sci-

Paucis, si tibi Dii favent, diebus.

J. FR. GRON. Uno excepto, omnes mei cum Hearnii N. et edd. antt. vocem *post* omittunt; quam demum Frob. anno 1535. adscivit, forte, ut conjicio, ex cod. Rhenani Spirensi; nam exſtat etiam in meo Harl. qui semper ei adhaerere solet. Caes. 1. B. Civ. 48. *Accidit repentinum incommodum biduo, quo haec gesta sunt.* V. Cort. ad Sall. Jug. 13, 6.

Nec esse, qui Diis gratias agendas censeat] Optimus codex *nec esse fuit, qui Deis grates agendas censeant.* Reg. Men. Voſſ. *nec esse fuit, qui Dei sacratas agendas censeant.* Videos, veram eſſe antiquiſſimi scripturam, nisi quod *τὸ fuit*, quid sibi velit, non exputo. Sensus abolet, et forte ex sequentibus apicibus ortum eſt, quos cum male expressisset librarius, quod expresserat, delere noluit. J. FR. GRON. *necce quod eis sacratas agendas censeat* Hearnii N. *necesse fuit quid eis sacratas agendas censeant* Voſſ. et Lov. 1. *necesse fuit, qui Dei sacratas agendas censeant* Flor. *Deis*, pro *Diis.* V. ad 10, 40, 13. *grates*, pro *gratias.* V. ad 23, 12, 7. *Τὸ fuit* videtur ex duplicis lectionis conjunctione natum esse: quum enim in aliis *nec esse, qui censeant*, in aliis *nec fuit, qui censeat* partim in contextu, partim in margine scriptum fuiſſet, inde factum eſt tandem *nec esse fuit, qui censeant.* Mox *praeteritae salutis memores sint*, pro *satis memores*, Harl. Rec. et Brancal. Latinii.

§. 10. *Victimaeque majores inmolarentur centum viginti*] *victumaeque* Flor. Tum *CC viginti* Lov. 3. et Gaertn.

§. 12. *Hospitium in villa publica*] Ut solebat legatis hoſtium. 33, 24, 5. Hinc quoque colligunt quidam, aedem Bellonae villae publicae vicinam fuiſſe. V. Vignol. ad Column. Antonini Pii c. 2. DUKER.

§. 2. *Sed ante etiam Saguntinis privato consilio bellum intulisse*] Pal. 3. *nec Romanis solum, sed ante etiam Saguntinis bellum incidisse.* GEBH. *non Romanis solum, sed etiam ante* Ber. *non Romanis solum, sed*

Digitized by Google

Scipionem, habuerunt; culpam omnem belli a publico consilio in Hannibalem vertentes. *Eum in-* 2
jussu senatus non Alpes modo, sed Iberum quo-
que, transgressum: nec Romanis solum, sed ante
etiam Saguntinis, privato consilio bellum intulisse.
Senatui ac populo Karthaginiensi, si quis vere aesti- 3
met, foedus ad eam diem inviolatum esse cum Ro-
manis. Itaque nihil aliud sibi mandatum esse, uti 4
peterent, quam ut in ea pace, quae postremo cum
consule Lutatio facta esset, manere liceret. Quum, 5
more tradito, Patribus potestatem interrogandi, si

ante etiam Gaertn. et edd. ante Aldinam. Paullo ante *Iberum quoque transisse* Hearnii D.

§. 3. *Si quis vera aestimet, foedus ad eum diem inviolatum esse*] Pal. pr. *si quis vere existimet.* tert. *vera existimet.* GEBH. Omnes Gall. optimus Pal. Voss. *vere.* 3, [19, 6.] *Plus, hercle, aliquanto, qui vere rem aestimare velit.* J. FR. GRON. *vere* etiam omnes mei cum Hearnii N. ac D. Cic. 7. ad Attic. 1. *Pompejus non dubitat, (vere enim judicat) ea, quae de republica nunc sentiat, mihi valde probari.* V. infra ad 34, 27, 1. Tum *ad eam diem* omnes mei, et editi usque ad Gruterum, cujus ultimam ἔκδοσιν, *ad eum diem* praeferentem, reliqui editores secuti sunt. Veterem lectionem revocavi, quum ob Mstorum codd. auctoritatem, tum quod Livius saepissime *ad eam diem* pro ad id tempus usque usurpavit. Exempla v. 1, 59, 8. 2, 21, 6. 4, 10, 1. 6, 23, 9. 9, 36, 1. 10, 38, 1. 28, 38, 4. 32, 28, 4. 35, 42, 2. Et quidem, ubi praecise de certo die sumendum, occurrit 5, 9, 8. *Kalendis Octobribus magistratum occiperent: seque eam ante diem magistratu abdicavere.* Alibi tamen potius hoc sensu *eo die* dixit. V. 3, 33, 8. c. 46, 3. c. 69, 8. 7, 17, 5. 8, 10, 10. 9, 37, 11. 10, 2, 15. c. 29, 17. aliisque locis. Paullo ante *senatui ac populo Karthaginiensium* Ber. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Quae postremo cum consule Lutatio facta esset, manere liceret*] *cum C. Lutatio* Lov. 5. V. ad 22, 14, 13. Tum *facta est* Ber. et Gaertn. cum edd. ante Aldum. Hinc *maneret* Lov. 1. *manere liceat* Lov. 5. Paullo ante *nil aliud sibi mandatum esse* Harl. V. ad 6, 40, 3. *nihil aliud mandatum sibi esse* Lov. 1. et 5.

§. 5. *Quum, more tradito a Patribus, potestatem interrogandi, si quis quid vellet, legatis praetor fecisset*] Legendum *interrogandi, si quis quid vellet, legatos praetor fecisset.* Sequitur enim, *senioresque, qui foederibus interfuerant, alia alii interrogarent.* Perperam Pal. 3. exhibet *potestatem interrogandi, si quis quid vellet, legatos quod populus Romanus*

Digitized by Google

quis quid vellet, legatos praetor fecisset; seniores-
que, qui foederibus interfuerant, alia alii interro-
garent, nec meminisse per aetatem (etenim omnes
6 ferme juvenes erant) dicerent legati; conclamatum
ex omni parte curiae est, *Punica fraude electos, qui
veterem pacem repeterent, cujus ipsi non meminissent.*
1 XXIII. Emotis deinde curia legatis, sententiae
interrogari coeptae. M. Livius *C. Servilium consu-
lem, qui propior esset, arcessendum, ut coram eo*
2 *de pace ageretur*, censebat. *quum de re majore,
quam quanta ea esset, consultatio incidere non pos-
set, non videri sibi, absente consulum altero, ambo-*

fecisset. GEBH. Lege et distingue cum Freinshemio *Quum, more tradito, Patribus.* 37, [1, 3.] de legatis Aetolorum: *Caeterum et praesentes interrogationibus undique senatorum, confessionem magis noxae, quam responsa, exprimentium, fatigati sunt.* J. FR. GRON. Freinsh. ad Taciti 1. Hist. 44. loco, quem Gronovius innuit, non tantum *more tradito, Patribus* sine praepositione legendum monuit, verum etiam *interrogandi, si quis quid vellet, legatos.* Et quidem *a Patribus* supereft in omnibus libris. *legatos* autem probant omnes scripti, et editi usque ad Sigonium. Utramque Freinsh. emendationem recte Gronov. in contextum recepit. Priorem minime dubiam Crevierius vocat. Aliud exemplum, ubi senatores, quid velint, legatos interrogant, supra obcurrit 8, 21.

Nec meminisse se per aetatem] Omnes Gall. et Voss. relegant τὸ *se.* V. supra ad 28, 24, 14. J. FR. GRON. Quem etiam v. ad 40, 42, 3. Illud *se* etiam deest in omnibus meis (solo excepto Ber.) et in Hearnii L. 1. ac N. Adsumtum est pronomen ex vocis praecedentis syllaba finali. Alia exempla v. ad 2, 15, 3. 7, 5, 6. 35, 51, 5. Solet autem idem pronomen saepe per ellipsin omitti. V. ad 1, 23, 5. Ceterum *non meminisse* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Mox §. seq. *cujus ipsius non meminissent* Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. ante Aldinam.

§. 1. *Emotis deinde curia legatis*] *Remotis* Hav. *Emissis* Lov. 4. et Hearnii D. quod recte rejecit Gebhard. ad 25, 1, 10. Verbum est vere Livianum. Supra 6, 38, 8. *Lictores, qui de medio plebem emoverent, misit.* 25, 1, 10. *Quum emovere eam multitudinem e foro conati essent.* 26, 34, 9. *Qui ad Romanos transissent*, etc. *cis Vulturnum emovendos censuerunt.* Et, *Qui eorum trans Tiberim emoti essent.* 27, 3, 2. *Milites aedificiis emotos in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter coëgerat aedificare.* Plura v. ad 42, 50, 6.

Digitized by Google

busve, eam rem agi, satis ex dignitate populi Romani esse. Q. Metellus, qui triennio ante consul 3
dictatorque fuerat, *Quum P. Scipio, caedendo exercitus, agros populando, in eam necessitatem compulisset hostes, ut supplices pacem peterent; et nemo* 4
omnium verius existimare posset, qua mente ea pax peteretur, quam is, qui ante portas Karthaginis bellum gereret; nullius alterius consilio, quam Scipionis, accipiendam abnuendamve pacem esse. M. Va- 5
lerius Laevinus, qui bis consul fuerat, *Speculatores, non legatos, venisse,* arguebat: *jubendosque Italia excedere, et custodes cum iis usque ad naves mit-*

M. Livius Cn. Servilium consulem, qui prior esset] Pro *prior*, alii *propior* recte legunt: et Servilium Geminum hic innuit. GLAREAN. *C. Servilium*, ut dixi. SIG. *prior* etiam Voss. in contextu, Lov. 1. et Gaertn. V. ad 5, 15, 4. Sed alterum, quod est in reliquis, recte Glareanus praetulit. Per consulem autem propiorem intelligit eum, qui Etruriam sortitus est, quum alteri Bruttii obvenerint. V. c. 1. Et quidem Servilius Geminus, qui Etruriam habuit, *Caji*; Servilius Caepio, qui Bruttios, *Cnaei* praenomine adpellati fuerunt. V. ad 29, 38, 3.

§. 2. *Quum de re majore, quam ea esset, consultatio*] Quidam pro *ea* substituerunt *quanta*, quod mihi non probatur. GLAR. Put. Reg. Mon. *quam quanta ea esset.* Recte. J. FR. GRON. *quam quanta esset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Pro eo Ascens. anno 1513. substituit *quam ea esset*: quod adversus Aldum, priorem scripturam revocantem, Glareanus defendit, quum in nullo Mso supersit. *quam quanta ea esset*, ut Gronov. ex optimis emendavit, etiam Flor. et Hearnii L. 1.

Absente consulum altero, ambobusve, eam rem agi] *altero, ambobus eam rem agi* Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *altero. a Patribus eam rem agi* Hav. Paullo ante *videri* deest in Lov. 1. Mox §. seq. *hostes compulisset*, trajectis vocibus, Flor. et Lov. 5.

§. 4. *Et nemo omnium verius existimare posset*] Pal. 3. *et nemo omnium rerum* etc. Statim Pall. tres, *quam eum, qui ante portas Carthaginis bellum gereret.* Mox iterum Pal. 3. *nullius itaque alterius consilio.* GEBH. *nemo omnium rem verius* Lov. 5. *nemo omnium rem veram* Rec. Male. *verius existimare*, ut *vere aestimare* cap. praec. Mox *quam eum, qui* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et edd. ante Asc. anni 1513.

Accipiendam abnuendamque pacem esse] Put. *abnuendamve.* J. FR. GRONOV.

Digitized by Google

tendos; Scipionique scribendum, ne bellum remitte-
6 *ret.* Laelius Fulviusque adjecerunt: *Et Scipionem in eo positam habuisse spem pacis, si Hannibal et*
7 *Mago ex Italia non revocarentur. Omnia simulaturos Karthaginienses, duces eos exercitusque exspectantes. deinde, quamvis recentium foederum et Deo-*
8 *rum omnium oblitos, bellum gesturos.* Eo magis in Laevini sententiam discessum. Legati pace infecta, ac prope sine responso, dimissi.

1 XXIV. Per eos dies Cn. Servilius consul, haud dubius, quin pacatae Italiae penes se gloria esset,

§. 5. *Jubendosque eos Italia excedere*] Pal. pr. *jubendosque ex Italia secedere.* sec. *arguebat, videndos Italia secedere.* tert. *jubendosque Italia excedere.* GEBH. *jubendosque ex Italia secedere* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *jubendosque eos ex Italia secedere* Gaertn. *jubendosque ex Italia excedere* Lov. 3. 5. *jubendosque Italia excedere* Flor. et Lov. 4. Pronomen itaque *eos*, vix in uno Ber. inventum, expunxi. *Excedere Italia* supra inlustratur ad 10, 2, 3. Paullo ante Valerii praenomen *M.* deerat in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et Hav.

§. 6. *Si Hannibal et Mago Italia non revocarentur*] Ita primum exhibuit ultima Gruteri ἔκδοσις, quod deinde posteriores editores servarunt. Omnes non tantum edd. sed et Msti mei cum Hearnii Oxonn. et, ut Cl. Sallier. monuit, Put. *ex Italia.* quod restitui.

§. 7. *Ceterum omnia simulaturos Karthaginienses, duces eos exercitusque exspectantes*] Put. Reg. Men. Voss. carent τῷ *Caeterum.* J. FR. GRON. Eadem voce carent etiam, solo Ber. excepto, omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Ceterum Gronov. pr. ed. not. insuper monuit, omnes Gall. legere *spectantis*, vel *spectantes*, idque idem esse suspicatus est, ac *respicere* apud Senec. in Herc. Fur. 818.

Tunc et meas respexit Alcides manus.

Id tamen rectius postea omisit. Quicumque enim codd. ita exhibent, (mei omnes servant *exspectantes*) errore scribarum vitiati videntur. Passim enim *spectare*, pro *exspectare*, perperam dederunt. V. ad 1, 9, 7. c. 52, 3. 7, 24, 6. (ubi perperam Gebhard. *spectare* idem notare monuit, atque *exspectare*) 28, 27, 9. et alibi. Adde Freinsh. ad Curtii 8, 8, 16. et Munker. ad Hyg. Poët. Astron. 1, 6. p. 350. Eosdem librarios etiam male *exspectare*, pro *spectare*, dedisse, vidimus ad 6, 33, 1.

§. 8. *Ac prope sine responso, dimissi*] Put. *responsu.* J. FR. GRON. Ita et Flor. V. ad 5, 13, 5.

§. 1. *Quin pacatae Italiae pe-*

Digitized by Google

velut pulsum ab se Hannibalem persequens, in Siciliam, inde in Africam transiturus, trajecit. Quod 2
ubi Romae vulgatum est, primo censuerunt Patres, ut praetor scriberet consuli, senatum aequum censere, in Italiam reverti eum: deinde, quum praetor, 3
spreturum eum literas suas, diceret, dictator ad id ipsum creatus P. Sulpicius, pro jure majoris imperii, consulem in Italiam revocavit: reliquum anni, 4
cum M. Servilio magistro equitum, circumeundis Italiae urbibus, quae bello alienatae fuerant, noscendisque singularum caussis consumsit. Per inducia- 5

nes se gloria esset] Pal. 2. *quin pacis Italiae penes se gloria esset.* At pr. valde vitiose, *quin pace Italiae penes se gloriasset.* GEBH. *quin pace Italiae penes se gloria esset* Lov. 1. et Hav. *quin pace Italiae penes se gloriasset* Flor. et Lov. 5. Recte autem in initio cap. Cl. Jac. Gron. revocavit veterum codd. lectionem *Cn. Servilius consul*, pro quo ultima Grut. editio receperat *C. Servilius consul.* Intelligitur enim Servilius Caepio, qui Bruttios provinciam adversus Hannibalem sortitus erat. Is autem *Cnaei* praenomen habuit. V. ad cap. praec. §. 1. Paullo post *inde et in Africam* Flor.

§. 3. *Deinde, quum praetor, spreturum eum literas suas, diceret*] *Dein* Flor. et Hav. V. ad 3, 3, 6. Hinc *quum praetor spretum eum literas suas diceret* Flor. *quum eum praetor spretum literas suas diceret* Lov. 4. An forte legendum *spretas literas suas*? Suspicio enim praetoris, consulem literas suas spreturum, vix satis gravis creando dictatori caussa videtur. Mox *qui jure majoris imperii* Lov. 3.

§. 4. *Circumeundis in Italia urbibus*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *circ. Italiae urbibus.* tert. *in Italiam.* GEBH. Omnes Gall. optimus Palat. Andreas et Aldina *circumeundis Italiae urbibus.* J. FR. GRON. Ita cum Hearnii L. 1. et N. et edd. mtt. ante Froben. anni 1535. etiam Flor. omnesque codd. mei, nisi quod quidam *circumeundum Italiae urbibus* vitiose praeferant. Mox *notandisque*, pro *noscendisque*, Lov. 3. et Harl. V. ad 36, 22, 4.

§. 5. *Cum commeatu et viginti rostratarum praesidio, et ab hoste, et ab tempestatibus mari tuto*] Pal. 1. *cum commeatu XX rostratarum praesidio.* tert. *cum commeatu et XX rostratarum praesidio, et ab hoste et ab maritimis tempestatibus tuto, in Africam transmiserunt.* GEBH. *cum commeatu, viginti rostratarum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. Potest etiam particula copulans omitti. Deinde *XXI rostratarum praesidio* Hearnii D. Tum *praesidio actae et ab tempestatibus* Hearnii N. *praesidio et ab-*

Digitized by Google

rum tempus et ex Sardinia ab Lentulo praetore centum onerariae naves, cum commeatu et viginti rostratarum praesidio, et ab hoste, et ab tempestatibus
6 mari tuto, in Africam transmiserunt. Cn. Octavio ducentis onerariis, triginta longis navibus ex Sicilia
7 trajicienti, non eadem fortuna fuit. In conspectum ferme Africae prospero cursu vectum primo destituit ventus; deinde versus in Africum turbavit, ac pas-
8 sim naves disjecit. ipse cum rostratis, per adversos fluctus ingenti remigum labore enisus, Apollinis
9 promontorium tenuit. onerariae, pars maxima ad Aegimurum (insula ea sinum ab alto claudit, in quo

haetae, vel *abaete*, *et ab tempestatibus* Flor. Voss. a m. 1. Lov. 2. Harl. et Hav. *praesidio actae et ab hoste et ab tempestatibus* Ber. Gaertn. et edd. eaedem. Paullo ante vox *centum* male deest in Lov. 1.

§. 6. *Cn. Octavio ducentis onerariis, triginta longis navibus ex Sicilia trajicienti*] Aliquantum perplexa sunt, quae de Cn. Octavio prodit Livius. A. V. ıɔxlviii. eum praetorem provinciam Sardiniam habuisse scribit 28, 38. Duobus annis sequentibus ıɔxlix. et ıɔl. ei prorogato imperio oram Sardiniae tuendam datam esse, ex 29, 11. 13. 26. et 30, 2. intelligitur. quo loco eum perperam a Livio *praetorem prioris anni*, id est A. V. ıɔxlix. vocari, monuit Perizon. Anim. Hist. c. 8. nam erat *propraetor* prorogato imperio, et recte *propraetor* dicitur 29, 36, 1. Nec possunt erroris accusari librarii, ut qui 30, 2, 4. *praetori* scripserint pro *propraetori*. Nam, hoc ab ipso Livio profectum esse, indicio est vox *item* in his, *Cn. Octavio praetori item* (ut M. Pomponio scilicet, qui A. V. ıɔxlix. praetor Siciliam provinciam habuerat) *prioris anni*. Deinde hoc quoque intricatum est, quod hic, in rebus A. V. ıɔl. scribit, Cn. Octavium *ex Sicilia* in Africam trajecisse. Nam hoc anno Siciliae praeerat P. Villius, classi in Sicilia M. Pomponius, prioris anni praetor, Cn. Octavius autem classi ad tuendam oram Sardiniae, hoc lib. c. 1. et 2. quomodo ergo nunc eumdem Cn. Octavium classe *ex Sicilia* in Africam trajecisse dicit? An eum ex Sardinia primum in Siciliam, ac deinde ex ea in Africam profectus credemus? Hoc parum probabile, ac potius cogitandum puto, an error sit in voce *Sicilia*. Sed Cn. Octavium deinde A. V. ıɔli. et sequenti cum Scipione in Africa fuisse, constat ex c. 36. 41. et 44. DUK. *Cn. Octavio cum CCC onerariis* Lov. 2. Deinde *XX longis navibus* Gaertn. et Hearnii D.

§. 7. *In conspectum ferme. Africae prospero cursu vectum*]

Digitized by Google

sita Karthago est, triginta ferme millia ab urbe) aliae adversus urbem ipsam ad Calidas Aquas delatae sunt. Omnia in conspectu Karthaginis erant. 10 itaque ex tota urbe in forum concursum est. Magistratus senatum vocare, populus in curiae vestibulo fremere, ne tanta ex oculis manibusque amitteretur praeda. Quum quidam pacis petitae, alii in- 11 induciarum (necdum enim dies exierat) fidem obponerent, permixto pene senatus populique concilio, consensum est, ut classe quinquaginta navium Hasdrubal Aegimurum trajiceret: inde per litora portusque dispersas Romanas naves conligeret. Deser- 12

Pal. 3. *In conspectu ferme Africae prospero cursu evectum.* GEBH. *In conspectu ferme Africae* Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldinam. *In conspectum pene Africae* Harl. V. ad 37, 20, 3. Tum *prospero cursu evectum* Lov. 4. et 5. *prospero cursu vectas* Lov. 2.

Deinde versus in Africum turbavit] Ita pro *dein*, quod cum Ber. et Hearnii D. habent omnes priores typis descripti, edidit J. Fr. Gronov. in quo codd. duces secutus videtur. Certe ejus loco *inde* est in Lov. 1. *diei inde* in Lov. 2. et Harl. *die inde* in Flor. et Hav. Praeterea *in Africam* inscite editio Clerici.

§. 8. *Ingenti remigum labore enixus*] Pal. 2. habet *emensus*. Legendum vero *enisus*. GEBH. *enisus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. V. ad 2, 50, 9.

Apollinis promontorium tenuit] Ἀπόλλωνος ἄκραν Appianus. SIGON.

§. 9. *Ad Aegimurum insulam (ea sinum ab alto claudit)*] Ptolemaeus Aegimurum e regione sacri Apollinis ponit, verum a Carthagine longius multo, quam haec Livii habeat descriptio: quam similem prope judico Virgilii descriptioni 1. Aen. [159.] etiamsi Servius commentator neget, ullum in Africa ejusmodi portum esse. Strabo lib. ultimo [p. 834.] calidarum aquarum etiam meminit, ubi de Tunete, et Corsurae insulae in medio ostio sinus Carthaginensis. Et Plinius l. 5, [7.] contra Carthaginis sinum insulas duas ponit. Sed in nominibus erratum existimo. GLAR. Pal. 3. *eam sinus ab alto claudit.* GEBH. Put. Voss. alii *insula.* Muta distinctionem: *ad Aegimurum (insula ea sinum ab alto claudit.* J. FR. GRON. *insulam* tantum in Lov. 3. et Ber. inveni. Alii omnes cum Hearnii N. habuerunt *insula.*

§. 11. *Postremo permixto pene* etc.] Omnes Gall. et Voss. expungi jubent τὸ *postremo.* J. FR. GRON. Non adparuit etiam in ullo meo vel Hearnii cod.

Ut classe quinquaginta navi-

Digitized by Google

tae fuga nautarum, primum ab Aegimuro, dein ab Aquis onerariae Karthaginem puppibus tractae sunt.

1 XXV. Nondum reverterant ab Roma legati, neque sciebatur, quae senatus Romani de bello aut pace sententia esset; necdum induciarum dies exie-
2 rat: eo indigniorem injuriam ratus Scipio, ab iis, qui petiissent pacem et inducias, et spem pacis et

um Hasdrubal Aegimurum trajiceret] Pall. 1. 2. *classem*. Sic c. 27, 5. *Ut quinquaginta navium classem, omnes quinqueremes, in Africam trajiceret*. GEBHARD. *classem* etiam Flor. et Hav. Liv. 22, 37, 9. *Ut praetor, cui provincia Sicilia evenisset, classem in Africam trajiceret*. Et ita *classis trajecta* passiva forma 27, 6, 13. Mox §. seq. *ab calidis aquis* Ber. et edd. ante Froben. qui anno 1535. vocem a Mftis reliquis exsulantem primus expunxit. Mox *puppibus* non adparet in Lov. 2. Denique *abstractae* legit Ber. a m. 2.

§. 1. *Nondum reverterant ab Roma legati*] Alio ordine Pall. 2. et 3. *Nondum ab Roma legati reverterant*. GEBH. *Nondum ab Roma reverterant legati* Flor. Mox *nec sciebatur* Lov. 4. *neque sciebant* Ber. et Gaertn. Tum *de bello aut de pace* Lov. 4. 5. et Ber.

§. 2. *Spem pacis et fidem induciarum violatam esse*] Pal. 1. *et spes pacis et fides induciarum violata esset*. sec. ac tert. *et spem pacis et fidem induciarum violatam esse*. GEBH. Omnes Gall. duo Pall. *et spem pacis et fidem induciarum violatam esse*. J. FR. GRON. Duobus prioribus vocabulis *spem pacis* omissis, reliqua praeferunt *et fides induciarum violata esset* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. *et fidem induciarum inviolatam esse* Lov. 4. Reliqui mei cum Hearnii Mftis *et spem pacis et fidem induciarum violatam esse*. V. ad 2, 44, 3.

L. Baebium, M. Servilium, L. Fabium] Vet. lib. *M. Baebium, L. Sergium, L. Fabium*. Polybius [15, 1.] corrupte *Λεύκιον Σερούιον, Λεύκιον Σείτιον, Λεύκιον Φάβιον*. SIG. Pall. 1. 2. et vet. ed. *L. Baebium, M. Servilium, et L. Fabium*. tert. *M. Baebium, L. Sergium, et L. Fabium*. GEBH. In Fabio adnotandum videtur praenomen *Lucii*, quod neque valde usitatum fuit in gente Fabia, neque in ea apud Livium ante hoc tempus, ni fallor, occurrit. DUK. *L. Baebium* servant omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. et id praeterea velle videtur Polyb. a Sigonio laudatus, qui, quamvis corrupte, attamen *Λεύκιον Σείτιον* vocavit: pro quo *Λεύκιον Σέντιον* scribendum, et Livium alios, quam Polyb. auctores secutum esse, existimat Cl. Jac. Gronov. ad Polyb. p. 442. Quum tamen Livius, si legatorum nomina excipias, presse in hac historia Polyb. secutus sit, verius esse videtur, ex Livio apud hunc *Λεύκιον Βαίβιον* legendum esse. Et ita sensisse videtur Casaub. qui in versione Latina reddidit *L. Baebium*. Praeterea *M. Servilium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5.

Digitized by Google

fidem induciarum violatam esse, legatos Karthaginem, L. Baebium, L. Sergium, L. Fabium extemplo misit. qui, quum multitudinis concursu prope violati 3
essent, nec reditum tutiorem cernerent futurum, petierunt a magistratibus, quorum auxilio vis prohibita erat, ut naves mitterent, quae se prosequerentur. Datae triremes duae, quum ad Bagradam flu- 4

Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *Cn. Servilium* Lov. 3. et Harl. *M. Fulvium* Hearnii N. Casaub. quidem, quem Polyb. *Λεύκιον Σερούιον* vocat, in versione Latina *L. Servilium* adpellat: verum hic cum Gronov. in historico Graeco *Λεύκιον Σέργιον*, in Latino *L. Sergium* cum Sigonio legere malo.

§. 3. *Nec reditum tutiorem cernerent futurum*] Ita Jac. Gronov. edidit, concinentibus plerisque scriptis meis, et edd. ante Froben. anni 1535. Ea autem prima dedit *futurum cernerent*. Paullo ante *multitudinis incursu* Lov. 2. V. ad 10, 5, 11. *multitudinis cursu* Voss. Harl. et Gaertn. V. ad 9, 24, 12. Adde ad 28, 14, 5. (* 40, 13, 2.) Similiter *conditio* et *ditio* commutantur infra 34, 31, 10. *scriptae* et *conscriptae*. V. ad 34, 36, 1.

§. 4. *Quum ad Bagradam flumen pervenissent*] Strabo lib. ult. [832.] *Propter Uticam*, inquit, *Bagrada amnis labitur*. Plin. 5, 4. *Et in altero sinu Utica, civium Romanorum, Catonis morte nobilis, flumen Bagrada, locus castra Cornelia, colonia Carthago, magnae in vestigiis Carthaginis*. Quae verba Plinii hanc legatorum navigationem multum juvant. Quanquam, quale hoc promontorium sit, non definio, fortassis ignobile. Apollinis tamen promontorium ponit Ptolemaeus prope castra Cornelia, aliud ab Apollinis sacro. Haec lectori judicanda sunt, quemadmodum de quinqueremi legatorum, de qua antea, cum mitterentur, nihil dixit: hic, cum redeunt, meminit. GLAR. Polybii codex habet [15, 2.] *τὸν Μάκραν ποταμόν*. Quod autem Polybius ad Macram flumen, Appian. [in Punic. p. 19.] ad promontorium Apollinis evenisse scribit. Idem Polyb. l. 1, [75.] hujus fluminis meminit. SIG. Doctissimus interpres Polybii *Bagradam* alio nomine *Macram* dictum putasse videtur. Nam quod est in Polyb. 15, 2. *ἐὰν παραλλάξωσι τὸν Μάκραν ποταμόν*, vertit, *postquam Macrae sive Bagradae fluminis ostium superaverint*. Sed de hoc neque ad Polyb. neque alibi quidquam adnotatum inveni. DUK. *Bagardam* Voss. Lov. 1. 3. et Harl. *Bargadam* Lov. 2. *Bargandam* Hearnii N. *Bragadam* Lov. 4. Ber. et Hearnii L. 1. *Bragudam* Hav. *Bragidam* Gaertn. V. Nic. Heinsium ad Silii 6, 141. et Cl. Duker. ad Flori 2, 2. 20. *Bagradam* et Polybii *Μάκαρα*, sive *Μάκραν*, eumdem fluvium esse, existimavit etiam Ortel. in Thes. Geogr. v. *Bagrada*. Sed latius id docuit Bochart. Geogr. sacr. part. 2. l. 1, 24. p. 485. qui apud Polyb. 1, 76. *Βάκαρος* pro *Μάκαρος*, l. 15, 2. *Βάκραν* pro *Μάκραν*, et apud Suid. v. *Τενάγα*,

Digitized by Google

men pervenissent, unde castra Romana conspiciebantur, Karthaginem rediere. Classis Punica ad Uticam stationem habebat. ex ea tres quadriremes, seu clam misso a Karthagine nuncio, uti fieret, seu Hasdrubale, qui classi praeerat, sine publica fraude ausо facinus, quinqueremem Romanam superantem promontorium ex alto repente adgressae sunt, sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neque transilire armati ex humilioribus in altiorem navem: et defendebatur egregie, quoad tela suppe-

Βακάρα, pro *Βουκάρα*, legendum existimavit. Praeterea *fluvium* Lov. 1. et 5. Paullo ante *Datae trireris duae* Flor. a m. 1. *Datae trieres duae* a m. 2. Voce *hexeris* usus est Livius 29, 9, 8. ubi vide. *moneris* 38, 38, 8. Ad earum exemplum potuit etiam Livius formare vocem *trieris*. Et doctior etiam haec lectio videtur, quam ut a librario profecta esse existimari possit. Utrum tamen ea Livius usus sit, aliorum esto judicium.

§. 5. *Ex ea tres quadriremes*] Quas Polyb. [15, 2.] *τρεῖς* vocat *τριήρεις*, Livius vertit *tres quadriremes*. SIGON.

§. 6. *Quinqueremem Romanam superantem promontorium*] Quia quaerit Glareanus de promontorio hoc, et de quinquereme, propterea intelligendum est, Apollinis promontorium, auctore App. [in Pun. p. 19. c. 34.] fuisse, quod Polybius item non expresso nomine commemoravit [15, 2.] sic: *ἀποπλεῖν ἐν τῷ ὄρῳ τοὺς πρεσβευτάς*. †. „Et Glarea„nus hujus promontorii memi„nit [ad §. 4.] sed nihil asseverat.“ †. Ne autem de quinqueremе diutius ipse laboret, qua reversos legatos esse Livius ait, cum, qua ratione venerint, non dixerit, is sciat, verba haec omissa esse Polybii: *καὶ παραλαβόντες τῇ Ρωμαϊκῇ πεντήρει*. SIG. In verbis Polybii laudandis aut Sigonius, aut operae typographorum aberrarunt. Recte enim editur *παραβαλόντες*. Et ita jam verba illa Livius non omisit, sed reddidit *quinqueremem Romanam adgressae*. Mox *superlabentem*, pro *subterlabentem*, Flor. Lov. 1. 2. et Hav. Deinde *armati* deest in Voss. Lov. 3. 4. 5. et Harl.

§. 7. *Quibus deficientibus, quum jam nulla*] Put. *quis deficientibus*. Etiam Men. et Voss. *quid deficientibus*, alludentes ad veterem scripturam. J. FR. GRONOV. *quid deficientibus* Lov. 1. et Harl. atque ita quidem Voss. habet in contextu; pro varia tamen lectione etiam adscriptum est *quibus*. Videri posset, *quis*, pro *quibus*, in Put. scriptum esse eodem errore, ac supra notatum est ad 21, 60, 7. optimi tamen codicis auctoritati nihil derogatum volo, praesertim quum *quis*, pro *quibus*, etiam prosaïcis scriptoribus in usu fuerit. V. ad 21, 62. 2. et 24, 16, 13. Id autem potius *quis*, quam *queis*, scri-

Digitized by Google

ditarunt. quis deficientibus, quum jam nulla alia res eam, quam propinquitas terrae, multitudoque a castris in litus effusa, tueri potuisset; concitatam remis, quanto maximo inpetu poterant, in terram quum inmisissent, navis tantum jactura facta, incolumes ipsi evaserunt. Ita alio super aliud scelere quum haud dubie induciae ruptae essent, Laelius Fulviusque ab Roma cum legatis Karthaginiensibus supervenerunt. quibus Scipio, *Etsi non induciarum modo fides a Karthaginiensibus, sed jus etiam gen-*

bi, docui ad priorem locum. Praeterea *ró quum* deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. qui iidem codd. §. seq. legunt *concitatam enim remis*, vel *concitata enim remis*. Quum autem easdem lectiones etiam in Put. et Victor. invenisset Cl. Crevier. insuper *poterat*, pro *potuisset*, emendandum, totumque locum ita legendum censuit: *quis deficientibus, jam nulla alia res eam, quam propinquitas terrae* etc. *tueri poterat. concitatam enim remis* etc. *in terram quum inmisissent*. Neque id displicet, nisi quod, pro *potuisset*, malim *potuit*.

§. 8. *Quanto maximo inpetu poterant*] *quanta maxima vi poterant* Lov. 2. Ber. Gaertn. et edd. antt. eodem plures adludunt. *quanta maxime vi poterant* est in Hav. *quanto maxime vi poterant* in Lov. 4. et Voss. a m. 1. *maxima* a manu 2. concinente Lov. 5. Sed recte Froben. anno 1535. substituit *quanto maximo impetu poterant*. Originem erroris indicat scriptura Flor. in quo a m. 1. legitur *quinto maximo impoterant*: quod manus altera hoc modo interpolavit, ut dederit *quanto maxima vi poterant*. Similitudo itaque duarum ultimarum syllabarum vocis *impetu* et duarum primarum sequentis *poterant* loco corrumpendo occasionem dederunt. Deinde *quum misissent* Lov. 2. Sed prima syllaba posterioris vocis elisa est a litera ultima vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. *quum emisissent* Lov. 5. V. ad Livii praefat. §. 11.

§. 9. *Alio super aliud scelere*] *alio super alio* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Notissima Livii locutio est *alius super alium*. Exempla v. 3, 34, 68. l. 7, 23. l. 24, 39. l. 30, 5. l. 42, 25. l. 44, 44. aliisque locis.

§. 10. *Sed etiam jus gentium in legatis suis violatum esset*] Nemo Gall. agnoscit *suis*. J. FR. GRON. Eamdem vocem non agnoscunt Lov. 2. 3. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *in legatis si violatum* legunt Harl. Gaertn. et Voss. a m. 1. qui *suis*, pro *si*, exhibet a m. 2. *in legati siviolatum* Flor. a m. 1. *in legatis violatum* a m. 2. Praeterea *sed jus etiam* edidit Jac. Gronov. consentientibus Mstis meis, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante *non induciarum fides*

Digitized by Google

tium in legatis violatum esset; tamen se nihil, nec institutis populi Romani, nec suis moribus indignum, in iis facturum esse, quum dixisset, legatis dimissis,
21 bellum parabat. Hannibali jam terrae adpropinquanti jussus e nauticis unus escendere in malum, ut specularetur, quam tenerent regionem, quum dixis-
22 set, sepulcrum dirutum proram spectare, abomina-

modo Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Frob. qui anno 1535. dedit *modo fides*, reliquis scriptis probantibus. Paullo post *dimissis legatis* Flor.

§. 11. *Hannibale jam terrae adpropinquante*] Pal. 1. *Hannibali jam terra appropinquante.* GEBH. Omnes Gall. et Voss. *Hannibali jam terrae appropinquanti:* ut regatur a verbo *dixisset.* J. FR. GRON. *Hannibali jam terra appropinquante* Lov. 2. et Gaertn. *Hannibali jam terrae adpropinquanti* Flor. Lov. 4. et quidam alii, cum Hearnii Oxonn. Et ita quidem Voss. in margine legit; at in contextu *Hannibali jam terram adpropinquanti*, quod etiam vidi in Lov. 1.

Jussus e nautis unus adscendere in malum, ut specularetur] Pal. 1. *jussus e nautico descendere in malum unus.* tert. *jussus e nautis unus escendere in malum.* Deinde sec. *isque specularetur.* GEBH. Put. et Pal. *escendere.* Sed idem optimus codex *enuticus escendere.* Optimus Pal. *jussus e nautico descendere.* Forte fuit *jussus e nauticis escendere in malum.* Sic 28, [7, 7.] *Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit.* 29, [25, 5.] *Nauticos C. Laelius, qui classis praefectus erat, in navibus, ante conscendere coactos, continuit.* 41, [3, 1.] *Nautici tabernacula detendunt.* Illud *unus* adjecit par manus illi, qui superius c. 15, 4. fecerat *fido ex servis uno accito:* ubi scribendum esse docuimus *fidum e servis vocat.* Noli dubitare, quin vera lectio sit, *Hannibali jam terrae appropinquanti jussus e nauticis escendere in malum, ut specularetur, quam tenerent regionem, quum dixisset.* Tacit. 2. Annal. [60.] *Jussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari referebat.* Livius 44, [23, 2.] *Pantauchum misit ex fidissimis amicis ad ea perficienda.* Talia sunt 5, [32, 6.] *M. Caedicius de plebe nunciavit tribunis.* 6, [34, 4.] *Possessionemque honoris, usurpati modo e plebe per paucos annos, recuperasse Patres in perpetuum viderentur.* id est, ab hominibus e plebe. J. FR. GRON. *descendere* Voss. Lov. 1. Harl. Gaertn. a m. 1. et Hearnii L. 1. ac N. *escendere* Flor. quod se etiam in duobus Pall. invenisse, Gebhardus supra monuit ad 29, 11, 5. V. ad 1, 28, 6. Deinde *jussus e nautico sinu* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *jussus ex nautico sinus* Hearnii L. 1. *jussus est nautico sinu* Hearnii N. ex quibus Voss. Lov. 1. et Harl. pro *ut specularetur*, legunt *unus*, Hav. *unus specularetur.* At *jussus enuticos inus* Flor. a m. 1. *in Utico sinu* a m. 2. Ex

Digitized by Google

tus, praetervehi jusso gubernatore, ad Leptim adpulit classem, atque ibi copias exposuit.

XXVI. Haec eo anno in Africa gesta. Insequentia excedunt in eum annum, quo M. Servilius Geminus, qui tum magister equitum erat, et Ti. Claudius Nero consules facti sunt. Ceterum exitu superioris anni quum legati sociarum urbium ex Grae- 1 2

his omnibus, *e nauticis*, pro *e nautis*, legendum esse, certum videtur. Infra 39, 26, 4. *Reddere rationem, quos portus mercatores ac nautici petant.* Verum, quum Cl. Crevier. adfirmet, vocem *unus*, quam in Put. defuisse Gronov. innuit, in eo cod. integram exstare, nisi quod prima litera obelo transfixa, et supra scriptum sit *i*, eodem Crevierio praeeunte edidi *jussus e nauticis unus escendere.* Hunc locum Livii ob oculos habuisse videtur Oros. 4, 19. *Cui ad Africanum litus propinquanti jussus quidam e nauticis ascendere in arborem navis, atque inde speculari, quam regionem teneret, sepulcrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Hannibal, deflexo cursu, ad Leptim oppidum copias exposuit.* ubi *quidam* dicit, quod Livius *unus.*

§. 12. *Abominatus*] Vet. ed. *locum abominatus.* GEBH. Ita legunt Ber. et edd. ante Froben.; qui τὸ *locum* anno 1535. omisit.

Ad Leptim adpulit classem] Et parvam Leptim, et alteram, quae Neapolis quoque dicitur, Ptolemaeus tradidit. Plinius item 5, 4. Ego hic de parva potius intelligo, quae propior Adrumentum erat, quo paulo post venisse Hannibal dicitur, ac ad eam post adversam illam pugnam redisse. GLAR. *classem applicuit* Rec. V. ad 29, 31, 11.

§. 1. *M. Servilius Geminus*] Put. Men. cognomen hic relegant. Quod fortasse juvare poterit conjecturam Pighii, quam v. apud eum ad ann. 1011. J. FR. GRON. Deest etiam a Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. a. m. 2. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Verum duplici cognomine *PULEX GEMINUS* in Fast. Capitolinis vocatur. De Serviliorum plebejorum cognomine *Geminus* contra Sigonium, qui patricios solos ita dictos putabat, v. ad 29, 38, 3.

T. Claudius Nero] Vet. lib. et Capit. tab. *Ti. Claudius.* SIG. *Ti. Claudius* etiam Flor. Voss. Hav. multique alii. V. ad 29, 11, 11. Mox *sunt* rejicit Harl.

§. 2. *Missosque* in *Macedoniam legatos ad res repetendas*] Pal. 2. et vet. ed. *profectosque.* pr. vero, *profectoque in Macedoniam legato ad res petendas non admissus.* GEBH. Omnes Gall. optimus Pal. *profectoque in Macedoniam legato.* Petav. Voss. cum uno Pal. vett. edit. *profectosque in Macedoniam legatos.* Nempe hoc significant illi. J. FR. GRON. *profectoque in Macedoniam legato* Hearnii N. *profectosque in Macedoniam legatos* Flor. et plerique meorum. Vulgatum demum vidi in Frob. anni 1535. quod in solo exstat Rec. Deinde *ad res petendas* Voss. et Lov. 1. 2. 4. 5. Sed prima syllaba intercepta est a voce

Digitized by Google

cia questi essent, vastatos agros ab regiis praesidiis, profectosque in Macedoniam legatos ad res repeten-
3 das non admissos ad Philippum regem: simul nunciassent, quatuor millia militum cum Sopatro duce trajecta in Africam dici, ut essent Karthaginiensibus
4 praesidio, et pecuniae aliquantum una missum; legatos ad regem, qui haec adversus foedus facta videri Patribus nunciarent, mittendos censuit senatus. Missi C. Terentius Varro, C. Mamilius, M. Aurelius.
5 iis tres quinqueremes datae. Annus insignis incen-

praecedenti. *Repetere* in hac re sollemne verbum esse, dictum est ad 10, 45, 7.

§. 3. *Simul nunciassent, quatuor millia militum*] Pal. 2. *simul renunciassent.* GEBH. *simulque nunciassent* Ber. a m. 2. Deinde *XL militum* Flor. et Voss. *M. militum* Gaertn. *CX militum* Harl. Hav. et Hearnii N. *C. X. millia militum* Hearnii L. 1.

Cum Sopatro duce trajecta in Africam duci] Voss. *cum Sopatro trajecta in Africam duce.* Sed Put. *cum Sopatro duce trajecta in Africam dici.* J. FR. GRON. *Cum Sopatrocle trajecta in Africam duce* Voss. Lov. 1. *cum Sopatrocle trajecta in Africam duci* Lov. 3. Harl. et Hav. *cum Sophocle trajecta in Affricam duci* Hearnii L. 1. *cum Patroclo trajecto in Africam duci* Hearnii N. Verum infra *Sopater* vocatur c. 42, 4. Probo etiam cum Gronovio lectionem Put. *dici.* Solent ea verba passim confundi. V. ad 38, 43, 1.

§. 4. *Missi C. Terentius Varro, Cn. Manlius*] Vet. lib. *C. Mamilius.* SIG. Pal. 1. *C. Mamilius,* ut et Sigonius e suo prodit. quo alludit Pal. 2. *C. Manilius.* GEBH. Priscarum edd. lectionem *Cn. Manlius* in solo reperi Ber. Sed *T. Manlius* legit Hearnii L. 1. *C. Manilius* Lov. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *C. Mamilius* Flor. Voss. Lov. 1. 3. et 4. Videtur autem esse *C. Mamilius* ille, qui praetor supra memoratur 27, 35, 1. *Manliorum, Maniliorum* et *Mamiliorum* nomina saepe confundi, dictum est ad 3, 18, 2.

§. 5. *Clivus Publicius ad solum exustus est*] Ita Gronov. edidit, eamque lectionem firmari auctoritate Put. et Reg. monuit ad 27, 37, 15. Non aliter ex meis Flor. V. ad d. l. Livii. Mox *est* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

Et annonae vilitate fuit] Put. *aquarum magnitudinem si annonae vilitas fuit.* Sic et Men. Voss. optimus Pal. nisi quod hi *sed et.* Distingue et scribe: *Annus insignis incendio ingenti, quo clivus Publicius* (sic enim Put. Reg. non *publicus*) *ad solum exustus est, et aquarum magnitudine: sed annonae vilitas fuit.* Ratio elegantissima variandi orationem. J. FR. GRONOV. Vulgatum, quod in L. 1. et D. invenit Hearnius, primum

Digitized by Google

dio ingenti, quo clivus Publicius ad solum exustus est, et aquarum magnitudine: sed annonae vilitas fuit, praeterquam quod pace omnis Italia erat aperta, etiam quod magnam vim frumenti, ex Hispania 6
missam, M. Valerius Falto et M. Fabius Buteo aediles curules quaternis aeris vicatim populo descripserunt. Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, ex- 7
actae aetatis; siquidem verum est, augurem duos et sexaginta annos fuisse, quod quidam auctores sunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel si novum 8

adparuit in Frob. anni 1535. Priores habuerunt *sed et annonae vilitate fuit*, quomodo legunt Lov. 4. Ber. et Harl. cum Hearnii N. *sed etiam annonae vilitate fuit* Lov. 2. *sed ut annonae vilitate fuit* Gaertn. *sed annonae vilitate fuit* Lov. 1. 5. *si annonae vilitate fuit* Flor. a m. 1. *sine annonae vilitate fuit* a m. 2. Sed non displicet Gronovii conjectura.

§. 6. *M. Valerius Falco*] Capit. tab. *Falto*. SIG. Pal. 1. *Falso*. tert. *Falcio*. GEBH. *Falso* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *Flacco* Lov. 3. *Volso* Lov. 5. *Fylo* Harl. V. Sigon. ad 29, 11, 3.

Quaternis aeris vicatim populo descripserunt] Quaternis aeris in modios intelligendum. ut l. 31. sub finem, ubi consules creantur, [c. 50, 1.] *Binis aeris*, inquit, *in modios populo diviserunt*. Eadem locutio est eodem libro, non ita longe ab initio, ubi consules quoque creantur, [c. 4, 6.] Quanquam si modius tertia pars est amphorae, ut Budaeus ex Ciceronis Frumentaria ostendere conatur, video magnam vilitatem, non tamen donationem. GLAREAN.

§. 7. *Augurem duos et quadraginta annos fuisse*] Vitium in annorum numero colligimus ex Valer Max. 8, 13. ubi Q. Fabium Maximum *duobus et sexaginta annis* auguratus sacerdotium sustinuisse scribit, quod robusta jam aetate adeptus erat; ut facile saeculi modum ejus anni explevisse videantur. Nec discrepat Plinius l. 7. de spatiis vitae longissimis scribens c. 48. Q. Fabium Maximum hunc *LXIII annis* augurem fuisse. Sed ibidem, ni fallor, punctus numero adjunctus pro anno uno in libris perperam accessit librariorum incuria: quorum et facilis est lapsus, ut notas numerorum transponant, ut hoc item loco apud Livium *XLII*, pro *LXII*, temere scripsisse putem. PIGH. in Annal. ad ann. 10L. p. 223. Conjecturam Pighii ultima Gruteri ed. recte recepit. Ita enim omnes mei, nisi quod *duo et sexaginta annos* sit in Lov. 5. *duos et sexaginta annos* praefert etiam Put. ut ex Cl. Sallier. didici. Et Hearnius etiam, ex solo D. *duos et XL* producens, reliquos suos alteram lectionem firmare tacitus fatetur. Et ita edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Librarios interdum hos numeros confudisse, videbimus ad 36, 40, 12.

Digitized by Google

ab eo inciperet. Superavit paternos honores, avitos aequavit. Pluribus victoriis et majoribus proeliis avus insignis Rullus; sed omnia aequare unus
9 hostis Hannibal potest. Cautior tamen, quam promtior, hic habitus fuit: et, sicut dubites, utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur, aptum erat; sic nihil certius est, quam

§. 8. *Tanto cognomine, vel si novum ab eo inciperet*] V. Perizon. in Animadv. Hist. cap. 1. p. 87. DUKER.

Superavit paternos honores, avitos aequavit] Credo Livium ita existimasse, parentem hujus Fabii fuisse Fabium Gurgitem, qui consul factus est ad finem l. 10. Avum autem Fabium Rullianum, qui magister equitum fuit cum Papirio Cursore, ut ad finem l. 8, [29.] quanquam illic Livius eum *Rutilianum*, ut Valer. Max. [2, 7, 8.] appellat, hic *Rullum*, ut Plutarch. etiam [in Fabio p. 174.] Porro idem Rullus *Maximi* cognomen primus meruit, ad calcem libri 9. referente Livio. Plutarch. autem [ibid.] hunc Fabium, de quo in hac decade, *Verrucosum* nominat: atque ita quoque Plinius [34, 7.] Addit Plutarchus, hunc quartum fuisse Fabium cognomine Maximi. Si igitur Rutilianus sive Rullus primus, Gurges secundus, de tertio dubitatur. At ego puto Q. Fabium Maximum Pictorem, consulem anno CCCCLXXXIV. ab urbe condita, quanquam nihil assevero. Quod si Gurges Verucosi pater fuit, ut videtur sentire Livius, in senectute eum genuit. Nam a Gurgitis priore consulatu usque ad Verrucosi mortem prope nonaginta intercedunt anni. Quanquam Valer. Max. l. 8, 14. ad seculi modum hujus Fabii aetatem ducit, LXII annos auguratus sacerdotio ejus tribuens, ut propemodum adducar, in Livio loco hoc inversum *XLII.* pro *LXII.* ut in praefatione quoque decadis IV. accidit. GLAREAN.

Avus insignis Rullus] V. ad 8, 29, 9. Vox *Rullus* deest in Hav. ejus loco *Tullus* legit Lov. 4. *Villus* Gaertn. *nullus* Lov. 2. et 5.

§. 9. *Utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie*] *cunctatior* Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. antt. *cunctantior* Voss. Sed recte Frob. anno 1535. *cunctator* substituit. Vox *proprie* non adparet in Lov. 5. ut nec paullo ante *habitus* in Lov. 1. et Harl. nec *fuit* in Flor.

§. 10. *Q. Fabius Maximus filius*] Diversus ab eo, qui consul memoratur supra 24, 43. Is enim ante patrem obiit, teste Cic. de Senect. 4. *Nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem Marci filii tulit, clari viri, et consularis.* Ubi vel praenomen *M.* cum Langio delendum, vel mutandum in *Q.* vel memoriam Ciceronem destituisse censendum est, quum ab omnibus aliis *Quinti* praenomine adpelletur. Quo anno vero obierit,

Digitized by Google

quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait. Augur in locum ejus inaugu- 10
ratus Q. Fabius Maximus, filius: in ejusdem locum pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Ser. Sulpicius Galba. Ludi Romani diem unum, plebeji ter toti 11
instaurati ab aedilibus, M. Sextio Sabino et Cn. Tremellio Flacco. ii ambo praetores facti, et cum iis C. Livius Salinator et C. Aurelius Cotta. Comitia ejus 12
anni utrum C. Servilius consul habuerit, an (quia

disquirit Cl. Duker. ad 28, 9, 1. Qui autem nunc patri in auguratu succedit, septimo anno post mortuus narratur 33, 42, 6. Ambo igitur Fabii filii *Quinti* praenomen habuerunt; quod interdum accidisse, vidimus ad 4, 36, 5. Ceterum *ejus filius* Voss. et Lov. 1. ac 5. *filius ejus* Harl. Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Hic jam me deslituit Flor. qui, in fine mutilus, in praecedentibus verbis *Augur in locum ejus inau* desinit.

§. 11. *M. Sestio Sabino et C. Tremellio Flacco*] Vet. lib. *M. Sextio Sabino*. SIG. *Sextio* etiam omnes mei. Unus Hearnii L. 1. *Sestio* servat. Solent haec nomina passim in Mstis commutari. V. ad Epit. Liv. 123. Deinde *et C. Remilio* Hearnii L. 1. *et Cn. Tremellio* non tantum Put. ut me docuit Cl. Crevierius, verum etiam Voss. Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. omnes usque ad Gruter. cujus ultima Ἔκδοσις perperam *et C. Tremellius* substituit; quod miror non deprehendisse viros doctos, qui postea Livium ediderunt, quum mox cap. seq. recte *Cn. Tremellius* vocetur. Videtur autem is esse, qui post quaesturam unus fuit legatorum in Asiam missorum, ut inde Deûm matrem arcesserent 29, 11, 3. ubi etiam vulgo *Caji* praenomen ei dabatur. Solent autem praenomina *Cajus* et *Cnaeus* in Mstis commutari, ac prius, ut notius, saepius invitis scriptoribus a librariis obtrudi. V. ad 7, 3, 3. Gruterus hic secutus videtur Pighium, qui Tremellio huic *Caji* praenomen dedit in aedilitate in Annal. ad ann. 12L. p. 224. et in praetura anno seq. p. 229. Verum ita etiam id mox cap. seq. mutare debuisset. V. etiam ad 45, 15, 9. Mox *Cornelius Livius* Hearnii L. 1. V. ad 5, 52, 3. *cum Livius* Harl. *Cn. Livius* Lov. 3. Deinde *M. Valerius Cotta*, vel *Cocta*, Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav.

§. 12. *Cn. Servilius consul*] *C. Servilius* vet. lib. ut dixi. SIG. Annotabo scripturam MSS. codicum, ut ex iis vera possit elici lectio. Eorum primus *Comitia ejus anni utrum C. Servilius tum habuerit: an, quia eum in Etruria tenuerint quaestiones ex sede comparationibus principum habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum, ut si diversos auctores faciunt.* sec. *Comitia ejus anni utrum C. Servilius tum habuerit: an quia eum in Etruria tenuerint quaestiones ex sociis de factionibus principum habitae, an di-*

Digitized by Google

eum res in Etruria tenuerint, quaeftiones ex senatusconsulto de conjurationibus principum habentem) dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum ut sit, diversi auctores faciunt.

1 XXVII. Principio insequentis anni, M. Servilius et Ti. Claudius, senatu in Capitolium vocato, de pro-
2 vinciis retulerunt. Italiam atque Africam in sortem conjici, Africam ambo cupientes, volebant. ceterum,

etator ab eo dictus P. Sulpitius sit. GEBH. Consulem, qui Etruriam sortitus eft, *Caji* praenomen habuisse, vidimus ad c. 23, 1. Vocem *consul* delent Lov. 3. et Hav.

An, quia eum res in Etruria tenuerint, quaestiones ex sociis de etc. *incertum diversi*] Vet. lib. *tenuerit.* Neminem futurum effe arbitror, qui non in interpretanda voce illa *sociis* laboret. et merito: eft enim mendosissima. Ego autem pro certo habeo, *ex S. C.* id eft *ex senatusconsulto*, esse reftituendum. Me in hanc sententiam ducit similis erroris, cujus supra [27, 25, 3.] memini, observatio: *aliis sociis praefectum notantibus*, pro *aliis S. C. praefectum notantibus.* Compendiosa enim scriptura hujus vocis *S. C.* dici non poteft, quae portenta saepe pepererit. De sensu autem hujus lectionis, nemo eft, qui dubitare possit. SIG. Vocis *res* in antiquissimo codice unica tantum litera *s* exftat. Ergo nec caeteri Gall. nec Pall. eam habent. Omnes vero, ut et editi ante Sigonium, *tenuerint.* Sed egregie idem *ex SC.* Denique Putean. Reg. *incertum ut sit diversi.* Men. *incertum si duo auctores.* Pet. et Voff. *incertum ut diversi.* Andreas *sic incertum diversi.* Puto legendum: *an, quia eum in Etruria tenuerint quaestiones ex senatusconsulto de conjurationibus principum habendae, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum ut sit, diversi auctores faciunt.* Vix tamen eft, ut non inculcatae hae duae voces videantur. J. FR. GRON. Sic 22, [13, 6.] *Casilinum pro Casino dux ut acciperet, fecit.* Plautus Amphitr. [1, 1, 141.] *Propterea quod me meus herus fecit ut vigilarem.* J. FR. GRON. Vocem *res* expellunt Lov. 1. 2. 3. Harl. Voff. Hav. et Hearnii L. 1. Tum omnes noftri *tenuerint*, nisi quòd *tenuerunt* sit in Lov. 1. et Hav. *retinuerint* in Lov. 4. Deinde *quaestiones ex sociis de seditionibus* Lov. 5. *quaestiones ex sociis de conjurationibus* Ber. *quaestionibus ex sociis de conjurationibus* Gaertn. *que omnes ex se de comperationibus* Harl. *quaestores ex sede comparationibus* Lovel. 2. *quaestiones ex sede comparationibus* Lov. 1. 4. et Voff. a m. 1. qui *seditionibus* praefert in margine. Optime Sigon. *quaestiones ex senatusconsulto de conjurationibus*, quod etiam in Lov. 3. fuisse videtur. Certe ex eo nihil in excerptis notatur. Proxime verum *q̃ones ex senatuscon. de compationibus* Voff. Librarii in codd. scriptum invenerant vel *ex sc. de*, vel *ex SOC de.* prius autem mutarunt in *ex sede*, po-

Digitized by Google

Q. Metello maxime adnitente, neque data, neque negata eſt Africa. Consules juſſi cum tribunis plebis agere, ut, si iis videretur, populum rogarent, quem vellet in Africa bellum gérere. Omnes tribus P. Scipionem jusserunt. Nihilominus consules provinciam Africam (ita enim senatus decreverat) in sortem conjecerunt. Ti. Claudio Africa evenit, ut quinquaginta navium claſſem, omnes quinqueremes,

3 4 5

ſterius in *ex sociis de.* V. ad 22, 10, 1. Deinde *incertum diversi* Hearnii L. 1. *incertum ut diversi* Lov. 1. et Harl. *sic incertum diversi* Gaertn. *sit incertum diversi* Lov. 2. 3. 4. 5. et Ber. a m. 1. *incertum id diversi* a m. 2. *incertum ut sit, diversi* optimis concinens Hav. quod Gronov. quidem primo suspectum habuit, poſtea tamen probasse videtur, productis similis locutionis ex Livio et Plauto exemplis, quae demum adparuerunt in ed. Cl. Jac. Gronovii. Huc faciunt loca quaedam, laudata a Cortio ad Sall. Jug. 14, 2. Ceterum a parte eorum, qui comitia hujus anni a dictatore habita esse crediderunt, ſtant etiam Faſti Capit.

§. 1. *M. Servilius, T. Claudius*] Vet. lib. *M. Servilius et Ti. Claudius.* SIG. Pal. 1. *M. Servilius et Ti. Claudius.* GEBH. Copulam non tantum agnoscunt edd. ante Froben. anni 1535. verum etiam Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, ut ex Cl. Sallier. didici, optimus Put. id itaque reſtituere non dubitavi. V. ad 2, 17, 1. Deinde poſteriori consuli praenomen *C.* tribuunt Lov. 3. et Harl. cum Hearnii N. *Ti.* Voſſ. Lov. 1. 2. Hav. et Put.

§. 2. *M. Metello maxime adnitente*] Ita demum edidit Gronov. anno 1665. quum et ipse antea, omnesque alii ediderint Q. *Metello.* Duo circa haec tempora Metelli memorantur, alter *M. Metellus,* qui praetor creatur supra 28, 10. alter Q. *Metellus,* quem consulem factum narrat Liv. 28, 10. dictatorem dictum 29, 11. Jam vero priorem intelligendum non puto, quia non tantae auctoritatis in senatu fuisse videtur, ut, si non omnes senatores, certe plerosque in sententiam suam pertraxerit, ipsis etiam ambobus consulibus adversantibus. Id vero ut de Q. *Metello* adfirmare audeam, efficit amplitudo honorum, quos in republica geſſit: praeterea quoniam cum Scipioni favisse ex illis, quae supra narrantur c. 23. colligi possit. Puto igitur *M. Metello* ex operarum errore, quem Clericus emendare neglexit, in contextum Gronovii inrepsisse, et recte Cl. Hearne, eam lectionem codd. et edd. adversari videntem, priorem scripturam revocasse. Certe Q. *Metello* non tantum inveni in Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Verum, monente Cl. Sallierio, similiter etiam praefert omnium optimus Put. Idem, quod mihi, etiam Cl. Dukero visum eſt.

Neque data, neque negata est Africa. Consules] Pall. 1. ac 2. *neque negata, neque data est Africa.* tert. *neque dicta est. Affrica consulibus.* GEBHARD.

§. 3. *Populum rogarent, quem*

Digitized by Google

in Africam trajiceret, parique imperio cum Scipio-
6 ne imperator esset. M. Servilius Etruriam sortitus. in
eadem provincia et C. Servilio prorogatum imperi-
um, si consulem manere ad urbem senatui placuis-
7 set. Praetores, M. Sextius Galliam est sortitus, ut
duas legiones provinciamque traderet ei P. Quinctilius Varus; C. Livius Bruttios cum duabus legionibus, quibus P. Sempronius proconsul priore anno
8 praefuerat; Cn. Tremellius Siciliam, ut ab P. Villio Tappulo praetore prioris anni provinciam et duas le-

vellet in Africa bellum gerere] Ita Frob. anno 1535. edidit. In prioribus vulgabatur *quem vellent*, quod firmant Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id autem ferri posse, constat ex illis, quae notavi ad 10, 13, 11. Deinde *in Africam* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. et Hav. quod dictum esse potest ad exemplum eorum, de quibus egi ad Epit. Liv. 21. Non tamen verum praestare audeo.

§. 5. *Parique imperio cum Scipione imperator esset*] Vox *imperator* Cl. Crevierio omnino otiosa, ac proinde ableganda videtur. In codd. nihil est auxilii. Omnes enim in vulgatam lectionem conspirant, nisi quod *imperium* sit in Harl. An forte *cum Scipione imperatore esset*?

§. 6. *Si consulem remorari ad urbem senatui placuisset*] Pal. 1. *sicut manere ad urbem senatum placuisset*. sec. et vet. ed. *si consules* (sec. *consulem*) *manere ad urbem senatui placuisset*. GEBH. Put. Reg. Men. Pal. opt. *sicut manere*. Petav. et Pal. alter *si consulem manere*. Et hoc significant illi. Andreas et Aldina *si consules* manere. J. FR. GRON. Vulgatum *si consulem remorari* debetur ed. Frob. anni 1535. et ex mois non nisi unum, qui suffragatur, nactus est Rec. contra *sicut manere* legunt Lov. 1. 2. et Harl. cum Hearnii L. 1. *si consulem manere* omnes reliqui; a quo non differunt editiones illa priores, nisi quod *consules* legant. V. ad 10, 10, 2.

§. 7. *Ut duas legiones provinciamque traderet ei P. Quinctilius Varus*] Pall. 1. et 2. *et* (prim. *ac*) *duas legiones provinciamque traderet P. Quintilio Varro*. GEBH. *ac duas legiones provinciamque tradere P. Quintilio Varo*, vel *Varro*, Voss. Lov. 1. 2. et Harl. neque dissentit Hav. nisi quod *traderet* legat. *ac duas* etiam Lov. 5. et Gaertn. Paullo ante *Praetores deinde M. Sextius* Lov. 5.

Proconsul priore anno praefuerat] *proconsul prioris anni* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Frob. anni 1535. Verum haec lectio, quam tanto consensu perperam codd. probant, nata videtur ex eo, quod sequitur *praetore prioris anni*.

§. 8. *Cn. Tremellius Siciliam*] *C. Remilius* Hearnii L. 1. *C. Tremellius* Lov. 5. et Gaertn. Reliqui, licet eorum quidam *Treme-*

Digitized by Google

giones acciperet; Villius propraetor viginti navibus longis, militibus mille, oram Siciliae tutaretur: inde 9
M. Pomponius viginti navibus reliquis mille et quingentos milites Romam deportaret. C. Aurelio Cottae urbana evenit. ceteris, ita uti quisque obtinebant provincias exercitusque, prorogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defensum 10
imperium est. Et ut placatis Diis omnia inciperent 11
agerentque, ludos, quos, M. Claudio Marcello, T. Quinctio consulibus, T. Manlius dictator, quasque

lius, Remelius, Aremelius, Remilius, Remellius legant, tamen constanter praenomen *Cn.* defendunt. V. ad cap. praec. §. 11.

Cum viginti navibus longis, militibus mille] Omnes Gall. abjiciunt *τὸ cum*. J. FR. GRON. Soli meorum Ber. et Gaertn. voculam *cum* retinent. Reliqui cum Hearnii L. 1. et N. eam expellunt. V. ad 34, 26, 11. Deinde *et militibus mille* Lov. 4. *militibus C.* Lov. 2. *reliquis militibus CX.* Lov. 1. *militibus CX.* Voss. Harl. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 9. *Tutaretur: inde M. Pomponius*] *Τῷ inde* reciso, Pall. tres *tutaretur: M. Pomponius XX. navibus reliquis mille et quingentos milites Romam deportaret.* tert. *deportavit.* GEBH. Illud *inde* non adparet etiam in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. et Harl. Contra Pomponii praenomen *M.* exsulat a Lov. 1. Verum, quum forte per compendium *iñ*, pro *inde*, scriptum esset, altera vox alteram ob ductuum similitudinem elisit. Mox *CX milites* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii L. 1. et N. *MCX milites* Lov. 4. Notas ꝏ *IↃ*, quibus numerus scriptus erat, non adsecuti videntur librarii, et hinc varie et hic et §. praec. erraſſe. Tum *Cn. Aurelio* Lov. 3. et Hearnii N. *M. Valerio* Hearnii L. 1. V. cap. praec. ad §. 11.

§. 11. *Ut placatis Diis omnia inciperent agerentque*] Pal. 2. *ut ab placatis Diis omnia inciperent.* GEBH. *ut bene placatis Diis* Lov. 2. *ut ad placatis Diis* Voss. et Lov. 1. *ut ab placatis Diis* Harl. *ut a placatis Diis* Lovel. 3. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *ut a placandis Diis* edd. ante Froben. anni 1535. Mox *Claudio Marcello, T. Quintio consulibus* Lov. 3. *M. Claudio Marcello et T. Quintio consulibus* Ber. *M. Claudio Marcello, Quintio consulibus* Lov. 2. Harl. et Hearnii N. *M. Claudio Marcello, Quintio Crispino consulibus* Hav. *M. Claudio Marcello, Quintio Fabio consulibus* Voss. in margine, et Lov. 1. *M. Claudio, Q. Marcello consulibus* Hearnii L. 1.

Si per quinquennium illud respublica] Put. et Reg. non agnoscunt pronomen. J. FR. GRONOV. *p. r.*, id est *populus Romanus*, pro *respublica*, perperam Lov. 1. 2. et Harl. V. ad 9, 26, 8.

Ut eos consules priusquam ad bellum] Habent omnes repetitum: *ut eos ludos consules*,

Digitized by Google

hostias majores voverat, si per quinquennium illud respublica eodem statu fuisset, ut eos ludos consules, priusquam ad bellum proficiscerentur, facerent.
12 Ludi in circo per quatriduum facti: hostiaeque, quibus votae erant Diis, caesae.

1 XXVIII. Inter haec simul spes, simul cura in dies crescebat: nec satis certum constare apud animum poterat, utrum gaudio dignum esset, Hannibalem, post sextumdecimum annum ex Italia decedentem, vacuam possessionem ejus reliquisse populo Romano, an magis metuendum, quod incolumi ex-
2 ercitu in Africam transisset. *Locum nimirum, non*

priusquam ad bellum proficiscerentur, facerent. Quod homines non bellos sustulisse credo. J. FR. GRON. Solus Ber. vocem non agnoscit. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. et Branc. Latinii eam servant.

§. 12. *Ludi in circo per quatriduum facti: hostiaeque*] *Qui*, pro *Ludi*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *hostiae aeque* Lov. 1. 3. et Harl. *hostiae*, copula omissa, Gaertn.

§. 1. *Constare apud animos poterat, utrum gaudio dignius esset*] Pal. 1. 2. et vet. ed. *utrum gaudio dignum esset.* GEBH. Omnes Gall. duo Pall. Andreas et Aldina, *constare apud animum poterat, utrum gaudio dignum esset.* Illud mutarunt, opinor, quia de pluribus agitur; hoc quia sequitur *magis metuendum.* Utrumque mendose et sine caussa. J. FR. GRON. Editioni Frob. anni 1535. haec lectio debetur. Non tantum priores edd. verum etiam quoscumque consului codices cum Hearnii L. 1. et N. *apud animum*, et *dignum esset. animus* de pluribus dici, docuit Gronov. ad 7, 30, 22. In sequentibus autem *magis metuendum* est potius metuendum. V. ad 9, 22, 7.

In Africam trajecisset] Omnes Gall. et Voss. *transisset.* J. FR. GRON. Prisina lectio superest in Lov. 3. Harl. et Ber. utramque *transisset vel trajecisset* praefert Gaertn. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. *transisset.* Eaedem voces inter se etiam supra commutabantur 29, 20, 11. (* 38, 9, 10.) *transmisisset* habet Rec.

§. 3. *Qui statarios semilixas ducere exercitus solitus*] Tria hic lectori consideranda puto: quem *statarium semilixam* vocet; cujus casus sit *exercitus*; denique quid hoc, quod paulo post sequitur, *ducere exercitum aequalem stipendiis suis.* Ego de omnibus vehementer dubito. GLAR. Vet. lib. *qui statarius semilixa ducere exercitum solitus sit.* Ego, *qui statarium semilixam ducere exercitum.* Nam *statarius* et *semilixa* militibus

Digitized by Google

periculum, mutatum: cujus tantae dimicationis vatem, qui nuper decessisset, Q. Fabium haud frustra canere solitum, graviorem in sua terra futurum hostem Hannibalem, quam in aliena fuisset. nec Sci- 3
pioni aut cum Syphace, inconditae barbariae rege, cui Statorius semilixa ducere exercitus solitus sit, aut cum socero ejus Hasdrubale, fugacissimo duce, rem futuram, aut tumultuariis exercitibus, ex agrestium semiermi turba subito conlectis: sed cum Han- 4
nibale, prope nato in praetorio patris fortissimi ducis, alito atque educato inter arma, puero quondam milite, vixdum juvene imperatore: qui senex vincendo 5

magis congruunt, quam imperatori et regi. Itaque ubi de Annibale loquitur, haec opponit, *ducere exercitum aequalem stipendiis suis*, id est, qui tot stipendia confecerit, quot imperator, quem puerum militem factum esse dixit. Haec quaerenti Glareano. SIG. Ne gloriretur Sigonius: quaerenti Glareano aut nihil hic, aut male respondit. Veram lectionem e fidissimis codd. erutam nobis hic habes: *cui Statorius semilixa ducere exercitus solitus sit.* Deque illa 4. Observ. [7.] egimus. Ad aliquam tamen ejus lucem respice l. 24, 48. J. FR. GRON. Capitalis haec Gronovii emendatio est, quam ex quibus Mstorum lectionibus eruerit, latius in Observ. docuit; qui locus videndus est. Ab illa meorum codd. alii longius, alii minus discedunt. *qui statarius similixas exercitus ducere* habet Ber. *qui statarius semilixa ducere ex.* Lov. 3. *cui stardejo similius lixa ducere ex.* Gaertn. *cui Statorius enim miles adducere ex.* Harl. *cui Statorius miles ducere ex.* Hav. *cui Statorius ei miles adducere ex.* Lov. 2. *cui Statorius ejus milix adducere ex.* Voss. sed *miles* a m. 2. adsentiente Lov. 1. *cui stator ejus se milixa ducere ex.* Lov. 5. Sed plane, ut Gronovius emendavit, *cui Statorius semilixa ducere ex.* Lov. 4. De Statorio v. Oudend. ad Front. 1, 1, 3.

Aut tumultuariis exercitibus, ex agrestium semiermi turba subito conlectis] Pal. 1. *aut tumultuaris exercitus bis ex agrestium enervi turba conjectus.* GEBH. Ita etiam Lov. 1. et Harl. neque aliter Voss. nisi quod servet *inermi*, et in margine legat *concretus. aut tumultuario exercitu bis ex agrestium enervi turba subito conjecto* Lov. 2. et Hav. *enervi* etiam Lov. 3. 4. et Ber. a m. 2. *inermi* Lov. 5. *conjectus* et *conlectus* passim commutari, videbimus ad 36, 12, 4.

§. 4. *Alito atque educato inter arma*] Pal. 2. *adulto* tert. *alto.* GEBH. *alto* Rec. et Hearnii D. Tum *educto* ed. Bas. anni 1555. Sed aliae cum codd. scriptis vindicant *educato.*

Digitized by Google

factus, Hispanias, Gallias, Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum complesset: ducere exercitum aequalem stipendiis suis, duratum omnium rerum patientia, quas vix fides fiat homines passos; perfusum millies cruore Romano; exuvias non militum tantum, sed etiam imperatorum, por-
6 *tantem. Multos obcursuros Scipioni in acie, qui praetores, qui imperatores, qui consules Romanos sua manu occidissent, muralibus vallaribusque insignes coronis, pervagatos capta castra, captas urbes Romanas.*
7 *Non esse hodie tot fasces magistratibus populi Romani, quot captos ex caede imperatorum praeferre pos-*

§. 5. *Ducere exercitum aequalem stipendiis suis*] Omnino *duceret*. nam *perfusum*, quod sequitur, non ad Hannibalem, sed ad *exercitum* pertinet. J. FR. GRON. Doujatius contra codd. auctoritatem nihil mutandum censet: *ducere* enim pendere ex eo, quod praecessit, *Fabium haud frustra canere solitum*. Verum in memorabili illa Fabii oratione supra 28, 40. et seqq. quo respicitur, nihil hujus rei memoratur. Gronovii conjecturam Clericus in contextum recepit, non monito tamen, ut se facturum promiserat, lectore. Eamdem probavit etiam Crevierius: prudenter tamen in contextum non admisit. Mihi etiam vera videtur.

Duratum omnium rerum patientia, quas vix fides fiat homines passos] Pal. 1. *quam fides fiat*. Caeterum ferme ita loquitur Livius supra c. 18, 3. *Induratus praeter spem resistendo hostium timor*. Justinus 6, 4. *Agesilaus, restituto proelio, non difficulter recenti et multis expeditionibus indurato milite hostibus victoriam eripuit*. 7, 2. *Armis veluti quotidiano exercitio indurati, gloria bellicae laudis finitimos terrebant*. 12, 4. *Itaque a parvula aetate periculis laboribusque indurati invictus exercitus fuere*. GEBH. *qua fides fiat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *quam fides fiat* Lov. 3. Vox *homines* non adparet in Lov. 1.

Non militum modo, sed etiam] Parum intereft, sed omnes Gall. *exuvias non militum tantum, sed etiam*. J. FR. GRON. Ita et Voss. Harl. ac Lov. 4.

§. 6. *Qui praetores, qui consules*] Put. Reg. Men. duo Pall. Voss. editi ante Gryphium *qui praetores, qui imperatores, qui consules*. Vulgo duae mediae voces absunt: nos eas ab interprete non esse judicavimus, quod praeter consules praetoresque alio imperii nomine duces Romanos ab Annibale caesos aliquos ex historia meminiramus. J. FR. GRON. Voces *qui imperatores*

Digitized by Google

set Hannibal. Has formidines agitando animis, ipsi 8
curas et metus augebant etiam, quod, quum adsuessent per aliquot annos bellum ante oculos aliis atque aliis in Italiae partibus lenta spe, in nullum propinquum debellandi finem gerere, erexerant omnium animos Scipio et Hannibal, velut ad supremum certamen comparati duces. Ii quoque, quibus in- 9
gens erat in Scipione fiducia et victoriae spes, quo magis in propinquam eam inminebant animis, eo curae intentioris erant. Haud dispar habitus animo- 10
rum Karthaginiensibus erat. quos modo petisse pacem, intuentes Hannibalem ac rerum gestarum ejus

tuentur etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Primus eas omisit Frob. anno 1535. tum Bas. anno 1539. Vascos. et ita demum Gryph. Mox *vallaribusque* deest in Lov. 1. 2. 3. *vallaribus* in Voss. Harl. et Hav. Hinc *pervagatos castra capta, urbes Romanas* Harl.

§. 7. *Prae se ferre posset Hannibal*] Put. Men. Voss. *praeferre.* J. FR. GRON. Vulgatum est in Ber. Gaertn. et Rec. Reliqui probant lectionem Gronovii, concinente etiam Hearnii N. Eaque vera est. Solent ita turbare librarii inter *praeferre* et *prae se ferre.* V. ad 27, 34, 5.

§. 8. *Quum adsuessent per aliquot annos*] *asuescerent* Lov. 1. *assuescent* Hav. et Gaertn. *assuesserent* Voss. *assuesceret* Lov. 3. *assuescerent* Harl. Verum indocti librarii Livio familiares inviderunt contractiones. V. ad 4, 45, 4. Mox *aliis atque aliis in Italia partibus* Lov. 2. Deinde *bellandi* Lov. 4. et Rec. V. ad Epit. Liv. 37.

§. 9. *Eo curae intentioris erant*] Sic nemo scriptorum: sed *eo curas intentiores*, sine τοῦ *erant.* Suspicor Livium dedisse, *Iis quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, victoriae spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, et curas intenderat.* J. FR. GRON. *eo intentioris curae erant* in nullo e scriptis esse, etiam Crevier. testatur. Si tamen excerptis meis fidem habere possum, ita superfuit in Lov. 4. Ber. Gaertn. Hafn. et Rec. Totum locum hoc modo concipit Lov. 5. *Eis quoque, quibus erat in Scipione fiducia et victoriae spes, quo magis in propinquam eam inminent animis, eo curae intentiores erant.* Quomodo fere scribi posse Doujat. conjecit, quum *eo curae intentiores erant* etiam in Reg. invenisset; postea tamen vulgato standum judicavit, quoniam in eodem cod. initium ita concipiebatur *Licet enim ii quoque.* a Lov. illo parum abeunt L. 1. apud Hearnium, et Hav. nisi quod praecipue *eo curas intentiores*, omisso τοῦ *erant*, legant, in quibusdam etiam aliis apicibus differentes.

Digitized by Google

11 magnitudinem, poenitebat: modo, quum respicerent, bis sese acie victos, Syphacem captum, pulsos se Hispania, pulsos Italia, atque ea omnia unius virtute et consilio Scipionis facta, velut fatalem eum ducem in exitium suum natum horrebant.

1 XXIX. Jam Adrumetum venerat Hannibal: unde, ad reficiendum ex jactatione maritima militem paucis diebus sumtis, excitus pavidis nunciis, omnia circa Karthaginem obtineri armis, adferentium,

§. 11. *Pulsos se Hispania, pulsos Italia*] Tres priores voces neglegentia librarii deerant in Hearnii D. Ei autem erranti offendiculo fuit repetitio *τοῦ pulsos*. V. ad 9, 11, 11. *se Hispania pulsos ac Italia* perperam etiam Hav. Mox *fatalem ducem*, omissa media voce, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl.

§. 1. *Jam Adrumentum pervenerat Hannibal*] Vet. lib. *Adrumetum*. Recte. Appianus enim *Ἀδρύμητον*. Polybius et Stephanus *Ἀδρύμητα* edunt. SIG. Prisca ed. et Pal. 2. *Adrumentum*. pr. *Jam Hasdrumentum venerat Hannibal*. tert. *Jam ad Rumentum pervenerat*. GEBH. Omnes Gall. Voss. optimus Pal. *Jam Adrumetum venerat Annibal*. J. FR. GRON. *Hasdrimentum* Gaertn. *Hasdrumentum* Harl. *Hasdumetum* Lovel. 4. *Hasdrumetum* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. V. Bosium ad Nepot. Hannib. 7, 3. In lapidibus et nummis adspirationem addi, docet Cellar. Geogr. ant. 4, 4. p. 88. V. etiam Cl. Corte ad Sallust. Jug. 19, 1. Si tamen etymologiam sequimur, quam proponit Bochart. Geogr. sacrae part. 2. l. 1, 24. p. 478. adspiratio rejicienda videtur. Praeterea *venerat* omnes mei, excepto solo Ber. qui editis adhaeret. Mox *nunciis omnia circa Karthaginem obtineri armis afferentibus*, pro *afferentium*, Hearnii L. 1. et Branc. Latinii, cum Hav. et Ber. a m. 2. *Τὸ omnia* deest in Harl. eo transposito *circa Karthaginem obtineri omnia armis* legit Lov. 2.

§. 2. *Zama quinque dierum iter ab Karthagine abest*] Plutarch. in Hannibale hanc extremam pugnam ad Zamam fuisse scribit, Nadagarae autem non meminit. Oportet autem aliam fuisse urbem Zamam, quam quae a Strabone lib. ult. [p. 829.] describitur, et l. 5. de bello civ. [91.] ab Oppio sive Hirtio, et a Sallust. [Jug. 57.] Plutarchus nihil de distantia tanta dicit. Certum est, hic mendum esse. Adrumentum enim vix distat itinere quinque dierum ab Carthagine: cum haec Zama, ut ex omnibus locis apparet, propinquior multo sit, videlicet ad quam, ut Carthagini succurreret, ab Adrumento magnis itineribus contendit Hannibal. GLAR. Sic Polyb. [15, 5.] *Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν παρὰ τὸν Ἀδρύμητα τόπων προῆλθε καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ Ζάμαν. Αὕτη δ' ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε.* SIG. V. Cellar. 4. Geogr. ant. 5. p. 115.

Digitized by Google

magnis itineribus Zamam contendit. Zama quinque 2
dierum iter ab Karthagine abest. inde praemissi speculatores quum excepti a custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent, traditos eos tribunis militum, jussosque omisso metu visere omnia, per castra, qua vellent, circumduci jussit: percunctatusque, sa- 3
tin' per commodum omnia exploraſſent, datis, qui prosequerentur, retro ad Hannibalem dimisit. Han- 4
nibal nihil quidem eorum, quae nunciabantur, (nam

Traditos eos tribunis militum] Vet. lib. *tribuno militum.* nihil praestantius: sic enim Polyb. [15, 5.] συνήσας ἄντοις χιλίαρχον, ἐπέταξε πάντα καθαρίως ὑποδεῖξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. SIG. *tribuno militum* itidem Hearnii D. Omnes mei vulgatum tuentur. Mox *perque castra* Vess. Lov. 1. 2. 4. Ber. a m. 2. Harl. et Hav.

§. 3. *Percunctatusque, satin' commode*] Put. Reg. Men. Voss. Pal. unus *satin per commodum omnia explorassent.* Et haec gemmula nobis auctoribus reddita Livio est. 10, [25, 17.] *Donec vel ipse, si per commodum reipublicae posset, Romam venisset.* 22, [57, 1.] *Primo quoque tempore, quantum per commodum reipublicae fieri posset, Romam veniret.* 31, 11, 2. *Ipse, si per commodum reipublicae posset, ad comprimendum Gallicum tumultum proficisceretur.* 37, [50, 6.] *Mandatum eidem, si per commodum reipublicae facere posset, ut ad comitia Romam rediret.* Sed, quod proprie ad hunc locum, 42, [18, 8.] *Ubi consul, cui provincia Macedoniae obvenisset, classem appellere tuto, et copias per commodum exponere posset.* ubi male Sigonius *percommode.* Caesar apud Cic. 14. ad Att. 1. *Cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire posse.* Et sequenti: *Cum tam diu sedens meum commodum exspectet.* J. FR. GRON. *percunctantesque* Lov. 2. *percunctatosque* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Froben. anni 1535. Deinde *satisne* Lovel. 5. *statim* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Sed v. ad 1, 39, 3. Deinde *per commodum* Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. et N. *per commodum* est commode, commodo suo. Ita *per otium* 4, 58, 12. *Ne domi per otium suffragii libere ferendi consilia agitet.* ubi alia vide. 44, 38, 10. *Hostes per summum otium instruxerant aciem. per tumultum* pro tumultuose 44, 45, 14. *per luxum* pro luxuriose. V. Cort. ad Sall. Jug. 2. Mox *persequerentur* Lov. 2. 3. Harl. Ber. et Gaertn. frequentissimo errore. V. ad Epit. Liv. 99. Supra 27, 19, 12. *Jussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit.*

§. 4. *Venisse eo ipso forte die, adferebant*] *adferebant* Lov. 2. Quod cur probari nequeat, supra dictum est ad 24, 1, 6. Mox *audit* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. pro quo legendum putavi *audiit.* Ita enim pas-

Digitized by Google

et, Masinissam cum sex millibus peditum, quatuor equitum venisse eo ipso forte die, adferebant) laeto animo audiit, maxime hostis fiducia, quae non
5 de nihilo profecto concepta est, perculsus. Itaque, quamquam et ipse caussa belli erat, et adventu suo turbaverat et pactas inducias, et spem foederum; tamen, si integer, quam si victus, peteret pacem, aequiora impetrari posse ratus, nuncium ad Scipionem misit, ut conloquendi secum potestatem face-

sim errasse librarios, ut verba praesentia et praeterita perfecta hac ratione contracte enunciata confunderent, infra videbimus ad 36, 20, 3. Et quidem *audiit* hic plane etiam exhibet Lov. 5.

Maxime hostis fiducia, quae non de nihilo profecto concepta est, perculsus] Pal. 1. *maxime si hostis fiducia, quae non de populo profecto concepta percussus est.* GEBH. Immo *esset.* Est enim cogitatio Annibalis, non adfirmatio Livii. J. FR. GRON. *maxime si hostis fiducia* Voss. Lov. 1. et Hav. qua scriptura quid indicarent librarii, non intellexi, donec in Lov. 2. scriptum offenderem *maxime scilicet hostis fiducia*, unde credidi, *τὸ si* natum esse ex voce *scilicet*, duabus litteris *sc.* conscripta: ipsum autem *scilicet* referendum est inter glossas scribarum. Hinc *quae non de illo profecto* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *quae non de plo profecto* Harl. Deinde *percussus* Voss. Lov 1. 4. 5. et Harl. V. ad 34, 15, 2. Ceterum *esset*, ut Gronov. conjecit, rectum videtur. Contra a scriptis plerisque verbum abesse, eoque sententiam carere posse, Doujatius testatur: vellem codices, in quibus verbum deerat, nomine indicasset, ut de eorum auctoritate constaret. Certe in omnibus meis superest, neque aliquid Hearnius de suis notavit. et quidem verbum est necessarium. Si qui autem codd. omiserint, id inde factum forsitan sit, quod librarii *τὸ est* locum habere non posse sentirent: quae etiam caussa exstitisse videtur, cur in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. sequenti postponitur. Solent autem *ē* et *eet*, sive *est* et *esset*, in Mstis confundi. V. ad 22, 36, 4.

§. 5. *Adventu suo turbaverat pactas inducias*] Omnes Gall. et Pall. Voss. *turbaverat et pactas inducias, et spem foederum.* J. FR. GRON. Similiter non tantum Hearnii N. sed et omnes mei, excepto uno Ber. qui *τὸ et* priori loco omittit. V. ad 2, 44, 3. Paullo ante Cl. Jac. Gronov. quum olim ederetur *caussa ejus belli*, mediam vocem *ejus* omisit: quem fidem codd. suorum secutum credo, quia in nullo etiam meo, nisi in uno iterum Ber. superest.

Aequiorem impetrari posse ratus] Placeret magis *aequiora impetrari* etc. URSIN. Pall. 1. 2. et vet. ed. *aequiora impetrari posse.* quod probo, ut non tam *ad pacem* referatur, quam generatim accipiatur. Supra c. 4. 8. *Tandem relatum responsum quibus-*

Digitized by Google

ret. Id utrum sua sponte fecerit, an publico con- 6
silio, neutrum cur adfirmem, habeo. Valerius An- 7
tias, primo proelio victum eum a Scipione, quo
duodecim millia armatorum in acie sunt caesa, mil-
le et septingenti capti, legatum cum aliis decem le-
gatis tradit in castra ad Scipionem venisse. Cete- 8
rum Scipio quum conloquium haud abnuisset, am-
bo ex composito duces castra protulerunt, ut coïre
ex propinquo possent. Scipio haud procul Naragga- 9

dam, quia nimis cupere Romanus pacem videbatur, iniquis per occasionem adjectis. GEBH. Iidem omnes, uno solo Pal. excepto, nec non editi ante Gryphium *aequiora impetrari posse ratus.* J. FR. GRON. *aequiorem* ante Gryphium ediderunt primus Froben. anno 1535. hinc Basil. anno 1539. et Vascos. Verum omnes etiam mei, (praeter unum Hafn.) omnesque Oxonn. Hearnii *aequiora* servant, quomodo etiam Latinius legendum conjecit.

§. 7. *In acie sunt caesi, mille et septingenti capti*] Lege *sint.* J. FR. GRON. *decem CCC capti* Lov. 2. *X. et CCC capti* Voss. et Lov. 1. *X. et septingenti capti* Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *decem et septingenti capti* Hav. Numerus millenarius hac nota ↀ scriptus fuit; quam non adsecuti librarii per *decem*, vel per ejus notam *X*, reddiderunt. V. ad 33, 14, 5. *MCC capti* Lovel. 5. Hic vero nota *IↃ*, ut incognita, a librariis omissa est. V. ad 37, 40, 11.

§. 8. *Ex composito duces*] Vet. lib. *ambo ex composito duces.* SIG. Sola est ed. Bas. anni 1554. quae vocem *ambo* omisit. Ea autem vox non tantum in reliquis edd. sed et in omnibus Mstis constanter superest.

Ut coïre ex propinquo possent] Pal. 1. *ut coïri ex propinquo posset.* GEBH. *coïri* etiam Voss. Ber. 1. 2. [?] et Harl.

§. 9. *Haud procul Nadagra urbe*] Vet. lib. *Nargara.* Polyb. [15, 5.] *πρὸς τὴν πόλιν Μάργαρον.* Hanc urbem Ptolemaeus vocat *Ναργαράν.* SIG. Pal. 1. *Naraggata.* sec. *Harcara.* tert. *Narcara.* Forte *Nargara.* GEBH. *Naraggara* legitur in vetustissimo libro coenobii Carthusiani Aulae Dei in agro Caesaraug. teste Surita ad Itinerar. Antonini [p. 41. nuperae ed.] Polyb. hoc loco *πόλιν Μάργαρον* vocat l. 15, [5.] Ptolemaeus *Ναργαράν.* H. VALES. Put. Men. Buslid. *Narraggara*, ut et Ptolemaeo Antoninoque hanc urbem vocari submonuit Rubenius. Polybio *Μάργαρον.* nisi corruptum vocabulum est. J. FR. GRON. *Vargara urbe* Lov. 4. *Nadaggara urbe* Harl. *Margata urbe* Hearnii L. 1. *Maraggara* ejusdem N. nisi utroque loco operae aberrarint, ac legendum sit *Nargata* et *Naraggara*, quod de utroque verisimile est, nisi ipsum Hearnium errasse velimus. *Nataggaram urbem* Lov. 3. et Harl. *Narragana urbe* Lov. 2. *Narraggara urbe* Lov. 1. et 5. *Naraggaram urbem* Hav. *Naraggara urbe* Voss. quod in contextum recepi.

Digitized by Google

ra urbe, tum ad cetera loco opportuno, tum quod
10 aquatio intra teli conjectum erat, consedit. Hannibal tumulum a quatuor millibus inde, tutum commodumque alioquin, nisi quod longinquae aquationis erat, cepit. ibi in medio locus conspectus undique, ne quid insidiarum esset, delectus.

1 XXX. Submotis pari spatio armatis, cum singulis interpretibus congressi sunt, non suae modo aetatis maximi duces, sed omnis ante se memoriae, omnium gentium cuilibet regum imperatorumve pa-

§. 10. *Commodumque alioqui, nisi quod longinquae aquationis erat*] *alioquin* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Ascens. anni 1513. *commodumque colloquio* Lov. 2. Deinde *longinquus aquationis erat* Voss. et Lov. 1. *longinquum aquationi erat* Lov. 2. *longinq adaquationis erat* Gaertn. *longinquae aquationes erant* Lov. 3. 4. 5.

§. 1. *Submotis pari spatio armatis*] Pal. 1. *Summotis par in spatium armatis.* GEBH. Eadem lectio apud me supereſt in Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

§. 3. *Si hoc ita fato datum erat*] Hujus orationis magna pars est apud Polyb. [15, 6.] Incipit autem apud eum Annibal ab ea sententia [Livii:] *Optimum fuerat, eam patribus nostris mentem datam ab Diis esse.* SIGON.

Qui primus bellum intuli populo Romano] In extrema oratione dicit, *bellum a me coeptum est.* Non credo, Annibalem apud Scipionem voluisse fateri, se causam belli quaesivisse, auctoremque illius fuisse, et, Romanis in foedere manentibus, eo rupto injusta arma intulisse: etsi Scipionem ita, ut qui in hunc sensum illa acceperit, respondentem inducit Livius c. 31, 5. *Vos lacessisse et tu ipse fateris, et Dei testes sunt.* Non facile enim solent, ne illi quidem, qui sibi divini humanique juris bello aliis inferendo violati conscii sunt, id fateri; et Carthaginienses sibi, nec fortassis omnino temere, persuadebant, se utriusque belli cum Romanis justissimas causas habuisse. V. 21, 44. An ergo Annibal dicit, se Romanos nondum paratos bello praevenisse, iisque deliberantibus et cunctantibus priorem arma intulisse? Ita quidem accipi possunt illa, *bellum a me coeptum est*, sed quia valde dubito, an hic vox *primus* eam interpretationem patiatur, cogitabam fortassis scriptum fuisse. *primus bellum in Italia intuli populo Romano.* ut paullo post, *Nec in Italia solum vobis bellum, nobis in Africa esset. in Italia* non ita difficulter ab adfinitate ultimae literae vocis *bellum* et plerarumque sequentis *intulit* intercidere potuit: *primus* autem intelligi potest primus exterorum. Nam Pyrrhus non tam belli Romanis inferendi, quam Tarentinos adversus eos defendendi causa in Italiam venisse videri volebat. Nec tamen meo periculo ita

Digitized by Google

res. Paullisper alter alterius conspectu, admiratio- 2
ne mutua prope adtoniti conticuere. Tum Hannibal 3
prior, *Si hoc ita fato datum erat, ut, qui primus bellum intuli populo Romano, quique toties prope in manibus victoriam habui, is ultro ad pacem petendam venirem; laetor te mihi sorte potissimum datum, a quo peterem. Tibi quoque inter multa egre-* 4
gia non in ultimis laudum hoc fuerit, Hannibalem, cui tot de Romanis ducibus victoriam Dii dedissent, tibi cessisse; teque huic bello, vestris prius, quam

legi volo; sed, quum tot ubique vatibus occurram, mihi quoque interdum hariolari licere puto. DUKER.

Quique toties prope in manibus victoriam habui] Abest a Pal. 3. *τὸ prope.* sec. *qui totiens victoriam prope in manibus habui.* GEBH. *victoriam prope in manibus* Lov. 2.

Laetor te mihi potissimum datum] Sic primus Gryphius: priores cum scriptis: *laetor te mihi sorte potissimum datum.* Sic 6, [21, 2.] *Volscos velut sorte quadam prope in aeternum exercendo Romano militi datos.* Et rursum proprie [c. 22, 6.] *Adjutor ex tribunis sorte L. Furius datus.* 36, [35, 4.] *Ego tamen sorte quadam nutriendae Graeciae datus.* J. FR. GRON. Vocem *sorte* ante Gryphium jam omiserunt Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos. quam praeter priores edd. et Hearnii Oxonn. etiam servant omnes mei, nisi quod *forte* sit in Lov. 4. V. ad 38, 40, 13.

§. 4. *Cui de tot Romanis ducibus*] Omnes Gall. Voss. et veteres illae, *cui tot de Romanis ducibus.* J. FR. GRON. Hic etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii, cum primis edd. *cui tot de Romanis*; quod primus iterum Froben. anno 1535. mutavit. Paullo ante *non in ultimis laudibus fuerit hoc* Harl. quod ex glossa natum puto. *ultimae laudum*, ut *ultimae terrarum*, de quo vidimus ad 28, 39, 14. vel *ultima laudum*, ut *tarda nominum*, de quo v. ad 7, 21, 8. *non in ultimis laudum fuerit* Lov. 4. *non in ultimis laudum fuerit hoc* Voss. Lov. 1. 3. 5. et Hav. *non in ultimis laudum fuerat his* Gaertn. *non in ultimis laudum tuarum fuerit hoc* Ber.

Huic bello, vestris prius, quam nostris, cladibus insigni] Iidem et scripti et editi cum duobus Pall. *huic bello vestris plus, quam nostris, cladibus insigni.* Sed hic *plus* librariorum errorem esse puto. J. FR. GRON. *vestris plus, quam nostris* Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Harl. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. anni 1535. *vestris magis, quam nostris* Lov. 5. Uni huic cod. credere vix audeo. Quare, quum tot codd. in *plus* conspirent, idque Gronov. recte damnarit, suspicio mihi nata est, aeque *prius*, *magis*, ac *plus* librariis deberi, et Livium scripsisse, *huic bello, vestris, quam nostris, cladibus insigni.*

Digitized by Google

5 *nostris, cladibus insigni, finem inposuisse. Hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut, quum patre tuo consule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim; ad filium ejus*
6 *inermis ad pacem petendam veniam. Optimum quidem fuerat, eam patribus nostris mentem datam ab Diis esse, ut et vos Italiae, et nos Africae imperio*
7 *contenti essemus: neque enim ne vobis quidem Sicilia*

Non enim agitur, Romani, an Karthaginienses, priores hoc bello damna passi sint, sed utrorum cladibus bellum magis infame fuerit. Livium autem τὸ *magis* omittere solitum fuisse, videbimus ad 34, 49, 10.

§. 5. *Hoc quoque ludibrium fortuna, an casus, ediderit*] Manifeste hic desideratur verbum: ut *incertum est*, vel *dubito*, vel quid simile. GLAR. Nihil huic sententiae deest, contra quam putat Glareanus. Dictum est autem, ut illud: *Tibi non in ultimis laudum hoc fuerit.* SIG. Pal. 2. *casus dederit.* At prim. *Hoc quoque ludibrium casus dederit, an fortuna.* vet. ed. *Hoc quoque ludibrium fortuna ac casus ediderit.* GEBH. Put. *Hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut cum patre.* Regius: *casus ediderit et fortuna.* Pet. Men. Pal. Buslid. Voss. *casus dederit, an fortuna.* Editum ab Andrea ad Frobenium usque video: *fortuna, an casus, ediderit.* In tot varietatibus tutissimum est sequi codicem antiquissimum, in cujus scriptura nihil est incommodi, modo τὸ *casus* accipias gignendi casu. Sensus, hunc quoque ludicrum casum quasi jocata fortuna ediderit. Plancus ad Ciceronem 10. Famil. 8. *Cum in eum casum fortuna me demisisset.* Cicero 4. Tuscul. *Quemcumque casum fortuna invenerit.* Ad Atticum 8, 1. *Quemcumque fors tulerit casum.* Caesar 6. Gall. [34.] *Quantum in bello fortuna possit, et quantos afferat casus.* Sallust. Jugurthino [56.] *Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis praeclari facinoris casum dare.* Justinus 27, [3.] *Casum tam indignae fortunae miserantes.* Lib. ult. [c. 4.] *Per omnes casus fortuna quadam servatus.* Petronius [87.] *Cum similis nos casus in eamdem fortunam retulisset.* Florus 2, 8. *Quodam casu, quasi industria, sic adgubernante fortuna.* Fatentur minus placere viri docti, et accessisse aliquid aliunde suspicantur. Ego vero, scripsisse Florum *quadam casum quasi industria sic adgubernante fortunae.* Ut intelligas, quadam quasi industria fortunae (ut *industria fatorum* alibi eidem) sic regente et adgubernante casum. Epitome l. 18. *Quaerente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur.* Glareanus quum legeret, ut in editionibus antiquis esse diximus, manifeste putabat desiderari *incertum est*, vel *dubito*. Ei scrupulo nec recte occurrit Sigonius:

Digitized by Google

lia ac Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus. Sed, praeterita magis reprehendi possunt, quam corrigi. Ita aliena adpetivimus, ut de nostris 8 *dimicaremus, nec in Italia solum vobis bellum, nobis in Africa esset: sed et vos in portis vestris prope ac moenibus signa armaque hostium vidistis, et nos ab Karthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus. Quod igitur nos maxime abominaremur,* 9

neque enim is erat de formula, *Hoc ediderit*, sed de hac locutione *fortuna an casus*. quae tamen sic quoque concepta satis est Latina. J. FR. GRON. *Hoc quoque ludibrium fortuna an casus dederit, ut cum* Ber. a m. 1. *ut qui cum* a m. 2. *Hoc quoque ludibrium fortunae vel casus ediderit, ut cum* Gaertn. *Hoc quoque ludibrium fortunae casus ediderit, ut cum* Rec. *Hoc quoque ludibrium casus ediderit, ut cum* Hearnii D. *Hoc quoque ludibrium casus dederit an fortuna, ut cum* Lov. quinque, Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *Hoc quoque ludibrium casus dederit an fortuna, ut qui cum* Hav. et Brancal. Latinii. Doujatius existimabat, receptam lectionem *ludibrium fortunae casus ediderit* optimam videri posse: potius tamen integerrimi cod. lectionem cum Gronovio probo. Exempla enim, quae laudavit, probant, potius casum adscribi fortunae, quam fortunam casui. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Tib. 19. Mox *consule* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. *patre tuo conceperim* legit Lovel. 5.

Cum eodem etc. *signa contulerim*] Non male animadvertit Buchner. l. 1, 4. de Commut. rat. dicend. Annibalem offensionis et odii vitandi causa non dicere *quem vicerim*. DUKER.

§. 7. *Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt*] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit, sine dubio fide codd suorum, siquidem ita non tantum Hearnii Oxonn. sed et omnes nostri, excepto solo Ber. qui, ut olim edebatur, *Sicilia atque Sardinia* praefert.

Tot tamque egregiis amissis ducibus] Omnes scripti: *tot tam egregiis amissis ducibus*, absque conjunctione, ut libro praecedenti c. 21, 10. J. FR. GRON. Ita legunt etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. V. ad 25, 37, 13.

§. 8. *Nobis in Africa est*] Scripti *esset*. Ergo muta distinctionem: *Ita aliena appetivimus, ut de nostris dimicaremus, nec in Italia solum vobis bellum, nobis in Africa esset*. J. FR. GRONOV. Soli meorum Lov. 3. et Ber. *est*. Reliqui cum Hearnii Oxonn. *esset*. V. ad 22, 36, 4. Antea distinguebatur *dimicaremus. nec in Italia* etc.

Fremitum castrorum Romanorum exaudivimus] Omnes *exaudimus*. J. FR. GRON. Plures meorum, non tamen omnes, *exaudimus*. Alterum enim superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. et Gaertn. Hearnius etiam, ex

Digitized by Google

vos ante omnia optaretis, in meliore vestra fortuna de pace agitur: agimus ii, quorum et maxime interest pacem esse, et qui quodcumque egerimus, ratum civitates nostrae habiturae sint. animo tantum nobis
10 *opus est non abhorrente a quietis consiliis. Quod ad me adtinet, jam aetas senem in patriam revertentem, unde puer profectus sum, jam secundae, jam adversae res, ita erudierunt, ut rationem sequi, quam*
11 *fortunam, malim. Tuam et adolescentiam et perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quietis*

uno tantum L. 1. laudat *exaudimus*, quod tamen cum Gronov. probo. Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit, paullo ante legendum *videretis*, pro *vidistis*, hic autem *exaudiremus*, pro *exaudimus*: pendere enim orationem a praecedenti *Ita aliena appetivimus, ut* etc. Id si placet, potius ibi *videritis*, hic *exaudiamus* legam.

§. 9. *Agitur: agimusque ii, quorum et maxime interest*] Pall. 1. et 2. *agimus enim, quorum maxime interest.* Iidem paullo ante codd. *vos autem omnia optaretis.* GEBH. Omnes, omissa copulativa, *agimus ii.* J. FR. GRON. *agimusque* soli ex meis Gaertn. et Ber. a manu 1. Reliqui omnes copulam expellunt. Verum insuper *agimus enim, quorum* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Error ex eo natus est, quod olim pro *ii* scriptum fuerit *ei*, ut etiamnum exstat in Voss. et librarii exaratum crediderint *ei*, id est *enim*. V. ad 36, 12, 8. *agimus duo quorum* Lov. 5. V. ad 36, 43, 11. Deinde *quorum maxime interest pacem esse, qui quodcumque*, bis copulativa omissa, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Paullo ante *vos autem ante omnia* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535. V. ad 21, 40, 11.

§. 10. *Quod ad me adtinet, jam aetas senem*] Put. Reg. Men. Voss. *Quod ad me attinebat.* J. FR. GRON. *adtinebat* etiam Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. Tum vocula *jam* non exstat in Voss. Lovel. 1. 4. Harl. Hafn. et Hav. Insuper *aetate senem* Hafn.

Jam secundae, jam adversae res ita erudierunt] Pal. 1. 2. *ita fraudaverunt.* Forte leg. *ita formaverunt.* tert. *jam secundae res ita erudierunt.* GEBH. *fraudaverunt* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. et Hav. *erudiverunt* Lov. 5.

§. 11. *Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna numquam decepit*] Pal. 1. *repugnet, quem f. n. decepit.* sec. *metuo ne temere in incerta casuum te impellat, quem fortuna nunquam decepit.* GEBH. *repugnet* etiam Voss. Lov. 1. 2. et Harl.

§. 12. *Quod ego fui ad Trasimenum, ad Cannas, id tu hodie es*] Pal. 1. et 3. *ad Trasimenum et ad Cannas.* GEBH. *ad Trasi-*

Digitized by Google

opus est consiliis, metuo. Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna numquam decepit. Quod ego fui ad Trasimenum, ad Cannas, id tu 12 *hodie es. Vixdum militari aetate imperio accepto, omnia audacissime incipientem nusquam fefellit fortuna. Patris et patrui persecutus mortem, ab calamitate* 13 *vestrae domus decus insigne virtutis pietatisque eximiae cepisti: amissas Hispanias reciperasti, quatuor inde Punicis exercitibus pulsis: consul creatus, quum* 14 *ceteris ad tutandam Italiam parum animi esset,*

menum et ad Cannas etiam Lov. 5. Malc. V. ad 38, 18, 12. Ultima vocula *es* non adparet in Voss. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. Elegans autem est *quod* et *id*, pro *qui* et *is*, vel *qualis* et *talis*. V. Cel. Burm. ad Ovid. 18. Her. 153. et ad Phaedri 5, 10, 9. ut et, quem ibi laudat, Heinsium ad Ov. 12. Her. 31.

§. 13. *Patris et patrui persecutus mortem, et calamitate vestrae domus decus* etc. *cepisti*] Legendum *ex calamitate vestrae domus*, ut restat in Pal. 2. 3. nec non vet. ed. Palat. vero primus *secuturus*, aut tale aliquid; nam exstat tantum *surus*. *fortunam patris et patrui ibi persecutus mortem ad calamitatem vestrae domus decus insigne virtutis pietatisque eximiae cepisti*. GEBHARD. Vitium recentissimarum: nam superiores, et codex Petavii, et duo Pall. *ex calamitate*. Reg. *at calamitatem*. Men. *et calamitatem*. Put. *ad calamitate*. Scribe *Patris et patrui persecutus mortem ab calamitate vestrae domus decus insigne virtutis pietatisque eximiae cepisti*. J. FR. GRON. *Sed patris et patrui tui persecutus mortem* Hav. et Branc. Latinii. Sed frustra. Voculam *sed* saepius connectendo sensui librarios addidisse, vidimus ad 6, 32, 8. *Patris et patrui ibi persecutus mortem* Lov. 1. 2. et Voss. *ibi* etiam addidit Harl. Deinde *et calamitate* primum adparuit in ed. Francof. anni 1588. *ex calamitate* Lov. 3. 4. 5. Ber. et Harl. *ad calamitatem* Lov. 1. 2. et Harl. *a calamitate* Hav. *ab calamitate*, nisi fallant excerpta, Voss.

Amissas Hispanias recuperasti] Put. *reciperasti*. J. FR. GRONOV. Ita et in Voss. ac Lov. 2. fuisse videtur. V. ad. 7, 18, 1. Praeterea *amissam Hispaniam* Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii N. Non sequor. Supra 28, 18, 9. *Non, quomodo Hispaniae amissae sint, quaerendum magis Karthaginiensibus esse*. ubi v. Gronov. 32, 28, 11. *Praetoribus in Hispanias octona millia peditum sociûm ac Latini nominis data*. ubi etiam male plures codd. *in Hispania*. (* Epit. 96. 105.)

§. 14. *Consul creatus, quum*] In his verbis incomparabilis ille Puteanorum codex finitur, magno nostro et Livii damno. Jam ad reliqua spissius, et non ita bonis tibicinibus fulti secedemus. J. FR. GRONOV.

Digitized by Google

transgressus in Africam, duobus hic exercitibus caesis, binis eadem hora captis simul incensisque castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni ejus, tot nostri imperii ereptis, me sextumdecimum jam annum haerentem in possessione Italiae detraxi-
15 *sti. Potest victoriam, inquam, malle, quam pacem, animus. Novi spiritus magis magnos, quam*

Binis eadem hora captis simul incensisque castris] Voss. *captis sum olim incensisque*, et ad marginem *summa vi*. J. FR. GRON. *simul* deest in Hav. Ejus loco *summa* praefert Lov. 1. *summa vi* Lov. 5. Paullo ante *ad tutandum Italiam* Ber. V. ad 40, 49, 1. *ad tuendam Italiam* Lov. 3. V. ad 5, 32, 4. et 28, 20, 1. Mox *jam* non adparet in Lov. 5. Deinde *haerentem in possessionem Italiae*, pro *in possessione*, Voss. Lov. 1. et Harl. V. ad 2, 14, 4.

§. 15. *Potest victoriam malle, quam pacem, animus*] Pall. 1. 2. *Post victoriam, inquam, malle.* GEBH. Voss. duo Pall. Men. *Potest victoriam, inquam, malle.* Latet aliquid. Forte *victoriam ambiguam*. J. FR. GRON. *Post victoriam in quam malle* Harl. *Post victoriam in qua male* Lov. 1. *Post victoriam in qua malit* Lov. 2. *Propter victoriam, inquam, malle* Gaertn. *Postea victoriam, inquies, mallet* Ber. a m. 2. *Potius victoriam, inquam, mallem* Hav. *Potest victoriam, inquam, malle* Lov. 4. et edd. antt. usque ad Frob. anni 1535. quae prima omisit. Cl. Jac. Periz. ad marginem Livii conjecit, τὸ *inquam* ex sequenti *quam* natum, et hinc recte sublatum esse. Contra Inl. Nic. Heins. ad Vell. Pat. 1, 17, 5. tamquam genuinum tuetur, ac docet, historicos aliosque scriptores orationi longius extensae aut repetitae sive iisdem, sive aliis, sed similibus, verbis τὸ *inquam* interjicere, ut, quod dicitur, serio dictum adpareat. Haec autem referenda esse ad illud, quod parvo intervallo praecesserat: *Tuam et adolescentiam et perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quietis opus est consiliis, metuo.* Eamdem itaque lectionem reduxi.

Novi vobis spiritus magis magnos, quam utiles] Pall. 1. ac 2. abjudicant τὸ *vobis*. At Pal. 3. *animus nobis spe magnus magis, quam utilis.* GEBH. Voss. tres Pall. Pet. Men. nesciunt τὸ *vobis*. Et satis intelligitur, ut in illo Silii [11, 170.]

Novi Diis animos similes et pectora magnis
Numquam angusta malis.

J. FR. GRON. Soli meorum Ber. et Gaertn. illud *vobis* servant. Inter reliquos, quamvis in aliis mutantes, id tamen convenit, *vobis* a mala manu esse. Omnino igitur hoc praetextu invitis libris servari nequit, ut clarior sit oratio. Eamdem enim ob caussam pleraeque scribarum glossae similiter probandae erunt. Mox in sequentibus τὸ *et* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Deinde §. seq. *Dei*, pro *Dii*, Lov. 5. et Hav. V. ad 34, 5, 10.

§. 17. *Ac jam prope scanden-*

Digitized by Google

utiles. et mihi talis aliquando fortuna adfulsit. Quod 16
si in secundis rebus bonam quoque mentem darent Dii; non ea solum, quae evenissent, sed etiam ea, quae evenire possent, reputaremus. Ut omnium obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum. Quem modo, castris inter Anienem atque 17
urbem vestram positis, signa inferentem ad moenia

tem moenia Romana videras] Pal. 1. *positis signa inferentem ad moenia Romana hi cernas.* sec. *positis signa inferentem ac prope scandentem moenia Romana videras, hic cernas.* GEBHARD. Sic 3, [67, 11.] *Aesquilias quidem ab hoste prope captas, et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit.* At hic *Romae* Gruteri, opinor, est [ex ed. ultima.] reliquum primus apud me Gryphius. Andreas et omnes ad Saveter. et Froben. *vestram positis signa inferentem ad moenia Romana videras.* Neque aliter Pet. Reg. Men. Pal. Voss. nisi quod omnes damnant τὸ *videras.* Pal. alius: *positis signa inferentem ac prope scandentem moenia Romana videras.* Ex tali aliquo videtur formatum, quod vulgatur. Sed tota illa lacinia suspecta est, tamquam assuta ab aliquo, cui non placebat *signa ferri ad moenia.* Retineo omnem membranarum scripturam. Nec opus τῷ *videras*, quippe quod sufficit intelligi ex sequentibus *hic cernis.* J. FR. GRON. Quod vulgo editur, *positis, ac jam prope scandentem moenia Romana videras*, primum obcurrit non apud Gryphium, sed ante eum apud Froben. anno 1535. Bas. anno 1539. et Vascos. Verum id in nullo apud me cod. extat. *positis, ac signa inferentem ad moenia Romana videras*, ut praeferunt edd. vett. est in solo Ber. *positis, signa inferentem ac prope scandentem moenia Romana* obferunt Lov. 2. 3. Hearnii N. et Victor. apud Crevier. *positis, signa inferentem ac prope scandentem moenia Romana videras* Lov. 4. *positis, signa inferentem ad moenia Romana videras* Gaertn. *positis, signa inferentem ad moenia Romana* Lov. 1. 5. Harl. et Hav. *signa inferentem*, pro *ac prope scandentem*, etiam in Cant. legi, ex excerptis ejus didici. *scandentem prope moenia Romana* Livio non indignum esse consentio: ne tamen a manu ejus profectum credam, efficiunt codd. quorum plerique *signa inferentem ad moenia Romana* probant, quidam eum altera lectione conjungunt. Jam autem, etiam hanc locutionem Livianam esse, negari nequit. *Inferre signa* innumeris locis apud Livium obcurrit. V. 3, 60, 8. et 70, 10. 4, 18, 5. 33, 9. 47, 2. 9, 32, 6. 10, 29, 9. 33, 36, 11. et aliis locis. *Inferre signa trepidantibus* 3, 18, 8. *Inferre signa in aliquem* 6, 29, 2. 22, 29, 5. 26, 6, 1. Sed plane, ut hoc loco, 6, 28, 2. *Raptim agmine acto, pervastatis protinus agris, ad portam Collinam signa intulere.* An pondus huic lectioni addere potest, quod hoc cap. praecessit, *in portis vestris prope ac moenibus signa armaque hostium vi-*

Digitized by Google

Romana; hic cernis, duobus fortissimis viris, fratribus clarissimis imperatoribus, orbatum, ante moenia prope obsessae patriae, quibus terrui ve-
18 *stram urbem, ea pro mea deprecantem. Maximae cuique fortunae minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris dubiis, tibi ampla ac speciosa danti est pax: nobis petentibus magis necessaria, quam ho-*
19 *nesta. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. haec in tua, illa in Deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis*
20 *discrimen. Cum tuas vires, tum vim fortunae Martemque belli communem, propone animo. Utrimque*

distis? Verum etiam vocem *videras*, quae in tribus tantum levioris auctoritatis codd. superest, Gronov. adsensus, eam ex sequenti repeti posse, inducendam existimo. Eamdem abesse posse, judicavit quoque Cel. Dukerus ad Flori 2, 7, 8. Codicum itaque scripturam revocavi.

Hic cernas, duobus fortissimis viris, fratribus clarissimis imperatoribus] Tres fratres amiserat Hannibal, Hasdrubalem, Magonem, Hannonemque. Quod autem hic duos duntaxat numeret, cum oratorie sua augere incommoda vellet, in caussa fuisse puto, vel quod Hanno inter duces numerari non debuerit, vel quod Livius hic alios authores sit secutus, de quibus quidem ipse superius quoque admonuit, post equitatum Carthaginiensium occisum, non ita longe a fine prioris libri [c. 35.] GLAR. Per Hannonem Hannibalis fratrem Glareanus intellexisse videtur Hannonem Hamilcaris filium, a Livio memoratum 29, 34. Eum autem ideo forte inter duces non numeravit, quia exercitum duxisse non legitur, sed tantum in locum alterius Hannonis, cujus mors refertur ibid. c. 29. equitum praefectus fuit, ut Liv. priori loco narrat. Verum, si haec ratio non satisfacit, vide, an ideo tantum duorum fratrum bello amissorum meminerit, quod tertium Magonem obiisse nondum audivisset. Is enim eodem tempore, quo frater Hannibal, evocatus ex Italia, dum classe in Africam trajicit, ex vulnere in itinere mortuus est, ac naves vi tempestatis in alto disjectae sunt. V. 30, 19. Ceterum *cernas* omnes mei cum priscis edd. cujus loco Frob. anno 1531. *cernis* dedit, quod nunc obtinet.

§. 18. *Tibi ampla ac speciosa danti est pax*] *jam apta ac speciosa* Cant. Voss. Lov. 2. et Hav. *tibi apta ac speciosa* Lov. 1. *jam acta ac speciosa* Harl. Mox §. seq. *in Deorum potestate est*, pro *manu*, Hearnii D. quod ex glossa natum puto. Verbum *est* non adparet in Harl.

§. 20. *Utrimque ferrum, corpora humana erunt*] Eliminat

Digitized by Google

ferrum, corpora humana erunt. nusquam minus, quam in bello, eventus respondent. Non tantum ad 21
id, quod data pace jam habere potes, si proelio vincas, gloriae adjeceris; quantum ademeris, si quid adversi eveniat. Simul parta ac sperata decora unius horae fortuna evertere potest. Omnia in pace jun- 22
genda tuae potestatis sunt, P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit, quam Dii dederint. Inter pauca 23
felicitatis virtutisque exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris: non statuendo tandem felicitati modum, nec cohibendo efferentem se fortu-

Pal. 1. *τὸ ferrum*. sec. vero geminat *τὸ utrimque*. GEBH. *Utrimque humana erunt*, reliquis omissis, Lov. 2. *Utrimque corpora humana erunt* Cant. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Hav. *Utrimque ferrum et corpora humana erunt* Lov. 3.

§. 21. *Si proelio vincas, gloriae adjeceris*] Vulgata lectio haeret quoque in vet. ed. Sed Pal. 1. *si proelio vincens gloriae adjeceris, quantum si quid adversi evenerit*. sec. ac tert. *si proelio vincis, gloriae adjeceris, quantum si quid adversi eveniet*. GEBH. Quasi ante oculos habuisset illud Ciceronis de Provinc. consular. [14.] *Si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere jam non potest, quantum auferre*. J. FR. GRONOV. *si proelio vinces* Lov. 5. Harl. et Hav. *si proelio vincens* Lov. 1. *si proelio vincis* Lov. 4. *si proelio vinceres* Voss. *si proelio viceris* Lov. 2. Deinde *ademeris* non adparet in Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Hinc *adversi adveniat* Hav. Mox perperam *fortuna vertere*, pro *evertere*, Pal. 3. V. Gebh. ad c. 32, 4.

§. 23. *M. Attilius quondam in hac eadem terra fuisse fertur, qui sic victor pacem petentibus abnuit*] Alii legunt, *si victor pacem petentibus dedisset*. Sane Polyb. l. 1, [31.] vehementer Attilii in hostes victos duritiem increpat, meritoque ipsius accidisse ait postea insignem illam calamitatem. GLAR. Et sic [*fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris*] primus mecum Gryphius. Andreas et priores: *fuisse fertur, quasi victor pacem petentibus patribus nostris abnuit: sed non statuendo*. Voss. Pal. Men. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuit non statuendo*. Quibus etiam detrahendum aliquid, nempe *fuisse fertur*: tantum abest, ut addendum quidquam existimem, ut fuerit: *Inter pauca felicitatis virtutisque exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra, quasi victor, pacem petentibus abnuit: non statuendo*. J. FR. GRON. Lectio, quae nunc vulgatur, primum inveni in Frob. anni 1535. hinc Basil. anni 1539. tum Vas-

Digitized by Google

nam, quanto altius elatus erat, eo foedius conruit.
24 *Est quidem ejus, qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis: sed forsitan non indigni simus, qui no-*
25 *bismet ipsi multam inrogemus. Non recusamus, quin omnia, propter quae bellum initum est, vestra sint, Sicilia, Sardinia, Hispania, quidquid insularum toto*
26 *inter Africam Italiamque continetur mari. Karthaginienses, inclusi Africae litoribus, vos (quando ita Diis placuit) externa etiam terra marique videamus*
27 *regentes imperia. Haud negaverim, propter non nimis sincere petitam aut exspectatam nuper pacem, suspectam esse vobis Punicam fidem. multum, per*

eos. et ita demum apud Gryph. Ea in nullo apud me cod. superest, nisi forte in Cant. et Lov. 8. ex quibus nihil in excerptis notari video. Se etiam illam in Reg. invenisse, Crevier. monuit. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuit dedisset, non statuendo* Lov. 4. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuit patribus nostris, non statuendo* Ber. Neque aliter Gaertner. nisi quod *fuisse ferunt*, et *patribus nostris abnuit* alio ordine legat. *fuisse fertur, quasi victor pacem petentibus patribus nostris, abnuit, sed non statuendo*, ut Gronov. in primis edd. esse monuit, Hearnii N. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuit, non statuendo* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. Similiter Harl. nisi quod vocem *fertur* omittat. *M. Atilium quondam in hac eadem terra fuisse ferunt, qui si victor pacem petentibus non abnuit, non statuendo* Lov. 5. *fuisse fertur, qui si victor* etiam in Brancal. se vidisse Latinius testatur. Crevier. vulgatum servat, in eo solo inde discedens, quod particulam *sed*, quam Reg. non agnoscit, et Livius saepe gaudet supprimere, rejiciendam censeat. Porte integriores codd. aliunde investigati veriorem lectionem docebunt. Credere enim nequeo, vulgatum genuinum esse. Quid enim? an M. Attilius felicitatis virtutisque exemplum tantum *in hac eadem terra*, et non ubique, *fuisset*? Quanto melius fuisset, si transpositis vocibus dedisset. *quondam fuisset, si in hac eadem terra victor*?

Non statuendo tandem felicitati modum] Vox *tandem* in Mssis non adparet. JAC. GRON. Praeterquam in Cantabr. quem Jac. Gronov. consuluit, vox *tandem* etiam deest in Lov. 4. et Reg. apud. Crevier. Ejus loco *tm*, id est *tantum*, praeferunt Lov. 1. 2. 3. Solent hae voces commutari. V. ad 3, 46, 1. 9, 12, 6. et alibi. *tamen* Voss. Lov. 5. Harl. Goertn. et Hav. V. ad 22, 2, 11. Quam lectionem ex tribus suis probat Crevier.

§. 24. *Qui nobismet ipsis mul-*

Digitized by Google

quos petita sit, ad fidem tuendae pacis pertinet, Scipio. Vestri quoque (ut audio) Patres nonnihil etiam 28
ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem. Hannibal peto pacem: qui neque pe- 29
terem, nisi utilem crederem: et propter eamdem utilitatem tuebor eam, propter quam petii. et, quemad- 30
modum, quia a me bellum coeptum est, ne quem ejus poeniteret, quoad ipsi invidere Dei, praestiti; ita adnitar, ne quem pacis per me partae poeniteat.

XXXI. Adversus haec imperator Romanus in hanc 1
fere sententiam respondit. *Non me fallebat, Hannibal, adventus tui spe Karthaginienses et praesentem*

tem inrogemus] Lege *nobismet ipsi*, ut est in Regio. Sumpsit hunc sensum ab Herodoto in Calliopa de Mantinensibus [c. 76.] *Μαθόντες δὲ ὅτι ὕστερον ἤκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιοῦντο μεγάλην, ἄξιοί τε ἔφασαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι.* J. FR. GRON. *nobismet ipsi* etiam Victorin. apud Crevier. V. ad 2, 19, 5.

§. 25. *Non recusamus, quin omnia, propter quae bellum initum est, vestra sint*] Pal. 2. *Qui non recusamus, quin omnia, a vobis parta post bellum initum, vestra sint.* tert. *quin omnia, propter quae ad bellum itum sit, vestra sint.* GEBH. *Qui non recusamus* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Frob. anni 1535. Deinde *ad bellum itum est* Rec.

§. 28. *Nonnihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat*] *nonnumquam etiam ob hoc* Branc. Latinii. *non nisi etiam ob hec* Lov. 2. *nonnihil etiam ab hoc* Harl. et Gaertn. Tum *erat in legatione* Lov. 5. qui etiam paullo ante *uti audio* praefert.

§. 29. *Propter quam petii*] Vet. lib. *peto.* SIG. Pal. 3. exhibet *propter quam peto.* GEBH. *peto* etiam Lov. 4. et Rec. Mox §. seq. *bellum a me inceptum est* Ber. *bellum a me conceptum est* Gaertn. *bellum a me coeptum*, omissa τῷ *est*, Hav. Deinde *quoad id ipsi non videre Dei* Lov. 1. Voss. et Harl. *quoad id ipsi invidere Dei* Lov. 4. et 5. *quoad ipsi non invidere Dei* Ber. et Lov. 3.

§. 1. *Adversus haec imperator Romanus in hanc fere sententiam respondit*] Ultima vox non est in MS. Cantabr. teste Wassio ad Sallust. Catil. 35. Non contemnendum esset, si etiam quatuor praecedentes abessent, ut in iis, quae ibi ab ipso et Cortio adnotantur, *ad hoc, ad haec, ad ea.* Sed Livius, quum dicit *in hanc sententiam*, *in hunc modum*, solet addere verbum *loqui*, vel *respondere.* V. 3, 66. 6, 40. 7, 30. 38, 47. DUK. *Ad haec im-*

Digitized by Google

2 *induciarum fidem, et spem pacis turbasse. neque tu id sane dissimulas, qui de conditionibus superioribus, pacis omnia subtrahas, praeter ea, quae jam pridem*
3 *in nostra potestate sunt. Ceterum, sicut tibi curae est, sentire cives tuos, quanto per te onere leventur: sic mihi laborandum est, ne, quae tunc pepigerunt, hodie subtracta ex conditionibus pacis, praemia per-*
4 *fidiae habeant. Indigni, quibus eadem pateat conditio, ut etiam prosit vobis fraus, petitis. Neque patres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum. et tunc Mamertinorum sociorum periculum, et nunc Sagunti excidium nobis pia ac justa*

perator edd. principes, pro quo Frob. anno 1535. dedit *Adversus haec.* Recte. 8, 2, 12. *Adversus haec responsum anceps datum.* 35, 50, 1. *Nec absurde adversus utrosque respondisse visus est.* Pari modo *respondere contra contumeliam* dixit Cic. de Arusp. Resp. 8. *respondere contra figuras* Quinctil. 9. Instit. 4. p. 794. Deinde *respondit* in omnibus meis constanter legitur.

Adventus tui spe] Pal. 1. *Non me fallebat, Annibal, habere adventus tui spem Carthag.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. a m. 2. et Hav. *habere adventus tui spem, eaque spe praesentem* etc. Hafn.

§. 2. *De conditionibus superioribus pacis omnia subtrahas*] *de conditionibus prioribus pacis* Brancal. et Vatic. apud Latinium. *de conditionibus superioris pacis* Rec. et Hav. V. ad 21, 60, 7. Deinde *subtrahis* Ber. a m. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum. Mox §. seq. *ut tibi curae est* Voss. Lov. 4. et Hav. Ita supra variant codd. 7, 13, 8. Similiter eodem lib. c. 35, 10. *opportuna est eruptioni. ut est*, pro *sicut est*, Lov. 2. Hinc *sentire* perperam omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. Tandem *ne, si quae tum pepigerunt* Voss. et Lov. 5. *ne, si quae tunc pepigerunt* Lov. 3. 4. Harl. Ber. a m. 2. et Hav. *ne, si quatum pepigerunt* Lov. 2. *ne, si quantum pepigerunt* Lov. 1.

§. 4. *Sagunti excidium nobis pia ac justa induerunt arma*] Sic et 9, (1, 10.) C. Pontius Samnitium dux, *Justum est bellum*, inquit, *Samnites, quibus necessarium: et pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes.* Sicque dicebant et *justum piumque bellum*, indictum nempe legitime ob justas caussas ex formula, quam habemus apud Livium l. 1, [32.] MOD. His plura exempla locutionis *justum piumque bellum* ex Livio aliisque Modius subjecerat, quae omittenda duxi, quod commode videri possint apud Briss. 4. de Form. p. 344. *exscidium* hic iterum, invitis omnibus libris, Cle-

Digitized by Google

induerunt arma. Vos lacessisse, et tu ipse fateris, et 5
Dei testes sunt: qui et illius belli exitum secundum
jus fasque dederunt, et hujus dant et dabunt. Quod 6
ad me adtinet, et humanae infirmitatis memini, et
vim fortunae reputo, et omnia, quaecumque agimus,
subjecta esse mille casibus scio. Ceterum, quemad- 7
modum superbe et violenter me faterer facere, si
prius, quam in Africam trajecissem, te tua voluntate cedentem Italia, et, inposito in naves exercitu, ipsum venientem ad pacem petendam adspernarer; sic nunc, quum prope manu conserta restitantem ac 8
tergiversantem in Africam adtraxerim, nulla sum tibi

ricus edidit. V. ad 5, 15, 9. Miror, id etiam adoptasse Cl. Crevierium. Paullo ante *ut prosit vobis fraus, petitis* Lov. 3. et Harl. *etiam ut prosit vobis fraus, petitis* Lov. 4. 5. et Hav. *si, ut etiam prosit vobis fraus, petitis* Gaertn. *ut etiam prosit vobis fraus, petistis* Rec. Deinde *facimus bellum* Lov. 1. 2. 3. et Hav. Denique *et tum Mamertinorum* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 5. *Dei testes sunt: qui et illius belli exitum secundum jus fasque dederunt*] Pall. 1. et 2. *ut qui et illius belli exitum secundum justum meritum dederunt.* GEBH. Gronov. in pr. ed. not. ad h. loc. monet, Reg. Men. Pet. et Pall. duos legere, *testes sunt, ut qui et illius.* quod inveni etiam in Harl. et Gaertn. Jac. Gronovius similiter in Cant. ut monuit ad 45, 18, 8. ejusque locutionis alia exempla notavit. V. eumdem ad 29, 31, 5. J. Fr. Gronov. ad 25, 23, 3. et quae notabo ad 45, 18, 8. Vossianus exhibet *testes, ut qui et illius.* Omisso τοῦ *ut* infra est 39, 36, 12. *Dii quoque ipsi comprobaverint, qui nobis victoriam dederunt.* Deinde *secundum justum meritum dederunt* etiam Voss. Lov. 2. 3. Harl. et Hav.

§. 6. *Subjecta esse mille casibus scio*] *Τὸ esse* exsulat a Voss. (Lov.?) 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. Deinde *mille periculis* Lov. 5. quod ex interpretis ingenio ortum reor. *casus fortunae* Gronov. supra inlustravit cap. praec. §. 5.

§. 8. *Manu conserta restitantem ac tergiversantem in Africam traduxerim*] Vet. lib. *attraxerim.* SIG. Pal. 1. *manu consertum* (Pal. 3. *edita*) *restitantem ac tergiversantem in Africam attraxerim.* Et ita vet. ed. Pal. vero sec. *manu consertum haesitantem ac tergiversantem in Africam astraxerim.* GEBH. Gall. tres Pall. Voss. Buslid. editique ante Moguntinum, *consertum.* Ut videatur respicere illud antiqui fori *ex jure manu consertum. attraxerim* autem, quod e suo profert Sigonius, non modo omnium scriptorum est, sed et olim editorum

Digitized by Google

9 *verecundia obstrictus. Proinde si quid ad ea, in quae tum pax conventura videbatur, (quae sint, nosti) multae navium cum commeatu per inducias expugnatarum legatorumque violatorum adjicitur, est, quod referam ad consilium. Sin illa quoque gravia videntur, bellum parate, quoniam pacem pati non*
10 *potuistis.* Ita infecta pace, ex conloquio ad suos

ab Andrea usque ad Frobenium. Gryphius primus inter meos *traduxerim.* J. FR. GRON. *manu consertum* Lov. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Similiter etiam in omnibus suis Crevier. invenit, et nihilominus vulgatam lectionem sibi potiorem esse testatur. *manu consertum est* Lov. 2. *manu consertum sit* Lov. 1. Tum *resitantem* Lov. 1. et Voss. a m. 1. *resistentem* a m. 2. quod etiam exstat in Harl. et Hav. *residentem* Lov. 2. et 4. *haesitantem* Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. Sed *restitantem* praefero. V. ad 10, 19, 5. Deinde *in Africam adtraxerim* omnes etiam mci, praeter Lov. 4. et Rec. *traduxerim* legentes; quae lectio, antequam eam Gryphius reciperet, jam adparuit in Froben. anni 1535. Bas. anni 1539. et Vascos. edd.

§. 9. *Ad ea, in quae tum pax convenire videbatur, quae sunt, nosti, mulctae*] Gall. et Voss. *τὸ in* tollunt. Putes dictum, ut Terentii in Andria [5, 1, 18.] *Ubi ea causa, quam ob rem haec faciunt, erit adempta, desinent.* Quale Virgilii [7. Aen. 409.] *ad muros, quam dicitur urbem.* Quale nostri 2, 20. 5. *suae cohorti, quam delectam manum.* Ubi v. notas. Deinde, *quae sunt, nosti,* nusquam. Scripti autem: *videbantur, quae si multas:* aut, *quasi multas:* aut, *quae si multa.* Lege: *Proinde, si quid ad ea, quae tum pax conventura videbatur, quasi mulcta navium cum commeatu per inducias expugnatarum legatorumque violatorum, adjicitur, est, quod referam ad consilium.* J. FR. GRON. *ad ea, quae tum pax* Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Doujatius, qui *τὸ in* in uno Regiorum adscriptum invenit, sine ea sententiam stare non posse censebat, quidquid etiam Gronov. contenderet. *ad eam, quae tum* Ber. quasi ultima litera *τοῦ eam* degenerasset in praepositionem *in.* Et ita *ad eam, quae tum pax* dictum foret pro *ad eam pacem, quae tum.* quod, si in pluribus vel integrioribus codd. reperissem, non displiceret. Alia exempla v. ad 40, 20, 3. Deinde *quae si multas,* pro *quae sint, nosti, mulctae,* legunt Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *quae si multa* Hav. *quae sunt multa* Lovel. 3. 5. Ber. et Gaertn. *quae sint multa* Lov. 4. Doujatius legendum conjicit *quasi mulctae navium,* conjungens *si quid quasi mulctae.* Verum ea lectio in nullo cod. obcurrit, ad quorum scripturam propior accedit Gronov. conjectura *quasi mulcta navium,* quam etiam planam, nec fortasse spernendam, haud male Crevier. judicavit.

Est, quod referam ad consilium] Ita legendum docuit Gron.

Digitized by Google

quum se recepissent, frustra verba jactata renunciant. armis decernendum esse, habendamque eam fortunam, quam Dii dedissent.

XXXII. In castra ut est ventum, pronunciant ambo, *Arma expedirent milites animosque ad supremum certamen, non in unum diem, sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores. Roma, an Kar-*

ad 44, 2, 5. eamque lectionem etiam in contextum recepit. Non aliter etiam Mfti, et plerique typis descripti usque ad Modium, qui Francofurti anno 1588. edidit *ad concilium*. Verum indicantur duces ac primi ordines, quos summus dux in re gravioris momenti consultabat, qui non ejus *concilium*, sed *consilium* vocantur, ut Gronov. d. l. monuit.

§. 10. *Frustra verba pacata renunciant*] Et neque hoc *pacata* sane intelligo. GLAR. Si ita legas, nullum sensum, aut certe non commodum, elicias. In vet. lib. aliquot est: *frustra verbis pacata renunciant*. Hinc ego ita *frustra verbis tentatam rem nunciant*. id est, de pace verbis frustra agitatum referunt. Annibal enim conloquium petierat Scipionis, quasi fretus eloquentia sua rem peracturus. Hanc lectionem tanto magis probo, quod subjungit ἀντιθετον *armis decernendum esse*. SIG. Pall. 1. 3. *frustra verba pacata renunciant*. sec. *frustra verba peracta renunciant*. GEBH. Reg. *verba pacata renunciant*. Pet. *verba peccata renunciant*. Men. et Voss. *verba precata renuntiant*. Pal. *verba peracta renunciant*. Duo alii cum olim editis ut Regius. Scribe *frustra verba jactata renunciant*, *armis decernendum esse*. Vulgata Sigonii est. V. ad 38, 25, 5. J. FR. GRON. *verba pacata renunciant* Gaertn. Rec. et Hearnii D. *verba renunciant*, omissa media voce, Hearnii L. 1. *verba temptata renunciant* Hav. et Ber. a m. 2. primigeniae lectionis vestigiis tanta cura deletis, ut, quid olim scriptum fuerit, videri nequeat. *verba precata renunciant* Cant. Lov. quinque, Harl. Hearnii N. et vetus cod. apud Pierium ad Maron. 7. Aen. 237. qui lectionem illam probare videtur, docens, in conloquiis de pace *precari verba* dici. Contra Doujatius lectionem Pal. 2. *verba peracta renunciant* aliquatenus tolerabilem existimat. At mihi praesertim conjectura Gronov. placebat. Supra 1, 46, 1. *Jactari voces a juvene Tarquinio audierat, se injussu populi regnare*. c. 50, 2. *Multa ibi tota die in concilio variis jactata sermonibus erant*. 8, 29, 2. *Quae res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum jactata, quam in publico ullo concilio est*. 9, 45, 8. *Ob haec vulgo in conciliis jactata populus Romanus bellum fieri Aequis jussit*. 22, 23, 7. *Argentumque pro eis debitum, saepe jactata in senatu re, quoniam non consuluissent Patres, tardius erogaretur*. Mox *Dei dedissent* Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 34, 5, 10.

§. 2. *Roma, an Karthago, jura gentibus daret*] Gall. et

Digitized by Google

thago, jura gentibus darent, ante crastinam noctem scituros. neque enim Africam, aut Italiam, sed orbem terrarum victoriae praemium fore; par periculum praemio, quibus adversae pugnae fortuna fuis-
3 *set.* nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena ignotaque terra: et Karthagini, supremo au-
4 xilio effuso, adesse videbatur praesens excidium. Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta de-
5 cora aut cumulaturi eo die, aut eversuri. Anceps igitur spes et metus miscebant animos: contemplantibusque modo suam, modo hostium aciem,

Voss. *darent.* J. FR. GRON. *darent* etiam Lov. 2. 4. et forte Cant. ex quo nihil notatur, cum Hearnii Oxonn. Quod si placet, *Roma* et *Kurthago*, pro Romanis et Karthaginiensibus, tamquam conlectiva verbum plurale adsciscent. V. ad 28, 19, 2. Alterum tamen *daret* superest in Voss. a m. 2. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quod Crevierius praeferebat, et in contextum revocavit.

Quibus adversae pugnae fortuna fuisset] Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit legendum *adversa pugnae fortuna.* quomodo etiam Cl. Dukerus supra emendabat ad 25, 40, 13. ubi eam locutionem aliis exemplis inlustravit.

§. 3. *Nam neque Romanis effugium ullum patebat*] Si MSS. quidquam in voce *patebat*, et postea *videbatur* variarent, suspicarer, haec, usque ad verba *Ad hoc discrimen*, cum praecedenti oratione obliqua conjungenda, et, quum primum *patere* scriptum, ex eoque deinde *patebat* factum fuisset, etiam *videbatur* adjectum esse. Causa suspicionis est, quod Polyb. 15, 10. 11. et Appian. in Punic. p. 23. inter alias adhortationes imperatorum, has quoque referunt, et quod duces iis in adhortando milite saepe usi leguntur. V. Liv. 21, 41. 43. 44. Thucyd. 7, 64. Curt. 4, 14, 7. et alios ibi apud Freinshem. DUKER.

Et Karthagini, supremo auxilio effuso] *et Karthaginiensibus supremo auxilio fuso* Branc. Latinii, quasi nempe id requireret praecedens *Romanis.* At simili modo Livius variare ubique solet. V. ad 35, 40, 6. *ignota auxilio effuso*, mediis omnibus omissis, Voss. Lov. 1. 5. et Harl. *ignota terra auxilio effuso* Hav. Reliqui constanter *Karthagini.* Mox iterum Clericus *exscidium* contra omnes codd. edidit, quod etiam Crevierius recepit. V. ad cap. praec. §. 4.

Digitized by Google

quum oculis magis, quam ratione, pensarent vires, simul laeta, simul tristia obversabantur. Quae ipsis sua sponte non subcurrebant, ea duces admonendo atque hortando subjiciunt. Poenus sedecim anno- 6
rum in terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occisos, et sua cuique decora, ubi ad insignem alicujus pugnae memoria militem venerat, referebat. Scipio Hispanias, et re- 7
centia in Africa proelia, et confessionem hostium, quod neque non petere pacem propter metum, neque manere in ea prae insita animis perfidia potuissent. ad hoc, conloquium Hannibalis in secreto 8
habitum, ac liberum fingenti, qua velit, flectit.

§. 4. *Multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri*] Perperam Pal. 3. *aut effusuri*. Sic paulo ante c. 30, 21. *Simul parta ac sperata decora unius horae fortuna evertere potest*. Ubi et idem perperam *vertere* continet. GEBHARD.

§. 5. *Quum oculis magis, quam ratione, pensarent vires*] *quam cum ratione* Lov. 2. Rogat autem Crevierius, an igitur, si ratione pensarent vires, non jam ipsis partim laeta, partim tristia obcurrerent? Mallet igitur *quum oculis, quum ratione pensarent*. Paullo ante *spes, metus miscebant* Lovel. 2. Gaertn. et Voss. a m. 1. *spes metusque miscebant* Voss. a m. 2. Lov. 1. et Harl. In sequentibus vero *subjiciebant* Lov. 3. 4. et Rec.

§. 6. *In terra Italia res gestas*] Pal. 2. *intra Italiam*. GEBH. *inter Italiam* Harl. *intra Italiam* Voss. Lov. 2. 3. 4. et Hav. sollemni scribarum lapsu. V. ad 25, 7, 4. *in terra Itala* quaedam ex vett. edd.

Sua cuique decora, ubi ad insignem alicujus pugnae memoria militem venerat] Silius [17, 293.]

Dux vetus armorum, scitusque accendere corda
Laudibus, etc.

MOD. Ipse se milites notabili aliqua pugna insignes nosse testatur 21, 43, 17. *Nemo vestrum est, cui non idem ego virtutis spectator ac testis notata temporibus locisque referre sua possim decora*. DUK. *ad insignem alicujus pugnae memoriam militem venerat* Lov. 4. *ad insignem alicujus pugnae memoriam venerat* Hav. *ad insignem alicujus pugnae memoriam milites venerant* Harl. *milites venerant* etiam Lov. 3.

§. 8. *Liberum fingenti, qua velit flecti, ominatur, quibus quondam* etc.] Dubium et hoc, ad Hannibalemne referat, an ad Scipionem: suspicor corruptum.

Digitized by Google

9 Ominatur, quibus quondam auspiciis patres eorum pugnaverint ad Aegates insulas, ea illis exeuntibus
10 in aciem portendisse Deos. *Adesse finem belli ac laboris. In manibus esse praedam Karthaginis, reditum domum in patriam, ad parentes, liberos, con-*
11 *juges, Penatesque Deos.* Celsus haec corpore, vultuque

GLAR. Loci hujus obscuritas, quae magna est, sola verborum interpunctione non levatur solum, sed etiam tollitur. Quomodo autem sit interpungendus, intelligetur, si sensus antea sit patefactus. Scipio, inquit, suis militibus referebat Hispaniae victas, et recentia in Africa proelia, et confessionem hostium pacem petentium, ad hoc colloquium Hannibalis in secreto habitum: ac quoniam liberum est fingenti quocunque velit, oratione deduci, ominatur finem hujus belli adesse, quod quibus auspiciis priore bello patres eorum pugnaverint ad Aegates insulas, ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderint. Ex quo intelligi potest, verba illa, *liberum fingenti, qua velit, flecti*, item haec, *quibus quondam auspiciis*, usque ad, *portendisse Deos*, duplici parenthesi esse includenda. Continent enim causam, et cur ominaretur, et cur victoriam ominaretur. Glareanus adeo a vero sensu abhorruit, ut, vox illa *fingenti* ad Scipionem, an ad Annibalem referretur, dubitarit. † „Glareanus nihil de tota oratione, „quam, ad quid referatur *fingenti*, se dubitare dicit, ut so„let." †. SIG. 26, 38, 10. *Id crimen adferri, quod, quia testem habere non potuisset, liberius fingenti sit. flectit* sensum quidem non omnino incommodum habet, sed non recedendum est a lectione, quam omnium MSS. et edd. esse testatur Hearnius. Sigonii duplicem parenthesin hic non animadverto. Est tamen aliquid obscuritatis in his, *quibus quondam auspiciis* etc. *ea illis* etc. *portendisse Deos.* Nam non potest hic suppleri *auspicia.* Dii enim non *portendunt auspicia*, sed *portendunt* futura *auspiciis.* 26, 41, 18. *Dii auguriis auspiciisque, ac per nocturnos etiam visus omnia laeta ac prospera portendunt.* Videtur sermo ellipticus esse, et ita supplendus: ea illis portendisse Deos, quae quondam portendissent iis auspiciis, quibus patres eorum etc. DUK. *qua vult* Voss. Lov. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quae vult* Lov. 1. 4. Harl. et Rec. *quo vult* Hearnii L. 1. et Brane. Latinii. Deinde Gronovii ediderunt *flectit*, quod Hearnius contra fidem MSS. et aliorum codd. esse fatetur. Id quod de suis MSS. et codd. aliis, id est edd. dixit, verum esse potest: non tamen ad MSS. et codd. quibus Gronovii usi sunt, extendi potest. Majori enim fide ubique in Livio versati sunt, quam ut, invitis Mstis et edd. non monito lectore, conjecturam suam in contextum reciperent. Certe, si excerptis meis fidem habere possum, *flectit* est in Cant. Lov. 1. 3. 4. 5. Rec Ber. et Brane. Latinii; cujus excerptis

Digitized by Google

tuque ita laeto, ut vicisse jam crederes, dicebat. Instruit deinde primos hastatos, post eos principes: triariis postremam aciem clausit.

XXXIII. Non confertas autem cohortes ante sua 1
quamque signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes, ut esset spatium, quo elephanti hostium accepti nihil ordines turbarent. Lae- 2

tamen Hearnius usus est. Ex editis autem eamdem lectionem exhibent Rom. anni 1472. ac Parm. *flectitur* est in Gaertn. *flectito* in Voss. Praeterea unus etiam Lov. 2. neutri lectioni adsensus, hoc monstrum exhibet *vultu dum corde minatur*. Patet igitur ex his, plures meorum codd. *flectit*, quam *flecti*, praeferre. Quum autem utrumque commodum sensum recipiat, a lectione Gronoviana recedendi caussam non video.

§. 10. *Reditum domum in patriam, ad parentes, liberos, conjuges, Penatesque Deos*] Pall. 2. ac 3. *ad Penates, liberos, conjugesque*. GEBH. Ita solus ex meis Lov. 5.

§. 11. *Adeo celsus haec corpore, vultuque ita laeto*] Ignorant particulam *Adeo* scripti. J. FR. GRON. Cic. Oratore 18. *Status erectus et celsus*. V. Barthium 48. Advers. 3. Livius 7, 16, 5. *Signum poscunt ingenti clamore, celsique et spe haud dubia feroces in proelium vadunt*. Sed hoc etiam de animo dici potest. Cic. 5. Tusc. 14. *Qui autem est se poterit celsus et erectus; et ea, quae homini accidere possunt, omnia parva ducens*. DUK. Voculam *Adeo* in nullo meorum codd. inveni, nisi in Ber. et Rec. Superest tamen in Lov. 5. verum is vetissim vocem praecedentem *Deos* omittit. Unde conjicio, librarios ex voce *Deos* fecisse *Adeo*; illos vero, qui utramque vocem exhibent, duplicem nobis lectionem junxisse. De voce *celsus* v. ad Silii 17, 126.

§. 1. *Non confertas autem cohortes ante sua quemque signa instruebat, sed* etc.] Reg. Men. Voss. *quamque*, ut referatur ad *cohortes*. J. FR. GRON. *quamque* etiam habet Lipsius, hunc locum laudans 4. de Mil. Rom. 1. ubi, itemque Dial. 2. et 3. etiam alia leguntur ad dispositionem aciei Scipionis pertinentia. Adde Schelium ad Hygin. p. 1053. DUK. *quemque* ex uno tantum Lov. 3. laudant codicum meorum excerpta. *quaeque* est in Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. *quamque* in reliquis meis, et Hearnii N. Ceterum Salmas. de Re milit. Rom., c. 2. p. 1301. carpit Livium, quod *cohortes* hic distinxerit a *manipulis*, quum apud Polyb. 15, 9. unde Livius sua hausit, σπεῖραι sive *cohortes* eaedem sint atque σημαία, sive *manipuli* Ad hunc autem errorem committendum inductum fuisse, quod ordinationem aciei, quae suo tempore recepta erat, confuderit cum Polybiana; quam adsecutus non est, quia vel oblitus fuit, vel ignoravit, qualis illa fuerit. Livii autem aetate aciem instructam fuisse per confertas cohortes, quae quingentis militibus constabant, sine ullis intervallis.

Digitized by Google

lium (cujus ante legati, eo anno quaestoris extra sortem ex senatusconsulto opera utebatur) cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam Numi-
3 dasque ab dextro obposuit. vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus (ea tunc levis armatura erat) complevit; dato praecepto, ut, ad inpetum elephantorum, aut post rectos refugerent ordines, aut, in dextram laevamque discursu adplicantes se antesignanis, viam, qua inruerent in an-
4 cipitia tela, belluis darent. Hannibal ad terrorem primum elephantos (octoginta autem erant, quot
5 nulla umquam in acie ante habuerat) instruxit: dein-

Contra Scipionis seculo per cohortes quidem aciem instructam fuisse, sed cohortes illas a manipulis non diversas fuisse, nec plures continuisse, quam centenos et vicenos milites; ipsosque manipulos, sive ordines, aliquantum inter se distantes conlocatos fuisse. Hanc accusationem aliquo modo repetiit Keuchen. ad Front. 2. Str. 3, 16. Verum defensionem Livii pluribus suscepit Tennul. qui ad d. loc. Frontini late videndus est.

Quo elephanti hostium accepti] *acti* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. 2. Hafn. et Hav. Quod defendere videtur locus infra hoc cap. *Paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem actae.* et Front. loc. laud. *Manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod elephanti ab hostibus acti facile transmitti possent.* Contra vulgatum tuetur locus infra cap. seq. *Non tamen ita perculsos iratosque in aciem accepere.*

§. 2. *Quaestoris extra sortem*] Haec gesta sunt anno urbis 1011. Anno priore quaestor Scipionis fuerat M. Porcius Cato. Praefectus classis et, quod ex hoc loco liquet, legatus C. Laelius, 29, 25. Catonem probabile est exacto anno quaesturae Romam rediisse, et Scipioni petenti a senatu datum, ut Laelium sibi amicissimum extra sortem quaestorem haberet, quum Cato nequaquam pro necessitudine sortis cum eo vixisset, ut scribit Cornel. Nep. in Caton. 1. Nam quemadmodum praesides provinciarum, sic etiam quaestores non semper provincias sortitos, sed interdum lege aut senatusconsulto extra ordinem eas accepisse, docent Sigon. 2. de ant. jure Provinc. 3. et Manut. ad Cic. 2. ad fam. 19. Quamquam autem nihil in Livio est, unde colligi possit, Laelium, postquam cum Scipione in Africam venit, quaesturae petendae caussa Romam profectum, tamen vel hoc factum oportuit, vel dicendum est, eum absentem quaestorem factum, ut hoc bello saepe alios absentes magistratus creatos legimus. DUKER.

Digitized by Google

de auxilia Ligurum Gallorumque, Baliaribus Mau-
risque admixtis; in secunda acie Karthaginienses
Afrosque et Macedonum legionem; modico inde in- 6
tervallo relicto, subsidiariam aciem Italicorum mili-
tum (Bruttii plerique erant, vi ac necessitate plu-
res, quam sua voluntate, decedentem ex Italia se-
cuti) instruxit. Equitatum etiam ipsum circumdedit 7
cornibus: dextrum Karthaginienses, sinistrum Nu-
midae tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu 8
inter tot homines, quibus non lingua, non mos,
non lex, non arma, non vestitus habitusque, non
caussa militandi eadem esset. Auxiliaribus et prae- 9

§. 3. *Ea tunc levis armatura erat*] V. Lipsium 3. de Milit. Rom. 4. DUKER.

Aut post rectos refugerent ordines] *post in rectos* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. *post irrectos* Lovel. 3. *post invectos* Hav. et Brancal. Latinii. *aut ad postremos refugerent ordines* Hafn. Mox *discursu applicante signis* Voss. Lov. 1. Harl. et Brancal. Latinii. *discursu explicante signis* Lov. 2.

§. 4. *Ad terrorem primum elephantos* etc. *instruxit*] *primos* Cantabrigiensis, etsi solus, quod scio, veram tamen Livii manum prodens, haud dubie. Sic 25, 27, 10. nunc edidimus ex MSS, et monente patris manu, *ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset.* vulgo *primum*. Sic 31, 45, 12. *Ubi prima tranquillitas data est.* 24, 47, 2. *Eos primos Poeni hosti opposuerunt.* JAC. GRON. Eamdem lectionem Crevier. in Reg. invenit. Infra 34, 14, 6. *Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit.* ubi plura vide.

§. 6. *Modico inde intervallo*] Edd. principes, cum cod. Ber. mediam vocem ignorant. Aldus postea *deinde*, consentientibus Voss. Lov. 1. 2 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Ejus loco tandem Gronov. *inde* substituit.

Discedentem ex Italia secuti) *instruxit*] *decedentem* Voss. Lov. 2. 3. 5. Rec. Ber. a m. 2. (tota vox deerat a m. 1.) et Hav. quod etiam Crevierius in duobus Mstis invenit. Tot igitur testibus fidem habens id probavi. V. ad Epit. Liv. 30. Praeterea, *instruxit* vel hoc loco, vel supra §. 4. recidendum, judicat Crevierius, quod semel subficiat. In codd. nihil opis est. V. ad §. 9. Mox §. seq. *Equitatum et ipsum*, pro *etiam*, Voss. Lov. 4. 5. et Gaertn. V. ad 22, 47, 9. *Equitatum et ipse* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *et ipse*, nimirum quemadmodum Scipionem fecisse modo indicatum erat.

§. 8. *Non lingua, non mores, non lex*] Cantabrig. Voss. Gud. *non mos*. De aliis scriptis non habeo affirmare. Hic tamen numerus mutari temere non debuit. 28, 12, 3. *Quibus non lex, non*

Digitized by Google

sens, et multiplicata merces ex praeda oſtentatur. Galli proprio atque insito in Romanos odio accenduntur. Liguribus campi uberes Italiae, deductis ex asperrimis montibus, in spem victoriae oſtentantur.
10 Mauros Numidasque Masiniſſae inpotenti futuro dominatu terret. Aliis aliae spes ac metus jactantur.
11 Karthaginiensibus moenia patriae, Dii Penates, sepulcra majorum, liberi cum parentibus, conjuges pavidae, aut excidium servitiumque, aut imperium

mos, non lingua communis. Cicero 3. Offic. [17.] *Neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri.* JAC. GRON. *non mos* Lov. quinque, Harl. Rec. Hearnii L. 1. ac N. et quatuor codices Crevierii, qui recte hanc lectionem probavit, ac recepit. Polyb. 11, 17. *Οἷς οὐ νόμος, οὐκ ἔθος, οὐ λόγος, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἦν κοινὸν ἐκ φύσεως πρὸς ἀλλήλους.* Silius 16, 19.

— — — — tot dissona lingua
Agmina, barbarico tot discordantia ritu
Corda virûm mansere gradu.

§. 9. *Galli proprio atque insito in Romanos odio*] Sic et apud Juſtinum [11, 9.] Magnus Alexander *circumvectus suos, singulas gentes diversa oratione alloquitur.* nam *Illyrios,* inquit, *et Thracas opum ac divitiarum ostentatione, Graecos veterum bellorum memoria internecivique cum Persis odii accendebat. Macedones autem nunc Europae victae admonet, nunc Asiae expetitae, nec inventos illis toto orbe pares viros gloriatur.* MODIUS.

Deductis ex asperrimis montibus, in spem victoriae ostentantur] *deductis ex asperis montibus ostenduntur*, reliquis omiſſis, Hav. *ostenduntur* autem probari poſſet, quia non modo praeceſſit, sed et mox sequitur *ostentatur.* Solent autem librarii has voces confundere. V. ad 28, 3, 11. At unum hunc teſtem audire periculosius arbitror: praesertim quum Livius paucis interjectis eadem verba repetere solitus fuerit. V. ad 1, 3, 9. Et ita ferri poteſt *τὸ instruxit*; de quo v. ad §. 6.

§. 11. *Liberi cum parentibus, conjuges pavidae, aut excidium*] *conjugesque pavidae, aut* Cant. *conjuges pavidae, et aut* Lov. 5. Praeterea iterum *excidium* Clericus contra libros scriptos. V. ad 5, 15, 9. Similiter etiam Crevierius edidit. Mox *in metu aut in spe medium* Lov. 3. et 4. *in metu* etiam Voſſ. et Harl. Hinc *ostendantur* idem Harl. *ostentantur* Voſſ. et Lov. 5. quod referri poteſt ad omnia praecedentia *moenia patriae, Dii Penates* etc. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§. 12. *Quum maxime haec imperator apud Karthaginienses, duces suarum*] Locus leniter literis, et diſtinctione prorsus enervatus. In Pet. Reg. Men. Voſſ. eſt *inter immixtos alienigenis.* 26, [37, 1.] *Carthaginienses Romanique pariter variis casibus*

Digitized by Google

orbis terrarum, nihil aut in metum, aut in spem medium ostentatur. Quum maxime haec imperator 12
apud Karthaginienses, duces suarum gentium inter populares, plerique per interpretes inter inmixtos alienigenis, agerent, tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt: tantusque clamor ortus, ut elephanti in 13
suos, sinistro maxime cornu, verterentur, Mauros ac Numidas. Addidit facile Masinissa perculsis terrorem, nudavitque ab ea parte aciem equestri auxi-

immixti. 27, [18, 12.] *Turba calonum immixta armatis.* Reliqua adjuti a Freinshemio [ad Curtii 3, 10, 4.] sic constituimus: *Quum maxime haec imperator apud Carthaginienses, duces suarum gentium inter populares, plerique per interpretes inter immixtos alienigenis, agerent.* Intellige duces suarum gentium, Mauros Maurorum, Hispanos Hispanorum, Gallos Gallorum, Macedonas Macedonum: quae cohortes, manipuli, legiones quum non sincerae omnino essent, sed permixtae varia nationum colluvie, nonnulli duces ex his, quae apud suos vernaculo sermone pronunciabant, per interpretes caeteris indicabant. J. FR. GRON. *inter immixtos*, vel *interim mixtos*, Cant. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. Pleraque pars reliquorum cum editis *intermixtos*, vel *inter mixtos.* Deinde *pleraque*, aut ante Gronov. edebatur, omnes mei; eamque scripturam defendit Crevierius. Mihi Gronov. vel Freinsh. conjectura *plerique* non displicet. Cur enim duces *per interpretes*, nisi quia eorum sermonem inmixti alienigenae non intelligebant? ergo non *pleraque*, sed *omnia* per interpretes. Id autem non *omnibus* ducibus, sed *plerisque* tantum facere necesse erat, sub quorum ductu nempe inmixti alienigenae erant. Denique *ageret* etiam omnes mei. Sed hic cum Crevier. *agerent* a Freinsh. et Gronov. restitutum probo. Non tamen per omnia Freinshemio adsentitur Gronovius. Nam et legendum putavit *duces variarum gentium*, et *inter mistos alienigenas*: quorum etiam neutrum necessarium est, praesertim invitis Mstis.

Tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt] Polyb. [15, 12.] Ἅμα τῷ πανταχόθεν σάλπιγγας καὶ τὰς βυκάνας ἀναβοῆσαι. Et Appianus [Punic. p. 23.] Ἀννίβας μὲν σαλπίγγων καταρξας, Σκιπίων δὲ ἀντηχεῖν κελεύσας. SIGON.

§. 13. *Ut elephanti in suos* etc. *verterent*] Aut ex vet. lib. *verterentur* est legendum, aut *verterent* pro verterentur accipiendum. Sic enim Polybius [ibid.] τινὰ μὲν διαταραχθέντα τῶν θηρίων, ὥρμησε παλίσσυτα κατὰ τῶν βεβοηθηκότων ἐν Καρχηδονίοις Νομάδων. SIG. *Vertere* saepe a Livio passive usurpari, supra vidimus ad 2, 62, 2. Hic tamen *verterentur* cum Sigon. codice legendum puto. Eadem enim lectio superest non tantum in Branc. Latinii, sed et in omnibus meis; nisi quod *verteretur*

Digitized by Google

14 lio. Paucae tamen beſtiarum, intrepidae in hoſtem actae; inter velitum ordines cum multis suis vulne-
15 ribus ingentem ſtragem edebant. resilientes enim ad manipulos velites, quum viam elephantis, ne obtererentur, feciſſent; in ancipites ad ictum utrimque conjiciebant haſtas; nec pila ab antesignanis ceſſa-
16 bant; donec undique incidentibus telis exacti ex Ro-

sit in Lov. 4. *converteret* in Ber. *verterent* demum adparuit in Froben. anni 1535. priores typis descripti legunt *converterentur*.

§. 14. *Paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem actae*] *intrepide* ed. Mog. quod tantopere Aldo placuit, ut, quum in contextu *intrepidae* edidiſſet, poſtea in erratis *intrepide* emenda ri jusserit. Verum sensus Livii non eſt, elephantos *intrepide* actos fuisse; ita enim *intrepide* referendum foret ad milites Poenos, qui eas agebant; sed potius elephantos intrepidos, et pugnam incipientium clamore non perterritos fuiſſe. Recte igitur Savet. anno 1529. priscam scripturam *intrepidae* revocavit, eamque recentiores retinuerunt.

§. 15. *In ancipites ad ictum utrimque conjiciebant hastas*] In prima hoc invenio Parisina Saveterii 1529. Omnes priores ab Andrea ad Juntam 1522. *in eas ancipites*, ut et nonnulli scripti: quasi referri velint *ad bestias*. Voſſianus, Regius, et alii ignorant. Caeterum vir nobilissimus et eruditissimus hic *ancipites hastas* dici censet, non quod in summo et imo cuspidem haberent, ut haſtae equeſtres, sed quod propter levitatem etiàm retrorsum, dextrorsum, siniſtrorsum, nullo negotio poſſent conjici, quum pila aliaque graviora tela non sine nisu et conversione totius corporis recte contorqueri poſſent. Ego, si putarem, sic locutum Livium, neutram interpretationem admitterem, sed explicarem, ab utroque missas latere. Ut paullo ante: *Viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent*. 37, [11, 8.] *Armatos duobus agminibus ad promontoria, quae cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit, inde facile telis ancipitibus hostem summoturus*. Sed dixit *ancipites ad ictum* elephantos, id est, ab ambobus lateribus infeſtatos, anxios, et quo se verterent nescios. Virgilius in 5. Aen. [654.]

At matres, primo ancipites, oculisque malignis
Ambiguae.

Anceps utrimque sese eodem modo habens, hinc et illinc capitatum, in utramque partem idem, sive ob naturam rei, sive ob ingenium loci, sive ob effectum. Sic *anceps Janus* Ovidio [14. Met. 334.] *ancipitia munimenta* noſtro 5, 1, 8. in quibus haesit Glareanus. *anceps proelium* eodem libro [c. 8, 8. 13, 9. 41, 4.] et sexto [c. 33, 12.] *Quum anceps hostis et a fronte et a tergo urgeret*. *Ancipiti malo* permotum dicit Salluſtius Ciceronem [Catil. 29.] quod et in urbe et extra portas erat. *Anceps odium* transfugarum Livius 27, [17, 11.] tam apud illos, quibus accedunt, quam apud illos, quos deserunt. *An-*

Digitized by Google

mana acie, hi quoque in suo dextro cornu ipsos Karthaginiensium equites in fugam verterunt. Laelius, ut turbatos vidit hostes, addit perculsis terrorem.

XXXIV. Utrimque equite nudata erat Punica a- 1
cies, quum pedes concurrit, nec spe, nec viribus jam par. ad hoc, dictu parva, sed magni eadem in

cipitem pestem, hinc incendium, hinc hostem 35, [27, 8.] Sic *ancipites arces* Claudiano vindicavimus, quae tantum metus et periculi, quantum praesidii prae fiant. Ut noster de elephantis [immo curribus falcatis] 37, [41, 9.] *Quam anceps esset auxilii genus.* Et *ancipitem fungum* in Satira legimus, quem verendum est, ne noceat: atque adeo *cibus anceps* Plinii [22, 23.] Sic nunc hic Livius. *Velites*, qui compleverant intervalla inter manipulos, actis eodem elephantis locum dantes, et *resilientes ad manipulos, utrimque*, ac dextra scilicet laevave, *jaciebant hastas.* quo, quaeso? *in ancipites ad ictum*, utrimque expositos et patentes ad telorum ictum elephantos. J. FR. GRON. Haec recte disputantur adversus eruditissimum Schelium ad Polyb. c. 14. DUK. *in eas ancipites* Ber. Gaertner. et Hearnii N. cum edd. antt. pro quo non Saveter. sed jam ante eum Aldus in erratis, Colon. anno 1525. et Cervic. *in ancipites* dederunt: quomodo ex meis legunt Lovel. quinque, Harl. et Hearnii L. 1. et D. Gronovius *in eos ancipites* edidit; et ita etiam locum laudavit 26, 46, 1. ubi *ancipites utrimque ictus* inlustravit. Unde tamen hanc lectionem hauserit, monere neglexit. *Τὸ eos* Crevier. quia in suis non invenit, delevit: cujus judicium probo.

§. 16. *Addit perculsis terrorem*] *addidit* Voss. Lov. 2. 4. Ber. et Hav. V. ad 2, 24, 6. An vero hoc petitum supra ex §. 13. ubi contra *Addit* Lov. 4. Paullo ante *in suos, dextrum cornu ipsorum Karthaginiensium* Rec.

§. 1. *Utrimque equite nudata erat Punica acies*] *Nudata utrimque equite erat Punica acies.* GEBH. *Utrimque nudata equite erat* Hav. *Utrimque nudaque erat* Lov. 4. [?] *Utrimque nudata erat equite* Lov. 4. [?]

Ad hoc, dictu parva, sed magni eadem in re gerenda momenti res] Pal. 1. *sed magna eadem in regenda momenta.* Et ita ferme sec. nisi quod *in re gerenda.* Tertius vero *nec spe, nec viribus, at occiditur parva, sed magna eadem in regenda momenta.* GEBH. Reg. Men. Voss. et a m. 1. Pet. tum tres Pall. τῷ *res* deficiuntur. Nec dubito, quin sit a sarcinatoribus. Nam τὸ *parva* refertur numero plurali ad omnia, quae sequuntur, *clamor, voces, pugna stabilis, concursatio et velocitas.* Prorsus eodem modo, ut 24, 5, 5. *Hunc tam superbum apparatum habitumque convenientes sequebantur contemtus omnium hominum, superbae aures* etc. ubi pares correctores τὸ *mores*, quod nullis est in bonis codicibus, inseruerunt. Nec silebo tamen, eosdem scriptos libros habere hic

Digitized by Google

re gerenda momenti res, congruens clamor a Romanis, eoque major et terribilior; dissonae illis, ut
2 gentium multarum discrepantibus linguis, voces. pugna Romana stabilis, et suo et armorum pondere incumbentium in hostem: concursatio et velocitas il-
3 linc major, quam vis. Igitur primo inpetu extemplo movere loco hostium aciem Romani. ala deinde et umbonibus pulsantes, in submotos gradu inlato, aliquantum spatii, velut nullo resistente, incessere;
4 urguentibus et novissimis primos, ut semel motam aciem sensere; quod ipsum vim magnam ad pellen-
5 dum hostem addebat. Apud hostes, auxiliares cedentes secunda acies, Afri et Karthaginienses, adeo

magna momenta, si cui forte potius id placeat. J. FR. GRON. Unus tantum meorum Gaertn. *τὸ res* agnoscit; reliqui eam vocem una cum Hearnii L. 1. spernunt, et insuper tum hi, tum ille *magna momenta* praeferunt. Vocem *res* saepe perperam interpolatam esse, vidimus ad 2, 18, 2. ubi Gronov. jam hunc locum sibi suspectum esse monuerat. Contra Cl. Crevierius, licet vox illa nec in suis Mstis supersit, eamdem tamen retinendam putat, quia congruens quidem clamor, ac dissonae voces res parvae in pugna dici possunt, non tamen idem pronunciare licet de pugna stabili, concursatione et velocitate militum. At observandum, illa non tantum *parva dictu*, sed simul etiam *magni in re gerenda momenti* vocari. Praeterea si vocem *res* servas, *τὰ parva dictu, sed magni eadem momenti res* non tantum congruentem clamorem ac dissonas voces, verum etiam pugnam stabilem ac concursationem et velocitatem continebunt, ubi eadem ipsi restabit difficultas, quam movit, si *res* expungeretur.

Congruens clamor a Romanis etc.] Livium imitatum esse Polyb. 15, 14. monuit Victor. 10. Var. lect. 4.

§. 2. *Concursatio et velocitas illinc major*] Pal. sec. *illis major*. tert. *illic major*. *Igitur primo impetu*. GEBH. *illic major* etiam Lov. 3. 4. et Harl. V. ad 40, 11, 3. *illius major* Gaertn.

§. 3. *Ala deinde et umbonibus pulsantes*] Parum refert: tamen Regius *umbone*. Men. Voss. Pal. *umboni*. Martial. 3. epigr. 46.

In turbam incideris; cunctos umbone repellet.

J. FR. GRON. *umbone* Hav. *umboni* Lov. 1. 2. et Hearnii N. Supra 9, 41, 19. *Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes*. unde parum interesse, *umbone*, an *umbonibus* legatur, recte monuit Cl. Crevier. Paullo ante *movere loco hostium aciem Roma-*

Digitized by Google

non sustinebant, ut contra etiam, ne resistentes pertinaciter primos caedendo ad se perveniret hostis, pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repente: 6
et, in suos versi, partim refugere in secundam aciem, partim non recipientes caedere, uti paullo ante non adjuti, et tunc exclusi. Et prope duo jam 7
permixta proelia erant, quum Karthaginienses simul cum hostibus, simul cum suis cogerentur conserere manus. non tamen ita perculsos iratosque in aciem accepere; sed, densatis ordinibus, in cornua vacu- 8
umque circa campum extra proelium ejecere, ne pavidos fuga vulneribusque milites in certam et integram aciem miscerent. Ceterum tanta strages homi- 9

na Lov. 2. 4. et Voss. a m. 1. *movit* a m. 2. *moverit loco hostium aciem Romana* Lov. 1. *loco* exsulat a Cant. Mox §. seq. *quod ipsis*, pro *quod ipsum*, Hav. et Branc. Latinii.

§. 5. *Apud hostes, auxiliares cedentes secunda acies, Afri et Karthaginienses, adeo non sustinebant*] *At apud hostes* Lov. 3. Sed vocula illa nata videtur ex ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 22, 2, 3. Tum *secunda acies* (*Afri et Karthaginienses erant*) *adeo non sustinebant* Hav. *acies* autem cum verbo plurali poni, vidimus ad 27, 12, 15. At reliqui vulgatum tuentur. Mox *resistentes pertinaciter primo caedendo* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. *resistentes pertinaciter primis cedentibus* Hafn. Ber. a manu 2. et Branc. Latinii.

§. 6. *Et, in suos versi*] Pal. 1. *reversi*. GEBH. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. sed indocto librarii errore. Cap. praec. *Tantusque clamor ortus, ut elephanti in suos verterentur.*

§. 8. *Sed, densatis ordinibus, in cornua vacuumque circa campum extra proelium ejecere*] Pal. 1. et 2. *sed datis ordinibus*. tert. *sed densatis ordinibus et in cornua vacuumque circa campum extra in proelium ejecere*. Pr. et sec. *ejicere*. GEBH. *sed datis ordinibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. *sed coactis ordinibus* Hav. Liv. 33, 8, 14. *Simul et densari ordines jussit.*

Ne pavidos fuga vulneribusque milites in certam et integram] Pal. pr. *ne pavido fuga vuln. milites in caeteram integram aciem miscerent*. sec. *eicere pavidos fuga et vulneribus milites in certam et integram aciem miscerent*. GEBH. Voss. *pavido* etc. *milite in caeteram*. Men. quoque et Pall. *in caeteram*. Egregie Regius: *ne pavido fuga vulneribusque milite sinceram et integram aciem miscerent*. J. FR. GRON. *certam*

Digitized by Google

num armorumque locum, in quo steterant paullo ante auxiliares, compleverat, ut prope difficilior transitus esset, quam per confertos hostes fuerat.
10 Itaque, qui primi erant, hastati, per cumulos corporum armorumque et tabem sanguinis, qua quisque poterat, sequentes hostem, et signa et ordines confuderunt. principum quoque signa fluctuari coe-
11 perant, vagam ante se cernendo aciem. Quod Scipio ubi vidit, receptui propere canere hastatis jussit: et, sauciis in postremam aciem subductis, principes triariosque in cornua inducit; quo tutior fir-

in integram aciem Lov. 3. *in ceteram integram aciem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Hafn. et Hav. *in integram aciem* Harl. Lectionem, quam Gronov. ex Regio probavit, veram puto.

§. 9. *Tanta strages hominum armorumque locum* etc. *compleverat*] Pal. 1. *tanta strage hominum armatorumque locum, in quo steterant paullo ante auxiliares, compleverant.* Illud *armatorum* vitiosum est, caetera alioqui scriptura tolerabilis, quae in prisca ed. etiam locum habet. Mox eadem ed. et Pall. 1. ac 2. *per confertissimos hostes.* GEBH. Pal. 1. per omnia concinit Lov. 2. *strage* et *compleverant* etiam legunt Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Frob. anni 1535. *compleverant* etiam Voss. et Lov. 4. Liv. 9, 40, 14. *Jam strage hominum armorumque insignium campi repleri.* 30, 6, 6. *Ambusti homines jumentaque foeda primum fuga, dein strage obruerant itinera portarum.* Paullo post *per confertissimos hostes* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eaedem.

§. 10. *Itaque, qui primi erant, hastati, per cumulos corporum armatorumque et labem sanguinis*] Melius vulgata lectione Palat. 1. nec non vetus ed. *Itaque, qui primi fuerant, hastati, per cumulos corporum armorumque et tabem* (pr. *tabes*) *sanguinis, qua* (pr. *quam*, id est, ὡς δύνατον) *quisque poterat, sequentes hostem.* Quid enim hic agit vulgatum *armatorum*? Dixit enim paullo ante Livius, *Strages hominum armorumque.* Dein non capio *labem sanguinis.* Pal. 2. scripturam quoque annotabo. *Itaque primi, qui erant hastati, per cumulos corporum armorumque et tabes sanguinis, qua quisque poterat, sequentes hostem, et signa et ordines confugerunt.* Tertius parum differt. GEBH. *qui primi fuerant, hastati* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *qui primi fuerunt, hastati* edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. dedit *erant.* Deinde *corporum armatorumque*, pro quo Gronov. etiam in pr. ed. not. ex Pall. Reg. Men et edd. Andreana et Aldina *armorumque* substituit, in edd. Gruteri ex operarum la-

Digitized by Google

miorque media haſtatorum acies eſſet. Ita novum de 12
integro proelium ortum eſt: quippe ad veros hoſtes
perventum erat, et armorum genere, et usu militiae,
et fama rerum geſtarum, et magnitudine vel spei vel
periculi pares. Sed et numero Romanus superior 13
erat, et animo: quod jam equites, jam elephantos
fuderat: jam, prima acie pulsa, in secundam pu-
gnabat.

XXXV. In tempore Laelius ac Masiniſſa, pulsos 1
per aliquantum spatii secuti equites, revertentes in
aversam hoſtium aciem incurrere. Is demum equi- 2

psu inrupisse videtur. Omnes enim, non tantum edd. priores, sed et codd. recte *armorumque*. Insuper *labemque* ex eadem Frobenii ed. in recentiores propagatum eſt, idque retinent Lov. 4. 5. et Hearnii D. Sollemni errore. V. ad 39, 9, 1. *tabesque* Cant. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. J. Fr. Gronovius *tabemque* reſtituit, quod veteres ante Froben. typis excusi similiter exhibent. *Tabes* saepe ponitur pro *tabo*. Infra 41, 21, 7. *Cadavera intacta a canibus et vulturibus tabes absumebat*. V. ad 4, 30, 9. et Nic. Heins. ad Silii 3, 342. qui et *tabem* pro menſtruo sanguine sexus muliebris poni docet ad Ovid. 9. Her. 144. Videtur hic *tabes sanguinis* notare lubricitatem ex sanguine profuso ortam. ὀλισθος vocatur Polyb. 15, 14. quod tamen Casaub. *labes sanguinis* reddit, vitiosas Livii edd. secutus. Similiter *tabes* de nive liquescente, et hinc lubrica, supra habuimus 21, 36, 6. ubi vide. Tandem *quam quisque* Harl. sed praeſtat *qua*.

Fluctuare coeperant, vagam ante se cernentes aciem] Scripti *fluctuari coeperant, vagam ante se cernendo aciem*. V. 4. Observ. 6. J. FR. GRON. *fluctuari*, solo excepto Ber. omnes mei, cum Hearnii L. 1. et N. V. ad 36, 10, 4. Deinde *cernentes* Voſſ. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *cernentium* Lov. 2. Reliqui *cernendo*. Paullo ante *principium*, pro *principum*, Voſſ. a m. 1. et Hav. V. supra ad 2, 27, 12.

§. 11. *Quod Scipio ubi vidit, receptui propere canere hastatis jussit*] Pal. 2. *quod ut Scipio vidit*. Sequitur in tert. *receptui propere hastatis jussit, et in postremam deductis aciem*. GEBHARD. *prope*, pro *propere*, Voſſ. Lov. 1. Harl. et Gaertn. V. ad 39, 31, 4.

§. 12. *Et magnitudine vel spei vel periculi pares*] *dispares* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *haud dispares* Voſſ. in marg.

§. 13. *Sed numero Romanus superior erat, et animo*] Vet. lib. *Sed et numero*. SIG. *Τὸ et* a Sigonio additum respuunt Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. V. ad 2, 44, 3. Poſterius *et* exsulat a Cant.

Jam, prima acie pulsa] *jam*,

Digitized by Google

tum inpetus fudit hostem. multi circumventi in acie caesi: multi per patentem circa campum fuga spar-
3 si, tenente omnia equitatu, passim interierunt. Karthaginiensium sociorumque caesa eo die supra millia viginti: par ferme numerus captus est, cum signis militaribus centum triginta tribus, elephantis
4 undecim. Victores ad duo millia cecidere. Hannibal, cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum perfugit: omnia et in proelio, et ante
5 aciem, priusquam excederet pugna, expertus; et

prima acie fusa Pal. 3. Sic c. 35, 1. Pall. 2. et 3. *fusos per aliquantum spatii.* et statim primus ac sec. *Is demum impetus fudit hostes.* GEBH. *pulsa* hoc loco, et cap. sequentis initio *pulsos* omnes mei constanter.

§. 2. *Is demum inpetus perculit hostem*] Apud primum invenio Gryphium. Andreas *Is demum equitum impetus perculit hostem.* Et sic omnes deinceps cum ultimis Moguntinis. Aldus, Juntas, Savet. Frobenius. *Is demum equitum impetus fudit hostem.* Idque adferunt scripti. J. FR. GRON. Quod Gronov. apud primum invenit Gryphium, primus vulgavit Froben. anno 1535. et ante Gryphium etiam Bas. anno 1539. ac Vascos. *Is demum impetus equitum perculit hostem* ex scriptis servant Ber. et Rec. *Is demum impetus fudit hostes* Pal. 1. et 2. teste Gebhardo ad cap. praec. §. 13. *Is demum equitum inpetus fudit hostem* reliqui meorum codd. et Hearnii L. 1. ac N. Paullo ante §. praec. *adversam aciem* Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Male. Indicat enim Liv. eos Hannibalis aciem a tergo invasisse. Polyb. 15, 14. effert, ὧν προσπεσόντων τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν κατόπιν: qui autem aciem a tergo invadit, in eam *aversam*, non *adversam*, incurrit. V. ad 3, 70, 4.

Multi circumventi in acie caesi] *circumventi unave caesi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn, et Hav. Qui omnes cum Ber. vocem sequentem *multi* non agnoscunt.

§. 3. *Numerus captus est, cum signis militaribus centum triginta tribus, elephantis undecim*] *Τὸ est* non adparet in Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Deinde *militaribus CXXXII* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *militaribus CXXXVII* Lov. 5. *militaribus XXXII* Lov. 3. Deinde *elephanti undecim* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. *elephanti ad undecim* Lov. 5.

§. 4. *Victores ad decem millia cecidere*] Suspicor legendum *ad duo millia.* Hanc enim edit summam Polyb. [15, 14.] Ἔκεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων ὑπὲρ τοὺς χιλίους πεντακοσίους. Idem autem prope est *supra mille quingentos* et *ad duo millia.* Ita etiam Appian. SIG. Pal. 1. *Victores* (superscriptum *Vectores*) *ad X*

Digitized by Google

confessione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiae, illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse. Elephantos in prima fronte: quo- 6
rum fortuitus inpetus atque intolerabilis vis, signa sequi, et servare ordines, (in quo plurimum spei ponerent) Romanos prohiberet. Deinde auxiliares 7
ante Karthaginiensium aciem, ne homines mixti ex conluvione omnium gentium, quos non fides teneret, sed merces, liberum receptum fugae haberent: simul primum ardorem atque inpetum hostium exci- 8

cecidere. Vet. ed. *ad X millia.* Pal. 3. *Victores ad mille et C. ceciderunt.* GEBH. *ad decem*, vel *ad X*, vel *ad* $\overline{X}$ *cecidere* omnes mei. Appian. auctore in Pun. p. 27. Ἀπέθανον Ῥωμαίων δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι.

Omnia et proelio, et ante aciem, priusquam excederet pugna, expertus] Libb. omnes *et in proelio.* Nam sequitur *et ante aciem.* GEBH. Si hic tria tempora designantur, *ante aciem* non potest aliud esse, quam priusquam concurrerent acies, quum singulari arte aciem instruxit, et omnia ut prudens et rei militaris peritus dux fecit atque ordinavit. Sed ita repetita copula *et priusquam excederet pugna*, vel mutato situ verborum *ante aciem, et in proelio, et priusquam excederet pugna* scribendum foret. DUKER. *omnia et proelio* error est editionum Gruteri, quem Gronovius emendavit. Omnes priores *omnia et in proelio.* neque aliter scripti, nisi quod *omnia etiam proelio* legat Gaertn. Ceterum Polyb. id exprimit 15, 15. Πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας κατὰ τὸν κίνδυνον, ὅσα τὸν ἀγαθὸν δεῖ στρατηγὸν, καὶ πολλῶν ἤδη πραγμάτων πεῖραν εἰληφότα. Duorum tantum temporum meminit Oros. 4, 19. *Hannibal omnia et ante proelium et in proelio expertus, cum paucis, hoc est vix quatuor, equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum confugit.* Quae verba ex his Livii expressa esse, nemo non videt. An igitur, ordine verborum mutato, legendum? *omnia et ante aciem, et in proelio, priusquam excederet pugna, expertus.*

§. 5. *Omniumque peritorum militiae, illam laudem adeptus*] *peritorum militum omnem*, vel *et omnem, illam laudem adeptus* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *omnem illam laudem* etiam Cant. Mox §. seq. *in fronte*, neglecta media voce, Lov. 1. Deinde *prohiberent* Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 7. *Homines mixti conluvione omnium gentium*] Pall. tres, et vet. ed. *homines mixti ex colluvione omnium gentium.* GEBHARD. Lectio haec demum adparuit in Frob. anni 1535. antea edebatur *ex colluvione*, quod firmant Lov. 5. Rec. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et apud Gronov. in pr. ed. not. omnes Gall. et Pall. quo adludunt Voss.

Digitized by Google

pientes fatigarent; ac, si nihil aliud, vulneribus suis
9 ferrum hostile hebetarent. Tum, ubi omnis spes es-
set, milites Karthaginienses Afrosque: ut, omnibus
rebus aliis pares, eo, quod integri cum fessis ac sau-
ciis pugnarent, superiores essent: Italicos, inter-
vallo quoque diremtos, incertos socii an hostes es-
10 sent, in postremam aciem submotos. Hoc edito

Lov. 1. 4. et Harl. *et colluvione* legentes. utraque lectione juncta *et ex colluvione* exhibet Lov. 3. Priscam igitur scripturam reduxi. Livius enim ita loqui solet. Supra 22, 43, 2. *Novaque consilia in dies apud milites mixtos ex conluvione omnium gentium oriebantur.* 26, 40, 17. *Quatuor millia hominum erant, mixti ex omni conluvione.* 28, 12, 3. *Bellum gereret exercitu non suo civili, sed mixto ex conluvione omnium gentium.*

§. 8. *Primum ardorem hostium*] Vet. lib. *primum ardorem atque impetum hostium.* SIG. Ita non tantum omnes scripti, quos consului, sed etiam vett. edd. Voces autem *atque impetum* primus omiserat Frob. anno 1535. hinc Bas. anno 1539. tum Vascos. et tantem Gryph. quem mutationis auctorem Gron. ad verba seq. credebat.

Excipientes fatigarent; ac, si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostile hebetarent] Pall. 1. et 2. *vulneribus suis ferrum hostium hebetarent.* Amplius pr. *hostium excipientes alii missilibus, alii vulneribus suis.* GEBHARD. Et sic [*si nihil aliud, vuln.*] primus mihi Gryphius. Dedit autem etiam *simul primum ardorem hostium excipientes fatigarent* etc. Sigonius addidit e scripto *atque impetum.* Sed jam olim Andreas et omnes ad postremum Frobenium *simul primum ardorem atque impetum hostium excipientes fatigarent, ac, si nihil aliud, alii missilibus, alii vulneribus suis ferrum hostium hebetarent.* A quo hoc uno differunt membranacei, quod ignorant *fatigarent, ac si nihil aliud.* Et exterantur sane, quum nihil sit incommodi prisca in scriptura. Dicit enim Livius auxiliares primos oppositos Romanis, ut alii primum ardorem impetumque hostium, missilibus excipientes, tardarent atque hebetarent, alii vulneribus suis ferrum eorumdem obtunderent. Vides idem verbum commode ad utrumque genus referri. Justin. 6, [8.] *Rei quoque publicae vires hebetatae sunt.* Josephus l. 13. *Καὶ ὁ σίδηρος ἀυτοῖς ἠμβλύνθη κτείνουσι, καὶ αἱ χεῖρες παρείθησαν.* J. FR. GRON. Editionibus antiquissimis, quarum scripturam memoravit Gronov. per omnia adsentitur Ber. *excipientes fatigarent alii missilibus, alii vulneribus* Lov. 1. 4. et Gaertner. *excipientes alii missilibus, alii vulneribus* Voss. Lov. 2. 3. 5. Hafn. Harl Hav. et Hearnii Oxonn. Ita, si nihil aliud obstaret, cum Gronov. legi posse haud diffiteor: ut verbum *hebetare* duplici sensu accipiendum sit; metaphorico, sit jungatur prioribus *ardorem atque impetum hostium*; proprio, si proximis *ferrum hostile.* V. Cl. Duker. ad

Digitized by Google

velut ultimo virtutis opere, Hannibal, quum Adrumetum refugisset, adcitusque inde Karthaginem sexto ac trigesimo post anno, quam puer inde profectus erat, redisset, fassus in curia est, non proelio 11 modo se, sed bello victum, nec spem salutis alibi, quam in pace impetranda, esse.

XXXVI. Scipio, confestim a proelio expugnatis 1

Flori 1, 9, 1. Verum vulgatum contra codd. defendit locus Polyb. quem Livius vertit, 15, 16. *Τοὺς δὲ μισθοφόρους προέταξε, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἔθηκε μετὰ τούτους, ἕνεκα τοῦ προεκλύσαι μὲν τοῖς κόπῳ τὰ σώματα τῶν πολεμίων, ἀχρειῶσαι δὲ τὰς ἀκμὰς τῶν ὅπλων διὰ τὸ πλῆθος τῶν φονευομένων.* Ex quo eodem loco, et auctoritate Mssi Regii probae notae, qui vulgatum servat, nihil mutandum esse vidit Crevier. Similiter nihil ex Cant. notari in excerptis video: quare et eum pro vulgato fetisse verisimile est. Liviana etiam est locutio *si nihil aliud, ferrum hebetarent.* Ita 2, 43, 8. *Nec illos periculum cogere potuit, gradum adcelerare, aut, si nihil aliud, instare instructis.* 22, 29, 11. *Si nihil aliud, gratorum nobis certe animorum gloriam dies haec dederit.* 45, 37, 3. *Non triumphum inpedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus justum esse judicaverat.* Praeterea *ferrum hostium* Cant. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 9. *Incertos socii an hostes essent.*] Verba haec ita capi possent, ipsos Italicos incertos fuisse, utrum sibi expediret esse sociis an hostibus Karthaginiensium. Potius tamen est, ut credamus, ipsum Hannibalem incertum fuisse, quo loco habendi forent, pro sociisne an pro hostibus. Eo sensu *incertus* 27, 37, 5. *Is quoque incertus, mas an femina esset, natus erat.* 31, 12, 6. *In Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset. Incertus* igitur hic non est, qui ipse est incertus, qui dubitat, verum de quo alii sunt incerti, de quo dubitatur. Passive itaque *incertus* sumendum, de quo v. quae notavi ad Silii 2, 98. Si cui tamen haec explicatio minus placet, videat, an cum viro docto *incertum* legere malit: quam locutionem supra exposui ad 8, 17, 10. Quibus addi potest Freinshem. in Indic. Flor. v. *Dubium.* Omnes tamen codd. constanter *incertos* legunt. Paullo ante *τὸ esset* non agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. a quibus iisdem, ut et a Cant. exsulant voces *intervallo quoque diremtos.*

§. 10. *Quum Adrumetum refugisset*] Comparet in Pal. 2. *perfugisset.* in tert. *fugisset.* GEBHARD. *profugisset* Lov. 1. *perfugisset* Voss. Lov. 2. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. ante Frob. anni 1535. Ut supra hoc cap. *Hannibal, cum paucis equitibus inter tumulum elapsus, Adrumetum perfugit.* Unde forte hic ita datum. Mox *adcitusque Karthaginem*, omissa media voce, Lov. 3. *adcitusque in Karthaginem* Harl. V. ad 10, 20, 6.

§. 11. *Nec spem salutis alibi,*

Digitized by Google

hostium castris direptisque, cum ingenti praeda ad
2 mare ac naves rediit; nuncio adlato, P. Lentulum
cum quinquaginta rostratis, centum onerariis, cum
3 omni genere commeatus ad Uticam accessisse. Ad-
movendum igitur undique terrorem perculsae Kar-
tha-

quam in pace inpetranda, esse] Pal. 3. *quam in pace perpetratam esse.* sec. *quam in pace impetrata esse.* prim. *quam in pace esse impetranda.* GEBH. *in pace impetrata esse* Lov. 3. *in pace esse impetrandum* Harl. *in pace esse impetranda* Lov. 1. 2. 6. et Hav. *in pace impetranda,* omisso *τῷ esse,* Cant. Omnia haec verba desunt in Hearnii L. 1. Paullo ante *non proelio modo se esse, sed bello victum,* inserta voce, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 2. *P. Lentulum*] Mendose ita vocari pro *Cn.* putat Pighius ad annum ıɔl. (p. 224. et ıɔlı. p. 231.) J. FR. GRON. Praeivit ei Sigonius ad 29, 38, 4. et 30, 1, 9. Nimirum quia *Cn. Cornelius Lentulus* anno V. ıɔxlviii. aedilis curulis fuit 29, 11. et anno V. ıɔlıı. consul, consequens esse putarunt, cum, qui anno V. ıɔl. praetor Sardiniam provinciam habuit 29, 38. et 30, 1. non *P.* sed *Cn. Lentulum* fuisse. Sed neque semper, qui aediles curules fuerant, post biennium praetores fiebant; et ea aetate, qua nondum latae erant leges Annales, non modo ex aedililate curuli, verum etiam ex quaestura gradum ad consulatum fieri potuisse, notum est. Praeterea ex ipso Livio satis probabiliter colligi potest, *Lentulum* illum, qui A. V. ıɔl. praetor fuit, A. V. ıɔlıı. consulem non fuisse. *Lentulum*, quem A. V. ıɔl. praetorem Sardiniam provinciam habuisse dixi, eamdem A. V. ıɔlı. pro praetore obtinuisse, non obscure significat Livius 30, 27. Nam quum ibi exposuisset, quae quibus consulibus et praetoribus illius anni provinciae evenissent, addit, *ceteris ita, uti quisque obtinebant provincias exercitusque, prorogata imperia.* nomine *ceterorum* enim etiam *Lentulum*, cui anno priore Sardinia provincia fuerat, contineri, ex eo apertum est, quod 30, 41, 2. in rebus A. V. ıɔlıı. scribit, *legio una M. Fabio* (praetori) *in Sardiniam, quam P. Lentulus* (*Cn. Lentulus* rursus ex conjectura Pighius in A. V. ıɔlıı. Sigonius intactum praeterit) *pro praetore habuisset, decernitur.* Non potest ergo Lentulus ille, qui A. V. ıɔl. praetor, et anno sequente pro praetore Sardiniae praefuit, A. V. ıɔlıı. consul fuisse; nisi fingamus, ei ante tempus de provincia decedendi, et consulatus petendi caussa Romam veniendi potestatem factam, vel absentem consulem creatum fuisse. Sed quum nihil omnino sit, quo haec conjectura firmari possit, non satis justa causa est, praenomen illis omnibus locis, quibus eum *P. Lentulum* vocant libri Livii, mutandi. DUK. *Cn. Lentulus* etiam Cl. Perizon. ad marginem Livii scribendum monuit. Verum, quum codd. et hic, et 29, 38, 4. ac 30, 1, 9. vel vulgatum servent, vel certe Sigonio et Pighio non faveant, tanti ponderis Cl. Du-

Digitized by Google

thagini ratus, misso Laelio Romam cum victoriae nuncio, Cn. Octavium terrestri itinere ducere legiones Karthaginem jubet: ipse, ad suam veterem nova Lentuli classe adjuncta, profectus ab Utica portum Karthaginis petit. Haud procul aberat, quum 4 velata infulis ramisque oleae Karthaginiensium ob-

keri argumenta putavi, ut non tantum hoc loco nihil mutarim, sed et priscam lectionem illis locis restituerim.

Cum quinquaginta rostratis, centum onerariis, omni genere commeatus ad Uticam accessisse] Pall. 2. ac 3. *Uticam accessisse*. GEBH. *Uticam accessisse*, omissa praepositione *ad*, etiam Lov. 4. Hinc *onerariis navibus* Ber. et Gaertn. cum edd. Frob. anni 1535. prioribus. Sed insiticia hac voce nihil opus esse, patet ex illis, quae supra dicta sunt ad 25, 27, 12. Deinde *cum omni genere commeatus* Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. principes. Primus Froben. anno 1535. praepositionem omisit, quam loco, unde injuste pulsa est, restitui. Supra hoc lib. c. 24, 5. *Centum onerariae naves cum commeatu in Africam transmiserunt*. 35, 43, 3. *Ducentae onerariae cum omnis generis commeatu bellicoque alio adparatu sequebantur*.

§. 3. *Admovendum igitur undique terrorem*] *utique terrorem* Lov. 1. V. ad 40, 19, 7.

Misso Laelio Romam cum victoriae nuncio] Non ita multo post (c. 38, 4.) ait, L. Veturium Philonem, et M. Martium Ballam, et L. Scipionem cum legatis Carthaginiensibus Romam missos. Veturium item postea (c. 40, 2.) in concionem prodire a senatu jussum, gaudium illud ingens populo importisse. Opinor itaque rursus Livium memoria lapsum. GLAR. Appianus (in Punic. p. 26.) *Καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν ἀιχμαλώτων ἔπεμπε, καὶ Λαίλιον ἐξαγγέλλοντα περὶ νίκης ἐπὶ νεῶν*. Glareanus Livium hoc loco sui oblitum putat, quod Laelium Romam miserit victoriam nunciaturum, cum paulo post tres legati mittantur. SIG. Delendum omnio est illud *cum*. Quis enim credet, id venisse a Livio, quem videas scribere 26, 51, 1. *Scipio Laelium, data quinquereme, captivisque in navem impositis, nuncium victoriae Romam mittit*. 28, 17, 1. *L. Scipio cum multis nobilibus captivis nuncius receptae Hispaniae Romam est missus*. 9, 36, 14. *Legati cum duobus tribunis, laetati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nuncii victoriae Romam revertuntur*. 36, 20, 5. *Eo gravis vulneribus Alexander Acarnan nuncius adversae pugnae quum perfugisset*. 44, 32, 4. *Anicius, bello perfecto, nuncium victoriae Perpernam Romam misit*. et cap. 45, 3. *Consul nunciis victoriae Q. Fabio filio, L. Lentulo et Q. Metello cum literis Romam missis* etc. Denique 6, 22, 3. *Literae Romam ad senatum cum victoriae nunciis acriores in Praenestinum hostem missae*. JAC. GRONOV.

Cn. Octavium terrestri itine-

Digitized by Google

currit navis. Decem legati erant principes civitatis,
5 auctore Hannibale missi ad petendam pacem. qui
quum ad puppim praetoriae navis accessissent, vela-
menta supplicum porrigentes, orantes, inplorantes-
6 que fidem et misericordiam Scipionis; nullum iis
aliud responsum datum, quam ut Tunetem veni-
rent: eo se moturum castra. ipse ab contemplato

re] Praenomen non est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *C. Octavium* perperam legit Lov. 4. Mox *τὸ veterem* exsulat a Lov. 5. Tandem *portum Karthaginis petiit*, pro *petit*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frob. anni 1535. V. ad 37, 45, 2.

§. 6. *Ut Tunetem venirent*] Scripti et hic, et mox *Tunetam*. Suspicor *Tuneta*, ut alibi quoque. J. FR. GRON. *Tunetam*, vel *Tinetam*, plerique meorum hic et mox. *Tinetum* Lov. 1. *Uticam* Lov. 2. sed tantum hoc loco. *Tuneta*, ut Gronov. conjecit, utrobique Ber. Supra c. 9, 10. *Occupat relictum fuga custodum Tuneta*. c. 16, 1. *Ipsa ad Tuneta rursum castra refert*. V. Cellar. Geogr. antiq. 4, 4. p. 99.

Ipse ad contemplandum situm Karthaginis] Alii *ab contemplato situ* emendarunt. et sensus utcumque constat. Caeterum nulla apposita caussa, quod Scipionem Uticam redire, revocato etiam Octavio, facit, rursusque redire Tuneta, suspicionem ingerit, hunc locum defectum esse. GLAR. Pall. tres, et ant. ed. *ad contemplandum Carthaginis situm*. GEBH. MSS. *ad contemplandum situm*. Forte, *ab contemplando situ Karthaginis*. Sic enim malle interdum veteres, quam *contemplando situm*, saepius diximus. J. FR. GRON. *ad contemplandum situm Karthaginis* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. pr. pro quo Froben. anno 1531. *ab contemplato situ Karthaginis* substituit. *ad complendum Karthaginis situm* Cant. *ipse contemplatus situm* Lov. 3. et 4. Si quis Gronovii conjecturam malit, de genere locutionis plura videre potest ad 1, 53, 3.

Non tam noscendi in praesentia, quam terrendi hostis caussa] Pet. Reg. Men. *quam deprimendi hostis caussa*. 3, [65, 11.] *Aequari velle simulando ita se quisque extollat, ut deprimat alium*. 37, [53, 6.] *Alios nimium deprimatis ex sociis vestris, alios praeter modum extollatis*. Seneca de Vita beat. 22. *Cum in hac unum genus virtutis sit, non inclinari, nec deprimi*. Florus 4, 4. *Ad deprimendum juvenem palam arma moliri*. J. FR. GRON. *deprimendi hostis caussa* omnes mei praeter Ber. Gaertn. et Rec. qui *terrendi*, ac Lov. 3. et 4. qui *deterrendi* praeferunt. *deprimendi* etiam Hearnii L. 1.

§. 8. *Pars exercitus cum omni equitatu missa turmalibus primis in agmine adgressa Numidas*] Vet. lib. *turmalibus primum agmen aggressa, Numidas*. SIG. Pal. 1. et ant. ed. *Saturnalibus primis agmen ag-*

Digitized by Google

situ Karthaginis, non tam noscendi in praesentia, quam deprimendi hostis caussa, Uticam, eodem et Octavio revocato, rediit. Inde procedentibus ad 7
Tunetem nuncius adlatus, Verminam, Syphacis filium, cum equitibus pluribus, quam peditibus, venire Karthaginiensibus auxilio. pars exercitus cum 8
omni equitatu Saturnalibus primis agmen adgressa,

gressa. sec. *missa turmalibus primis agmen aggressa Numidarum.* tert. *missa Saturnalibus primis in agmine aggressa.* GEBH. Antea legebatur *primis*, leviori corruptione, quam lectionem servat unus ex Pal. et sic ab Ascensio sive Bechario editiones ad Sigonium, qui addidit vulneri vulnus, scribendo *primum.* Nam Pet. Reg. Men. duo Pall. Barberin. optimi Florent. Voss. *Pars exercitus cum omni equitatu Saturnalibus primis agmen aggressa, Numidas levi certamine fudit.* Andreas, Tarvis. duae Venetae voce auctiores *equitatu missa Saturnalibus primis agmen.* Sed haec aliunde, non ab Livio est. *Saturnalibus primis* nihil aliud est, quam designatio temporis et diei, quo ea pugna pugnata. Sic auctor de bello Hispan. [31.] *Ita ipsis Liberalibus fusi fugatique non superfuissent, nisi in eum locum confugissent, ex quo erant egressi.* Cicero 5. ad Att. [20.] *Saturnalibus mane se mihi Pindenissae dediderunt.* Plutarchus Pompejo [p. 637.] *Χειμῶνος δὲ τὴν στρατιὰν ἐν τῇ χώρᾳ καταλαβόντος, καὶ τῆς Κρονικῆς ἑορτῆς τοῖς Ῥωμαίοις καθηκούσης.* Saturnalia mense Decembri erant plusculorum dierum: ex his primus dicebatur *prima Saturnalia*, vel *Kalendae Saturnales*, ut ex Livio et Statio [1. Silv. 6.] observamus; alter *secunda Saturnalia;* hunc sequens *tertia Saturnalia.* Cicero 13. ad Att. ep. ultima. *Cum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset.* Lapis vetus [apud Gruter. 124, 1.] IN. SATVRNALIA. SECVNDA. MAG. ANNVVM. INSTITVERVNT. Iterum Cicero [ibid.] *Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam septimam.* 5. ad Att. 20. *Mancipia venibant Saturnalibus tertiis.* Sic quia quinquatruum plures erant dies, noster 44, [20, 1.] *Legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis venerunt.* In lapide veteri errat Gutherius; qui, cum simplicem et veram sententiam in promptu haberet, ad aliam divertit, et *secunda Saturnalia* nobis facit eadem, quae Matronalia, incidentia in Kalendas Martias, 3. de Jure Pontif. 14. hoc est, in lapidem impingere, quam eum interpretari, mavult. Abutitur in eam rem verbis Martialis 5. Epigr. 85.

Scis certe, puto, vestra jam venire
Saturnalia, Martias Kalendas.

Atqui certum est, Matronalia non nisi per *κατάχρησιν* vocari *Saturnalia matronarum*, quod, sicut Saturnalibus munera viris, ita matronis mittebantur Kalendis Martiis, sive Matronalibus. Quod si omnino alia Saturnalia Kalendis Martiis fuissent, *prima*

Digitized by Google

Numidas levi certamine fudit. exitu quoque fugae intercluso, a parte omni circumdatis equitibus, quindecim millia hominum caesa; mille et ducenti vivi capti sunt, et equi Numidici mille et quingenti, signa militaria duo et septuaginta. Regulus ipse
9 inter tumultum cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem, quo antea, loco castra posita, legatique triginta Karthagine ad Scipionem venerunt. et illi quidem multo miserabilius, quam ante, (quo magis cogebat fortuna) egerunt: sed aliquanto minore cum misericordia ab recenti memoria perfidiae au-

utique haec, aut potius *priora*, si Latine loqui volumus, non *secunda*, dicenda fuissent. Ut *Vinalia priora*, *Vinalia altera* in veteri Kalendario notantur. Caeterum circa id tempus post tot annos finitum iri bellum Punicum secundum, ejus rei omen datum paulo post principium narratur l. 22, [1, 19.] *Postremo Decembri jam mense ad aedem Saturni Romae immolatum est, lectisterniumque imperatum, (lectum senatores straverunt) et convivium publicum, ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamata.* J. FR. GRON. *equitatu missa turmalibus primis agmen aggressa Numidarum* Lov. 3. quomodo etiam ante Ascens. editum est Venet. anno 1495. et 1506. Neque aliter est in Hafn. et Hav. nisi quod vocem *missa* ignorent. Deinde *in agmine* dedit Froben. anno 1535. *equitatu missa Saturnalibus primis agmen aggressa Numidarum* Gaertn. et Rec. a quibus in eo tantum differt Ber. quod *aggressa agmen* alio ordine praeferat. *equitatu sater vallibus primis agmen aggressa Numidarum* Lov. 5. *equitatu Saturnalibus primis agmen aggressa Numidarum* reliqui mei, nisi quod *Numidarum agmen aggressa* sit in Lov. 4. *agmen aggressa Numidas* in Lov. 2. *equitatu missa Saturnalibus primis* Hearnii D. *equitatu Saturnalibus primis* ejusdem L. 1.

Exitu quoque fugae intercluso] Ed. Francof. anni 1578. errore operarum legit *interclusi*, quod reliqui editores servarunt. Gronovius itaque pr. ed. not. ex omnibus Gall. et Pall. ut et edd. Andreanis atque Aldina *intercluso* revocavit. Mox *parte omni circumdatis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Postea Froben. anno 1535. *a parte omni* dedit. Utrumque scriptoribus ac Livio nostro in usu esse, infra videbimus ad 40, 22, 8. Vellem itaque hic scriptis adhaerere. Praeterea ultima Grut. ed. *quinquaginta millia*, pro *XV millia*, quod Gron. in pr. ed. not, ex scriptis et edd. antt. revocavit.

Mille et ducenti vivi capti sunt, et equi Numidici mille et quingenti] *et mille ducenti vivi* Lov. 3. *et CC vivi* Voss. Lov. 2. 4.

Digitized by Google

diti sunt. In consilio quamquam justa ira omnes 10
ad delendam stimulabat Karthaginem; tamen, quum,
et quanta res esset, et quam longi temporis obsidio
tam munitae et tam validae urbis, reputarent, et 11
ipsum Scipionem exspectatio successoris, venturi ad
paratam alterius labore ac periculo finiti belli fa-
mam, sollicitaret, ad pacem omnium animi versi
sunt.

XXXVII. Postero die, revocatis legatis, et cum 1
multa castigatione perfidiae monitis, ut, tot cladi-
bus edocti, tandem Deos et jusjurandum esse cre-

Harl. Hav. et Hearnii N. Dein *equi Numidici MD* Lov. 4. *equi Numidici X*, vel *decem*, Voss. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. Voces illae desunt in Lov. 5.

Signa militaria septuaginta duo] Scripti *duo et LXX*, vel *duo et septuaginta*. J. FR. GRONOV. *signa*, vel *et signa militaria duo et LXX*, vel *duo et septuaginta*, non tantum omnes mei, et Hearnii L. 1. N. ac D. verum etiam omnes typis excusi usque ad ed. Paris. anni 1573. quae *LXXII* dedit: cujus loco demum ultima Gruteri *septuaginta duo*. Priscam igitur lectionem revocavi. Similiter peccatur cap. seq. §. 9.

§. 9. *Multo miserabilius, quam ante, quo magis cogebat fortuna*] Prima vox male deest in Lov. 1. V. ad 1, 48, 3. Deinde *quoniam magis* Lov. 5. et Hav. *quia magis* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535. Mox *ab recentis memoria perfidiae* Ber. *ob recentem memoriam perfidiae* Lov. 3. 4. V. ad 26, 1, 3.

§. 10. *In consilio quamquam justa ira*] Ita Gronov. legendum monuit infra ad 44, 2, 5. quomodo non tantum praeferunt edd. Frob. anni 1535. ac proximae, sed et omnes scripti praeter Gaertn. et Hav. qui *In concilio* dederunt, quod Bas. anno 1554. et ex eo tempore reliqui editores usque ad Gronov. perperam admiserunt. *auditi sunt in consilio. Quamquam* alia interpunctione Lov. 3. et 5. *auditi sunt in concilio. Cum quamquam* Hav. Voces *In concilio* desunt in Lov. 2. et edd. memorata Frobenii antiquioribus.

Obsidio tam munitae et validae urbis] Cantabr. Voss. Gud. *tam munitae et tam validae*. JAC. GRON. Lectio, quae vulgo exstat, primum adparuit in Frob. anni 1535. ed. Cujus loco edd. principes legunt *tam invictae et tam validae*, consentientibus Ber. et Gaertn. Aldus deinde dedit *tam munitae et tam validae*. quod quum firment Lov. 5. Hav. et omnes Crev. codd. in contextum recepi. Id etiam voluit librarius Harl. qui tamen aberrans *tam munitae et jam validae* scripsit. Mox *reputaretur* Lov. 3. et 4. V. ad 38, 40, 1.

§. 11. *Venturi ad paratam al-*

Digitized by Google

2 derent; conditiones pacis dictae: *Ut liberi legibus suis viverent. quas urbes, quosque agros, quibusque finibus ante bellum tenuissent, tenerent, populandi-*
3 *que finem eo die Romanus faceret. Perfugas, fugitivosque, et captivos omnes redderent Romanis, et naves rostratas, praeter decem triremes, traderent, elephantosque, quos haberent domitos: neque domarent*
4 *alios. Bellum neve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Romani gererent. Masinissae res red-*

terius labore ac periculo finiti belli famam] *futuri ac venturi* Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. Hinc *ad partam* Lov. 2. 3. Ber. a m. 2. et Hav. V. ad 5, 6, 1. Deinde *labore et periculis* Lov. 5.

§. 3. *Perfugas, fugitivosque, et captivos omnes, et naves rostratas*] Pall. 1. 2. Vet. ed. *et captivos omnes redderent Romanis.* GEBH. Pet. Reg. Men. duo Pall. cum antiquis editis, *et captivos omneis redderent Romanis, et naves rostratas, praeter decem triremes, traderent.* Non est otiosum, sed versum ex Polyb. [15, 18.] *Τοὺς αἰχμαλώτους καὶ δραπέτας ἐκ παντὸς ἀποδοῦναι τοῦ χρόνου. τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα, πλὴν δέκα τριηρῶν.* 33, [30, 5.] *Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et naves omnes tectas tradere.* 38, [38, 8.] *Servos seu fugitivos, seu bello captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis sociisque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito et naves longas.* J. FR. GRON. Hic etiam Frob. ed. anni 1535. prima omisit voces *redderent Romanis*, quae supersunt non tantum in prioribus impressis, sed et in omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. et N. solo ejus D. dissentiente.

Naves rostratas, praeter decem triremes, traderent] Polyb. [15, 18.] *τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα, πλὴν δέκα τριηρῶν.* Vertit hoc loco Livius naves longas *rostratas*, ut paullo post aït [c. 43, 11.] *Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.* SIG. Navium longarum sive *μακρῶν* nomine interdum triremes intelligi, interdum quinqueremes, interdum vero ita omnes in genere bellicas naves adpellari, docet Scheff. 2. de Milit. Nav. 2. p. 64. 65. et 96. *Τὸ decem* expellunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hav. et edd. antt. quod Froben. anno 1535. recte recepit, ut ex laudato Polybii loco patet.

§. 4. *Bellum neve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Romani gererent*] Polyb. 15, 18. *Πόλεμον μηδενὶ τῶν ἔξω τῆς Λιβύης ἐπιφέρειν καθόλου, μηδὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ χωρὶς τῆς Ῥωμαίων γνώμης.* Non recte haec verba Polybii Livium Latine reddidisse, recte observat Cl. Barbeyrac. in Supplem. Corpor. Diplom, tom. 1. part. 1. p. 344. Polybii enim sensum esse, Karthaginiensibus non permitti,

Digitized by Google

derent, foedusque cum eo facerent. Frumentum sti- 5
pendiumque auxiliis, donec ab Roma legati redissent, praestarent. Decem millia talentûm argenti, descripta pensionibus aequis in annos quinquaginta, solverent. Obsides centum arbitratu Scipionis darent: ne 6
minores quatuordecim annis, neu triginta majores. Inducias ita se daturum, si per priores inducias naves onerariae captae, quaeque fuissent in navibus, restituerentur. Aliter nec inducias, nec spem pacis

ut alicui extra Africam bellum inferant; sed, alicui in Africa, ita permitti, si consentiret populus Romanus: Livium vero hoc discrimen inter habitantem in Africa vel extra eam neglexisse.

§. 5. *Donec ab Roma legati rediissent*] Pall. 1. et 2. *donec legati ab Roma venissent.* GEBHARD. *ab Romanis legati redissent* Lov. 3. et Hav. *ab Romanis legati venissent* Voss. Lovel. 2. Harl. et Gaertn. *donec ab Roma legati venissent* Lov. 1. 4. 5. Ber. et edd. ante Frob. anni 1535. quae *redissent* prima dedit, pro quo Heinsius apud Elzevir. *rediissent.* Alterum itaque reduxi. V. ad 8, 26, 6. Polyb. id exprimit 15, 18. *μέχρι ἂν ἐκ Ῥώμης ἀντιφωνηθῇ τι κατὰ τὰς συνθήκας.* Mox vox *quinquaginta* exsulabat a Voss. Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§. 6. *Obsides centum arbitratu Scipionis darent*] l. 32. non ita longe ab initio [c. 2, 3.] satis apparet, hunc locum numero imminutum, aut alterum corruptum. Nam eo in loco centum redduntur; reliqui autem, qui adhuc retinebantur, ab Norba Signium Ferentinumque transierunt, ut legati Carthaginiensium a senatu Romano impetraverant. GLAR. Mallem *centum quinquaginta*, ut ait Appianus [Punic. p. 31.] *Δώσετε ἡμῖν ἀντίκα ὅμηρα, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας, ὅνς ἂν αὐτὸς ἐκλέξωμαι.* Cur malim, haec causa est, quia 32, [2, 3.] ita scribit: *Petentibus Carthaginiensibus, ut, si jam videretur senatui, obsides sibi redderentur, centum redditi obsides: de ceteris, si in fide permanerent, spes facta.* Quibus verbis satis ostenditur, plures, quam centum, esse traditos. Quamquam hoc loco Polyb. [15, 18.] centum tantum et ipse edit. *Ὁμήρους δοῦναι πίστεως χάριν ἑκατόν, ὅνς ἂν προγράψαι τῶν νέων ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μὴ νεωτέρους τεσσάρων καὶ δέκα ἐτῶν, μηδὲ πρεσβυτέρους τριάκοντα.* SIG. Non aliter Pall. omnes, quam *centum.* At Sigonius *centum et quinquaginta.* GEBH. In numero etiam nihil mutant mei. An igitur Liv. hic Polyb. secutus est, alios vero scriptores 32, 2? Centum quinquaginta obsides Appiani huc pertinere nequeunt. De his enim addit: *Γενομένων τῶν σπονδῶν, ἀπολήψεσθε τὰ ὅμηρα.* — Praeterea quum centum redditi essent 32, 2, 3. adhuc alii centum redduntur 40, 34, 14. Eo autem tempo-

Digitized by Google

7 *ullam esse.* Has conditiones legati quum domum referre jussi in concione ederent, et Gisgo ad dissuadendam pacem processisset, audireturque a mul-
8 titudine, inquieta eadem et inbelli; indignatus Hannibal, dici ea in tali tempore audirique, adreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit. Quae insueta liberae civitati species quum fremitum populi movisset, perturbatus militaris vir urbana li-
9 bertate, *Novem*, inquit, *annorum a vobis profectus, post sextum et tricesimum annum redii. Militares artes, quas me a puero fortuna nunc privata, nunc*
10 *publica docuit, probe videor scire. Urbis ac fori ju-*

re adhuc quosdam in potestate Romanorum superfuisse, inde verisimile fieri potest, quod Livius *centum*, non vero *omnes*, vel *reliquos* obsides redditos esse dicat. —

§. 7. *Has conditiones legati quum domum ferre jussi*] Vet. lib. *referre*. SIG. Pall. duo *referre*. vet. ed. *referri*. GEBH. *referri* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. et Gaertn. *referre* Lov. 2. 4. 5. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. quas vidi, ante Frob. anni 1535. quam lectionem ex concinentibus suis Crevier. admisit in contextum. Mox *ad dissuadendum pacem* Lov. 3. 4. Harl. Ber. Gaertner. Hav. et editiones eaedem: quam lectionem Gronovius in prima ed. not. se etiam in Reg. Men. et Pet. invenisse monuit. Denique vocem *eadem* expellunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et eaedem iterum edd.

§. 8. *Adreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit*] *abreptum Gisgonem* Lov. 4. V. ad 22, 48, 4. *ex superiori loco* Harl. *superiori loco*, omissa etiam praepositione, Lov. 5.

§. 9. *Post trigesimum sextum annum redii*] Put. (nam ejus haec quoque pagina exstat) Pet. Reg. Men. Voss. *post sextum et tricesimum*. J. FR. GRON. In Paris. demum ed. anni 1573. vidi *post XXXVI annum*: in ultima deinde Gruteri *post trigesimum sextum annum*. Omnes antt. edd. *post sextum et tricesimum annum*. quod quum itidem supersit in omnibus membranis meis, et in Hearnii N. et D. ei in contextu locum dandum judicavi. V. ad cap. praec. §. 8. Mox *prope videor scire*, pro *probe*, Rec. V. ad 37, 49, 2.

§. 11. *Neque inquisitio erat facilis. Quum adversantes paci arguerentur*] Videtur dixisse *arguerentur* pro *vincerentur*, aut *compescerentur*. Videndum tamen, ut locus habeat, nam mihi quidem suspectus est. GLAR. Pal. 1. *nec inquisitio erit facilis adversantibus paci. placuit.* Neque aliter Pal. 2. stantibus tamen a vulgata Pal. 3. et vet. ed.

Digitized by Google

ra, leges, mores, vos me oportet doceatis. Excusata inprudentia, de pace multis verbis disseruit, quam nec iniqua, et necessaria esset. Id omnium 11
maxime difficile erat, quod ex navibus per inducias captis nihil, praeter ipsas comparebat naves: neque inquisitio erat facilis, adversantibus paci, qui arguerentur. Placuit naves reddi, et homines utique 12
inquiri. Cetera, quae abessent, aestimanda Scipioni permitti: atque ita pecunia luere Karthaginienses. Sunt, qui Hannibalem ex acie ad mare perve- 13
nisse, inde praeparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradant: postulantique ante om-

GEBH. Glareanus censet diei *arguerentur* pro *vincerentur*, vel *compescerentur*: videndum tamen, ut locus habeat; sibi quidem suspectum esse. Vir doctissimus participium poni pro infinitivo interpretatur: *adversantes*, hoc est, adversari. Sed recte Glareano suspectus fuit locus: nam omnes scripti Gall. Pall. praeter unum, Barberin. Voss. optimi Florentini deficiuntur conjunctione *quum*: habent autem *adversantibus paci qui arguerentur*. Quam scripturam, mutata distinctione, veram esse apparet. *Id omnium maxime difficile erat*, infit Livius, *quod ex navibus per inducias captis nihil praeter ipsas comparebat naves: neque inquisitio erat facilis, adversantibus paci, qui arguerentur. Placuit naves reddi, et homines utique inquiri.* Hoc morabatur inducias, quod conditionibus adjecerat Scipio: *naves per priores inducias captae, quaeque fuissent in navibus, restituerentur.* Nam eorum omnium nihil comparebat, praeter vacuas naves: res varios possessores acceperant, arcte tenentes complectentesque praedam. Neque audebant quaestionem instituere ob potentiam eorum et pertinaciam: nam, ut eam eluderent raptores, tendendo contra pacem et incitando populum, totam rempublicam in majus discrimen daturos apparebat: hoc metu sublato, facilius in caetera consensuros. Ergo hujus quoque mali medicinam invenerunt, statuto, ut redderentur ipsae naves captique homines, res ex aerario praestarentur. Men. codex habebat *pati*: quod posset alicui placere, ut intelligeretur *inquisitionem*. Sed *adversor pati* non videtur esse stili Liviani. 45, [28, 7.] *Bonaque eorum, qui interfecti essent, et exsulum, possidere, qui arguebant.* J. FR. GRON. *Quum adversantes paci arguerentur* Lov. 3. 4. 5. et Rec. *Quum adversantes paci*, omissa ultima voce, Ber. *adversantibus paci. Placuit* Voss. Lov. 1. 2. Gaertn. et Hav. *adversantibus paci, qui arguerentur. Placuit* Hearnii L. 1. et N.

§. 12. *Atque ita pecunia luere*]

Digitized by Google

nia Scipioni, ut Hannibal sibi traderetur, responsum esse, Hannibalem in Africa non esse.

1 XXXVIII. Postquam redierunt ad Scipionem legati; quae publica in navibus fuerant, ex publicis descripta rationibus quaestores; quae privata, pro-
2 fiteri domini jussi; pro ea summa pecuniae viginti quinque millia pondo argenti praesentia exacta: induciaeque Karthaginiensibus datae in tres menses.
3 Additum, ne per induciarum tempus alio usquam, quam Romam, mitterent legatos: et, quicumque legati Karthaginem venissent, ne ante dimitterent eos, quam Romanum imperatorem, qui, et quae
4 petentes venissent, certiorem facerent. Cum legatis Karthaginiensibus Romam missi L. Veturius Philo,

Scripti *pecuniam*. Sed potius lege: *caetera, quae abessent, aestimanda Scipioni permitti, ac publica pecunia luere Carthaginienses*. J. FR. GRON. Cl. Crevier. testatur, se *pecunia* in solo invenisse Thuan. *pecuniam* in reliquis. Contra *pecuniam* soli ex meis praeferunt Voss. Lov. 2. 3. Harl. alii omnes *pecunia*.

§. 2. *Viginti quinque millia pondo argenti praesentia*] *quindecim millia* Rec. et Hav. Tum *in praesentia* Lov. 2. et Hav.

§. 4. *L. Veturius Philo, et M. Marcius Ralla, et L. Scipio*] Prioris legati praenomen est *M.* in Lov. 5. secundi cognomen *Rala* est in Lov. 4. *Rulla* in Lov. 5. *Raleti* in Voss. et Lov. 1. *Talletii* in Lov. 2. totum omittitur in Hav. Tertii praenomen exsulat a Lov. 1. 5. et Harl.

§. 5. *Post eos dies commeatus ex Sicilia*] Ita demum exhibet Gruteri postrema ed. Sed legendum, ut antea vulgabatur, *Per eos dies*. Ita enim omnes scripti mei, et Hearnii L. 1. ac N. Supra 3, 29, 7. *Per eos dies consul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat*. 6, 17, 7. *Per eosdem dies Latinis et Hernicis tristia responsa reddita*. 24, 38, 1. *Praesidia Romana ab Siculis circumventa et obpressa sint per hos dies*. 26, 11, 6. *Per eos dies agrum venisse cognitum est*. 42, 55, 1. *Per eosdem dies Thessaliam cum exercitu petens*. 44, 1, 3. *Per eos dies C. Marcius Figulus praetor Brundisium venit*. Ita *per illa tempora* pro illis temporibus 6, 1, 2. Et hoc forte sensu ferri potest *per meridiem profecti* 42, 64, 8. ubi alia vide.

Ut pro vectura frumentum mercator nautis relinqueret] Voss. *pro veturamentum*. Cantabrig. *pro vectura ventium*. For-

Digitized by Google

et M. Marcius Ralla, et L. Scipio imperatoris fra-
ter. Per eos dies commeatus ex Sicilia Sardinia- 5
que tantam vilitatem annonae effecerunt, ut pro
vectura frumentum mercator nautis relinqueret. Ro- 6
mae ad nuncium primum rebellionis Karthaginien-
sium trepidatum fuerat; jussusque erat Ti. Claudius
mature in Siciliam classem ducere, atque inde in
Africam trajicere, et alter consul M. Servilius ad
urbem morari, donec, quo statu res in Africa es-
sent, sciretur. Segniter omnia in comparanda de- 7
ducendaque classe ab Ti. Claudio consule facta erant;
quod Patres de pace Scipionis potius arbitrium esse,
quibus legibus daretur, quam consulis, censuerant.
Prodigia quoque, nunciata sub ipsam famam rebel- 8

tasse *pro vectura mercem*. Quam mercem nihil nisi frumentum fuisse per se patet, quod ex iis insulis solus commeatus iste veniebat. Prorsus ut 22, [25, 19.] Varrone filio patrem usum ait *institore mercis*, quae satis intelligitur ex eo, quod patrem lanium fuisse praemiserit. JAC. GRON. *pro vecturamentum* Harl. *pro veturamentum* Lov. 1. *pro vectura merita* Lov. 4. Deinde *nautis mercator relinqueret* Lovel. 1. 2. 4. 5. et Hav. *mercatores nautis relinquerent* Lov. 3. et Hearnii N. *nautis mercatores relinquerent* Harl. Gaertn. Ber. et edd. ante Frob. anni 1535. Paullo ante *fecerunt*, pro *effecerunt*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Gaertn. cum iisdem edd.

§. 7. *Ab Ti. Claudio consule*] Pighius ad ann. V. 1011. p. 228. e vet. lib. legit *pro Ti. Claudio*. nam non apud illum, sed apud senatum fuisse culpam tarditatis, qui, quod Scipionis potius, quam consulis, arbitrium esse, quibus legibus pax daretur, censuerat, eum noluerit classem expedire, et in provinciam ire. Hoc nullam habet rationem. Claudius ipse omnia ideo segniter fecerat, quod se in nullam partem gloriae finiti se consule belli venturum videbat, quum Patres acquum esse censuissent, Scipionis potius, quam consulis, arbitrio pacem dari. DUK. *ab*, non *pro*, est in omnibus scriptis, et edd. quas consului. Perperam itaque Gruterus conjecturam Pighii in ultimam ed. recepit, quam recte iterum Jac. Gronov. expunxit. Vox *consule* deerat in Hearnii L. 1. Mox *τὸ potius* in Pal. sec. deesse, quod in omnibus meis comparet, Gebhardus monet ad 23, 9. 8. Paullo ante §. praec. Servilii praenomen *M.* abest ab Hearnii D. in cujus L. 1. et meo Lov. 5. vocatur *C. Servilius*.

§. 8. *Sub ipsam famam re-*

Digitized by Google

lionis, terrorem adtulerant. Cumis solis orbis minui visus, et pluit lapideo imbri. et in Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit, arboresque
9 in profundum hauſtae. Ariciae forum, et circa tabernae, Frusinone murus aliquot locis, et porta, de coelo tacta: et in Palatio lapidibus pluit. Id prodigium more patrio novemdiali sacro, cetera
10 hoſtiis majoribus expiata. inter quae etiam aquarum insolita magnitudo in religionem versa. nam ita abundavit Tiberis, ut ludi Apollinares, circo inunda-

bellionis] *sub ipsa fama rebellionis* Ber. et edd. ante Aldum. *sub ipsa rebellionis fama* Lov. 3. V. ad 2, 55, 1. *sub ipsam rebellionis* Voſſ. a m. 1. *sub ipsam rebellionem* a m. 2. cum Lov. 1. et 2. Paullo ante *Prodigia ergo nunciata* Lov. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antt. cujus loco Frob. anno 1535. *Prodigia quoque nunciata* vulgavit.

Cumis solis orbis minui visus, et pluit lapideo imbri] Pal. 3. *et plutum lapideo imbre.* GEBH. *Cumis et solis tres orbes adparuerunt, et pluit* Branc. Latinii. Voces *minui visus* desunt in Voſſ. Lov. 1. Harl. et Hav. *minimi visus* legit Lov. 5. *nimium visus* Gaertn. Orbem solis minui visum supra etiam inter prodigia refert Liv. 22, 1, 9. Deinde *impluit* Hav.

§. 9. *In Palatio lapidibus pluit*] *pluvit* Gaertn. et multae edd. antt. V. ad, 1, 31, 1. *pluerit* Harl. et Voſſ. Mox *more patriae* edd. ante Aldum. Deinde *majoribus hostiis* Lov. 2. et Hav.

§. 10. *Extra portam Collinam ad aedem Erycinae Veneris*] Aedem Veneris Erycinae Fabius dictator vovit ex inspectis libris Sibyllinis. V. supra 22, 9. 10. Idem deinde duumvir creatus eamdem dedicavit 23, 31. Illa tamen hic intelligi nequit, quum, ut Livius ibidem addit, dedicata sit in Capitolio; quae autem hoc loco memoratur, fuerit extra portam Collinam. De Capitolina illa Veneris aede v. Rycq. de Capit. c. 41. Praeter hanc alia fuit Romae aedes Veneris Erycinae extra, vel ad portam Collinam, quam ex Ovid. 4. Faſt. 871. Strab. 6, 272. et App. 1. B. Civ. p. 407. inluſtrarunt Donat. 3. de Urb. Rom. 15. et Nardin. 4. Rom. Vet. 4. Illa tamen quemadmodum jam hic memorari poſſit, non concipio. Nam demum poſtea dedicata eſt a L. Porcio L. F. Licino duumviro, ut Liv. narrat 40, 34, 4. Inter hunc autem annum ejusque dedicationem intersunt anni xx et plures. Vel itaque Livius erravit, vel per prolepsin ita lolum vocavit, ubi poſtea aedes condita eſt. Ovidium etiam circa hanc aedem erraſſe, observat Neapolis ad 4. Faſt. 875.

§. 11. *Subita serenitate orta*] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit: neque aliter cum Hearnii *L.* 1. legunt omnes mei, nisi quod *serenitate subito orta* sit in Ber.

Digitized by Google

to, extra portam Collinam ad aedem Erycinae Veneris parati sint. Ceterum ludorum ipso die, subita serenitate orta, pompa, duci coepta ad portam Collinam, revocata deductaque in circum est, quum decessisse inde aquam nunciatum esset. laetitiamque populo et ludis celebritatem addidit sedes sua sollemni spectaculo reddita. 11 12

XXXIX. Claudium consulem, profectum tandem ab urbe, inter portus Cosanum Lauretanumque atrox vix tempestatis adorta in metum ingentem adduxit. 1

serenitate subita orta edd. pr. Mox *ductaque in circum est*, pro *deductaque*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. Tum *quum cessisse inde* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. *decessisse* Ber. et edd. pro quo Heinsius in Elzevir. *discessisse*, nescio quo jure, substituit. Plinius 9. Hist. Nat. 57. *Piscium genera mira produntur: circa Babylonis rigua, decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanere.* Et paullo post: *Eodemque Lyco amne decedente, ovis relictis, generari pisces.* Priorem itaque lectionem revocavi; quamvis et ex scriptis *cessisse* probari posset. Nam ita etiam Plin. 31. Hist. Nat. 10. *Hae, cedente Nilo, madent succo nitri.*

§. 1. *Inter portus Compsanum Loretanumque*] Ego *Cosanum* et *Laurentinum* libenter legerim, ut sit dicere inter Cosam et Tiberim, qui altera parte Laurentem agrum alluit. Nam et Romani portum his locis habuere. Alioquin neque Compsanum, neque Loretum in Etrusco littore reperio. Quod in ora Etruriae sit consul tempestate jactatus, datur ex eo intelligi, quod Populonios periculo defunctum pervenisse ait. SABELL. Antonius Sabellicus hunc locum emendans, pro *Compsanum*, *Cosanum* legit, quod placet: pro *Loretanum*, *Laurentinum*, quod displicet. Sed *Loretanum* puto *portum*, qui posteriore tempore *Trajanus* dictus est. Meminit ejus Ptolemaeus. Laurens certe ager nimis hinc abest. GLAR. Cossani meminit etiam l. 22, [11, 6.] SIG. Pal. 1. *Claudium proconsulem profectum tandem ab urbe inter portus Cusanum Loretanumque.* sec. *Cosanum Loretanumque.* tert. *Consanum.* GEBH. *inter portum* Lov. 3. et Ber. Deinde *Casanum* Lov. 4. *Causanum* Hearnii N. *Cusanum* Lov. 2. et Hav. *Compsanum* Ber. cum antt. edd. *Consanum* Lov. 1. et Gaertn. *Cossanum* Hearnii D. *Cosanum* Voss. 1. Lov. 3. 5. Harl. et Hearnii L. 1. Praeterea *Loritanum* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii N. *Locritanum* Voss. a m. 2. et Lov. 1. *Loretanum* Voss. a m. 1. Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. *Lorentanum* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Cluverius 2. Ital. ant. 2. p. 476. legendum censet *Cosanum Scapritanumque.* Doujatius *Cosanum Falerianumque.* Paullo ante *Claudium proconsulem* Voss. Lov. 1. 4. et Hav.

Digitized by Google

2 Populonios inde quum pervenisset, stetisset que ibi, dum reliquum tempestatis exsaeviret, Ilvam insulam, et ab Ilva Corsicam, a Corsica in Sardiniam trajecit. Ibi superantem Insanos montes, multo et saevior et infestioribus locis tempestas adorta, disjecit 3 classem. Multae quassatae armamentisque spoliatae naves: quaedam fractae. Ita vexata ac lacerata classis Carales tenuit. ubi dum subductae reficiuntur naves, hiems obpressit: circumactumque anni tempus, et, nullo prorogante imperium, privatus

§. 2. *Dum reliquum tempestatis exsaeviret*] Pal. 2. *eximeret*. tert. *cum reliquum tempestatis esaevire*. GEBH. *eximeret* Gaertn. et Rec. *dum reliquum desaevisset, inde in Silvam insulam et ab Silva in Corsicam* Lov. 2. *dum reliquum ex se vir et silvam in Corsicam* Lov. 1. Forte *dum reliquum tempestatis exsaeviret, in Ilvam insulam, et ab Ilva in Corsicam, a Corsica in Sardiniam trajecit.*

Superantem Insanos montes] Qui sint *Insani montes* Sardiniae, non memini me legere apud ullum authorem. In eo autem itinere, quod hic fecit Claudius consul, Ptolemaeus [3, 3.] Erebantium promontorium et Arcti ponit. Locus mihi suspectus. GLAR. Flor. 2, 6, 35. *Sardiniam Gracchus adripuit. Nihil illi gentium feritas, Insanorum (nam sic vocantur) inmanitas montium profuere.* V. Cluverii Sardin. ant. c. 1. p. 496.

§. 4. *Ne comitiorum caussa ad urbem revocaretur*] Quidam maluerunt legere *retineretur*. nam in urbe erat, illic manere jussus. Sed *revocaretur* intelligi potest, si abisset, quod animo destinarat. GLAREAN.

Dictatore dicto Cn. Servilio Gemino] *C. Servilio* scribe, absque *Gemino*, ex vet. lib. et dictura ejus Capitolina. SIG. Post hunc usque ad Sullam dictatores in republica non fuerunt. V. Pighium in Ann. ad hunc ann. 1011. p. 228. DUK. In mutando dictatoris praenomine plerique codd. favent Sigonio. Iidem tamen omnes cognomen *Gemino* tuentur. V. supra ad 29, 38, 3.

§. 5. *Quum praeter Idus Martias veteres magistratus abissent, novi subfecti non essent*] Procul dubio *pridie Idus* legendum. Nam Idus Martiae solennes erant ineundis magistratibus, pridie Idus abeundis. compendiosa scriptura fefellit librarium *pr. Idus*. SIG. Pal. 3. *cum praetores Idibus Martiis magistratu abessent*. At pr. *Itaque cum pr.* (hoc est *pridie*) *Idus Martias veteres magistratus abissent, novi suffecti, ne esset resp. sine curulibus magistratibus. Erat L. Manlius Torquatus.* GEBH. Recte Sigonius *pridie Idus*. Sed quid est *abire magistratus*? Immo *magistratu*, invitis vel omnibus codicibus. 2, [31, 5.] *Ut dictator, priusquam ipsi redirent in urbem, abiret magistratu.*

Digitized by Google

Ti. Claudius classem Romam reduxit. M. Servilius, ne comitiorum caussa ad urbem revocaretur, dictatore dicto C. Servilio Gemino, in provinciam est profectus. Dictator magistrum equitum P. Aelium Paetum dixit. Saepe comitia indicta perfici tempe- 5
states prohibuerunt. itaque, quum pridie Idus Martias veteres magistratu abissent, novi subfecti non essent, respublica sine curulibus magistratibus erat. T. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus. in 6
locum ejus subfectus C. Sulpicius Galba. Ab L. Li-

5, [9, 3.] *Negare, se ante Idus Decembres honore abituros esse.* Valer. Max. 1, 1. *Flaminio abire jussi sunt, coactique etiam.* Nominativi *magistratus curules* ex proximo membro ad *tà veteres* et *novos* sensu repetuntur. J. FR. GRON. *praeter* soli servant meorum Lov. 5. et Ber. unus etiam Hearnii L. 1. Ejus loco *praetor* habet Gaertn. *praetor* Harl. *praetores* Hafn. *post Idus* Lov. 3. *pridie Idus* reliqui cum Branc. Latinii. Deinde *magistratus obissent* Lov. 2. *magistratus abiissent* Lov. 3. Hav. et Ber. *magistratus adissent* Harl. *veteres magistratu abissent*, ut Gronov. conjecit, Lov. 5. Locutio *abire magistratu* apud Livium frequenter obvia est. Exempla sunt 2, 27, 12. et 54, 2. 3, 35, 6. 38, 13. et 64, 11. et 9, 34, 13. *abire honore* 4, 7, 3. *abire dictatura* 7, 3, 9. Deinde *novi suffecti, ne esset respublica sine curulibus magistratibus* Voss. Lov. 1. Hav. et Branc. Latinii. *novi suffecti, ne respublica sine curulibus magistratibus esset* Ber. *ne* pro *non* etiam Lov. 2. 4. et Gaertn. *nec* Harl. Paullo ante *comitia intecta* Voss. Lov. 1. et Harl. *comitia incepta* Lov. 2.

Sine curulibus magistratibus] Nempe ordinariis. Nam dictatura magistratus extraordinarius erat. DUKER.

§. 6. *L. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus*] *T. Manlius* Lov. 5. Rec. et Hearnii D. Quamvis autem anceps videatur, de vero praenomine pronunciare, puto tamen ipsum potius *Titum* dictum esse, non tantum quia toto hoc bello Punico nullus memoratur L. Manlius Torquatus, et contra inter principes reipublicae T. Manlius Torquatus saepius obcurrit; verum etiam quia idem T. Manlius Torquatus pontificatum maximum petiisse dicitur, duobus consulatibus et censura insignis, 25, 5. Hoc autem sacerdotium ambiit in locum mortui L. Cornelii Lentuli, cui jam antea in pontificatu M. Cornelium Cethegum Livius subfectum narravit 25, 2. Quum autem, moriente pontifice max. ante omnia in locum defuncti pontifex adlegeretur, et ita demum, suppleto quindecim pontificum collegio, ex eorum numero novus pontifex max. in comitiis crearetur, neminem sacerdotium hoc ambire potuisse constat, nisi antea fuisset pon-

Digitized by Google

cinio Lucullo et Q. Fulvio aedilibus curulibus ludi
7 Romani ter toti instaurati. Pecuniam ex aerario scribae viatoresque aedilitii clam egessisse per indicem comperti, damnati sunt, non sine infamia Lu-
8 culli aedilis. P. Aelius Tubero et L. Laetorius aediles plebis vitio creati, magistratu se abdicarunt, quum ludos ludorumque caussa epulum Jovi fecissent,

tifex. T. Manlius igitur fuit pontifex.

In locum ejus subfectus L. Galba] Quidam pro *L. Galba* substituerant *Sulpitius Galba*. At is in locum Q. Fabii Maximi venerat, ut ante hoc in libro [c. 26, 10.] testatus est Livius. Alii *C. Sulpitius Galba*, ut a Ser. Sulpitio sit alius, emendarunt. GLAR. *L. Galba* vulgarunt primi editores, concinente Ber. pro eo *Sulpicius Galba* substituit Aldus, faventibus Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. cum Hearnii L. 1. et N. *C. Sulpicius Galba* tandem legit Frob. anno 1535. quod servant reliqui mei, nisi quod Voss. legat *Servius Sulpicius Galissa*, et Lov. 1. omisso quidem praenomine, sed vacuo tamen spatio relicto, *Sulpicius Galissa*. Recte vero vocatur *C. Sulpicius*, et distinguitur a Ser. Sulpicio, qui, ut Glarean. monuit, Fabio Maximo in pontificatu sublectus est. Duo itaque ejusdem non modo gentis, verum etiam familiae, hoc tempore pontifices fuerunt, qui mortui memorantur eodem anno infra 32, 7, 15. Mox *ab L. Lucetio Lucullo* Lov. 5. *ab Laelio Lucullo* Hearnii D. *ab L. Luculo* ejusdem L. 1.

Ludi Romani tertio instaurati] Vet. lib. aliquot *ter toti instaurati*. optime. Sic enim loqui solitus est Livius, ut 28, [10, 6.] *Ludi Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulibus*. Item [eodem cap.] *Ludi plebeji semel toti instaurati ab aedilibus plebis*. Item hoc lib. [c. 26, 2.] *Ludi Romani diem unum, plebeji ter toti instaurati ab aedilibus*. Et l. 31. extremo [c. 50, 3.] et l. 33, primo [c. 25, 2.] *Totique ter instaurati*. SIG. Pal. 1. et ed. vet. *ter toti*. Quod Sigonius multis exemplis probat. 31, 4, 7. *Plebeji ludi ter toti instaurati*. GEBH. Qui post Frobenium Livio manus admoverunt, dederant occasionem Sigonio corrigendi *ter toti*: sed non aliter omnis manus editorum priorum ab Andrea usque, nec secus scripti. J. FR. GRON. Ipse est Froben. qui anno 1535. primus *tertio instaurati* edidit, in quo praeeuntem cod. vitiosum secutus videtur. Eadem enim apud me lectio superest in Rec.

§. 7. *Clam egessisse per indicem comperti*] Pal. 1. *egisse*. sec. *exegisse*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Hav. Deinde vox *comperti* male abest a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et primis edd. quam addidit Ascens. editio anni 1513.

§. 8. *Aediles plebis vitio creati*] De hoc dixi ex Gruchio ad 10, 47, 1. DUKER.

Digitized by Google

sent, et signa tria ex multaticio argento facta in Capitolio posuissent. Cerealia ludos dictator et magister equitum ex senatusconsulto fecerunt.

XL. Legati ex Africa Romani simul Karthaginiensesque quum venissent Romam, senatus ad aedem 1
Bellonae habitus est. ubi quum L. Veturius Philo, pugnatum cum Hannibale esse suprema Karthaginien- 2
sibus pugna, finemque tandem lugubri bello inposi-

Cerealia ludos dictator] Vet. lib. *Cereales ludos*. Non muto tamen vulgatam lectionem; nam in nummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuum sunt, ita legi: *C. Memmius C. F. Quirinus. Memmius aed. Cerealia primus fecit*. SIG. Pal. 1. 3. et ant. ed. *Cerealia ludos*. sec. *aediles ludos*. GEBH. Vide, quomodo jactentur opera veterum. *Cerealia* praebuerunt Andreas, Tarvis. Veneti, Ascensius. Sed hic ad marginem *Cereales*. quod potius duxerunt Mogunt. Aldus, Juntas, Frobenius. Mox Gryphius et Curio repetiverunt *Cerealia*. Ad quod notat quidem Sigonius in libro suo veteri esse *Cereales*: non tamen praefert, ut postea fecerunt. Ne procedat igitur haec titubatio, monemus, *Cerealia* niti et membranarum fide, et ipsius Livii. 34, [54, 3.] *Megalesia, ludos scenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt*. 39, [22, 1.] *Ludi Taurilia per biduum facti religionis caussa*. V. ad 1, 9, 6. J. FR. GRON. Recte Gronov. *Cerealia ludos* probavit, quam lectionem plerique codd. quos consului, firmant. At *Cerules ludos* Lov. 3. *Cerialos ludos* Hafn. *Cerealeā ludos* Hav. *Cereales ludos* Ber. a m. 2. Rec. et Hearnii L. 1. ac D. *Cereales*, antequam id Ascensius in margine anno 1513. ostentaret, jam in contextum receperant Venet. ed. anni 1498. et Mediol. anni 1505. Ante Gryphium vero *Cerealia* reduxerunt Frob. anni 1535. Bas. anni 1539. et Vascos. Mox *ex senatusconsulto* perperam abest a Voss. et Lov. 1.

§. 1. *Romani simul Karthaginiensesque quum venissent Romam*] *Carthaginienses*, omissa particula copulante *que*, Gent. Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hav. *et Carthaginienses* Lov. 2. Vocem *Romam* neglexit Hav. Mox etiam τὸ *est* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. cum edd. vett. Primus Asc. anno 1513. *ad aedem est Bellonae habitus* vulgavit. Frob. anno 1535. *ad aedem Bellonae habitus est*.

§. 2. *Pugnatum cum Hannibale esse suprema cum Karthaginiensibus pugna*] Deest hic vel distinctio, vel conjunctio, vel praepositio, *cum Hannibale, cum Carthaginensibus*. Vix enim credo, Livium sic locutum, nec ita separare voluisse adjectivum *suprema*. GLAR. Omnes scripti et editi ante Gryphium *suprema cum Carthaginiensibus*. Lege, *pugnatum cum Hannibale esse suprema et Carthaginiensibus pugna*. J. FR. GRONOV. *suprema cum Karthaginiensibus pugna* Voss. Lov. quin-

Digitized by Google

3 tum ingenti laetitia Patrum exposuisset; adjecit, Verminam etiam, Syphacis filium, quae parva bene gestae rei accessio erat, devictum. in concionem inde prodire jussus, gaudiumque id populo inpartire.
4 Tum patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa, supplicationesque in triduum decretae. Legatis Karthaginiensium et Philippi regis (nam ii

que, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Primus vero editorum *postrema Karthaginiensibus pugna* non Gryphius, sed Froben. anno 1535. dedit. Praepositionem *cum* servandam judicat Doujatius. Livium enim indicare voluisse, pugnam cum Hannibale fuisse postremam cum Karthaginiensibus, licet non fuisset postrema cum hostibus in Africa: etenim cum Vermina postea dimicatum esse. Contra Cl. Crevier. censet, *τὸ cum* incommodum esse, idque cum cod. Regio omittit. Sensum autem hunc constituit: pugna, quae suprema, postrema fuit Karthaginiensibus, bello jam, non solum proelio victis.

§. 3. *Adjecit, Verminam etiam, Syphacis filium*] Id est, praeter id, quod de victis bello Carthaginiensibus Laelius nunciaverat, adjecit, etiam Verminam victum esse. Hoc ut dicerem, Glareanus caussam dedit. SIG. Respicit Sigonius illa, quae Glareanus notavit ad c. 36, 3. Utrum tamen sustulerit difficultatem a Glareano motam, videant lectores. Mihi certe nondum satisfecit; *adjecit* enim non ad illa, quae Laelius, sed quae ipse de pugna cum Hannibale et fine bello lugubri inposito exposuisset. Quod nondum Patres ex Laelio audivisse, satis innuit ingens laetitia, qua eos expositione Veturii adfectos esse Livius refert. *Syphacis filium, quae parva bene gestae rei accessio erat*] Vet. lib. *quae non parva bene gestae rei accessio fuerat.* SIG. Vet. ed. et Pall. 2. 3. eximunt *τὸ non* ab Sigonio insertum. Pal. 1. *quae parvae gestae rei accessio erat.* Probo ego trium codd. scripturam. Justinus 7, 3. *Mittit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, caeteraque ejus tractus regna, quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia.* Liv. 31, 7, 9. *Minima accessio semper Epirus regno Macedoniae fuit, et hodie est.* 36, 7, 6. *Quae non accessio tantum ad Romanum esse bellum, sed per se ipsae nuper sustinere potuerint Romanos.* 38, 54, 10. *Et frater insuper accessio invidiae mactetur.* GEBH. Sic quidem Sigonius: sed nostri Pet. Reg. Men. tres Pall. carent negativa. Et profecto, si vere aestimare rem volumus, admodum parva et vix dictu digna accessio erat belli Punici sive Annibalici Vermina, cum tumultuario Numidarum exercitu caesus. Neque Livius, neque Romani tam erant jejuni, ut ex hac musca facerent elephantum. J. FR. GRON. Particulam negativam agnoscunt Ber. a m. 2. Hav. et Branc. Latinii. Alii Msti, quos consului, et Hearnii Oxonn. eam rectius ignorant. De voce *accessio* hoc sensu v. Gron. infra ad 45, 7, 2. et Nic. Heins. ad Vell.

Digitized by Google

quoque venerant petentibus, ut senatus sibi daretur, responsum jussu Patrum ab dictatore est, consules novos eis senatum daturos esse. Comitia inde habita. creati consules Cn. Cornelius Lentulus, P. Aelius Paetus: Praetores, M. Junius Pennus, cui sors urbana evenit; M. Valerius Falto Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Aelius Tubero Siciliam

Pat. 2, 26. in fin. ubi etiam hoc loco legendum censet *Syphacis filium*, *qui parva*, pro *quae*. Sed et hic recte vulgatum omnes codd. tuentur, ut videbimus ad 32, 30, 6. Mecum sentiens Cl. Dukerus emendationem illam non necessariam judicabat. *accessio fuerat* legit Hav.

In concionem inde prodire jussus, gaudiumque id populo inpertire] *in concionem prodire* Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. Tum *inpartire* Gaer n. *inpartiri* Lov. 1. et Harl. V. ad 38, 36, 8.

§. 4. *Tum patefacta gratulatione omnia in urbe templa*] Pal. 1. et ant. ed. *Tum patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa*. GEBII. Scripti et quidquid editorum habeo ante Gryphium, *tum patuere facta gratulatione omnia in urbe templa*. Cicero Famil. 11, 18. *Tum recenti gratulatione quam tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus*. Livius 25, [38, 2.] *Inter exercitus ducesque victoria recenti laetos gratulatio ingens facta*. 44, [22, 2.] *Majorem mihi, sortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam*. Nisi malis *faciendae gratulationi*, ex Ciceronis loco, qui huc maxime pertinet. J. FR. GRON. *patefacta gratulatione* meorum Lov. 3. et Gaertn. Hearnii autem L. 1. et D. soli servant: alii omnes *patuere facta gratulatione*. Primus editorum, qui *patefacta gratulatione* recepit, non Gryphius fuit, sed Froben. qui ita edidit anno 1535] post eum Basil. anno 1539. hinc Vascos. et postea demum Gryph. Si ullus esset cod. qui, ut Gronov. conjecit, *patuere faciendae gratulationi* exhiberet, lectionem illam probare non dubitarem. Quin etiam, quamvis invitis libris, admodum placet. Id enim nunc iterum factum existimo, quod, nuncio de Hasdrubale victo et capto Syphace Romam adlato, Romae factum esse Liv. supra narravit hoc lib. c. 17, 6. *Praetor extemplo edixit, uti aeditui aedes sacras omnes tota urbe aperirent, circumeundi, salutandique Deos, agendique grates per totum diem populo potestas fieret*. Mox *decretae in triduum* Voss. Lov. 1. 2 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 5. *Praetores M. Junius Poenus, cui sors urbana evenit*] Vide, num hic locus integer. Solet enim Livius primum praetores creatos referre, deinde provinciarum sortem. Et genus dicendi variatum per casus mihi primum dubitationis scrupulum injecit. Notatus praeterea asterisco quibusdam in codicibus inveniebatur. GLAR. *Pennus* ex Capit. tab. SIG. V. ad 29, 11, 13. Scrupulo Glareani obcurrere co-

Digitized by Google

6 est sortitus. De provinciis consulum nihil ante placebat agi, quam legati Philippi regis et Karthaginiensium auditi essent. belli finem alterius, principium al-
7 terius prospiciebant animis. Cn. Lentulus consul cupiditate flagrabat provinciae Africae; seu bellum foret, facilem victoriam, seu jam finiretur, finiti tanti belli se
8 consule gloriam petens. Negare itaque prius quidquam agi passurum, quam sibi Africa decreta esset, concedente collega, moderato viro et prudenti; qui

natur Gronov. ad §. seq. Paullo ante Cornelii consulis praenomen est *M.* pro *Cn.* in Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii N. V. ad 7, 12, 1. *C.* in Hearnii L. 1. V. ad 7, 3, 3. Alterius consulis cognomen *Paetus* non adparet in Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav.

M. Valerius Falco] Pal. 1. *Flato.* Lege *Falto.* Expresse enim Pal. 1. c. 41, 1. *M. Valerio Faltoni.* Et sic infra 31, 8, 9. legendum. GEBH. *Flato* Voss. et Lov. 1. *Flacus* Hav. *Flaccus* Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Gaertn. cum Hearnii N. et edd. antt. pro quo Mogunt. dedit *Laevinus*, Aldus *Falco*, Colon. *Flacco*, in margine *Laevinus.* Aldinam lectionem plerique editores servarunt; donec ejus loco Gronov. recte substitueret *Falto*, quod tamen antea etiam Sigonius receperat. V. ad 29, 11, 3. Mox *Britho*, pro *Buteo*, Hearnii L. 1. Cognomen autem *Tubero* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii N. ac L. 1.

§. 6. *De provinciis consulum nihil ante placebat agi*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *Tum vero de provinciis consulum nihil ante placebat agi.* GEBH. His verbis pleraque manu, omnia typis descripta ante Gryphium exemplaria praeponunt *Tum vero.* Possis suspicari exstitisse ἐκ τοῦ *Tubero.* Sed et aliquid confragosum habet praecedens periodus. Itaque asterisco insignivit Aldus, et non integram esse pronunciavit Glareanus. Vide, an fuerit Livio: *Creati consules Cn. Cornelius Lentulus, P. Aelius Paetus; praetores M. Junius Pennus urbanam, M. Valerius Falto Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Aelius Tubero Siciliam sortiti, fuere.* J. FR. GRON. *Quom vero de provinciis* Gaertn. *Tum Nero de provinciis* Hav. *Tum vero de provinciis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. et N. cum edd. vett. Duas autem priores voces ante Gryphium jam abjecerunt Frob. anno 1535. Bas. anno 1539. et Vascos.

§. 7. *Finiti tanti belli se consule gloriam petens*] Sane finitum fuit bellum illo consule, ut et P. Aelio Paeto collega ejus, quamvis Africam non attigerit. Sed non satis erat ambitioni hominis. Volebat ultimam manum imponere bello, ac penitus debellatis hostibus pacem dare. Lego: *finiti tanti belli a se consule.* Infra 32, 32, 6. *Quum cuperet Quintius per se confectum videri bellum.* JAC. PERIZ. Paullo ante *facilem victoriam*

Digitized by Google

gloriae ejus certamen cum Scipione, praeterquam quod iniquum esset, etiam inpar futurum cernebat. Q. Minucius Thermus et M.' Acilius Glabrio, tribuni 9
plebis, *rem, priore anno nequidquam tentatam ab Ti. Claudio consule, Cn. Cornelium tentare* ajebant. *Ex auctoritate Patrum latum ad populum esse, cu-* 10
jus vellent imperium in Africa esse. Omnes quinque et triginta tribus P. Scipioni id imperium decresse. Multis contentionibus, et in senatu et ad populum 11

fore, addita ultima voce, Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. Sequenti vero §. *Africa provincia decreta esset* legunt Lov 5. et Gaertn. *provincia Africa decreta esset* Rec.

§. 9. *Q. Minucius Thermus et M. Acilius Glabrio*] Hic post fit consul, et in consulatu Capitolino *M.' Acilius* vocatur. SIG. Pall. 1. et 2. *Eritius* habent pro *Thermus*. GEBHARD. *Erinus*, pro *Thermus*, Voss. (qui *Quintius* in margine praefert) et Lov. 1. 4. *Erimus* Lov. 2. *Herinus* Hav. *Ermus* Hearnii L. 1. *Crinus* ejusdem N. *Cerinus* Harl. Praeterea tantum non omnes Msti *M.* vel *Marcus*. At *Manius* praenomen in gente Acilia usitatum est, idque cum altero *M.* vel *Marcus* saepe commutatur. V. ad 27, 25, 2. — Accedit, neminem Aciliorum circa hoc tempus occurrere, qui *Marci* praenomen habuerit. Utrum vero nullus eorum umquam hoc praenomine usus fuerit, quod adfirmat Cl. Havercampus ad Morelli Thesaur. T. 1. p. 3. incertum puto ob varios nummos et lapides, quos omnes erroris accusare temerarium foret. —

§. 10. *P. Scipioni id imperium decrevisse*] Vet. lib. *decresse*. SIG. Comparet in Pal. 1. *P. Scipioni id imperium decresse*. GEBH. Non aliter Voss. et Lov. 2. ac 4. Sigonius quidem vet. lib. lectionem in contextum recepit; nemo tamen vera monentem audiit usque ad Gronov. qui non modo eam adoptavit, verum insuper observavit in pr. ed. not. ita praeferre Reg. et Men. Livium vero illam in hoc verbo contractionem amasse, vidimus ad 2, 27, 8. Perperam igitur Clericus, qui se Livium adeuratissime ad mentem Gronovii edidisse gloriatus est, lectionem recte ab eo damnatam, sine ulla caussa, inscio lectore, revocavit. Paullo ante *Quod auctoritate Patrum latum ad populum esset* Lov. 3. et Harl.

§. 12. *Patres igitur jurati (ita convenerat) censuerunt*] Pal. 3. *ita enim convenerat*. pr. *Patres igitur, qui convenerant, censuerant*. GEBH. Non acquiescunt his scripti. Reg. et Cantabr. *juravit enim convenerat*. Voss. *patres i g convener*. Gud. *jurati ita enim qui convenerant*. Forte *Patres igitur jurati (id enim convenerat) cens.* JAC. GRON. *Patres jurati itaque, H. igitur convenerat, cens.* Gaertn. *Patres igitur, qui convenerant,*

Digitized by Google

acta res, postremo eo deducta est, ut senatui per-
12 mitterent. Patres igitur jurati (ita enim convene-
rat) censuerunt, uti consules provincias inter se
compararent, sortirenturve, uter Italiam, uter clas-
13 sem navium quinquaginta haberet. Cui classis ob-
venisset, in Siciliam navigaret: si pax cum Kartha-
giniensibus componi nequisset, in Africam trajice-
ret. Consul mari, Scipio eodem, quo adhuc, jure
14 imperii terra rem gereret. Si conditiones conveni-
rent pacis, tribuni plebis populum rogarent, utrum
consulem, an P. Scipionem, juberent pacem dare;
et quem, si deportandus exercitus victor ex Africa
15 esset, deportare. Si pacem per P. Scipionem dari,
atque ab eodem exercitum deportari jussissent, ne
16 consul ex Sicilia in Africam trajiceret. Alter consul,

cens. Hav. et Hearnii L. 1. *Patres igitur convenerunt, cens.* Lov. 2. Harl. et Hearnii N. *Patres igitur jurati convenerunt cens.* Lov. 1. *Patres igitur jurati (ita enim convenerant) cens.* Hearnii D. *Patres igitur jurati (ita enim convenerat) cens.* Lov. 3. 4. 5. Quod non displicet.

§. 13. *Cui classis obvenisset*] *obveniret* Lov. 5. *evenisset* Ber. Mox in fine cap. *Cui Italia provincia evenisset.* Ubi contra *obvenisset* Lov. 4. et Hav. Verum, utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad 7, 16, 3. Quare et hic, et mox vulgatum, pro quo stant plerique codd. servandum puto.

§. 14. *Et quem, si deportandus exercitus victor ex Africa esset, deportare*] *eumque si dep.* etc. *deportare* Voss. in margine. *et per quem* etc. *deportare* Lov. 4. et Hav. *et per quem* etc. *deportari* Lov. 2. *et per quem* etc. *deportaretur* Ber. a m. 2. Paullo ante *Si conditionis pacis convenirent* Lov. 4. *Si conditionis convenissent pacis* Lov. 5.

§. 16. *A. Sestio praetore acciperet*] Vet. lib. *a M. Sextio praetore.* SIG. Pall. 2. 3. oggerunt *a M. Sextilio praetore.* GEBH. Praenomen, a Sigonio inmissum, non exstat in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *Sextilio* Lov. 4. et Rec.

§. 1. *Praetori M. Valerio Faltoni*] Plerique scripti *Praetoribus.* Lege *Praetorum.* Pertinet enim ad omnes, et est, quasi scripsisset *Inter praetores.* J. FR. GRON. De simili genitivi partitivi usu v. ad 9, 27, 8. *Praetoribus* autem etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. Quo minus tamen Gronovii conjecturam probare possim, illud

Digitized by Google

cui Italia evenisset, duas legiones a M. Sextio praetore acciperet.

XLI. P. Scipioni cum exercitibus, quos haberet, 1
in provincia Africa prorogatum imperium. Praetori
M. Valerio Faltoni duae legiones in Bruttiis, qui-
bus C. Livius priore anno praefuerat, decretae. P. 2
Aelius praetor duas legiones in Sicilia ab Cn. Tre-
mellio acciperet. Legio una M. Fabio in Sardiniam,
quam P. Lentulus pro praetore habuisset, decerni-
tur. M. Servilio prioris anni consuli, cum suis dua- 3
bus item legionibus, in Etruria prorogatum impe-
rium est. Quod ad Hispanias adtineret, aliquot jam 4
annos ibi L. Cornelium Lentulum et L. Manlium Aci-
dinum esse. uti consules cum tribunis agerent, si
eis videretur, ut plebem rogarent, cui juberent in

obstat, quod mox subjungatur *P. Aelius praetor*; ubi ultima vox abundabit, si hic *praetorum* legimus. Illud itaque *praetoribus* potius ex compendio scribendi ortum puto. V. ad 24, 23, 1. Ceterum *Flacco* Lovel. 3. et Ber. *Falco* Harl. *Falconi* Lov. 2. 4. 5. et Hav. ut ante Sigonium edebatur. V. ad cap. praec. §. 5. ubi, se *Faltoni* in Pal. 1. invenisse, Gebh. monuit.

§. 2. *Legio una M. Fabio*] Praenomen omittunt Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. ante Frob. anni 1535. Mox *propraetor* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. vett. Sigonius edidit *pro praetore*. Quod reliqui iterum neglexerunt usque ad Gronov. qui anno 1665. una voce *propraetore* vulgavit.

§. 3. *M. Servilio prioris anni consuli, cum suis duabus item legionibus, in Etruria prorogatum imperium est*] Vet. lib. *in Etruriam*. SIG. Pal. 1. *M. Servilius prioris anni consul cum suis item legionibus in Etruriam profectus est*. GEBH. Scribe *in Etruria*, ut jam superius alibi correctum. Et ita Reg. Men. Voss. Andreaeque et Aldina editiones. Sed et quidam codices *prorogatum in annum imperium*. J. FR. GRON. *in Etruria*, in qua voce desinit Cantabrigiensis, omnes mei. V. Gronov. ad 40, 36, 13. et Duker. ad 26, 18, 9. At insuper *M. Servilius prioris anni consul* etc. *in Etruria profectus est* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Neque dissentiunt Hearnii L. 1. et N. nisi quod legant *in Etruriam*. *To item* deest in Lov. 3.

§. 4. *Ut ii consules cum tribunis agerent*] Vet. lib. *ut hi consules*. SIG. Pal. 2. *ut de his con-*

Digitized by Google

5 Hispania imperium esse. is ex duobus exercitibus in unam legionem conscriberet Romanos milites, et in quindecim cohortes socios Latini nominis, quibus provinciam obtineret: veteres milites L. Cornelius 6 et L. Manlius in Italiam deportarent. Cornelio consuli quinquaginta navium classis ex duabus classibus, Cn. Octavii, quae in Africa esset, P. Villii, quae Siciliae oram tuebatur, decreta: ut, quas naves 7 vellet, deligeret. P. Scipio quadraginta longas naves haberet, quas habuisset. quibus si Cn. Octavium, sicut praefuisset, praeesse vellet, Octavio pro 8 praetore in eum annum imperium esset: si Laelium praeficeret, Octavius Romam decederet: reduceret-

sules cum tribunis agerent, cui juberent in Hispania imperium esse. GEBH. *uti consules* legendum esse, monuit Pighius ad ann. 102. II. p. 239. DUK. *esse. ut ii consules* desunt in Voss. Eaedem voces cum praecedenti *Acidinum* similiter exsulant a Lov. 1. Harl. et Hav. *ut hii consules* Gaertn. Rec. et Victor. apud Crevier. *ut hi consules* Lov. 2. 3. et Hearnii L. 1. et D. cum ed. Rom. principe; pro quo mox datum *ut ii*, quod plerique reliqui servant; nisi quod *ut consules* sit in Lov. 5. quomodo praefert prima ed. Gronovii, qui anno 1665. Pighii conjecturam *uti consules* admisit. Eam autem Crevier. recte probavit. Similis scripturae varietas infra est 31, 5, 3. Paullo ante *aliquot*, vel *aliquod L. Cornelium* Voss. Lov. 1. et Harl. *aliquot annos L. Cornelium* Lov. 5. et Hav. *aliquot annos jam L. Cornelium* Lov. 4. *aliquot annos jam ibi L. Cornelium* Lov. 2. 3. et Gaertn.

§. 5. *L. Cornelius et L. Manlius in Italiam deportarent*] V. infra ad 31, 50, 6. Paullo ante *et quindecim cohortes*, omissa praepositione, Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii D.

§. 7. *Quinquaginta longas naves haberet*] *quadraginta*, vel *XL*, Lov. 1. 2. 3. Hav. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. V. paullo post ad §. 9. Mox *sicut praefuisset*, scil. ipse Scipio. Aut, si intelligendum est *praefuisset* sc. Octavius, accipiendum est non huic, sed propriae classi. Deinde *Octavio propraetori* Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. pro quo Sigonius *pro praetore*, Gronov. anno 1665. *propraetore* evulgavit.

§. 8. *Quibus proconsuli usus non esset*] Ita primus edidit Aldus in erratis. Priores praeferunt *quibus consuli usus non esset*, consentiente Ber. *quibus consulibus usus non esset* Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Rec. et Hav. Omnino legendum puto *consuli*. Nempe Cornelius consul ex clas-

Digitized by Google

que naves, quibus consuli usus non esset. Et M. Fabio in Sardiniam decem longae naves decretae. Et consules duas legiones urbanas scribere jussi: ut 9
quatuordecim legionibus eo anno, centum navibus longis respublica administraretur.

XLII. Tum de legatis Philippi et Karthaginiensium actum. Priores Macedonas introduci placuit: 1
quorum varia oratio fuit; partim purgantium, quae 2
questi erant missi ad regem a Roma legati de populatione sociorum; partim ultro accusantium quidem et socios populi Romani, sed multo infestius
M. Aurelium; (quem ex tribus ad se missis legatis, 3
delectu habito, substitisse, et se bello lacessisse con-

se Cn. Octavii, quae in Africa erat, et ex classe Villii, quae Siciliae oram tuebatur, deligeret quinquaginta, vel quadraginta naves. Harum Villii classis viginti fuit navium supra c. 27, 8. Classis autem Cn. Cornelii quadraginta navium fuisse videtur. Certe tot navium numerus ei decernitur ad tuendam oram Sardiniae biennio ante 30, 2, 4. anno autem proximo eumdem obtinuisse verisimile est, quod c. 27, 9. *ceteris ita, uti quisque obtinebant provincias exercitusque, prorogata imperia* dicat. Reliquas itaque decem, vel viginti naves, quibus consuli Cornelio usus non erat, Octavius Romam reduceret. Hanc igitur lectionem recepi. Ejus loco *quarum proconsuli usus non esset* velle videtur Pighius in Ann. ad ann. DLII. p. 236. Verum non videtur adtendisse ad vim locutionis *usus est mihi ea re*, quam lexica satis inlustrarunt. Eodem modo *usus* et *opus* construi, atque inde conligendum, eamdem quoque utriusque fuisse significationem, docet Jac. Perizon. ad Sanctii 4. Min. 15, 8. Idem quasi per nebulam vidit etiam Vossius 7. Gramm. 8. sibi tamen credere ausus non est.

§. 9. *Centum navibus longis*] Quinquaginta tamen naves Cornelio consuli, totidemque Scipioni, ac decem M. Fabio decretae efficiunt centum et decem naves. Hinc Cl. Crevier. vel legendum censet *centum et decem navibus*, vel Livium minorem numerum neglexisse. Vide tamen, an non rectius probarim codicum illorum lectionem, qui §. 7. Scipioni pro *quinquaginta* tantum dant *quadraginta* naves. Tot autem navium classem Scipionem prioribus annis habuisse, supra dictum est ad hujus lib. c. 2, 7. Ita conveniet numerus navium.

§. 2. *Quae questi erant missi ad regem a Roma legati*] Pal. 2. *ad regem e Roma*. tert. *ad regem ab Roma*. GEBH. *ad*

Digitized by Google

tra foedus, et saepe cum praefectis suis signis con-
4 latis pugnasse) partim postulantium, ut Macedones duxque eorum Sopater, qui apud Hannibalem mercede militassent, captique in vinculis essent, sibi
5 restituerentur. Adversus ea M. Furius, missus ad id ipsum ab Aurelio ex Macedonia, disseruit, *Aurelium relictum, ne socii populi Romani, fessi populationibus atque injuria, ad regem deficerent, finibus so-*
6 *ciorum non excessisse: dedisse operam, ne inpune in agros eorum transcenderent populatores. Sopatrum ex purpuratis et propinquis regis esse: eum cum quatuor millibus Macedonum et pecunia missum nuper in Africam esse, Hannibali Karthaginiensibusque*
7 *auxilio.* De his rebus interrogati Macedones, quum perplexe responderent ipsi, ante responsum tulerunt, *Bellum quaerere regem, et, si pergat, prope-*
8 *diem inventurum. Dupliciter ab eo foedus violatum: et quod sociis populi Romani injurias fecerit, bello*

regem ab Roma Lovel. 1. 3. et Ber. *ab Roma ad regem* Lov. 4. *ad regem a Romanis* Lov. 2. Mox *ultra accusantium* Lov. 3. V. ad 30, 16, 3.

§. 4. *Pugnasse: partim postulantium*] Pall. 2. ac 3. *pugnantium: postulasse*, extruso *τῷ partim*. GEBH. Eadem vox exsulat a Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. quam demum Frob. anno 1531. addidit.

§. 6. *Ne inpune in agros eorum transcenderent*] *ne inpune agros* Ber. et priscae edd. Primus Aldus in erratis *in agros* reposuit, quod servant alii omnes scripti. V. ad 4, 53, 2. Mox *τὸ nuper* deest in Lov. 3.

§. 7. *Ipsi ante responsum tulerunt*] Haud dubie corruptum: nec juvant libri. Fortasse *quum perplexe responderent ipsi, anceps responsum tulerunt*. J. FR. GRON. Doujatius vulgatum hac ratione tueri conatur, quasi perplexa illorum responsa pro responsis vere habenda non essent; sed Romanos ad priorem Macedonum legatorum orationem certo et perspicuo respondisse, idque proprie dicendum responsum. Verum his glandibus ipse vescatur. Non tamen Gronovii conjectura placet, quia mox *triste responsum* vocatur. Vide igitur, an cum Cl. Periz. ad marginem Livii legendum sit *acre responsum tulerunt*.

Digitized by Google

armisque lacessierit: et quod hostes auxiliis et pecunia juverit. Et P. Scipionem recte atque ordine vi- 9
deri fecisse et facere, quod eos, qui arma contra populum Romanum ferentes capti sunt, hostium numero in vinculis habeat. et M. Aurelium e republica 10
facere, gratumque id senatui esse, quod socios populi Romani, quando jure foederis non posset, armis tueatur. Cum hoc tam trisli responso dimissis 11
Macedonibus, legati Karthaginienses vocati. quorum aetatibus dignitatibusque conspectis, (nam longe primi civitatis erant) tum pro se quisque dicere, vere de pace agi. Insignis tamen inter ceteros Has- 12
drubal erat, (Haedum populares cognomine adpellabant) pacis semper auctor, adversusque factioni Barcinae. Eo tum plus illi auctoritatis fuit, belli cul- 13
pam in paucorum cupiditatem a republica transferenti. qui quum varia oratione usus esset, nunc pur- 14
gando crimina, nunc quaedam fatendo, ne inpu-

§. 9. *Arma contra populum Romanum ferentes capti sunt*] Fortassis *sint*, ut in oratione obliqua. DUK. Similiter Crevier. scribendum conjicit. *sunt capti* Ber. et edd. antt. Aldus *capti sunt*, probantibus ceteris scriptis. Deinde *contra populum Romanum arma ferentes* Lov. 4. Praeterea §. praec. *lacessiverit* Lov. 2. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Jac. Gronov. qui substituit *lacessierit*, probantibus Lov. 4. aliisque scriptis.

§. 12. *Haedum populares cognomine adpellabant*] Recte *Haedum*. Nam Appianus etiam Ἐρίφον appellatum scribit. SIGON.

Adversusque factioni Barcinae] Pal. 2. *factionis*. tert. *adversusque factionibus Barchinis*. GEBH. *adversus factioni* Lov. 2. Mox §. seq. voces *a republica* omittuntur in Lov. 4.

§. 14. *Nunc monendo etiam Patres conscriptos*] Pall. 2. et 3. continent, *nunc etiam monendo Patres*, excepto τοὺς *conscriptos*. GEBH. *etiam monendo* Lov. 2. Tum *proconsules*, pro *Patres conscriptos*, Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. qui error ex non intellecto compendio *Pres. cons.* natus videtur. *consules* habet Hav. Paullo ante *imprudenter*, pro *impudenter*, Lov. 1. et Hav. sollemni scribarum lapsu, qui passim *pudens* ac *prudens* com-

Digitized by Google

denter certa negantibus difficilior venia esset, nunc monendo etiam Patres conscriptos, ut rebus secun-
15 dis modeste ac moderate uterentur; *Si se atque Hannonem audissent Karthaginienses, et tempore uti voluissent, daturos fuisse pacis conditiones, quas tunc peterent. Raro simul hominibus bonam fortunam*
16 *bonamque mentem dari. Populum Romanum eo invictum esse, quod in secundis rebus sapere et consulere meminerit. et, Hercule, mirandum fuisse, si*
17 *aliter facerent. Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, inpotentes laetitiae insanire. Populo Romano usitata ac prope jam obsoleta ex victoria gaudia*

mutarunt. Exempla v. apud Gebh. ad Cic. 7. ad Fam. 5. Graev. ad Cic. 3. Agrar. 2. et viros doctos ad Caes. 2. Civ. 31. Deinde *difficilis venia* Lovol. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. vett. Frobenius demum anno 1535. *difficilior* substituit.

Ut rebus secundis modeste ac moderate uterentur] Pal. 3. *modeste ac temperanter*. GEBH.

§. 15. *Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari*] *Raro simul bonam fortunam bonamque mentem hominibus dari* Lov. 2. Livium haec ex Demosthene imitatum esse, observat Victor. 25. Var. lect. 3.

§. 16. *Et, Hercule, mirandum fuisse, si aliter facerent*] Quidam hic distinguunt, ut nova sententia incipiat ab *Ex insolentia*: sed durum est. Consulenda itaque exemplaria vetusta. GLAR. Non video, cur durius putandum sit, post haec verba distinguere, et a sequentibus novam periodum incipere, ut Froben. anno 1535. fecit, quam voces *ex insolentia* huic periodo jungi, et post eas demum interpungi, ut ante Frobenium factum est. Frobenii distinctionem probat Victor. 25. Var. lect. 3. Praeterea *faceret* est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Ber. a m. 2. quasi nimirum id exigeret vox, unde pendet, *populum Romanum*. Sed, τὸ *populus*, tamquam conlectivum, saepe cum verbo plurali construi, vidimus ad 10, 13, 11. Vel etiam ita mutarunt, quod ex eodem *populum Romanum* pendens *meminerit* praecedat: quae etiam caussa censenda est, cur contra Gaertn. et alii ibi legant *meminerint*. Verum saepe Livius eidem conlectivo singulari in primo periodi membro verbum singulare, in altero autem plurale junxit. Supra 8, 28, 6. *Ingens vis hominum* etc. *ad curiam concurrit, et* etc. *laceratum juvenis tergum ostentabant*. 26, 12, 8. *Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterant*. 34, 8, 1. *Major frequentia mulierum sese in pu-*

Digitized by Google

esse, ac plus pene parcendo victis, quam vincendo, imperium auxisse. Ceterorum miserabilior oratio 18
fuit, commemorantium, *Ex quantis opibus quo recidissent Karthaginiensium res. nihil eis, qui modo orbem prope terrarum obtinuissent armis, superesse, praeter Karthaginis moenia. Iis inclusos, non ter-* 19
ra, non mari quidquam sui juris cernere. Urbem quoque ipsam ac penates ita habituros, si non in ea quoque, quo nihil ulterius sit, saevire populus Romanus velit. Quum flecti misericordia Patres adpare- 20
ret, senatorum unum infestum perfidiae Karthaginiensium subclamasse ferunt, *Per quos Deos foedus* 21

blicum effudit, unoque agmine omnes tribunorum januas obsederunt. V. supra ad 4, 16, 8. 36, 39, 9. Cel. Burmann. ad Virg. 2. Aen. 32. ac Dukerum ad 5, 35, 1. Serv. ad Virg. 2. Aen. 64. *Cum supra* juventus ruit *dixerit, subjungit* certant: *quod figuratum est: quia* juventus *enunciatione singulare est, intellectu plurale.*

§. 17. *Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, inpotentes laetitiae* etc.] Livium hic imitatum esse locum Thucyd. ex l. 4, 17. docet Victor. 25. Var. lect. 3.

§. 18. *Ex quantis opibus quo recidissent Karthaginiensium res*] Pal. 2. *quo retroissent.* Claudianus:

Hei mihi quo Latii vires Romaeque potestas
Decidit, in qualem paullatim fluximus umbram?

Videtur et ibi legendum *Recidit.* GEBH. *quo recedissent* Harl. *quo recessissent* Lov. 2. *quo retroisset Karthaginensis res* Hav. *quo retroissent* Gaertn. *quo recidisset* Lov. 5. Supra 4, 2, 8. *Ne id Iupiter optimus maximus sirit, regiae majestatis imperium eo recidere.* Utrum vero *recidisset*, an *recidissent*, legatur, parum interest. Supra 21, 2, 5. *Conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus rem Karthaginiensem auxit.* 1, 9, 9. *Mirantur, tam brevi rem Romanam crevisse.* 6, 9, 3. *Credo, rem Antiatem diuturniorem manere, Diis cordi fuisse.* V. ad 2, 9, 5. Contra *res Asiae evertere* Virg. 3. Aen. 1. ubi *res Asiae* pro imperio aut universo statu Asiae sumi, Servius notat. *Ex quantis opibus* est ex quantis viribus. V. ad 2, 21, 5. Paullo post *modo prope orbem terrarum* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *prope modo orbem terrarum* Lov. 2. Deinde *obtinuerunt* Lov. 1. et Harl. sed videntur dare voluisse *obtinuerint*, ut est in Voss. et Lov. 2. 4. 5.

§. 9. *Si non in ea quoque, quo nihil ulterius sit, saevire populus Romanus velit*] *in ea moenia quoque* Voss. Lov. 1. 2. 4. et

Digitized by Google

icturi essent, quum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent? Per eosdem, inquit Hasdrubal, *qui tam infesti sunt foedera violantibus.*

1 XLIII. Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul, cui classis provincia erat, sena-
2 tusconsulto intercessit. Tum M.ᵒ Acilius et Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt, *Vellent, juberentne senatum decernere, ut cum Karthaginien-*

Harl. *in ea quoque moenia* Ber. Gaertn. et edd. antt. donec Frob. anno 1535. vocem *moenia* omitteret. Deinde *nihil ultra sit* Harl. *nihil ultra*, omissa voce sequenti, Lov. 5. *To sit* deest etiam in Lov. 2. 3. et Hav. Excidit quidem etiam vocula *quo* ex Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. verum excidit ob similitudinem praecedentis *qq*, sive *quoque*. Tum *vellet* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl.

§. 21. *Quum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent*] *quum per eos* Lov. 4. Male. *Fallere* enim *Deos* dicuntur, qui pejerant. Horat. 2. od. 8, 9.

Expedit matris cineres opertos
Fallere, et toto taciturna noctis
Signa cum coelo, gelidaque Divos
Morte carentes.

V. N. Heins. ad Nason. 2. Her. 37. Deinde *per quos jam ante* Lov. 2. *per quos aliud ante* Lov. 5. Mox *quoniam tam infesti sunt* Voss. Lov. 4. 5. et Harl. Alibi etiam librarios *qm*, sive *quoniam*, et *qui* ob ductuum similitudinem commutasse, docuit Cl. Jac. Gronov. ad Cic. 1. ad fam. 1.

§. 1. *Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul*] Pall. 1. *tum Lentulus consul*. GEBH. *cum Lentulus consul* Harl. *tum Lentulus*, neglecta voce sequenti, Lov. 5. *To consul* etiam deest in Lovel. 4. Praeterea *Inclinantibus omnium ad pacem animis* Lov. 5. Sed vulgatum malo. 3, 2, 12 *Nihilo inclinatioribus ad pacem animis*. Similiter *inclinati ad credendum animi* 1, 51, 7. *inclinati ad Romanam societatem omnium animi* 22, 22, 5. *inclinati omnium animi ad Romanos* 31, 32, 1. Et ita forma activa *inclinare animos ad pacem* 22, 58, 7.

§. 2. *Tum Man. Atilius*] Sic ultima editio. Aliae *M. Atilius*. Haud dubie est hic idem, qui memoratur c. 40. praecedenti. Itaque edidi *Man. Acilius*. JAC. GRON. Immo ante ultimam edebatur *M. Attilius*. Quemadmodum autem recte Cl. Jac. Gronov. emendavit, etiam ante Sigonius vulgarat. Eamdem lectionem Pighium quoque probasse, innuunt ejus Annales ad ann. ıɔlıı. p. 237. Perperam tamen omnes codd. *M. Attilius*, vel *Atilius*, vel *Actilius*.

Quemque ex Africa exercitus deportare] *exercitum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. et ed. Frob. anni 1531. Mox etiam §. seq. *exercitum deportare* Voss. Lov. 1. 2.

Digitized by Google

sibus pax fieret: et quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitus deportare juberent? De pace uti 3
rogassent, omnes tribus jusserunt: pacem dare P. Scipionem, eumdem exercitus deportare. Ex hac 4
rogatione senatus decrevit, ut P. Scipio ex decem legatorum sententia pacem cum populo Karthaginiensi, quibus legibus ei videretur, faceret. Gratias 5
deinde Patribus egere Karthaginienses, petieruntque,

3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Frob. anni 1535. omnibus. Supra c. 40, 14. *Populum rogarent, utrum consulem, an P. Scipionem, juberent pacem dare: et quem, si deportandus exercitus victor ex Africa esset, deportare.* Cetorum omnia haec verba desunt in Hearnii L. 1.

§. 3. *De pace ut rogatae omnes tribus erant, jusserunt*] Vet. lib. *uti rogassent.* Ego *uti rogas*, ut ante docui. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *De pace uti rogassent, omnes tribus jusserunt.* sec. *Cum de pace uti rogassent o. tr. j. pacem dari.* Inde Sigonius legit *uti rogas.* ut et 31, 8, 1. *uti rogas, bellum jusserunt.* et 38, 54, 12. *Omnes tribus, uti rogas, jusserunt.* GEBH. *uti rogas, omnes tribus jusserunt* Voss. et Lov. 4. quomodo hoc loco legendum etiam supra monuit Sigonius ad 6, 38, 5. *uti rogatum, omnes tribus jusserunt* Lov. 2. *De pace uti rogatae omnes tribus erant, jusserunt* primum adparuit in Frob. anni 1535. quod in nullo cod. inveni. *De pace uti rogassent, omnes tribus jusserunt* habuerunt edd. principes, consentientibus reliquis scriptis. Et eam lectionem ex scriptis, et edd. antt. probavit Gronov. ad 31, 8, 1.

§. 4. *Ex decem legatorum sententia*] Pal. 1. *ex viginti legatorum sententia.* Sicut Italim ante *In hac rogatione.* Utrumque perperam. GEBH. *ex XX legatorum sententia* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. Male. Infra 33, 24, 7. *Decem legati more majorum, quorum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti.* 37, 55, 4. *Responsum, decem legatos more majorum senatum missurum ad res Asiae* etc. 45, 17, 1. *Legatos deinde, quorum de sententia imperatores L. Paullus, L. Anicius componerent res, decreverunt: decem in Macedoniam, quinque in Illyricum.* V. etiam Corrad. ad Cic. 13. ad Att. 4. *In hac rogatione* etiam paullo ante Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl.

§. 5. *Petieruntque, ut sibi in urbem introire, et conloqui cum civibus*] Pall. 2. et 3. *et petierunt.* GEBH. *petierunt, ut* Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *et petierunt, ut* Lov. 5. Gaertn. et Hav. Deinde *ut sibi urbem introire* Ber. Videtur praepositio, per compendium *i* scripta, a vocis praecedentis litera finali intercepta esse: quomodo idem cod mox verbis seqq. legit *capti publica custodia*, pro *i*, sive *in publica.* V. ad 35, 8, 9. Verbum autem *introire* u-

Digitized by Google

ut sibi in urbem introïre, et conloqui cum civibus suis liceret, qui capti in publica custodia essent.
6 esse in iis partim propinquos amicosque suos, nobiles homines; partim ad quos mandata a propinquis
7 haberent. Quibus conventis, quum rursus peterent, ut sibi, quos vellent, ex iis redimendi potestas fieret; jussi nomina edere: et, quum ducentos ferme
8 ederent, senatusconsultum factum est, *Ut legati Romani ducentos ex captivis, quos Karthaginienses vellent, ad P. Cornelium Scipionem in Africam deportarent: nunciarentque ei, ut, si pax convenisset,*

sine

tramque admittit constructionem; et quidem Cic. praepositionem ei jungere, Sueton. eam omittere solitum esse, docuit Cel. Burm. ad Suet. Caes. 18. Tum *et loqui cum civibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. et Harl. Paullo ante vox *Patribus* deest in Hav. Sed ea transposita *egere Patribus Karthaginienses* legit Lov. 2. *Karthaginienses egere Patribus* Ber. Gaertn. et editiones, Frobeniana anni 1535. priores.

§. 7. *Quibus conventis, quum rursus peterent*] Pal. 1. *Quibus conjectis.* sec. *Quibus concessis.* GEBH. *Quibus conjectis* Voss. Lov. 1. 4. et Harl. Deinde *redimendi ex iis* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eaedem.

§. 8. *Ad P. Cornelium Scipionem*] Ultimam vocem expungunt Voss. Lov. 1. et Harl. quemadmodum etiam paullo ante *τὸ Romani* Lov. 4. et mox pronomen *eos* Lov. 1.

§. 9. *Quum* etc. *ad foedus feriendum ire juberentur*] *ad foedus firmandum* Lov. 3. *ad foedus faciendum* Ber. Gaertn. et edd. antt. pro eo Aldus *feriendum* substituit, reliquis consentientibus. *Facere foedus* aliquoties apud Livium obvium esse, vidimus ad 1, 13, 4. Verum et *ferire foedus* similiter usurpavit. V. ad 2, 33, 4. ubi et *firmare τοῦ ferire* hoc sensu glossema esse dictum est.

Uti praetor Romanus his imperaret] Gebh. ad 8, 6, 14. notat, se in Pall. 1. et 2. invenisse *ut uti praetor Romanus.* Et ita legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. at aberrationem scribarum esse puto, qui hoc modo duplicem lectionem, quam in exemplaribus suis invenere, jungere voluerunt: nam, ut Gebhardus ibidem addit, tales particulae in prolixiore sententiae tractu iterantur, non tamen ita continue jungi solent. Paullo ante *prius lapides silices, priusque verbenas* Voss. et Lov. 1. *primos lapides silices, primasque verbenas* Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Saepe *τὰ privus* et *primus* a librariis commutantur. V. Gifan.

Digitized by Google

sine pretio eos Karthaginiensibus, redderet. Feciales 9
quum in Africam ad foedus feriendum ire juberentur; ipsis postulantibus, senatusconsultum in haec verba factum est: *Ut privos lapides silices; privasque verbenas secum ferrent: uti praetor Romanus his imperaret, ut foedus ferirent, illi praetorem sagmina poscerent.* Herbae id genus ex arce sumtum dari fecialibus solet. Ita dimissi ab Roma Karthaginienses, 10
quum in Africam venissent ad Scipionem, quibus ante dictum est legibus, pacem fecerunt. Naves 11
longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt. Inter quos Q. Te-

ad Lucret. 4, 260. Salm. ad Solin. p. 61. Bentl. ad Hor. Art. Poët. 60. et Ill. Bouhier. ad Cic. 1. Tusc. 23. p. 269. Adde Cel. Burm. ad Nason. 9. Met. 20. et de vi hujus vocis *privus* Gifan. Conlect. in Lucr. v. *Privus.* Mox *praetorem sanguiniam poscerent* Lov. 3. *praetorem sanguinea poscerent* Harl. *praetorem saguina poscerent* Gaertn. Mediam vocem omisit Lov. 5. De *sagminibus* v. ad 1, 24, 4.

§. 10. *Ita dimissi ab Roma Karthaginienses*] Vet. lib. *Itá dimissi Romæ.* SIG. *Ita dimissi ab Romanis* Ber. et edd. principes. *ab Roma* substituit Froben. anno 1531. consentientibus reliquis meis. Nullus enim Sigonio favet.

§. 11. *Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt*] *Perfugam* et *fugitivum* appellari apud Jurisconsultos quandoque observamus, quod fecit Saturninus in l. 16. D. de Poenis. Revera tamen inter se distingui *perfugam* a *fugitivo*, praecipue ex hoc loco clarissime patet. *Perfugam* autem dici ad hostes confugientem, omnibus receptum est. Cic. in Anton. [immo in Oratore 66.] *Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos?* et in Offic. [3, 22.] *Perfuga a Pyrrho venit in castra Fabritii.* Sed *fugitivi* significatio non una. Sicuti enim *fuga* quandoque pro exilio a Jurisperitis accipitur, ut in l. 4. §. 4. D. de Re milit. l. 5. D. de Interd. et releg. ita et, *fugitivum*, qui a *fuga* derivatur, pro exsule dici posse, existimandum, vel etiam pro alicujus criminis reo. Nam aliquando *fugitivi* seu *fugientes* in jure ad Graecorum exemplum, qui eos φεύγοντας vocant, dicuntur rei. l. 13. C. de Jud. l. fin. C. de Bon. mat. Eandem significationem vocis *fugitivi* observamus in sacra scriptura: ut Num. 35. *Sex erunt oppida in fugitivorum auxilia separata, ut fugiant ad ea, qui fuderint sanguinem.* Ita et Sapientiae cap. ult. *Hos tanquam fugitivos persequebantur*, etc. Ex quibus quis forte suspicari

Digitized by Google

12 rentius Culleo senator fuit. Naves provectas in altum incendi jussit. quingentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam tradunt: quarum conspectum repente incendium tam lugubre fuisse
13 Poenis, quam si tum ipsa Karthago arderet. De

posset, per *fugitivos* hoc in loco a Livio significari posse exules et criminosos Romanos, qui ad Carthaginenses confugerant. At certe res aliter se habet. Nam per *fugitivos* intelligendum servos, qui a patronis Romanis confugerant ad Carthaginenses, non dubitandum; appellatione enim *fugitivi* servos venire, qui fugam fecerunt, passim apud Juristas et alios scriptores observamus. Cic. in Anton. [11, 7.] *Dotabella habet legionem, habet fugitivos.* Et in Verr. [4, 50.] *Neque tam fugitivi illi a dominis, quam hi a jure et legibus.* Et item [3, 26.] *Athenio princeps fugitivorum.* Et in Epistol. [ad Fam. 5, 9.] *Dicitur mihi servus tuus fugitivus Vandaci esse.* Fugitivus, inquit Ofilius, est, qui extra domini domum fugae caussa, quo se a domino celaret, manisit. Et Cassius scribit: Fugitivum esse, qui certo propositio dominum relinquat. Hinc *fugam vendere* dicebantur, qui servos fugitivos vendebant, quod SC. vetitum erat, ne servi ad fugam invitarentur. l. 2. D. ad L. Falcid. l. 6. C. eod. l. 35. §. 3. D. de Contrah. emt. Et *fugitivarii* appellati, qui servos fugitivos mercede reducebant. l. 18. D. Praescript. verb. vel qui dominis indicabant, ubi servi fugitivi celarentur. l. 13. D. eod. et apud Florum [3, 19.] *fugitivarii* appellati, qui servos fugitivos persequebantur. Sic Varro 3. de Re rust. 14. scripsit, *Fugitivarius* dicitur, qui fugitivum conquirit et sectatur. Fugitivos servos, bellum in Sicilia agitantes, vicit C. Marius. Et M. Crassus de fugitivis servis et Spartaco eorum duce laurea coronatus incessit, ex Plinio 15, 29. Ex his satis patere puto, *fugitivos* Livium dicere servos illos, qui a patronis fugam fecerant ad Carthaginenses, tanquam in loco tuto se recipientes. Sciendum autem, quod inter perfugas minus peccant *emansores* dicti, scilicet qui, diu vagati extra castra, tandem revertuntur. l. 3. §. 2. D. de Re milit. qui et *remansores* nonnunquam dicti, l. 5. §. 6. D. eod. Inter fugitivos vero, qui minus deliquerant, dicti *errones*, servi, inquam, vagabundi: sic enim interpretatur Ulp. tit. de Serv. fugit. Ita Arrianus l. 4. D. de Re milit. inquit, *erronis crimen in servo levius est, quam fugitivi.* Labeo pusillum fugitivum erronem appellat. At nec ignorandum, nonnunquam hujusmodi servum *emansorem* dictum, uti l. 6. D. de Poenis. *Tempus discernit emansorem a fugitivo, uti effractorem vel furem diurnum a nocturno.* De hac eadem materia plura Azo in sum. C. de Serv. fug. quae obiter sint dicta. M. DONAT.

Inter quos Q. Terentius Culleo senator fuit] Plut. in Apophthegmatis [p. 196.] non ante legatos de pace se auditurum esse, Scipionem dixisse ait, quam Q. Terentium captivum dimisissent. Dimisso eo pacis conditiones Scipionem dixisse, Terentium porro sequutum currum Sci-

Digitized by Google

perfugis gravius, quam de fugitivis, consultum; nominis Latini qui erant, securi percussi; Romani in crucem sublati.

XLIV. Annis ante quadraginta pax cum Karthaginiensibus postremo facta erat, Q. Lutatio, A. Man-

pionis pileatum esse. SIG. Terentii praenomen abjiciunt Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii L. 1. *C. Terentius* vocatur in Lovel. 5. *Λεύκιος Τερέντιος* apud Plut. loc. laud. Verum passim alibi Livio Q. *Terentius* vocatur, et praesertim 38, 55, 2. ubi narrat, quosdam tradere, eum non tantum triumphum, sed et funus Scipionis pileatum prosecutum esse.

§. 12. *Naves provectas in altum incendi jussit*] *Naves profectas* Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. errore scribarum, de quo v. ad 21, 2, 4. Errorem proximi editores deprehenderunt, atque ejus loco emendarunt *provectas*, quod diu obtinuit, donec Francof. anni 1578. iterum darent *profectas*. Hinc Scheff. 2. de Milit. Nav. 2. p. 82. occasio data est monendi, legendum esse *provectas*, licet jam ultima Gruteri ed. eam lectionem revocasset.

Quingentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur] Pal. 3. *quae remis regerentur*. GEBH. Salmas. in Observ. ad Jus Attic. et Rom. c. 28. p. 730. scribit, Livium hoc generaliter de omnibus navibus, quae remis agerentur, intelligere. Sed Livius paullo ante non nisi *naves longas* Romanis traditas dicit: nec erat in conditionibus pacis, ut omnes naves, quae remis agerentur, sed ut *rostratae* tantum, *praeter decem triremes*, traderentur, c. 37, 3. Nam quas ibi naves *rostratas*, hic *longas* vocat; quemadmodum c. 34. sine discrimine easdem *rostratas* et *longas*. Polyb. autem 15, 18. *μακρὰ πλοῖα* vocat. Scheff. 2. de Milit. nav. 2. recte putat, quingentas has omnis generis fuisse *longas* illas, quas Romanis traditas scribit Livius. Nam multa erant navium longarum genera; triremes, quadriremes, quinqueremes, et aliae. Nec tamen ita perspicue exponit, cur additum sit, *quae remis agerentur*, ut horum verborum sententia plana sit. Nam ea videntur indicare, fuisse etiam naves longas, quae remis non agerentur; quod cujusmodi sit, me non intelligere fateor. DUKER.

Quam si ipsa Karthago] Voss. et edd. priscae, *quam si tum ipsa Carthago arderet*. J. FR. GRON. *si tunc ipsa* Lov. 3. et Harl. *si tum ipsa* Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Hav. Hearnii L. 1. tres Crevierii codd. omnesque typis excusi usque ad Froben. qui anno 1535. voculam *tum* primus omisit, quam iterum recepi.

§. 1. *Annis ante quadraginta pax cum Karthaginiensibus postremo facta erat*] Robortellus in Convenientia subputat. Livianae c. 4. monet, si diligenter subputemus annos, esse quadraginta et unum, atque ita etiam emendandum esse, quia Livius videtur exquisitam summam sequi. Verum secundum Fastos Capitol. Q. Lutatius, A. Manlius, quibus consulibus pax post primum bellum Punicum cum Karthaginiensibus icta est, anno DXXII. Cn. Cornelius et P. Aeli-

Digitized by Google

2 lio consulibus. bellum initum annis post tribus et viginti, P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus. Finitum est septimodecimo anno, Cn. Cornelio, P. Ae-
3 lio Paeto consulibus. Saepe postea ferunt Scipionem dixisse, Ti. Claudii primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelii, fuisse in mora, quo minus id bel-

us, quibus consulibus pax post secundum bellum Punicum cum iisdem facta est, anno ıɔLIII. U. C. Romae consulatum obtinuerunt, adeoque posterior anno quadragesimo post priorem facta est. Idem numerus annorum ex Fastis Cassiod. aliorumque colligitur. Quare Robortellus vel utrumque terminum, et quo prior, et quo posterior pax inita est, simul numeravit, vel medium annum inseruit, quemadmodum Glareanus fecit post annum ıɔXXI, pro M. Aemilius Lepidus et M. Poblicius Malleolus consules fuerunt: quod se Dionys. Cicer. et Plinii auctoritate fecisse testatur in Chronolog. Livio subjecta ann. ıɔXXII. quamvis tamen fateatur se nescire, quinam eo anno consules fuerint. Sed v. Sigon. in Schol. ad Chronol. suam ad ann. ıɔXIX.

Q. Luctatio, M. Manlio] C. Luctatii et A. Postumii consulum mentio est in oratione Hannonis l. 3. hujus belli [c. 13.] qui finem bello primo Punico imposuere. Posteriore anno Q. Luctatius et A. Manlius consules facti sunt, quando pax data est Carthaginensibus, quorum hic est mentio. Quidam impudentissime hoc loco pro *Q.* posuere *C.* quia C. Luctatius ad Aegateis insulas Carthaginenses vicerit. At hi alterum consulem non item mutarunt, videlicet *Manlium* in *Postumium*. Et *A. Manlius* legendum, quod Manlianae familiae decreto cautum erat, ne quis M. praenomen haberet, propter M. Manlium Capitolinum, ut l. 6. [20.] narrat Livius. Porro, quod continuo sequitur, bellum hoc finitum esse septimodecimo, Cn. Cornelio, P. Aelio consulibus, ipso authore Livio falsum esse convincitur, qui ab initio hujus lib. tertium hinc annum sextumdecimum nominat. Erit ergo hic decimus octavus. GLAREAN. *C. Lutatio* perperam legunt Lov. 5. et Hearnii L. 1. Et ita edidit Aldus in erratis, verum is similiter *A. Posthumio* pro *M. Manlio* substituit, quod alterius lectionis auctorem tamen fecisse Glareanus negavit. *C. Aulo* alterius consulis nomen est in Lov. 2. *cum alio* in Voss. Lov. 1. et Harl. *M. Manlio* legunt Ber. et edd. ante Aldum. *Cn. Manilio* Lov. 3. *A. Manilio* Gaertn. et Hav. Verum in Fast. Capit. recte vocantur *Q. LVTATIVS, A. MANLIVS.*

§. 2. *Finitum est decimo octavo anno, Cn. Cornelio, P. Aelio Paeto consulibus*] Antea legebatur *decimoseptimo*, atque ita est in omnibus vet. lib. quod quia corruptum esse credidit, correxit Glareanus, et *decimo octavo* fecit. † „V. Glareanum, „et aliter sentiens.“ †. Est tamen sciendum, *decimoseptimo* recte habere. Nam cum inquit Livius, bellum finitum est XVII. annos, postquam coeptum est „decimo octavo intelligit; verum

Digitized by Google

lum exitio Karthaginis finiret. Karthagini quum pri- 4
ma conlatio pecuniae diutino bello exhauſtis difficilis videretur, moeſtitiaque et fletus in curia eſſet, ridentem Hannibalem ferunt conspectum. cujus quum 5
Hasdrubal Haedus risum increparet in publico fletu, quum ipse lacrimarum cauſſa eſſet; *Si, quemadmo-* 6

annum primum non numerat. Sic autem etiam alibi [supra h. cap.] *Annis ante XL pax cum Carthaginiensibus facta est.* Item [31, 1, 3.] *Tres et sexaginta anni sunt, a primo Punico ad secundum bellum finitum.* Neque enim alter extremorum annorum in hoc loquendi genere comprehenditur. At cum inquit in hoc eodem libro [c. 19, 7.] *Patre et patruo ex servitute post sextumdecimum annum receptis.* et paullo poſt [c. 28, 1.] *Annibalem post sextumdecimum annum ex Italia decessisse*, ambos extremos annos numerat. Pater enim Servilii captus eſt anno IDXXXII, receptus eſt anno IDXLVII. Annibal venit in Italiam anno IDXXXII, disceſſit ann. IDXLVII. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *septimodecimo anno.* quod fere confirmat Sigonius. GEBH. *finitum septimodecimo anno*, omisso verbo *est*, Voſſ. Lov. 4. 5. et Harl. Praeterea *P. Paeto* Ber. et edd. princ. Poſtea *P. Aelio*, neglecto cognomine, dedit Ald. consentientibus Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. Tandem Frob. anno 1535. subſtituit *P. Aelio Paeto.* Et id voluiſſe videtur scriba Hav. qui tamen per errorem dedit *P. Aemilio Paeto.*

§. 3. *T. Claudii primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelii fuisse in mora*] Lege ex Pal. 1. *Ti. Claud I.* Dein reſtat in Pal. 2. *T. Claudium primum cupiditate, dein C. Cornelium fuisse in mora.* tert. *et Claudii primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelium fuisse in mora.* GEBHARD. *Ti. Claudium primum cupiditate, deinde Cn.* vel *C. Cornelium fuisse in mora* Lov. 3. et Hav. *fuisse moram* Lov. 5.

Id bellum exitio Karthaginis] Membranacei duo, *quo minus id bellum exitium Carthaginis finiret.* J. FR. GRONOV. *exitium Karthaginis finiret* Voſſ. Lov. 2. 4. et Harl. *exitio Karthaginis finiretur* Lov. 3. et quaedam ex primis edd. pro quo Frob. anno 1535. dedit *exitio Karthaginis finiret.* Et ita eſt in Voſſiani margine pro varia lectione, in contextu reliquorum Mſtorum, et in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 4. *Karthaginiensibus quum prima conlatio*] MSS. *Carthagine*, vel *Carthagini.* Et videtur utrumvis melius. J. FR. GRONOV. *Carthagine* Lov. 2. 4. et Harl. *Carthagini* Lov. 3. De qua poſteriori scriptura v. ad 28, 26, 1.

§. 6. *Non laeti, sed prope amentis malis cordis hunc, quem increpatis, risum esse*] Pal. 3. *non laeti, sed prope amentis malis cordis hunc quidem increpitas risum esse.* GEBH. *amentis magis cordis* Lov. 3. 5. et Harl. Male. Alibi etiam voces illae variantur a librariis. V. viros doctos ad Flori 3, 5, 20. *quem increpas* Lov. 5. et Ber. *quem increpitis* Hav. *quum increpantis*

Digitized by Google

dum oris habitus cernitur oculis, inquit, *sic et animus intus cerni posset, facile vobis adpareret, non laeti, sed prope amentis malis cordis hunc, quem increpatis, risum esse. qui tamen nequaquam adeo est intempestivus, quam vestrae istae absurdae atque ab-*
7 *horrentes lacrimae sunt. Tunc flesse decuit, quum ademta nobis arma, incensae naves, interdictum externis bellis. illo enim vulnere concidimus. Nec esse in vos, odio vestro, consultum ab Romanis credatis.*
8 *Nulla magna civitas diu quiescere potest. si foris hostem non habet, domi invenit: ut praevalida corpora ab externis caussis tuta videntur, sed suis ipsa vi-*
9 *ribus onerantur. Tantum, nimirum, ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res pertinet: nec*

Harl. In his autem verbis finit Voss. Paullo ante *cerni potuisset* Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frob. anni 1535.

§. 7. *Tunc flesse decuit, quum ademta nobis arma*] Pal. 1. *Tunc flere decuit, cum ademta sunt nobis arma.* GEBH. *Tunc flere decuit, quum ademta sunt vobis arma* Lov. 5. *ademta sunt nobis arma* Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav.

Nec esse in vos, odio vestro, consultum ab Romanis credatis] Quid sibi haec verba velint, non intelligo. Si *odio vestri* legeretur, videretur aliquis sensus. sed omnino locus est mihi suspectus. GLAR. Pal. 1. *Necesse, ut vos odio vestro consultum ab Romanis tradatis.* GEBH. Doujatius Glareani conjecturam probavit. Sed male. *odium vestrum* est odium aliorum erga vos. — Ita *odium Hannibalis* est odium aliorum in Hannibalem infra 33, 47,4.—Ita *ira paterna* est ira aliorum erga patrem supra 2, 61, 3. *injuriae vestrae* injuriae aliorum erga vos, ab iis vobis inlatae. V. ad 5, 3, 4. *victoria sua* est victoria aliorum de se. V. ad 6, 28, 8. *amicitia vestra* est amicitia aliorum erga vos. V. Cort. ad Sall. Jug. 14, 17. *amor genitoris* est amor filii erga genitorem. V. Cel. Burm. ad Virg. 2. Aen. 716. Cl. Crevier. sensum loci ita παραφράζει: „Neque existimetis, ideo tam acerbe egisse vobiscum Romanos, „ut suum in vos odium expleant. „Vestrae paci ac tranquillitati „consuluere. Nulla quippe magna ac valida civitas diu quiescere potest. ideo vobis vires ademere, ut quiescere cogamini. Et pari fere modo locum intelligebat Cl. Periz. qui in margine notavit ad verba *nec odio vestro*, sed necessitate, ne rebelletis, quia quiescere non poteritis. Verum recte Crevier. addidit, hanc defensionem Roma-

Digitized by Google

in eis quidquam acrius, quam pecuniae damnum, stimulat. Itaque, quum spolia victae Karthagini de- 10
trahebantur, quum inermem jam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africae cerneretis, nemo in-
gemuit. nunc, quia tributum ex privato conferen- 11
dum est, tamquam in publico funere comploratis. Quam vereor, ne propediem sentiatis, levissimo in malo vos hodie lacrimasse! Haec Hannibal apud 12
Karthaginienses. Scipio, concione advocata, Masinissam, ad regnum paternum Cirta oppido et ceteris urbibus agrisque, quae ex regno Syphacis in populi Romani potestatem venissent, adjectis donavit. Cn. Octavium classem in Siciliam ductam Cn. 13
Cornelio consuli tradere jussit. legatos Karthagi-

nae in victos acerbitatis haud satis fortasse decere personam Hannibalis. Vide igitur, an potius levi mutatione legendum sit: *Necesse est, in vos odio vestro consultum ab Romanis credatis.* Et ita sensus erit: Omnino existimare debetis, Romanos vobiscum egisse pro magnitudine odii, quo vos semper prosecuti sunt. Norunt enim magnam civitatem diu quiescere non posse; et hinc, interdicendo bellis externis, adimendo etiam illa, quibus alteri bellum inferre possetis, eventurum praevident, ut hostem, quem foris habere vel non poteritis, vel non audebitis, domi inventuri sitis.

§. 8. *Nulla magna civitas diu quiescere potest*] *Τὸ διὰ* abest a Pal. 3. et vet. ed. GEBH. Abest etiam a Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertner. Hav. et edd. Frobeniana anni 1531. antiquioribus. Mox *suis viribus*, omissa media voce, Lov. 1. 4. Hav.

§. 10. *Quum spolia victae Karthagini detrahebantur*] *spolia victoriae* Lov. quinque, Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antt. Vulgatum primum inveni in Froben. ed. anni 1531. Tum *detraherentur* idem Hav. quomodo librarius ejus dedisse videtur, quia sequitur *quum inermem jam ac nudam destitui* etc. *cerneretis.* Verum ita saepe Livius contra regulas grammaticorum diversos modos jungere solet. Ita 22, 59, 10. *Haud equidem ullius civis conditioni invideo, nec premendo alium me extulisse velim.* 28, 33, 9. *Et quod in arto pugna Romano aptior futura videbatur, et quod in eum locum detracta hostium acies esset.* 38, 33, 11. *Non quia salvos vellet, sed quia perire caussa indicta nolebat.* Alia infra v. ad 41, 24, 5. (* Colum. Praef. §. 2. *peperit et paritura sit.*)

§. 13. *Quae ab se ex decem*

Digitized by Google

niensium Romam proficisci, ut, quae ab se ex decem legatorum sententia acta essent, ea Patrum auctoritate populique jussu confirmarentur.

1 XLV. Pace terra marique parta, exercitu in na-
2 ves inposito, in Siciliam Lilybaeum trajecit. inde magna parte militum in navibus missa, ipse per laetam pace non minus, quam victoria, Italiam, effusis non urbibus modo ad habendos honores, sed agrestium etiam turba obsidente vias, Romam per-

legatorum sententia acta essent] *a se* Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertner. et Hav. Tum *facta essent* Ber. V. ad 6, 28, 2. Paullo ante *consuli* deest in Lov. 5.

§. 2. *Ipse per laetam pace non minus, quam victoria, Italiam*] Pal. 2. *per laetam pace magis, quam victoria*. Statim prim. *ad exhibendos honores*. GEBH. *ad exhibendos honores* etiam Lov. 5. quae lectio ex glossa nata videtur. *ad agendos honores* Lov. 2. et 3. sollemni errore librariorum. Illis, quae notavi ad 3, 14, 5. adde Gruter. ad Suet. Aug. 8. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 35. Voces illae tres desunt in Hav. Sed nihil mutandum. *honorem habere* apud Livium haud raro obcurrit. 1, 39, 5. *Hic quacumque de caussa tantus illi honos habitus*. 23, 11, 3. *Pythio Appollini de praeda honorem habetote*. 31, 15, 6. *Honores regi primum Attalo inmodici, deinde et Rhodiis habiti*. c. 49, 10. *Ut veritas rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur*. Sollemnis autem in decernendis supplicationibus locutio *Diis immortalibus honorem habere*. Exempla v. 37, 54. l. 38, 44. 48. l. 39, 38. 40, 35. l. 41, 6. 17. et alibi. Mox etiam *sed agrestium et turba* Lov. 3. *sed agrestium quoque turba* Lov. 4. *Triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus*] *triumpho omnium gratissimo* Lov. 5. *clarissimoque omnium triumpho* Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535. Deinde *in urbem est invectus* Lov. 5. Utraque locutio *invehi urbem*, et *invehi in urbem* Livio in usu fuit. V. ad 2, 31, 3. et 4, 29, 4. Uni igitur cod. non credendum puto.

§. 3. *Argenti tulit in aerarium pondo centum millia triginta tria*] Pal. tres, et vet. ed. *centum millia XXIII*. GEBH. Illud *centum millia triginta tria* primum, forte operarum errore, adparuit in ed. Curion. Quamvis autem interim Sigon. recte *centum millia XXIII* ediderit, reliqui tamen editores alteram lectionem servarunt usque ad Gronov. qui anno 1665. *viginti tria* revocavit. Ceterum Lipsius de Magnit. Rom. 2, 8. haec verba ita accipit, quasi scriptum fuisset *centum viginti tria millia*. quod probatur unius Lov. 5. fide, qui exhibet *Argenti tulit in aerarium pondo CXXIII*. Verum, si ita voluisset Livius, vitandae ambiguitatis caussa alio ordine verba protulisset.

Militibus ex praeda quadragenos aeris divisit] M. Livius hujus belli libro 8, [9.] cum neu-

Digitized by Google

venit, triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus. Argenti tulit in aerarium pondo centum 3
millia viginti tria. militibus ex praeda quadragenos aeris divisit. Morte subtractus spectaculo magis ho- 4
minum, quam triumphantis gloriae, Syphax est, Tibure haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. conspecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere est elatus. Hunc regem in tri- 5
umpho ductum Polybius, haudquaquam spernendus

tiquam tantum pecuniae in aerarium tulisset, neque tanto triumpho invectus urbem esset, militibus sexagenos senos aeris divisisse narratur ab hoc ipso Livio. Quare hic legendum *quadringenos*, pro *quadragenos:* atque ita habent quidam codices. etiamsi haud sum nescius, Budaeum l. 2. de Asse *quadragenos* legisse. Sed hoc tunc non agebat Budaeus. GLAR. Glareanus e quibusdam codd. legit *quadringenos.* Vix dubitari potest, quin corruptum sit *quadragenos.* Non tantum enim plane modica, verum omnino nimis exigua pro claritate tanti triumphi ac ducis est summa *quadragenorum aeris.* Nam, quo etiam Glareanus motus est, Livius et Nero paullo ante, victo Asdrubale, militibus *quinquagenos senos* asses diviserant. Et non ita multo post alii, nec tam clari duces, nec tam magnificis triumphis, nec tanta pecunia in aerarium illata, iis majorem summam diviserunt. V. ad 31, 20. et 33, 23. et 27. DUK. Pariter etiam Cl. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit. Vulgatum quoque Hotom. displicuit, qui de Re numm. p. 80. videndum jubet, ecquis liber vetus scriptum habeat *quadringentos.* Verum non tantum omnes scripti, sed et typis inpressi, quos consului, constanter vulgatum servant. Nescio igitur, quonam codices (id est, editionem, quas ubique ita vocat) viderit Glarean. in quibus *quadringenos* invenerit. Ita tamen legendum esse, mihi etiam verisimile videtur.

§. 4. *Morte subtractus spectaculo magis hominum*, etc.] Periodus haec ita comparet in Pal. 1. *Morte subtractus, spectaculo magis hominum, quam triumphantium gloriae Syphax est Tybur. Audita multo ante morte, quam ab Alba traductus fuerat. Conspecta tamen mors ejus fuit, qua publico funere est fletus.* GEBHARD.

§. 5. *Hunc regem in triumpho ductum Polybius* etc. *tradit*] Verba, quibus hoc tradit Polyb. sunt in l. 16, [12.] ejusmodi: ὁ δὲ Σύφαξ, ὁ τῶν Μασαισυλίων βασιλεύς, ἦχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν ἀιχμαλώτων, ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε. SIGON.

Polybius, haudquaquam spernendus auctor] Hic multi reprehendunt Livium, qui Polybium tam frigide laudet: alii contra defenderunt, et λιτότητα esse, qua minus dicitur, quum plus in-

Digitized by Google

auctor, tradit. Secutus Scipionem triumphantem est pileo capiti inposito Q. Terentius Culleo: omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem
6 coluit. Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura, celebraverit, an, sicuti Felicis Sullae Magnique Pompeji patrum memoria, coeptum

telligatur, recte dixerunt. Utrosque nominat Fabricius 3. Bibl. Graec. 30, 5. Illis adde Victorium 21. Var. lect. 1. et Petav. 4. Ration. temp. 2. His Barthium 26. Adv. 1. Buchner. de Commut. rat. dic. 1, 6. et Broekhus. ad Prop. 1, 12, 16. Quo animo in Polybium fuerit, satis ostendit, et omnem vel invidiae vel ingrati adversus eum animi suspicionem a se depellit ipse Livius 33, 10, 10. *Nos Polybium*, inquit, *secuti sumus, non incertum auctorem cum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Graecia gestarum.* Quae verba si considerassent morosi censores, inprimisque postremus, facile idem illud genus loquendi, quod hic tantopere illos offendit, in iis animadvertere, et a Livio fictis criminibus onerando abstinere potuissent. DUK. Optime Casaub. ad Fragm. Polybii p. 1547. docet, esse figuratam orationem, quae μείωσις vocatur, et *haudquaquam spernendus* hic poni pro maximae auctoritatis, praestantissimus, eademque figura orationis tum alios scriptores, tum Livium inprimis saepissime usos esse. Ita 3, 33, 8. *In unica concordia inter ipsos (qui consensus privatis interdum inutilis esset) summa adversus alios aequitas erat.* ubi *inutilis* est damnosissimus. V. quae ad eum locum notantur. 4, 13, 13. *Quum undique plus in illo senili animo non consilii modo, sed etiam virtutis esse, quam in omnibus aliis, dicerent, laudibusque haud inmeritis onerarent,* id est laudibus quam maxime meritis. 4, 20, 11. *Jovem prope ipsum, cui vota erant, Romulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes.* id est, fide dignissimos testes; loco quam maxime huic simili, quem tamen etiam alii observarunt. Ita *nuncius non jucundissimus* est acerbissimus apud Cic. 4. ad fam. 12. *Codrus pro patria non timidus mori*, id est paratissimus morti pro patria obeundae apud Horat. 3. od. 19, 2. Eo sensu *non omnis* pro nullus, de quo v. ad 5, 42, 1. Similia v. apud Gronov. ad Livii 28, 25, 13. et 33, 6, 6. Locum hunc Livii eo modo accipiendum esse, monuit etiam Cl. Wasse apud Duker. in Praefat. Thucyd. ****. Quae quum ita sint, minime meritus est Livius censuram Camilli Peregrini in Campan. Felic. Diss. 2, 32. p. 301.

Omnique deinde vita, ut dignum erat] Lib. 38, [55.] diversas authorum opiniones de hoc Terentio narrabit. Sed in hanc decada satis dubitatum existimamus, ideoque jam receptui canimus. GLAR. Comparet in Pal. 1. *Secutus Scipionem triumfantem est pileo capiti imposito Culleo Terentius Q. eumque deinde ita, ut dignum erat, lib. a. c.* GEBHARD.

§. 6. *Africanum cognomen*

Digitized by Google

ab adsentatione familiari sit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victae ab 7
se gentis est nobilitatus. exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares, insignes imaginum titulos claraque cognomina familiae fecere.

militaris prius favor, an popularis aura, celebraverit] *Africani cognomen* Lov. 2. 3. 4. et Hav. Sed nihil muto. *Africanum cognomen* per adpositionem dici, patet ex illis, quae notat Gronov. ad 1, 3, 7.

§. 7. *Exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares*, etc.] Ita quidem, ut vulgo editur, vet. ed. et Pal. 3. At pr. et sec. *exemplo deinde hujus L. Scipio Asiaticus nequaquam victoria pares insignes imaginum titulos claraque cognomina familiae habuerunt.* GEBHARD.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI PRIMI.

Belli adversus Philippum Macedoniae regem, quod intermissum erat, repetiti caussae referuntur hae. Tempore Initiorum duo juvenes Acarnanes, qui non

Caussae feruntur hae. Tempore Initiorum] Vet. lib. *referuntur.* SIG. Consentiunt Berg. et Boend. *referuntur. Hoc tempore* Voss. Vox *caussae* deest in Leid.

Juvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt] Potuerunt quidem primo Athenas, et inde ad templum Cereris venisse. Sed quum Livius c. 14. hoc non dicat, non debuit Auctor Epit. de suo addere, quod ab imperitis harum rerum ita accipi posset, quasi templum Cereris, in quo sacra Initiorum agebantur, Athenis fuerit; quod utique falsum est. V. Meursii Eleusin. c. 6. DUK. *non initiaverant.* Boend. sollemni errore. V. ad 23, 29, 16. *erant initiati* Berg. et ed. Camp.

In sacrarium Cereris cum aliis pluribus suis intraverunt] *cum aliis popularibus suis* legendum. SIG. Praepositio *in* exsulat a Boend. Livius c. 14, 7. dixit *templum Cereris ingressi sunt.* Utrumque genus loquendi usitatum fuit. Sine praepositione *intrare domum* Livius supra dixit 6, 34, 9. ubi vide. Ab aliis praepositionem addi, docuit Cel. Burm. ad Suet. Caes. 18. et inprimis, quem laudat, Inl. Nic. Heins. ad Ovid. 7. Met. 492. (*Ita Epit. 103.) Plurium igitur testimonio adhaereo. Deinde *pluribus* servant Boend. et Norv. quorum etiam prior, mutato verborum ordine, *cum pluribus aliis suis* dedit. Cl. Jac. Perizonius in Animadv. hist. 9, 378. vel legit *cum aliis pluribus intraverunt*, vel *cum aliis intraverunt*, quia Livius c. 14. nulla *popularium* mentione facta, simpliciter dicit *cum cetera turba ingressi sunt.* Verum etiam alibi Auctor Epit. a Livio dissentit. Quum itaque reliqui codd. *popularibus* servent, et ea vox per compendium scripta *ppl'aribus* facile in *pluribus* corrumpi possit, Sigonii lectionem servavi; praesertim quum ex mente Perizon. insuper una, vel etiam duae voces, invitis omnibus scriptis et editis, ejiciendae forent.

Tamquam nefas summum commisissent, ab Atheniensibus caesi sunt] Vet. lib. *summum scelus.* DELRIUS. *summum nefas*, et *occisi sunt* Berg.

Digitized by Google

initiati erant, Athenas venerunt, et in sacrarium Cereris cum aliis popularibus suis intraverunt. ob hoc, tamquam nefas summum commisissent, ab Atheniensibus caesi sunt. Acarnanes, mortibus suorum commoti, ad vindicandos illos auxilium a Philippo petierunt. Paucis mensibus post pacem Karthaginiensibus datam, quingentesimo quinquagesimo anno ab urbe condita, quum Atheniensium, qui obsidebantur a Philippo, legati auxilium a senatu petissent, et senatus id censuisset ferendum, plebe, quod tot bel-

et Boend. quod posterius etiam est in ed. Camp. Eadem, illa mox *morte suorum*. Verum de voce *mortibus* v. Baluz. et Cuper. ad Inscriptionem libri *de Mortibus persecutorum*, et Weitz. ad Inscriptionem carminis *De Mortibus boum*. Ea utitur Lucan. 1, 302.

Vulneraque, et mortes, hiemesque sub Alpibus actae.

Silius 5, 669. *quae vulnera cernis, Quas mortes?* 14, 557.

Hinc clamor, gemitus illinc, mortesque, fugaeque.

Senec. 1. Nat. Quaest. 1. *In tantis erroribus es, ut existimes Deos mortium signa praemittere.* Oros. 2, 5. *Cessatum a mortibus non est.*

Ad vindicandum illos auxilium a Philippo petierunt] Vet. lib. *ad vindicandos illos.* SIG. Auctior est hac parte vet. lib. hoc modo: *auxilium a Philippo petierunt: Athenas oppugnaverunt: Athenienses auxilium a Romanis petierunt.* DELR. *ad vindicandos illos* etiam codd. mei, cum ed. Camp. Deinde *auxilia a Philippo* Leid. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Idem autem supplementum est etiam in meis, ita tamen, ut in paucis apicibus differant, hoc modo *petierunt*, (*petiverunt* Leid.) *et Athenas oppugnaverunt.* (*oppugnare coeperunt* Boend. *oppugnarunt* Exc. Pithoei) *Athenienses a Romanis auxilia* (vox *auxilia* deest in Voss. *auxilium a Romanis* legunt Boend. et Exc. Pithoei) *petierunt* Leid. Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Verum illa ex sequentibus efficta videntur.

Paucis mensibus post pacem Karthaginiensibus datam, quingentesimo quadragesimo anno ab urbe condita, quum Atheniensium] Restituendum est, ut post ostendam, *quingentesimo et quinquagesimo.* SIG. *Anno ab urbe condita quingentesimo quadragesimo primo et paucis mensibus post pacem Karthaginiensibus datam, a primo autem Punico ad secundum bellum finitum sexaginta tres anni fuerunt. Cum igitur legati Atheniensium* Leid. qui mox vocem

lorum continuus labor gravis erat, dissentiente, tenuit auctoritas Patrum, ut sociae civitati ferri opem populus quoque juberet. Bellum id P. Sulpicio consuli mandatum est: qui, exercitu in Macedoniam ducto, equestribus proeliis cum Philippo prospere pugnavit. Abydeni ab Philippo obsessi, ad exemplum Saguntinorum, suos seque occiderunt. L. Furius praetor Gallos Insubres rebellantes et Hamilcarem

legati omittit. *pacem Karthaginiensibus datam quingentesimo anno ab urbe condita pacis jam porta clausa fuit. ceptum autem anno CCCCCV° cum Atheniensibus* Boend. *Post pacem Karthaginiensibus datam quadringentesimo anno* (*D. anno* Exc. Pithoei) *ab urbe condita paucis mensibus porta Jani clausa* (tres ultimae voces desunt in Voss. et Berg.) *coeptum est autem anno* (*datum est aut* Voss.) *DV*(*CLV* Berg.) *cum Atheniensium* Voss. Berg. et Exc. Pithoei. *Post pacem Carthaginiensibus datam D. annò ab V. C. paucis mensibus porta Jani clausa. Coeptum est autem anno DV. cum Atheniensium* Norv. et edd. antt. Quam lectionem verbis Livii c. 5. adversari, Budaeus observat 5. de Asse p. 583. Ejus loco deinde Aldus substituit, quod tempore Sigonii vulgo exstabat in editis. Illam autem lectionem formasse videtur ad verba Livii ex c. 5, 1. ubi emendationem suam pluribus adstruit.

Et senatus id censuisset ferendum] *et id senatus ferendum censuissent* Leid. V. ad Epit. Liv. 26. *id senatus ferendum censuisset* Berg. omissa vocula *et*, quam interceperunt ultimae literae praecedentis vocabuli *petissent*, vel *petisset*. V. ad 37, 59, 1. *senatus et id censuisset ferendum* Boend.

Ut sociae civitati ferri opem populus juberet] *ut socias civitates ferre quoque opem juberet populus* Boend. *ut sociae civitati ferre quoque opem populus juberet* Norv. et pleraeque edd. vett. neque hinc differt Berg. nisi quod *judicaret*, pro *juberet*, perperam praeferat. *ferri opem populus quoque juberet* Leid. et ed. Frob. anni 1535. cum multis seqq. *ferendamque opem populus juberet* Voss. pro *ferendam quoque*, ut habet ed. Camp. V. ad 5, 27, 1. Horum auctoritate voculam *quoque*, quam demum ultima Gruteri ed. expunxit, restitui.

Exercitu ad Macedoniam ducto] Ita Gronov. anno 1665. edidit. Olim vulgabatur *in Macedoniam*. Quam lectionem, quia in eamdem etiam omnes codd. consentiunt, revocavi.

Et millia hominum triginta quinque] Livius [c. 21, 17.] *supra millia XXXV* edit. Ideo recte MS. *milia hominum XXXVI.* DELR. Pariter Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. et edd. ante Aldum. Quare id revocavi Paullo ante *eo in proelio* ed. Camp. *eo in bello* Norv. et edd. antt.

Digitized by Google

Poenum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Hamilcar eo bello occisus est, et millia hominum triginta sex. Praeterea expeditiones Philippi regis et Sulpicii consulis, expugnationesque urbium ab utroque factas, continet. Sulpicius consul, adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius praetor.

pro quo Gronov. *eo bello dedit*, adsentientibus scriptis. Deinde *caesus est* Voss. Similis varietas supra hac Epit. notata est.

Adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis, bellum gerebat] *bellum gerebat, adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis* Berg. Boend. et ed. Camp.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS PRIMUS.

1 I. Me quoque juvat, velut ipse in parte laboris
ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse.
2 nam etsi profiteri ausum, perscripturum res omnes
Romanas, in partibus singulis tanti operis fatigari
3 minime conveniat; tamen, quum in mentem venit,
tres

§. 4. *Quam occuparint quadringenti septuaginta octo anni a condita urbe*] Legendum *LXXXVIII anni.* Nam urbs Roma, authore Dionysio Halic. [1, 57. et 2, 78.] condita est Olympiade septima. Primum autem bellum Punicum coeptum est Olympiade centesima vicesima nona, authore Polybio l. 1, [5.] a quo numero si septem subtraxeris, ac reliquum per quatuor multiplicaveris, evenient anni 488. quanquam non sum nescius, Dionysium duobus ab hac supputatione annis differre a Polybio. Sed id non impedit hanc rationem. Quidam etiam libri in hac Livii praefatiuncula *XL.* habebant, pro *LX.* atque ita legisse videtur Budaeus 5. de Asse [p. 583.] qui error tamen in aliis emendatus est codicibus: at posterior, quem hic emendavimus, in omnibus male habet. Caeterum *aeque multa volumina* dixisse videtur, quia utrimque xv. id quod ex Flori epitome colligitur. GLAR. In vet. lib. est *LXXVIII anni.* mendose illud quidem, sed ita tamen, ut verae lectionis vestigia appareant. Est enim *V* in *X* vertendum, et duo *II* in *V*, ita ut legas *LXXXVI.* siquidem Ap. Claudius anno ab Urbe cond. ccccLxxxvi consul fuit, quemadmodum ex Livii sententia in Chronologia ostendemus, quem numerum depravavit, ut solet, Glareanus. †. „Glareanus negat, se depravasse numerum.“ †. SIG. *septuaginta octo* omnes mei, Crevierii Victor. et Hearnii L. 1. [Bamberg. Goelleri.] *septuaginta* edd. Camp. Parm. et, teste Crevierio, Andreae princeps. *CCCCLXXXVII*, quod nonnullos habere Hearnius auctor est, neque in scriptis, neque in excusis mihi obvium fuit. Glareano *CCCCLXXXVIII* emendanti favent Bobortell. in Convenient. Supput. Liv. c. 4. et Pighius in Annal. ad ann.

Digitized by Google

tres et sexaginta annos (tot enim sunt a primo Punico ad secundum bellum finitum) aequa multa volumina occupasse mihi, quam occuparint quadrin- 4
genti octoginta octo anni a condita urbe ad Ap. Claudium consulem, qui primus bellum Karthaginiensibus intulit; jam provideo animo, velut qui 5
proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem, ac velut profundum invehi, et crescere pene opus, quod prima quaeque perficiendo minui videbatur. Pacem Punicam bellum Macedonicum 6
excepit; periculo haudquaquam comparandum, aut virtute ducis, aut militum robore: claritate regum 7
antiquorum, vetustaque fama gentis, et magnitudi-

CCCCLXXXIX. p. 18. Haeret autem Budaeus 5. de Asse p. 582. Paullo ante vero §. praec. *tres et LX annos* omnes scripti, et edd. Rom. Camp. ac Parm. post eas demum librariorum errore *tres et XL annos* datum est. Mox *primum bellum* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 5. *Proximis litori vadis inducti*] *proximi litoris vadis* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. et Gaertn. *proximi litori vadis* Mead. ambo. [Bamberg. Goelleri.] *proximi litori undis* Lov. 1. *proximis litoris vadis* edd. principes. Vulgatum primum adparuit in ed. Mogunt. Mox *ac velut profundam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. Postea Ascens. anno 1513. *profundum* substituit, altera lectione in marginem rejecta. [*videat*; pro *videbatur* Bamb.]

§. 6. *Periculo haudquaquam comparandum*] Offendebar aliquando *τῷ periculo* ob ea, quae sequuntur, *aut virtute ducis, aut militum robore*: et volebam, *Punico haudquaquam comparandum*. Sed recte se habet vulgata; et sic Livius 35, [26, 3.] *Praeter Achaeorum sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio aequabat, ita rudis in arte navali erat*. J. FR. GRONOV.

§. 7. *Claritate regum antiquorum*] Vet. libr. *sed claritate*. SIG. Ita et Voss. ac Lov. 5. 6. Verum non utor liberalitate scribarum, qui passim hanc voculam, a Livio omissam, connectendae melius orationi interponere soliti sunt. V. ad 6, 32, 8.

Vetustaeque fama gentis] Facile fero, et satis agnosco vetustatem gentis Macedonicae; sed cui omnino non decedant Poeni ac Phoenices. Itaque magis placet scriptura Thuan. Voss. *vetu-*

Digitized by Google

ne imperii, quo multam quondam Europae, majorem partem Asiae obtinuerant armis, prope nobi-
8 lius. Geterum coeptum bellum adversus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius depositum erat, quum Aetoli et belli et pacis fuissent caussae.
9 Vacuos deinde pace Punica jam Romanos et infensos Philippo, quum ob infidam adversus Aetolos
10 aliosque regionis ejusdem socios pacem, tum ob

staque. Notavit eandem ex libro S. Victoris Henr. Valesius. 25, 24, 11. *Illacrimasse dicitur partim gaudio tantae perpetratae rei, partim vetusta gloria urbis.* 35, 12, 11. *Vetusta regum Macedoniae fama, peragratusque orbis terrarum victoriis ejus gentis.* Nempe omnia respiciunt Magnum Alexandrum. 9, 43, 5. *Vetusta gentis gloria.* ut nuper illic restitutum. JAC. GRON. *fama gentis vetustae*, ut *gloria veteris prosapiae* apud Justin. 4, 6. et Virg. 1. Aen. 642.

Per tot ducta viros antiquae ab origine gentis.

ubi plures codd. *antiqua ab origine.* Malim tamen cum Cl. Gronov. *vetustaque fama*, quod quum in Lov. 1. 2. 4. 5. 6 et Mead. utroque, similiter invenerim, vulgato praetuli. *vetustateque* legit Gaertn. duplici lectione juncta. Infra c. 7, 9. *Argosque ipsos, non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi, nobilitatos.* 37, 51, 9. ex emendatione Rubenii. *Literae non tantum gaudium ab recenti metu adtulerunt, quam a veteri fama.* Justin. 14, 5. *Urbem, contra veterem majorum gloriam, armis diffisi, murorum praesidio includunt.* 28, 4. *Quum hi pro vetere Macedonum gloria certarent.* 29, 3. *Terrebat eos et vetus Macedonum virtus, et devicti orientis gloria.* 30, 4. *Nec Macedonas veteri fama, sed praesentibus viribus aestimandos.* et ibid. *Ferentesque in bellum alii majorum suorum antiquam et obsoletam gloriam.* Lucan. 5, 52.

— — famae veteris laudantur Athenae.

Multa quondam Europae, majorem partem Asiae] Vet. lib. *majoremque.* SIG. Ed. Mogunt. *multam quondam Europae, majorem.* MOD. Adjecit copulam Sigonius, cujus hic nulla necessitas. Debuit autem scire, in omnibus ab Andrea vulgatis ad Frobenium legi: *multam quondam Europae, majorem partem Asiae.* Quod etiam notavimus in Barberinis membranis. Et hoc esse Livii, confirmat locus a nobis restitutus 27, 40, 4. *Quum in Hispania alia super aliam clades, duobus egregiis ducibus amissis, ex parte delesset multa.* ubi v. notas. Cicero ad Atticum 3, 20. *Intelligo te multas partes salutis meae et suscipere, et posse sustinere.* 4. ep. 16. *Miram securitatem videbis, cujus plurimae, mehercule, partes in tuo reditu.* Polyaenus 4, [6, 12.] de Antigono: πολὺ μέρος τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ κατέδυρεν. 45, [9, 2.] *Idemque finis in-*

Digitized by Google

auxilia cum pecunia nuper in Africam missa Hannibali Poenisque, preces Atheniensium, quos agro pervastato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum.

II. Sub idem fere tempus et ab Attalo rege, et 1
Rhodiis legati venerunt, nunciantes, Asiae quoque civitates sollicitari. His legationibus responsum est, 2
curae Asianam rem senatui fore. Consultatio de Ma-

eliti per Europae plerumque, atque Asiam omnem regni. J. FR. GRON. *multam quondam Europae* Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Horat. 3. od. 30, 7. *multaque pars mei Vitabit Libitinam.* 2. Serm. 7, 7. *pars multa natat, modo recta capessens, multum quondam Europae* Lov. 6. a m. 2. quum *multam* antea scriptum fuisset. *multa quondam Europae* reliqui; [Bamb.] quae et ipsa lectio haud temere spernenda est. V. ad 37, 58, 8. Deinde *majoremque* Lov. 2. 5. 6. et Voss. Sed praeferenda est reliquorum scriptura, qui copulam ignorant.

§. 8. *Coeptum bellum adversus Philippum decem ferme ante annis*] Duodecim anni sunt, quando inceptum bellum adversus Philippum, anno videlicet quinto secundi belli Punici, ut 24, [40.] fatetur Livius. At cum Aetolis factum foedus est initio anni noni ejusdem belli, a quo sunt anni ferme decem ad haec tempora. Videtur lapsus memoria Livius, quanquam in re non admodum magna. GLAR. *duodecim* dicit Glareanus, et Livium memoria lapsum suspicatur. Sine causa. Sententia est: bellum adversus Philippum triennio prius, quam pax cum Carthaginiensibus fieret, depositum erat, quum decem ferme ante annis coeptum fuisset. Motum fuerat A. V. ıɔxxxix. depositum A. V. ıɔxlviii. V. 24, 40. et 29, 12. DUK. V. Petav. 1. Ration. l. 4, 8. Mox *fuissent caussae* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 2. omnesque edd. usque ad Heinsii Elzev. quae prima *caussa* dedit, quod Gronov. aliique post eam recentiores servarunt; ego alterum revocavi. Tota illa vox omittitur in Lov. 5. [*caussae* Bamb.]

§. 10. *Excitaverunt ad renovandum bellum*] Ed. Mogunt. *ad innovandum bellum.* MOD. Similiter omnes typis descripti usque ad Frob. qui anno 1535. *renovandum* substituit. Et ita plerique codd. quorum nullus priscis edd. favet. *ad rōnum bellum* Voss. *ad Macedonicum bellum* Lov. 2. 5. et 6. Paullo ante *tum ob auxilia, tum pecuniam nuper in Africam missam* Voss. *tum ob auxilia, tum ob pecuniam nuper in Africam missam* Lov. 2. 5. et 6. Nihil muto. Pecunia eodem tempore missa erat, quo auxilia. V. 30, 26. et 42.

§. 2. *Ad consules, qui tunc in proelio cum Bojis erant*] Falsa et palam nugatoria lectio. Non consulum uterque provinciam illam habuit, sed solus P. Aelius Paetus, altero Cn. Cornelio Lentulo Siciliam sortito. Quod vero illud nobile *proelium?* aut quomodo convenit, quod mox

Digitized by Google

cedonico bello integra ad consules, qui tunc in
3 proelio cum Bojis erant, rejecta est. Interim ad
Ptolemaeum Aegypti regem legati tres missi, C. Claudius Nero, M. Aemilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus: ut et adnunciarent victum Hannibalem Poenosque, et gratias agerent regi, quod in rebus dubiis, quum finitimi etiam socii Romanos desererent,
4 in fide mansisset; et peterent, ut, si coacti injuriis bellum adversus Philippum suscepissent, pristinum

dicit auctor, nihil memorabile gestum a consule, nisi quod populatus sit Bojorum fines, et cum Ingaunis Liguribus foedus icerit? Sed et libri dubii admodum et variantes inter se suspicionem augent. Oxonienses membranae, *qui tum in proelio neis erant.* Barberinae et Naudaeanae, *qui tunc in proelio Bojis erant*, omissa praepositione *cum*. Unde probabiliter Al. Rubenius, *qui tunc in provinciis erant.* J. FR. GRON. *in proelio Bojis erant* etiam Lov. 1. 4. et Hearnii L. 1. Gronovius in pr. ed. not. conjecerat *ad consulem P. Aelium, qui tunc in Bojis erat.* Quod, nimium a vulgato recedens, recte in iteratis curis tacite damnasse videtur. Rubenii conjectura etiam Crevierio haud displicuit. [*curae eam rem s. f.* et *qui tunc in provinciis erant* Bamb.]

§. 3. *P. Sempronius Tuditanus*] *proconsul Sempronius* Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. a m. 1. et Voss. sollemni errore. V. ad 28, 16, 14. *Cn. Sempronius* edd. ante Aldum. Ex tribus his legatis C. Claudius Nero consul fuit, supra 27, 34. et censor 29, 37. M. Aemilius Lepidus praeturam gessit. V. 24, 43. At nullus alius circa haec tempora P. Sempronius Tuditanus memoratur, quam qui censor fuit 27, 11. et consul 29, 11. Hunc tamen intelligendum, verisimile non est. Tum enim ante Aemilium Lepidum memoratus fuisset, qui tantum praetorius erat. Praeterea circa haec tempora trium legatorum, qui ad reges aut populos foederatos a senatu mittebantur, unus consularis esse solebat, alter praetorius, tertius nullo adhuc honore functus. Id autem hic neglectum fuisset, si P. Sempronius consularis ac censorius intelligendus foret. Vel igitur alius atque ab eo diversus P. Sempronius Tuditanus fuit, qui postea ad honores non pervenit: vel legendum est *C. Sempronius Tuditanus*, ut innuatur is, qui praetor memoratur 32, 27. Mox prior copula *et* exsulat a Voss. [Bamb.] Lov. 2. 5. et 6. a m. 1. qui postremus etiam praefert *nunciarent.* [Bamberg. qui etiam mittit *in fide mansisset.*]

§. 4. *Erga populum Romanum conservaret*] Mogunt. ed. *erga Romanos.* MOD. Ita non illa tantum, verum omnes insuper edd. legunt usque ad Aldum, qui vulgatae lectionis auctor exstitit, consentientibus omnibus scriptis, quibus utor. Mox §. seq. *Eodem ferme tempore* Lov. 5. V. ad 37, 38, 5. *Eodemque tem-*

Digitized by Google

animum erga populum Romanum conservaret. Eo- 5
dem fere tempore P. Aelius consul in Gallia, quum
audisset a Bojis ante suum adventum incursiones in
agros sociorum factas, duabus legionibus subitariis
tumultus ejus caussa scriptis, additisque ad eas qua- 6
tuor cohortibus de exercitu suo, C. Oppium prae-
fectum sociûm hac tumultuaria manu per Umbriam
(quam tribum Sappiniam vocant) agrum Bojorum
invadere jussit. ipse eodem, aperto itinere, per me-

pore Hearnii L. 1. qui etiam *in agrum sociorum* exhibet.

§. 6. *C. Appium praefectum sociûm*] Vet. lib. *Cn A Popium.* Ego *C. Oppium.* *Oppius* enim gentis nomen est, *Appius* praenomen. SIG. Hunc Pighius, nescio qua auctoritate, A. V. 101. tribunum plebis fuisse scribit. DUK. *Consulampium* Lov. 1. 4. *consulem Appium* Lov. 2. 5. *consul Appium* Lov. 6. a m. 1. *C. Appium* a m. 2. quod etiam est in Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *Coppium* Mead. 2. *Cn. A. Popium* Voss. qui et infra *A. Popius*, pro *Appius* vel *Oppius*, legit; id autem ex duplici lectione *Appium* et *Oppium* juncta ortum esse videtur. Solent eaedem illae voces et alibi a scribis confundi. V. ad Epit. Liv. 78. et Col. Burm. ad Suet. Caes. 52. Ceterum vulgatum adversus Sigonium defendit Just. Rycquius Cent. 2. epist. 3. Praeterea *praefectum suum* Lov. 2. 5. et 6. a m. 1.

Quam tribum Sappiniam vocant] De hac rursus est 33, 37, 1. *L. Furius Purpureo, alter consul, per tribum Sappiniam in Bojos venit.* Non idem de ea sentiunt viri docti. Gruchius 2. de Comit. Roman. 1. unam e XXXV tribubus Romanis facit, et, ut numerus tribuum constet, Horatiam, quam Sigonius 1. de Ant. jur. civ. Rom. 3. Panvin. de Civit. Rom. c. 50. et Manut. de Civit. Rom. p. 10. tom. 1. Thes. Graev. inter triginta quinque tribus numerant, earum numero excludit. Sigonius et Manutius in recensendis nominibus tribuum Romanarum Sappiniam praetereunt. Panvinius autem c. 51. eam inter tribus extra numerum ponit. Non possum mihi persuadere, tribum Romanam fuisse, eo quod id neque ex duobus his locis Livii satis perspicuum est, neque usquam alibi illius nomen inventum est; et suspicor ab Umbris hoc nomine appellatam fuisse partem Umbriae Bojis vicinam, quemadmodum 9, 41, 15. aliam partem Umbriae *plagam Materinam*. Ita hic *per Umbriam, quam tribum Sappiniam vocant.* et 33, 37, 1. *per tribum Sappiniam* esset per eam partem Umbriae, quam Umbri *tribum Sappiniam* vocant. Et sic accepit Cluverius 2. Ital. ant. 6. DUK. Doujatius ad h. loc. testatur, nisi Livius tribum hanc ad Umbriam retulisset, sese creditum fuisse, *Sepiniam* adpellandam esse a Sepino Samnii urbe. Infra vero ad 33, 37, 1. ubi Livius ejusdem tribus meminit, *per tribum Sapiniam* edi curavit, et indicari monuit Umbriam,

Digitized by Google

7 dios montes duxit. Oppius, ingressus hostium fines, primo populationes satis prospere ac tuto fecit. delecto deinde ad castrum Mutilum satis idoneo loco, ad demetenda frumenta (jam enim maturae erant 8 segetes) profectus, neque explorato circa, nec stationibus satis firmis, quae armatae inermes atque operi intentos tutarentur, positis, inproviso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumventus. 9 Inde pavor fugaque etiam armatos cepit. Ad septem millia hominum palata per segetes sunt caesa: inter 10 quos ipse C. Oppius praefectus. ceteri in castra metu compulsi, inde sine certo duce consensu militari proxima nocte, relicta magna parte rerum suarum, 11 ad consulem per saltus prope invios pervenere. qui, nisi quod populatus est Bojorum fines, et cum In-

ubi Sapis fluvius: in quo praeivit Cluverius 2. Ital. ant. 6, 623. qui etiam *tribum Sapiniam* vocat, et per eam intelligit Umbriae partem circa Sarsinam, Sapi flumini adpositam. Ceterum *Sabiniam* legit Lovel. 6. *Sabiam* Gaertn. *Sabinam* Mead. 2. *Sabiniam* Mead. 1. [*Sapiniam* Bamberg.]

Per montes duxit] Vet. lib. *per medios montes*. SIG. *To medios* non est in libro Mogunt. MOD. Vocem a Sigonio additam ignorant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque Gaertn. et apud Crevierium Victorin. [Bamberg.]

§. 7. *Delecto deinde ad castrum Mutilum satis idoneo loco*] *derelicto deinde* Lov. 2. 5. et 6. a m. 1. Deinde *ad castrum militum* Gaertn. [Bamb.] *ad castrum Mutillum* Voss. Lov. 6. et edd. Camp. ac Parm. *ad castrum Muttillum* Lov. 1. 2. 4. *ad castrum Mittilum* Mead. 1. *ad castrum Mitilium* Mead. 2. De situ hujus castri v. Cluver. 1. Ital. ant. 28, 279. Tum, *satis* alios omittere, Hearnius monuit, quam tamen vocem servant omnes, quos vidi, typis et calamis exarati. Mox *ad demetendas, jam enim maturae erant, segetes profectus* Lov. 2. 5. 6. Paullo post §. 9. *interfectus*, pro *praefectus*, Lov. 2. 5. 6. et Voss.

§. 10. *Ad consulem per saltus prope invios pervenere*] *ad consulem prope Bojos pervenere* Voss. *ad consulem prope imos montes pervenere* Lov. 2. *ad consules prope unos montes pervenire* Lov. 5. Paullo ante *metu propulsi* edd. ante Aldum.

§. 11. *Cum Ingaunis Liguribus foedus icit*] *foedus inierit* Lov. 6. in contextu. *foedus jecit* in margine: quod idem in contextu habent Lov. 1. 4. 5. et Mead.

Digitized by Google

gaunis Liguribus foedus icit, nihil, quod esset memorabile, aliud in provincia quum gessisset, Romam rediit.

III. Quum primum senatum habuit, universis po- 1
stulantibus, ne quam prius rem, quam de Philippo
sociorumque querelis, ageret; relatum extemplo est:
decrevitque frequens senatus, ut P. Aelius consul, 2
quem videretur ei, cum imperio mitteret, qui, clas-
se accepta, quam ex Sicilia Cn. Octavius reduceret,
in Macedoniam trajiceret. M. Valerius Laevinus 3
propraetor missus, circa Vibonem duodequadragin-
ta navibus ab Cn. Octavio acceptis, in Macedoniam
transmisit. ad quem quum M. Aurelius legatus ve- 4
nisset, edocuissetque eum, quantos exercitus, quan-
tum navium numerum comparasset rex, et quemad- 5

uterque, [Bamb.] cum ed. Camp. De locutione *icere foedus* v. ad 1, 25, 1.

§. 3. *M. Valerius Laevinus propraetor missus*] Ex privato scilicet: nam nullus hoc nomine praetor aliquot annis fuerat. Pighius ad A. V. DCLII. putat, fuisse M. Valerium Laevinum, cujus in superioribus libris frequens mentio est; *quamvis*, ait, *consularis esset, et antea saepius proconsul majus imperium obtinuisset*. Poterat sane caussa esse, cur hic potissimum cum classe in Macedoniam mitteretur, quod ei, ut qui antea diu in Graecia fuisset, et bellum cum Philippo gessisset, res Graecorum et Macedonum notissimae erant. Dubito tamen, an potius intelligendus sit hujus filius, quem infra c. 50, 4. memorat, isque extra ordinem ex privato pro praetore, ut saepe alii, ad classem missus fuerit. Pater ejus dudum summis in republica honoribus functus, multis rebus gestis clarissimus, magnaeque in senatu auctoritatis erat, ex cujus dignitate non videtur fuisse, ut *a consule* ad classem *pro praetore* mitteretur; quod in tantae dignitatis viris fortassis sine exemplo est. DUK. *Laevinus proconsul praetor missus* Lov. 5. *Laevinus proconsul pr. missus* Lov. 1. 2. 4. *Laevinus proconsul praemissus* Lov. 6. *Laevinus proconsul missus* Mend. ambo, et Gaertn. Praeterea *in Macedoniam traduceretque milites. Valerius* Voss. a m. 1. *in Macedoniam trajiceretque milites. Valerius* Voss. a m. 2. et Lov. 2. ac 5. *in Macedoniam trajiceret milites. Valerius* Lov. 6. a m. 1. Mox *duo XL navibus* Hearnii L. 1. Deinde *in Macedoniam trajecit*, pro *transmisit*, edd. ante Aldum.

§. 4. *Quantos exercitus, quantum navium numerum*] *quan-*

Digitized by Google

modum circa omnes non continentis modo urbes, sed etiam insulas, partim ipse adeundo, partim per
6 legatos, conciret homines ad arma; majore conatu Romanis id capessendum bellum esse, ne, cunctantibus iis, auderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno esset; haec eadem scribere Aurelium consulibus et senatui placuit.

1 IV. Exitu hujus anni quum de agris veterum militum relatum esset; qui ductu atque auspicio P. Sci-
2 pionis in Africa bellum perfecissent; decreverunt

tumque navigii numerum Lov. 2. et 6. Verum ἀσύνδετον hoc Livio placuit. V. ad 29, 37, 7. *quantive navigii numerum* Lov. 6. Mox §. seq. *non continentes modo urbes* Voss. Lov. 2. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *concitet ad arma*, pro *conciret*, Voss. et Gaertn. Male. V. ad 8, 17, 2. Solent autem *concire* et *concitare* commutari. V. ad 9, 37, 1.

§. 6. *Haec eadem scribere Aurelium*] *haec scribere* Voss. et Lov. 2. 5. 6. *haec scribere eadem* Lov. 1. 4. [Bamb.] et editi ante Aldum. Paullo ante *majore conatu Romanis ad capessendum bellum opus esse* Lov. 1. 4. *ad capessendum bellum esse* Lov. 2. 5. 6. Voss. Mead. 2. et Gaertn. Deinde *ausus* deest in Lov. 2.

§. 1. *Ductu atque auspicio proconsulis Scipionis in Africa bellum perfecissent*] In veteribus libris est fere *proconsulis Scipionis*, pro *P. Scipionis*; idque non hoc loco solum, sed passim. Itaque *P. Scipionis* restitue. SIG. Ita peccant hoc loco Lov. 1. 2. 4. 5. et 6. a m. 2. V. ad 28, 16, 14. *auspicio P. C. Scipionis* Lov. 6. a m. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Legendum itaque videri posset *P. Cornelii Scipionis*, nisi *P. C.* potius natum sit ex vitiosa lectione *proconsulis*. Certe mox §. 3. *Proconsul*, vel *Proconsules Servilius*, pro *P. Servilius*, legunt Lov. 1. 2. 4. 5. 6. a m. 1. cujus loco *P. C. Servilius* est in Lov. 6. a m. 2. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Tum *in Africam bellum* Voss. Lov. 2. 5. 6. a m. 1. et Harl. V. ad Epit. Liv. 21. [*bellum* omittit Bamb.]

§. 2. *Quod ejus publicum populi Romani esset*] *quod jus publicum* Lov. 6. *quod ejus publicus* Lov. 5. *quod is publicus* Harl. et typis descripti usque ad Froben. qui recte id, quod nunc vulgo exstat, anno 1535. recepit. *quod ejus* est, quae pars ejus agri. V. ad 5, 34, 5. et 8, 37, 8. (* 38, 54, 4. 39, 7. 5.) Deinde *publicae rei esset* Lov. 1. 2. 4. 5. et Voss. Male. Cicero diceret *quod ejus populus Romanus possideret*. Ita Orat. 3. Agr. 4. *Silvam Scantiniam vendis. Populus Romanus possidet. defendo. populo Romano esset* Lov. 6. [*publicum pr.* Bamb.] Sed formulam *publicus populi Romani* inlustrat Gronov. 4. Obs. 14. p. 224. Alibi saepe *P. R.* id est *populus Romanus*, abiit in *publica res*, vel

Digitized by Google

Patres, ut M. Junius praetor urbis, si ei videretur, decemviros agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum populi Romani esset, metiendo dividendoque crearet. Creati P. Servilius, Q. Caecilius Metellus, 3
C. et M. Servilii, (Geminis ambobus cognomen erat) L. et A. Hostilii Catones, P. Villius Tappulus, M. Fulvius Flaccus, P. Aelius Paetus, Q. Flaminius. Per eos dies, P. Aelio consule comitia habente, crea- 4
ti consules P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Praetores exinde facti, Q. Minucius Rufus, L. Fu-

respublica. V. ad 22, 87, 12. Paullo ante *praetor urbanus* Voss. et Hearnii L. 1. Sed v. ad 25, 1, 11.

§. 3. *L. et A. Hostilii Catones*] In praenominibus nihil mutant codd. mei. Sed *L. et Apius* praefert Hearnii L. 1. *L. et M.* edd. ante Froben. anni 1535. *A. et C. Hostilii Catones praetores* memorantur supra 27, 35, 1. unde certe errasse patet virum doctum, qui ad marginem ed. Ven. anni 1495. aliarumque monuit, videndum esse, num legendum sit *Cantones*. Alibi etiam apud Livium *Cato*, gentis Hostiliae cognomen, obcurrit. Paullo ante *Geminus ambobus cognomen erat* Lov. 5. Male. V. ad 1, 1, 3. 4. 2. et 7, 2, 6.

P. Julius Apulus] Hunc et in praetura [29, 38, 4.] et post in consulatu [31, 49, 12.] *P. Villium Tappulum* scripti codices constanter appellant, hominem plebejum et nihil ad gentem Juliam pertinentem. GELEN. Passim in nomine et cognomine hoc aberrarunt librarii, *Julius* pro *Villius* et *T. Apulejus T. Appulus*, vel simile quid, pro *Tappulus* exhibentes. De priori lapsu v. ad 40, 44, 1. Posterioris exempla obcurrunt 25, 2, 9. 29, 38, 4. 31, 49, 12. et alibi. Veram scripturam a Gelenio restitutam esse, probant Fasti Capit. anno IDLIV. Mox *Quintius Flaminius* Voss. et Gaertn. *Q. Flamininus* Hearnii N. qui favent conjecturae Pighii in Ann. ad A. V. IDLII, 237. *T. Quintius Flamininus* legendum censentis. [ut est in Bamb.]

§. 4. *P. Aelio consulam comitia habente*] Vet. lib. *consularia comitia*. Placet tamen, ut legatur *P. Aelio consule comitia habente consules facti*. sic enim alias. SIG. Immo *consule*. non enim consularibus modo, sed et aliorum magistratuum comitiis praefuit. J. FR. GRON. *consule* Lov. 2. 5. et 6. a m. 1. quod recte Caevier. ex Victor. suo recepit. Error inde ortus est, quod per compendium *Cons.* vel *cos.* scriptum fuerit. V. ad 10. 10, 2.

Ser. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta] Mirum, quod Sulpicio Galbae consuli praenomen mutatum, et ex *Publio Servius* factus, cum non solum Florus [Epit. Liv. 31.] *Publium* vocet, sed etiam in omnibus typis excusis editionibus is ipse Galba ubique, praeterquam in consulatu, *Publius* praenominetur.

Digitized by Google

rius Purpureo, Q. Fulvius Gillo, Cn. Sergius Plan-
5 cus. Ludi Romani scenici eo anno magnifice adpa-
rateque facti ab aedilibus curulibus, L. Valerio
6 Flacco et L. Quinctio Flaminino. biduum instauratum
est. frumentique vim ingentem, quod ex Africa P.
Scipio miserat, quaternis aeris populo cum summa

GELEN. Plerique codd. prioris consulis praenomen *Publius* servant. Pauci alii pro *P.* legunt *Proconsul.* In edd. primi Moguntini *Ser.* dederunt, quod recte Gelenio displicuit. Ejus autem emendationem Fasti Capit. probant. Idem error infra committitur 34, 44, 6. Eidem Galbae secundi consulatus notam addendam censet Pighius Annal. ad A. V. ıɔLIII, 242. Primum enim consul fuit anno V. ıɔXLII. supra 25, 41, 11. Verum, Livium repetiti honoris notas saepe omisisse, vidimus ad 2, 16, 7. Deinde *Cn. Aurelius* Voss. et editi ante Mogunt. qui recte *C. Aurelius* substituerunt, consentientibus Fastis Capit. Emendato *P. Sulpicius, C. Aurelius consules* infra memorantur 42, 34. 4.

§. 5. *Et T. Quinctio Flaminio*] Restituo *L. Quintio Flaminino. Lucio*, quia *T. Quinctius* numquam aedilitatem cepisse post a Livio [32, 7.] et a Plutarcho [in Flamin. p. 369.] traditur. *Flaminino* ex Capitolinis tabulis et ex ratione cognominum. Ut enim a *censore Censorinus*, ab *augure Augurinus*, sic a *flamine Flamininus* orta cognomina sunt. SIG. *T. Quintio Flam.* Voss. et alii. Pighius T. hunc Quinctium quaestorem nescio quem fingit p. 208. Postea hoc anno aedilem curulem facit 237. J. FR. GRON. *Tito*, vel *T. Quintio* omnes mei, et Hearnii L. 1. [Bamberg.] quam lectionem Pighius in Ann. ad A. V. ıɔLII. p. 237. firmavit fide nummi, edita a Goltzio in Fast. cum hac inscriptione ab altera parte *AED. CVR.* ab altera *T. FLAMIN. T. F. L. FLAC. P. F. EX. S. C.* quem ad annum ıɔLV. quo Flamininus, et ıɔLVIII. quo Flaccus consules fuerunt, idem Goltz. retulit, sed Pighius ad aediles curules hujus anni referendum docuit, et quidem ad factum eorum, quo *frumenti vim ingentem quaternis aeris populo cum summa fide et gratia diviserunt*, ut Livius verbis seqq. narrat. V. etiam Spanhem. de Praest. et usu numism. diss. 10, 161. Ne quis autem Goltzium nummi excusi literas male excepisse, et pro *L. Flaminin.* perperam *T. Flaminin.* dedisse putet, addit, se plures ejusdem cunei et characteris nummos vidisse. Quum igitur Livius T. Quinctium, qui anno ıɔLV. consul fuit, consulatum ex quaestura petiisse narret, T. Quinctius Flamininus hujus anni aedilis curulis ab eo diversus esse debuit.

§. 6. *Biduum instaurati sunt*] Oxon. Barberin. Petav. Naud. Florent. Venetaeque membranae, Vossianus chartaceus consensu uno *biduum instauratum est.* Deque eo dictum ad 2, 36, 1. Infra hoc libro [an c. 50, 1.] *Et ludos Romanos magno apparatu fecerunt: biduum instaurarunt.* J. FR. GRON. Vulgatum *instaurati sunt* in uno tan-

Digitized by Google

fide et gratia diviserunt. Et plebeji ludi ter toti in- 7
staurati ab aedilibus plebis, L. Apustio Fullone et Q. Minucio Rufo: qui ex aedilitate praetor creatus erat. et Jovis epulum fuit ludorum caussa.

V. Anno quingentesimo quinquagesimo ab urbe 1
condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio consulibus,

tum meorum Harl. inveni *instaurati* legunt Lov. 2. 5. 6. ex reliquis nihil in excerptis notatur: quos propterea *instauratum est* exhibuisse existimo, quod Hearnius etiam de suis L. 1. et N. testatur.

Proconsul Scipio miserat] P. *Scipio*, ut dixi [hoc cap. §. 1.] alioquin *Scipio proconsul* dixisset. SIG. Similiter legit Contaren. de Frument. Rom. largit. c. 1. eademque lectio superesse videtur in Voss. *ex Africa P. C. Scipio miserat* praeferunt Lov. 6. Mead. 1. et Gaertn.

§. 7. *Et plebeji ludi ter toti instaurati*] Vocula *Et* exsulat a Lov. 2. et 6. Deinde neque *τὸ ter* conspicitur in Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui recte eam voculam interposuit. V. ad 30, 39, 6.

Ex aedilitate praetor creatus erat] *ex aedilitate publicae rei*, vel *p. rei creatus erat* Lov. 2. 5. et Voss. Error natus est ex compendio *Pr.* quo vox *praetor* scribebatur. Alia exempla v. ad cap. seq. §. 5. c. 8, 9. ad Epit. Liv. CXVIII. et alibi. Ceterum ex hoc loco infert Doujatius, aediles ludos edidisse non initio magistratus sui, sed anno disinente; non aliam, ut videtur, ob caussam, quam quia Livius ejus rei in fine anni mentionem facit. Quasi vero non ex kalendario marmoreo apud Gruter. p. CXXXIII constet, ludos plebejos editos esse mense Nov. et quidem XVII. Kal. Dec. ac biduo sequenti. Hinc natalis Tiberii Imp. in plebejos Circenses incurrere dicitur apud Suet. ej. vit. 26. quem XVI. Kal. Dec. id est die secundo ludorum plebejorum, natum docuerat ibid. c. 5. Aediles autem plebis, quemadmodum et alii, praeter tribunos plebis, magistratus honorem hoc tempore inierunt Idibus Martiis.

§. 1. *Anno quingentesimo quadragesimo ab urbe condita*] Hic locus egregie corruptus est, ideoque et magni nominis viros haud immerito torsit: inter quos Budaeus est, nostra aetate non modo Galliae nostrae, sed universi orbis Christiani decus et ornamentum. At is locus ex praefatione (si quidem illa emendate legatur) facile restitui potest, ad hunc modum. Si enim ab urbe condita ad App. Claudium consulem, qui primus Carthaginensibus bellum intulit, sunt anni CCCCLXXXVIII. ut ipsi jam ostendimus [ad c. 1, 4.] et a primo Punico ad secundum bellum finitum LXIII, emerget summa 1211. annorum: quibus si addatur annus, quo pax facta est cum Carthaginensibus, erit tum hic sequens annus quingentesimus quinquagesimus tertius, quamquam alii quartum numerent, id quod non repugnat Livio: quippe qui primum bellum Punicum durasse dicat annos XXIV. deinde pacem fuisse cum Carthaginensibus an-

Digitized by Google

bellum cum rege Philippo initum est, paucis mensi-
2 bus post pacem Karthaginiensibus datam. Omnium primum eam rem Idibus Martiis, quo die tum consu-
3 latus inibatur, P. Sulpicius consul retulit: senatusque decrevit, uti consules majoribus hostiis rem divinam facerent, quibus Diis ipsis videretur, cum
4 precatione ea: *Quam rem senatus populusque Romanus de republica deque ineundo novo bello in animo haberet, ea res uti populo Romano, sociisque, ac nomini Latino, bene ac feliciter eveniret:* secun-

nos XXIII. hoc vero secundum Punicum bellum durasse annos XVII. quos numeros si addideris, emergent anni non tres, ut ipse ait, sed quatuor ac sexaginta, non etiam commemorato, quo pax data est Carthagini. Ego vero in uno duntaxat anno nullam facio difficultatem; cum Pliniana supputatio ab Dionysii magna ex parte duobus distet annis. Quare hoc loco legendum *Anno quingentesimo quinquagesimo quarto ab urbe condita.* GLAR. Vet. lib. *Anno quingentesimo quadragesimo.* Placuit autem Glareano, ut legeretur *quingentesimo quinquagesimo quarto.* Quod pro *quadragesimo* restituat *quinquagesimo*, laudo. quod addat *quarto*, non possum non improbare. Cur ita sentiam, causa exstabit in Chronologiae Scholiis. Porro autem non *quingentesimo quinquagesimo*, sed *quingesimo quinquagesimo* legendum arbitror. Hac in re ducem sequor Priscianum, qui libro de Numeris [p. 1352.] *quingesimum*, pro *quingentesimo*, dictum esse scribit a Livio lib. ab urbe condita XXXI. SIG. *Anno quingentesimo quadragesimo* Lov. 2. 5. 6 Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. *Anno quingentesimo quadragesimo primo* Voss. *Anno quingentesimo quadragesimo uno* Hearnii N. (Bamberg.) *Anno quingentesimo quinquagesimo secundo* legendum censet Dodwell. in Chronol. Graeco-Rom. quae Dionys. Halic. subjungitur, p. 52. eamque emendationem probarunt Clericus et Crevierius.

§. 2. *Omnium primum eam rem*] Forte *primum*. J. FR. GRONOV. V. ad 6, 11, 7. Conjecturam hoc fundamento niti credo, quod *primum omnium*, et *jam primum omnium* fere ita dicuntur, ut *deinde* vel *tum* sequantur, sive expressa, sive supplenda. Est tamen, ubi neutrum exprimatur, aut supplendum sit. Liv. 3, 19, 12. *Jam primum omnium, Quirites, in Volscos et Aequos mihi atque collegae legiones ducere in animo est.* DUK. *Omnium primus*, vel *Omnium primi* saepe apud Livium obcurrit. V. exempla 33, 34, 1. 37, 43, 8. 39, 37, 10. 40, 34, 5. 38, 9. et 42, 59, 2. Hic tamen omnes codd. in vulgatum consentiunt, nisi quod vox *Omnium* perperam neglegatur in Lov. 2. et 5. V. ad 5, 51, 6. Similiter *de nulla re prius retulerunt*, non *priore*, 26, 2,

Digitized by Google

dam rem divinam precationemque, ut de republica deque provinciis senatum consulerent. Per eos dies 5
opportune irritandis ad bellum animis, et literae a M. Aurelio legato, et M. Valerio Laevino propraetore adlatae: et Atheniensium nova legatio venit, quae regem adpropinquare finibus suis nunciaret: brevi- 6
que, non agros modo, sed urbem etiam in ditione ejus futuram, nisi quid in Romanis auxilii foret. Quum pronunciassent consules, rem divinam rite 7
perfectam esse, et precationem admisisse Deos aru-

5. et *nulla prius acta res* 37, 1, 1.

§. 3. *Senatusque decrevit, uti consules*] Ita primus Frobenius anno 1535. edidit. Priores legebant *ut ii consules*. Scripti mei *ut hi*, vel *ut hii consules*. V. ad 30,41,4. [*quibus ipsis Diis* Bamb.]

§. 4. *Quam rem senatus*] Cl. Valesius ex MS. Vict. notat. *quod senatus*. Et hoc pacto eam formulam expressit Liv. 36, 1, 2. 43, 17, 2. *Ne quis ullam rem in bellum magistratibus conferret, praeterquam quod senatus censuisset*. ubi eadem varietas. JAC. GRON. *Quod senatus* Lov. 2. 5. 6. et Harl. [Bamb.] *Quid senatus* Lov. 1. et 4. *Quidem senatus* Voss. Gaertn. et Mead. 1. *Quae senatus* Mead. 2. *Quam senatus* edd. princ. *Quam rem senatus* subfitiuit demum Ascens. anno 1513. Mox *in animo haberent* Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 5. *Per eos dies opportune*] *Per eosdem dies* Voss. V. ad 10, 10, 6. Mox *ab M. Aurelio* Voss. et Lov. 4. [Bamberg.] Deinde *Laevino praetore* Lov. 6. a m. 2. et Mead. 2. Male. *Propraetor vocatur* c. 3, 3. *Laevino pro publica re* Voss. et Lov. 2. V. ad c. praec. §. 7. *Laevino pro rep.* Lov. 5. V. ad 44, 16, 2. Tandem *annunciaret* Harl.

§. 6. *Nisi quid in Romanis auxilii foret*] Vet. lib. *nisi quid Romani auxilii foret*. SIG. Eadem lectio superest in Lov. 2. et 5. *auxilium Romanum* est, quod Romani alteri ferunt. Infra 34, 12, 8. *Hostes fama Romani auxilii adventantis impleverunt*. Posses etiam *nisi quid Romani auxilio forent*. Sed nec vulgatum displicet. 37, 1, 10. *Utrum plus regi Antiocho in Hannibale victo, an in victore Africano consuli legionibusque Romanis auxilii foret. nisi quid Romanis alii foret* Voss. Paullo ante *in ditionem ejus futuram* edd. principes. Ascens. deinde anno 1510. *in ditione* conrexit. V. ad 2, 14, 4.

§. 7. *Quum pronunciassent consules*] *pernunciassent* ed. Camp. Forte *renunciassent*. V. ad 36, 1, 4. Mox *recte perfectam*, pro *rite*, Voss. V. ad 27, 25, 8.

Et precationi adnuisse Deos] Vet. lib. *precationem admisisse Deos*, quod probo. Etenim in eodem genere 4, [18, 6.] sic: *Ut ab auguribus, simul aves rite*

Digitized by Google

spices respondere, laetaque exta fuisse, et prolationem finium, victoriamque, et triumphum portendi; tum literae Valerii Aureliique lectae, et legati
8 Atheniensium auditi. Senatus inde consultum factum est, ut sociis gratiae agerentur; quod diu sollicitati, ne obsidionis quidem metu fide decessissent.
9 de auxilio mittendo tum respondere placere, quum

admisissent, *ex composito tolleretur signum*. SIG. Naud. *precationi admisisse*. Buslid. *precationes admisisse*. Duo Veneti, et Voss. ut Sigonianus *precationem admisisse Deos*. Non puto spernendum. Hanc locutionem et Silio Livii imitatori ademerunt 4, 698.

Tum demum amissae vires et voce precantis,
Orantique datum, ripas servare priores.

Vir doctus [Barthius:] Quanti est illud *voce precantis*? Legas *devota precanti*, 6. Advers. 3. Quanti est hoc quoque? Oxoniensis scriptus *admissae voces et voce*. Vel caeco lucet hinc scribendum:

Tum demum admissae voces et vota precantis,
Orantique datum.

Trebiae nimirum fluvio, postquam toties Vulcani lampade repressus esset, ut de viribus desperaret, et supplex fieret. Petron. [CXXXIII.] *Et timidas admitte preces*. Tacitus 4. Histor. [60.] *Neque ante preces admissae, quam in verba Galliarum jurarent*. J. FR. GRON. [*renunciassent* Bamb.] *precationi annuisse* Lov. 1. 4. et Mead. uterque. [Bamb.] *precationem annuisse* Gaertn. et ed. Camp. *admisisse precationem, rem divinam rite perfectam esse, et precationi annuisse Deos*, utraque lectione juncta, Harl. *precationem admisisse* reliqui. Mox *aruspicem respondere* omnes non modo calamo, sed et typis descripti usque ad Ascens. qui anno 1513. recepit *aruspices*: quomodo Livius loquitur 36, 1, 3. 42, 20, 4. et 30, 9.

Prolationem finium] Ex hoc similibusque locis Livii Erud. Perizon. Anim. Hist. c. 6. p. 229. conficit, non concessum fuisse belli ducibus triumphum, quamvis magnis rebus gestis, nisi fines imperii ab iis prolati fuissent; idque confirmat ex Valerio Max. qui 2, 8, 4. auctor est, cautum fuisse, *ut pro aucto imperio, non pro recuperatis, quae populi Romani fuissent, triumphus decerneretur*. Sunt tamen argumenta, quae dubiam possint facere hanc sententiam. Nam primum ex lege, qua idem Valer. 2, 8, 1. cautum fuisse tradit, *ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset*, apparet, in triumpho decernendo non tam prolationis finium imperii, cujus nullam mentionem facit Valerius, quam victoriae rationem habitam, et hoc praecipue spectatum fuisse, an respublica bene ac feliciter gesta esset. Et hoc non obscure apud Livium c. 48, 11. hujus lib. significant, qui in senatu L. Furio triumphum de Bojis victis,

Digitized by Google

consules provincias sortiti essent: atque is consul, cui Macedonia provincia evenisset, ad populum tulisset, ut Philippo regi Macedonum indiceretur bellum.

VI. P. Sulpicio provincia Macedonia sorte evenit, 1 isque rogationem promulgavit, *Vellent, juberent Philippo regi Macedonibusque, qui sub regno ejus*

multis dissentientibus, decernebant. Non enim dicunt, senatum in ea re spectare debere *prolationem finium*, sed *pugnam ipsam, eventumque pugnae, fusos caesosque hostes, castra capta ac direpta, coloniam* (Cremonam) *obsidione liberatam* et alia, quibus fines imperii prolati non fuerant. Deinde multi triumphasse leguntur, qui, si proprie loqui volumus, fines imperii protulisse dici non possunt; ut bona pars eorum, qui sub initia recuperatae libertatis et aliquamdiu post; ut posterioribus temporibus M. Livius Salinator, et C. Claudius Nero, qui Asdrubale, item L. Furius Purpureo, qui Bojis victis triumpharunt apud Livium 27, 9. et 31, 48 nec non, qui triumphos navales egerunt: quibus honor ille non tam ob id, quod proferendis finibus, quam quod frangendis opibus hostium imperium auxerant, decretus est. Ex his intelligi potest, primum, legibus de triumphis prohibitos fuisse triumphare eos, qui nihil aliud, quam amissa recuperassent, quibus tamen, si simul magna clade hostes affecissent, triumphum negatum non fuisse, ex iis, quae de L. Furio Purpureone prodit Livius, colligi potest: deinde, non prohibitos fuisse triumphare eos, qui quinque millia hostium una acie occiderant, etiam si fines imperii non protulissent. Nam non solum hac re, verum etiam vincendis hostibus, et eorum viribus atterendis imperium augetur. Nec necessaria est haec conclusio Perizonii, quia aruspices in initiis maximorum bellorum fere semper victoriam, triumphum, et prolationem finium pollicebantur, ut hoc loco Livii, 36, 1, 3. 42, 20, 4. et 30, 9. ergo nemo triumphare poterat, nisi qui fines imperii protulisset. DUKER.

§ 8. *Senatus inde consultum factum est*] Verbum substantivum exsulat a Voss. Lov. 2. 5. et 6. a m. 1.

§. 9. *Tum respondere placere*] Nempe senatum, vel consules. Non dubitarém tamen praeferre *responderi*, si qui Msti ita haberent. c. 12, 3. *Senatui placere, quaestionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi.* Et saepe alibi in hac formula. V. Brisson. 2. de Formul. p. 194. DUK. Similiter scribendum Crevier. conjecit. Sed codd. nihil mutant, et hinc vulgatum damnare non sustineo. Infra 35, 47, 2. *Placuit, Achaeos et Amynandrum, regem Athamanum, tentare.* V. ad 42, 24, 5. [*responderi* Bamberg.] Mox *provincia obvenisset* Gaertn. V. ad 5, 12, 6.

§. 1. *P. Sulpicio provincia Macedonia sorte evenit*] *P. Sulpicio consuli* Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Deinde *sorti evenit* Lov. 1. 2. 4. 5. [*sorti*' Bamb.] V.

Digitized by Google

essent, ob injurias armaque inlata sociis populi Ro-
2 *mani, bellum indici.* alteri consuli Aurelio Italia provincia obtigit. Praetores exinde sortiti sunt, Cn. Sergius Plancus urbanam, Q. Fulvius Gillo Siciliam, Q. Minutius Rufus Bruttios, L. Furius Purpureo
3 Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata est. id quum fessi diuturnitate et gravitate belli sua sponte homines taedio laborum periculorumque fecerant, tum

ad 28, 45, 11. Mox *ob inimicitias* Mead. ambo.

§. 2. *Alteri consuli Aurelio Italia provincia obtigit. Praetores exinde sortiti sunt*] Vet. lib. *Provincias praetores exinde sortiti sunt.* SIG. Sigonius addidit *τὸ provincias:* nos delevimus, quod scripti editique omnes antiquitus eam vocem respuerent, et revera supervacua esset. Sic 28, [10, 8.] *Bruttii ambobus, ut cum Annibale bellum gererent, provincia decreta. Praetores exinde sortiti sunt. C. Caecilius urbanam* etc. Neque aliter 38, [35, 10.] quum de provinciis consulum praemisisset, *Praetores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana*, etc. J. FR. GRON. *Alteri consulum Aurelio* Lov. 1. 4. 6. a m. 2. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] quod etiam Thuan. et Petav. praeferre, Cl. Jac. Gronov. monuit ad 24, 47, 12. V. ad 9, 32, 2. Deinde *obtigit* non adparet in Voss. Lov. 2. 5. et 6. a m. 1. quasi haec penderent a praecedenti *sorte evenit.* Sed rectius id verbum reliqui tuentur. Deinde *Provincias praetores exinde* Voss. et Harl. Sed adsentior Gronovio, qui vocem, a Sigonio additam, supervacuam putat. Infra 40, 35, 8. *Consulibus ambobus provinciam Ligures esse, senatus jussit. Praetores inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit.*

L. Furius Purpurio] *Purpureo* ex Capitolino ejus consulatu. SIG. V. ad 27, 2, 10. Plerique codd. vitiatam lectionem retinent.

§. 4. *Q. Bebius tribunus plebis*] *Baebius* Capitolini, et Graeci scriptores, nummique argentei. SIG. V. Sigonium ad 21, 6, 8. et 30, 25, 2. Et ita edidit olim Camp. Deinde *Titus Romuleus populi*, et §. seq. *Titus Romuleus populum*, pro *tribunus plebis*, Voss. et Lov. 2. ac 5. Simili modo saepe peccarunt librarii. V. ad 31, 50, 8. 32, 7, 8. 33, 42, 1. 34, 1, 3. 35, 7, 4. et alibi. *Tiberius Romulus*, pro *tribunus plebis*, dederunt 4, 52, 1. *Tarquinius plebejus* 4, 55, 6. Mox *incausaverat* Voss. Lov. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *causaverat* Lov. 1. Sed de verbo *incusare* v. ad 9, 11, 5. Deinde *bello ex bellis fieri* Gaertn.

§. 5. *Castigaretque segnitiem populi*] Verba sunt Servii ad Virg. 2. Aeneid. 374. Segnities

Digitized by Google

tum Q. Baebius tribunus plebis, viam antiquam cri- 4
minandi Patres ingressus, incusaverat bella ex bellis
seri, ne pace umquam frui plebs posset. Aegre eam 5
rem passi Patres, laceratusque probris in senatu tri-
bunus plebis: et consulem pro se quisque hortari,
ut de integro comitia rogationi ferendae ediceret,
castigaretque segnitiem populi: atque doceret, quan- 6
to damno dedecorique dilatio ea belli futura esset.

VII. Consul in campo Martio comitiis habitis, 1
priusquam centurias in suffragium mitteret, concio-

juxta antiquos dictum est. Nam modo segnitia *dicitur.* Sed *segnitiam* legunt hic Voss. Lov. 2. 4. 6. [Bamb.] et edd. antt. pro quo demum Basil. anno 1539. *segnitiem* vulgarunt, consentientibus reliquis Mstis. Passim ita variant scripti. V. ad 7, 26, 11. 31, 7, 6. 34, 34, 7. 40, 26, 5. ad Epit. Liv. 79. et 80. Itidem et in aliis vocibus. ut *materia* et *materies.* V. ad 1, 39, 3. et viros doctos ad Suet. Caes. 35. *mollitia* et *mollities.* V. ad 7, 32, 7. et 25, 18, 8. *luxuria* et *luxuries.* V. ad 40, 1, 4. et viros doctos ad Suet. Ner. 26. *planitia* et *planities.* V. ad 44, 6, 15. *saevitia* et *saevities.* V. viros doctos ad Suet. Calig. 27. et Cel. Burm. ad Lucan. 5. 687. Plura similia v. apud Nic. Heins. ad Nas. 2. Her. 137. et 17, 29. inprimis apud Voss. 2. Gramm. 35. Utrumque autem Livio in usu fuisse videtur, si scriptis fides haberi potest. et quidem *segnitia* 31, 38, 1. 36, 15, 2. *segnities* 22, 27, 4. et 44, 7, 1. similiter *pigrities* 44, 42, 9. In his itaque observandum, quod monet Cortius ad Sall. Jug. 18, 5. nempe sequendos esse codd. scriptos.

§. 6. *Atque doceret, quanto damno*] *atque edoceret*, et mox *dilatio ejus belli* Lov. 5. De verbo *edocere* v. ad 3, 18, 6. ejus autem litera initialis facile ab ultima vocis praecedentis elidi potuit. V. ad 2, 44, 6. [*edoceret* Bamb.]

§. 1. *In campo Martio comitiis habitis*] Non solet ita loqui Livius, nisi omnibus, quae comitiis agenda erant, peractis. Sic c. 9, 5. *Supplicationibus habitis.* At hic demum ista comitia ineuntur et incipiunt. Et ut suspectior sit vox *habitis*, facit codex Th. qui eam prorsus ignorat: ut sane delenda sit, nisi velis interpretari, dum habentur comitia. Sic enim quoque videtur loqui Livius, et velut anticipare. Talia sunt 5, 36, 10. *Cladis forte Gallico bello acceptae.* Ubi quum eam phrasim non comprehenderet Tan. Faber, mollivit eam pater ad 9, 18, 4. Adde 31, 42, 8. *Victis Macedonibus.* [in notis ad eum locum.] Itaque posses retinere 27, 45, 5. *Gloriae quidem ex re bene gesta partae.* pro, quae pareretur, pariendae, quam mutare in *speratae.* Habentque hoc Latini ab Graecorum aoristo primo, de quo nos alias. Sed pereat potius, et fruamur beneficio codicis

Digitized by Google

2 ne advocata, *Ignorare*, inquit, *videmini mihi, Quirites, non, utrum bellum an pacem habeatis, vos consuli: (neque enim liberum id vobis permittit Philippus, qui terra marique ingens bellum molitur) sed utrum in Macedoniam legiones transportetis, an ho-*
3 *stem in Italiam accipiatis. Hoc quantum intersit, si umquam ante alias, Punico certe proximo bello experti estis. Quis enim dubitat, quin, si Saguntinis obsessis fidemque nostram inplorantibus inpigre*
1 *tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in*
4 *Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium est,*

antiqui. Dictum *comitiis*, ut 31, 50, 6. *Comitiis aediles curules creati*. 39, 39, 9. *Comitiis acrius etiam, quam ante, petebat, criminando*, etc. Sic *ludis* 32, 26, 7. Pro eo dicit 27, 21, 6. *Comitiorum ipsorum diebus*. JAC. GRON. *comitiis habitis* recte exponi potest, dum comitia habentur. V. ad 6, 4, 7. Nihilominus adsentior Gronovio, vocem *habitis* delenti. Deest enim in omnibus omnino, quibus utor, scriptis, et Hearnii L. 1. neque extat in duobus Crevier. [nec in Bamb.] Ita 8, 13, 10. *Priusquam comitiis in insequentem annum consules rogarent*. 45, 35, 7. *Exercitus imperatori erat neglegenter adfuturus comitiis ferendae legis*. Et ita plerique codd. exhibent in Epit. Liv. 26. *Quum comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium*. De locutione *ludis* pro tempore ludorum, dum ludi eduntur, quam recte huic *comitiis* comparat Gronov. v. ad 2, 36, 1.

§. 2. *Neque enim liberum id vobis permittit Philippus*] Ita primus edidit Gronov. anno 1665. quem plerique sequuntur. Priores legunt *permittet Philippus*, consentiente Gaertn. *Philippus permittet* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. ambo [Bamb.] *permittet* etiam in suis invenit Hearnius [*hostes* Bamb.] Mox §. sequ. *ante* deest in Lov. 1. 2. 5. et 6. [*si numquam ante alias* Bamb.] Deinde *Punico proximo certe bello* Voss. Lovel. 1. 4. Harl. et Mead. 1. [Bamb.] *proximo Punico certe bello* Gaertn. *proximo certe Punico bello* Lov. 2. 5. et 6. [*in Italia accepimus* Bamb.]

§. 4. *Misso cum classe Laevino*] *nec missa* Mead. 2. *nisi misso* Lov. 4. *ni misso* Mead. 1. *immisso* Harl. et Gaertn. [*ante cum H. in It. ut traiceret* Bamb.] Mox *in Macedoniam conserimus* Lov. 2. et 5. *in Macedonia contriverimus* Lov. 1. pro varia lectione. *in Macedoniam converterimus* edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Digitized by Google

quin hunc ipsum Philippum, pactum jam per legatos literasque cum Hannibale in Italiam trajicere, misso cum classe Laevino, qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. et quod tunc fecimus, 5 quum hostem Hannibalem in Italia haberemus, id nunc, pulso Italia Hannibale, devictis Karthaginiensibus, cunctamur facere? Patiamur expugnandis A- 6 thenis, sicut Sagunto expugnando Hannibalem passi sumus, segnitiem nostram experiri regem. Non quin- 7 to inde mense, quemadmodum ab Sagunto Hannibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam perveniet. Ne aequaueritis Hanni- 8 bali Philippum, ne Karthaginiensibus Macedonas;

§. 5. *Pulso Italia Hannibale, devictis Karthaginiensibus*] *evictis Karth.* Lov. 2. 5. 6. *pulso Italia Hannibale, pulsis Karth.* edd. ante Aldum.

§. 6. *Sicut* etc. *passi simus*] Vet. lib. *sumus.* SIG. Ita non tantum omnes libri scripti, verum et typis inpressi, praeter ed. Bas. anni 1554. quae operarum errore dedit *simus.* Deinde *in expugnandis Athenis, sicut in Sagunto expugnando* Lov. 6. a manu 2. Harl, Gaertn. et Mead. uterque. Mox *segnitiam* Voss. Lov. 2. 5. 6. a m. 1. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. ante Aldum. V. ad cap. praec. §. 5.

§. 7. *Quam ab Corintho solverit naves*] *quam Corintho* Mead. 2. *quam a Corintho* Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*quinto die inde* Bamb.] Tum *solvuntur naves, in Italiam pervenient* Mead. 2. *solverit, in Italiam perveniet* Gaertn. omissa voce, quam non tantum ceteri codd. pertinaciter tuentur, sed et alibi Livius addere solet. 29, 25, 13. *Diis bene juvantibus, signo dato solvere naves.* 45, 6, 5. *Primis tenebris solverat navem.* V. Cl. Oudend. ad Caes. 4. Gall. 23. Alibi tamen optimi scriptores eam vocem omittere solent. V. Sanctii Min. 4, 4, 609. Rutil. 1. Itin. 217. *Solvimus auroraе dubio.* Tum *in Italiam veniet* edd. ante Aldum.

§. 8. *Ne aequaveritis Hannibali Philippum*] Eli concedentis, ac si diceret, ut jam non aequetis, ut concedam non aequandum esse Hannibali Philippum, nec Macedonas Carthaginiensibus aequandos, et certe Philippum Pyrrho, et Macedonas Epirotis aequandos esse non negabitis. 32, 21, 21. *Ne sint vera, quae Athenienses modo legati* etc. *dixerunt.* Et, *Ne sint eum Philippo res.* Cicero a. Tusc. 5. *Quare ne sit summum malum dolor, malum certe est.* Sequentium, *dico, quantum vel vir vi-*

Digitized by Google

Pyrrho certe aequabitis: dico, quantum vel vir viro,
9 *vel gens genti praestat. Minima accessio semper Epirus regno Macedoniae fuit, et hodie est. Peloponnesum totam in ditione Philippus habet, Argosque ipsos, non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi*
10 *nobilitatos. Nostra nunc compara. quanto magis florentem Italiam, quanto magis integras res, salvis ducibus, salvis tot exercitibus, quos Punicum postea bellum absumsit, adgressus Pyrrhus tamen concussit, et victor prope ad ipsam urbem Romam venit!*
11 *Nec Tarentini modo oraque illa Italiae, quam majorem Graeciam vocant, ut linguam, ut nomen secutos crederes, sed Lucanus, et Bruttius, et Samnis,*
12 *a nobis defecerunt. Haec vos, si Philippus in Italiam transmiserit, quietura aut mansura in fide*

ro, vel gens genti praestat, hanc sententiam esse, at dicam, docebo vos, quantum Philippus Pyrrho, et Macedones Epirotis praestent, ex iis, quae in comparatione ponuntur, liquet. Sed oratio abrupta est, et credo locum non sine vitio esse. Certe potius videtur dicendum fuisse *praestet*, quam *praestat*. DUK. [*nec Karth.* Bamb.]

Pyrrho certe aequabitis. Dico, quantum] Cl. Valesius adscripserat libro suo: *Pyrrho certe aequabitis. Pyrrho dico.* non addito, utrum a se, an ex MS. JAC. GRON. Codd. nihil mutant. Adsentior tamen Cl. Dukero locum non sine vitio esse consenti: quo ut liberetur, integriores codd. exspectandi sunt. Ampl. Roëllius, si stilo Livii conveniret, per exclamationem mallet, *Dii, quantum*, etc.

§. 9. *Et hodie est*] Lege *et hodieque est*. J. FR. GRON. V. ad 5, 27, 1. ubi dixi, quid mihi videatur: nec adhuc muto sententiam. Paullo post in hac oratione: *Si piguisset vos in Africam trajicere, hodie* (non *hodieque*) *in Italia Hannibalem et Carthaginienses hostes haberetis.* DUK. Omnes mei *et hodie est* constanter servant; quod cur mutatum voluerit Gronov. non video. Illis, quae de *hodieque* et *hodie quoque* supra dicta sunt ad 5, 27, 1. adde Cel. Burm. ad Suet. Claud. 19. Mox *in ditionem Philippus habet* Lov. 4. 6. a m. 2. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes; quod se etiam in duobus Pall. reperisse, Gebhard. docet ad 24, 1, 13. ubi vide.

§. 10. *Nostra nunc compara*] Alibi observamus, et quidem ad lucem loci praeclare restituti, l.

Digitized by Google

creditis? Manserunt enim Punico postea bello. numquam isti populi, nisi quum deerit, ad quem desciscant, a nobis non deficient. Si piguisset vos in Africam trajicere, hodie in Italia Hannibalem et Karthaginienses hostes haberetis. Macedonia potius, quam Italia, bellum habeat. hostium urbes agrique ferro atque igni vastentur. Experti jam sumus foris nobis, quam domi, feliciora potentioraque arma esse. Ite in suffragium, bene juvantibus Diis, et, quae Patres censuerunt, vos jubete. Hujus vobis sententiae non consul modo auctor est, sed etiam Dii inmortales; qui mihi sacrificanti precantique, ut hoc bellum mihi, senatui, vobisque, et sociis ac nomini Latino, classibus exercitibusque nostris bene ac feliciter eveniret, laeta omnia prosperaque portendere.

21, 43. esse hoc oratorium, quum res tibi cum multis aut pro multis sit, alloqui quasi unum, aut loquentem inducere unum. Sed hic totus contextus orationis flagitat: *Nostra nunc comparate.* J. FR. GRON. Vulgatum tuetur Doujatius. Contra cum Gronov. facit Cl. Crevierius. *compara* dedisse videntur librarii, quia mox sequitur *crederes*. Id tamen quemadmodum accipiendum sit, v. ad 3, 11, 2. [*integra res* Bamb.] Mox *ad ipsam urbem Romanam* Lov. 1. [Bamb.] V. ad Epit. Liv. 49. [§. seq. *ab nobis* Bamb.]

§. 12. *Haec vos, si Philippus in Italiam transmiserit, quietura aut mansura in fide creditis*] *Hos vos* etc. *quieturos aut mansuros* Lov. 2. et 6. Sed nihil muto. V. ad 2, 5, 4. Deinde *transierit* Mead. 2. V. ad 32, 39, 4. Tum *credetis* Harl. Mox *ad quem deficiant, a nobis non desciscent* Mead. 2. *ad quem desistant*, pro *desciscant*, Lov. 1.

§. 13. *Hodie in Italia Hannibalem et Carthaginienses hostes haberetis. Macedonia potius, quam Italia, bellum habeat*] *hodie in Italia* (*in Italiam* Lov. 5. et 6.) *bellum haberemus, sociorum urbes agrique ferro atque igni vastarentur*, reliquis omissis, Lov. 1. 2. 5. 6. nisi quod *hostium urbes* servet Lov. 1. Error primo ortus est ex repetitione vocis *Italiae*. Mediis autem omissis reliqua, ut errori huic tegendo subservirent, efficta sunt. Mox §. seq. *Experti jam fuimus* Lov. 5, et 6. a m. 1. et *bene juvantibus Divis* Mead. 1. [Bamb.] *vos* autem deest in Lov. 1. 2. 5. et 6. [*arma esse* in Bamb.]

§. 15. *Vobisque, et sociis ac nomini Latino*] MS. *vobis, Qui-*

Digitized by Google

1 VIII. Ab hac oratione in suffragium missi, uti
2 rogarat, bellum jusserunt. Supplicatio inde a consulibus in triduum ex senatusconsulto indicta est, obsecratique circa omnia pulvinaria Dii, ut, quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene ac

ritis, et sociis. H. VALES. *vobisque, sociis* edd. ante Aldum. [Cod. Bamb.] *vobisque, Quiritis, sociis* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. et apud Crevierium Victor. *vobisque, Quirites, et sociis* Harl. Paullo ante *non consul modo, sed jam Dii inmortales, qui modo sacrificanti* Lov. 2. et 5. Nec aliter Lov. 6. nisi quod *modo mihi sacrificanti* legat. *qui bene sacrificanti* est in Mead. 2.

§. 1. *In suffragium missi, uti rogarat, bellum jusserunt*] *uti rogas*, ut jam saepe. SIG. Fuit sane vox primum, *uti rogas*, accipientium admittentiumque Quiritium, quod ferretur; postea tacitis suffragiis tabella, qua quisque in jubendo sciscendoque pro sua parte utebatur, inscripta *V. R.* Hinc Sigonius perpetuo censet ab Livio ipsam formulam expressam esse, et, ubicumque exstat, *uti rogarat, uti rogassent*, scribendum *uti rogas.* Nobis singula loca accuratius expendentibus aliter videtur: nempe suae orationi narrationique formulam accommodasse Livium, et, ubi illa pateretur, ut haec integra maneret, ibi posuisse simpliciter *uti rogas*; ubi minus, paullulum inflexisse verbum. Etenim *uti rogas* intelligit, tu nempe, qui rogationem promulgas: *uti rogarat*, vel *rogassent*, ille illive, de quibus agitur, quosque rogationem tulisse narratur. Atque hanc differentiam et librorum scriptorum consensus nobis subjecit. Ut 6, 38, 5. *Quum quanto jure potentior intercessio erat, tantum vinceretur favore legum ipsarum latorumque, et, uti rogassent, primae tribus dicerent.* MSS. praeter Sigonianum, tres Pall. Thuaneus, duo Voss. *uti rogas.* Scilicet ipsarum tribuum vocem exprimit, quod significatur verbo *dicerent*: fuit autem illa proprie, non *uti rogassent*, sed *uti rogas.* Perinde ut apud Ciceronem 2. de Legibus [10.] *Suade igitur, si placet, istam legem, ut ego, uti rogas, possim dicere.* Pessime Andreas *et uti rogationes primae tr.* Sic etiam 10, 8, 12. in concione Decii. *Ego hanc legem, quod bonum faustum, felixque sit vobis ac reipublicae, uti rogata est, jubendam censeo.* Haec Gelenii conjectura est: nam iidem scripti *uti rogas.* Puta tu, sive Quinte, sive Cnaee Ogulni: nam etsi uterque eam rem agebant, unus tamen proprie promulgabat, alter auctor et suasor aderat promulganti. Quare non erat, cur primi editores subjicerent *uti rogastis*: quamquam, quia duo erant, aliquid tale, quod diximus, secutos apparet. At 30, 43, 3. *De pace uti rogatae omnes tribus erant, jusserunt.* Haec vitiosa lectio est recentiorum: nam τὰ *omnes tribus* ad verbum *jusserunt* utique pertineat, non ad τὰ *rogatae*: et verbum substantivum expellendum. Scripti nec non editiones antiquae *uti rogassent*, (nempe tribuni plebis M. Atilius, Q. Minucius) *omnes tribus jusserunt.* Sigonius pariter ut illic *uti rogas.* Sed non consideravit hanc orationem

Digitized by Google

feliciter eveniret. consultique feciales ab consule 3
Sulpicio, bellum, quod indiceretur regi Philippo, utrum ipsi utique nunciari juberent; an satis esset, in finibus regni quod proximum praesidium esset, eo nunciari? feciales decreverunt, utrum eorum fecisset,

totam historici esse: nemo introducitur loquens: nullius verba exprimuntur: non igitur est, qui dicat, *ut rogas*. Prorsus in praesenti loco: *Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogarat, bellum jusserunt*. consul nempe Sulpicius. Neque hic comparet, qui loquens inducatur, dicatque, *uti roges* tu, consul Sulpici; neque Livium sic scribere decet. Sic et 33, 25, 7. *Omnes quinque et triginta tribus, uti rogatae, jusserunt*. Refert solummodo, quid factum sit, historicus: nulla alia persona utitur, neque fingit tribus dicentes, *uti rogas*, aut aliquem suadentem: *censeo jubendam legem, uti* tu, sive Quinte Marci Rex, sive C. Atini Labeo, *rogas*. 38, 54, 12. *Remittentibus ergo his intercessionem, omnes tribus, uti rogasset, jusserunt*. Quam ineptus Livius, si plene scriberet: *omnes tribus, uti tu, Q. Petili, rogas, jusserunt*. Nam *uti rogas* est oratio compendiaria, quae non ponitur, aut adhibetur, nisi ut vocativi illi, pronomen videlicet cum nomine promulgantis, intelligantur. J. FR. GRON. *uti irrogarent* Voss. *uti rogarent* Lov. 6. *uti rogaret* Lov. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] *uti rogaretur* Lov. 1. 2. et 5. Elegans est Gronov. explicatio, qua refellit, quae notat Sigon. ad 6, 38, 5. Neque per omnia admitti possunt, quae de hac formula notarunt Manut. ad Cic. 1. ad Att. 14. et Briss. 2. de Form. 133. Deinde *in suffragia missi* Hearnii L. 1.

§. 2. *Dii, quod bellum*] Thuanaeus interponit voculam *ut*. Certe non abjecerunt eam 21, 17, 5. *Adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus jussisset*. Non 36, 1, 2. *Precarique, quod senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res senatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret*. Immo et geminavit Livius 42, 28, 7. *Imperavit senatus, ut precarentur, ut, quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret*. Qua culpa igitur hinc expelli meruit? JAC. GRON. Interdum τὸ *ut* post verba orandi, rogandi, precandi omitti, supra vidimus ad 7, 13, 10. Saepe tamen etiam addi solet. Supra 2, 49, 7. *Precantur ut illud agmen faustum atque felix mittant*. 5, 18, 11. *Obsecrationes in templis factae, precibusque ab Diis petitum, ut exitium ab urbis tectis* etc. *arcerent*. c. 21, 14. *Dicitur manus ad coelum tollens precatus esse, ut, si cui Deorum hominumque* etc. *ut eam invidiam lenire* etc. *populo Romano liceret*. ubi etiam τὸ *ut* geminatur. 7, 40, 4. *Deos* etc. *ita adoravi, ut mihi de vobis concordiae partae gloriam darent*. 27, 45, 8. *Precabantur, ut illis faustum iter felixque pugna, matura ex hostibus victoria esset*. 29, 27, 2. *Vos precor quaesoque, uti, quae in imperio meo gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi, populo plebique Romanae, sociis nominique Latino bene verruncent*. Non male igitur Cl. Crevier. quum particulam hanc et-

Digitized by Google

4 recte facturum. Consuli a Patribus permissum, ut, quem videretur, ex iis, qui extra senatum essent,
5 legatum mitteret ad bellum regi indicendum. Tum de exercitibus consulum praetorumque actum. consules binas legiones scribere jussi; veteres dimitte-
6 re exercitus. Sulpicio, cui novum ac magni nominis bellum decretum erat, permissum, ut de exercitu, quem P. Scipio ex Africa deportasset, voluntarios, quos posset, duceret: invitum ne quem militem ve-

iam in Victor. invenisset, eamdem in contextum recepit. Hanc lectionem firmant insuper Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 3. *Feciales decreverunt, utrum eorum fecisset, recte facturum*] Vox *fecialis* videtur supervacua et ex margine irrepsisse: etsi possit defendi repetitio vocis propter interjectam orationem longiusculam. J. FR. GRON. Posterius praefero, quia omnes codd. in servanda voce *feciales* conspirant. Prius Crevierio placet. Tum *rite facturum* Harl. sollemni scribarum aberratione. V. ad 27, 25, 8. Paullo ante *a P. Sulpicio* edd. princ. postea *a Ser. Sulpicio* Mog. et proximae. *ab consule Sulpicio* tandem Frob. anni 1535. consentientibus omnibus scriptis. Deinde *utrum utique ipsi* Lov. 2. 5. et 6. *utrum ipsi*, tertia voce omissa, Lovel. 1. [*juberet* Bamberg.]

§. 5. *Veteres dimittere exercitus*] Doujatius vel legendum censet *veteres dimittere ab exercitibus*, vel per *exercitus* intelligit partem exercituum; veteranos nempe, qui in quolibet erant exercitu: ratio est, quia exercitus antea comparati si dimitterentur, duae legiones tanto bello non subficerent. Sed frustra. Nihil enim certius est, quam duas tantum legiones praeter solitum sociorum nominis Latini numerum, Sulpicio ad bellum Macedonicum decretas esse. In fine cap. *sex legionibus Romanis eo anno usa respublica esse* dicitur, quae verba jam ipse Doujatius adtulit; ex his binae datae sunt duobus consulibus, id est cuique duae; duae fuerunt legiones urbanae. [*Tum de exercitu* Bamberg.]

§. 6. *Quem proconsul Scipio*] *P. Scipio*, ut dixi. SIG. V. ad 28, 16, 14. *proconsul Scipio* legunt Voss. et Lov. 2. 4. 5. et 6. a m. 1. *P. C. Scipio* Lov. 6. a m. 2. Harl. et Mead. uterque. Ex Voss. et Gaertn. nihil notatum video in excerptis. Eodem errore *quem proconsul Aelius consul* Voss. infra praefert §. 8.

Invitum ne quem militem veterem ducendi jus esset] 32, 3, 4. narrat, multos ex Scipionis exercitu questos, se ab tribunis recusantes in naves impositos. *Voluntarios* et *veteres milites* hic non accipio eos, qui legitima viginti annorum stipendia confecerant, ut evocati; sed qui anno priore in quatuordecim legionibus, quibus tum rempublicam administratam fuisse 30, 41, 9.

Digitized by Google

terem ducendi jus esset. Praetoribus L. Furio Pur- 7
pureoni et Q. Minucio Rufo quina millia sociûm
Latini nominis consul daret: quibus praesidiis al-
ter Galliam, alter Bruttios provinciam obtineret.
Q. Fulvius Gillo et ipse jussus ex eo exercitu, quem 8
P. Aelius consul habuisset, ut quisque minime mul-
ta stipendia haberet, legere, donec et ipse quinque
millia sociûm ac nominis Latini effecisset: id prae-
sidio Siciliae provinciae esset. M. Valerio Faltoni, 9

scribit, militaverant, quos hoc anno consules dimittere jussi sunt, ut iis aliquid laxamenti a continua militia daretur. In his autem multos nondum emeritis stipendiis fuisse, haud dubium est. Livius saepe ita *veteres exercitus*, *veteres legiones*, et *veteres milites* dicit. V. 10, 39, 1. 32, 1. et 8, 3. Hoc ideo dico, quod Lipsius 1. de Milit. Rom. de *evocatis*, *voluntariis*, et *veteribus militibus* ita loquitur, ut facile omnes pro iisdem haberi possint. Omnes *evocati* erant *voluntarii* et *veteres milites*, non contra. DUK. [§. 7. *consul darent* Bamberg.]

§. 8. *Quinque millia sociûm ac nominis Latini effecisset*] *confecisset* Voss. Utrumque verbum Livius hoc sensu usurpare solet. De τῷ *efficere* v. ad 23, 25, 5. de altero ad 29, 35, 10. Prius tamen ob reliquorum codicum consensum praefero. Paullo ante *Gillo ipse*, omissa media particula *et*, Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. usque ad Ascens. anni 1513.

Id praesidio Siciliae provinciae esset] Malim *id praesidium Siciliae provinciae esse*. Intelligitur enim ex praecedentibus *jussum*. Quod genus saepius jam restituimus Livio, et pluries restituemus. J. FR. GRON. Gronov. in pr. ed. not. *id praesidio Siciliae provinciae esse* conjecit, ut *esse* pendeat ex omisso per ellipsin *jussum*, quod ex praecedenti *jussus* repetendum esset. Saepius hoc modo Gronov. et alii Livium emendarunt, ut non modo proximum, sed ulteriora etiam verba ad praecedens *jubere* referantur. V. ad 23, 44, 9. 29, 14, 10. c. 34, 8. 30, 1, 7. 31, 11, 10. 32, 11, 9. et alibi. Utro modo, *esse*, an *esset*, hic legamus, perinde est. Prius in solo inveni Harl. posterius in solo Mead. 2. Reliqui vero codd. omnia haec verba ignorant. Videtur tamen *esset* praeferendum, quod omnes has voces excidisse verisimile sit propter similitudinem inter *esset* et ultimas literas praecedentis *effecisset*; id autem non ita facile accidisset, si in codd. suis librarii illi *esse* invenissent. V. etiam, quae supra dixi ad 29, 14, 10. et Cel. Burm. ad Phaedri 2, 8, 27. In iterata ed. not. insuper idem Gronov. maluit *id praesidium Siciliae provinciae*. non quasi improbaret locutionem *praesidio esse*; ita enim Livium loqui vidimus ad 6, 6, 14. sed quod ceteroquin *id* non habeat, quo referatur. Hanc conjecturam probat Crevier. *et in praesidio Siciliae provinciae esse* unus legit Harl.

Digitized by Google

qui praetor priore anno Campaniam provinciam ha-
10 buerat, prorogatum in annum imperium est; uti pro-
praetor in Sardiniam trajiceret, atque de exercitu,
qui ibi esset, quinque millia sociùm nominis Latini,
qui eorum minime multa stipendia haberet, legeret.
11 Et consules duas urbanas legiones scribere jussi:
quae, si quo res posceret, multis in Italia contactis
gentibus Punici belli societate, iraque inde tumen-
tibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo an-
no usura respublica erat.

1 IX. In ipso adparatu belli legati ab rege Ptole-
maeo venerunt, qui nunciarunt, *Athenienses adver-*
2 *sus Philippum petisse ab rege auxilium. ceterum, et-*

§. 9. *M. Valerio Falconi*] *Faltoni* Capitol. tabulae. SIG. V. ad 29, 11, 3. et 30, 40, 5. Mox *qui publice rei priore anno* Voss. V. ad c. 4, 7.

Campaniam provinciam habuerat] 30, 40, 5. et 41, 1. scribit, cum Bruttios habuisse. Pighius ad A. V. 1011. p. 237, dicit, cum Bruttios et Campaniam habuisse. Hoc commentus est, ne quis alterutro loco errorem Livii argueret. Aliam, eamque non improbabiliorem illius defendendi rationem inivit Perizonius ad 25, 41, 13. Postremus ante hunc Capuae praefuerat L. Hostilius Tubulus A. V. 1011. I, 29, 13. DUKER.

§. 10. *Propraetor in Sardiniam trajiceret, atque de exercitu*] *pro populo Romano in Sardiniam* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. et Mead. uterque. Similem errorem scribarum supra habuimus 22, 37, 13. (* Epit. 118.) Et ita passim *pr.* sive *praetor*, et *p. r.* sive *populus Romanus* commutantur. V. ad c. 10, 4. *pro praetore in Sardiniam* Harl. quomodo etiam Sigon. edidit. Dein *quodque de exercitu* Voss. Lovel. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et multae edd. Aliae *quoque* vel *quique* usque ad Sigon. quem *atque de exercitu* scribentem secuti sunt Modius et reliqui recentiores [*traiceret. is quoque de exercitu* Bamb.]

Qui eorum minime multa stipendia haberet] Lege *haberent*. MURET. Recte, quamvis omnes libri in vulgatum consentiant. Sed *haberet* librarii dedisse videntur, ut proxime sequenti verbo *legeret* numero conveniret. V. ad 27, 15, 12. hoc lib. c. 11, 10. c. 49, 9. aliisque locis.

§. 11. *Multis in Italia contactis gentibus*] *exactis gentibus* Lov. 5. et 6. a m. 1. *coactis gentibus* Mead. 2. *contractis gentibus* Voss. sollemni scribarum errore. V. ad 6, 28, 6. De usu vocis *contactus* v. ad 2, 5, 2. Mox *usura res erat* Mead. uterque,

Digitized by Google

si communes socii sint, tamen, nisi ex auctoritate populi Romani, neque classem, neque exercitum defendendi aut obpugnandi cujusquam caussa regem in Graeciam missurum esse. Vel quieturum eum in 3 *regno, si populo Romano socios defendere liceat; vel Romanos quiescere, si malint, passurum, atque ipsum auxilia, quae facile adversus Philippum tueri Athenas possent, missurum.* Gratiae regi ab sena- 4 tu actae, responsumque; *Tutari socios populo Romano in animo esse: si qua re ad id bellum opus sit, indicaturos regi. regnique ejus opes scire subsidia firma ac fidelia suae reipublicae esse.* Munera 5 deinde legatis in singulos quinùm millium aeris ex

et Gaertn. *res usura erut* Lov. 2. 5. et 6. a m. 1. V. ad 8, 31, 2.

§. 1. *Qui nunciarunt*] *qui nunciarent* Voss. Lov. 2. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. principes, pro quo Ven. anni 1498. praefert *nunciarunt*; quod adoptarunt Mediol. anni 1505. Mogunt. et post eam omnes recentiores. Cl. Crevierius has voces plane supervacuas censet, et ideo libenter resecaret.

§. 3. *Si populo Romano socios defendere liceat*] Forte *libeat*. MURET. *si liceat* potest esse, si possit, si nihil impediat. Cic. 1. de Offic. 26. *Haec praescripta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere.* Et 2, 19. *Licet tamen opera prodesse multis.* DUK. *libeat*, ut Muretus conjecit, Lov. 4. et Harl. Et solent illae voces in scriptis confundi. V. ad 25, 38, 4. Hic tamen commode vulgatum defendi posse, Cl. Dukerus monuit. Eodem animo Cl. Jac. Perizon. margini Livii ad vocem *liceat* adscripsit, scil. per alia bella. Mox *qua facile* Voss. Lov. 4. et Mead. 1. *quibus facile* Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. *cum quibus facile* Mead. 1. in margine. Frobenius anno 1535. *quae* recte substituit.

§. 4. *Si qua re ad id bellum opus sit*] MS. *si quae res ad.* H. VALES. *si qua re ad bellum opus sit* Hearnii L. 1. *si quam rem ad id bellum opus sit* Mead. ambo, et Gaertn. *si quae res ad bellum opus sint* Voss. Lov. 1, 2. 5. 6. et apud Crevier. Victor. Ita 1, 41, 1. *Quae curando vulneri opus sunt*, *comparat.* 27, 10, 11. *Cetera expedientibus, quae ad bellum opus erant, consulibus.* Mox hoc cap. *Pararentque, quae ad bellum opus essent.* Sed et vulgatum ferri potest. Supra 6, 6, 18. *Nec dictatore umquam opus fore reipublicae.* 7, 5, 3. *Opus sibi esse domino ejus convento.* 24, 9, 11. *Quum summo imperatore esse opus reipublicae sciret.* 27, 10, 3. *Si pluribus*

Digitized by Google

senatusconsulto missa. Quum delectum consules haberent, pararentque, quae ad bellum opus essent: civitas religiosa, in principiis maxime novorum bel-
6 lorum, supplicationibus habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta, ne quid praetermitteretur, quod aliquando factum esset, ludos Jovi donumque vovere consulem, cui provincia Mace-
7 donia evenisset, jussit. Moram voto publico Licinius pontifex maximus adtulit, qui negavit, *ex incerta pecunia vovere debere, si ea pecunia non posset*

opus esset, plures daturos. 31, 13, 6. *Sibimet emtis* agris *opus esse.* V. Perizon. ad Sanct. 4. Min. 15. p. 794.

§. 5. *Munera deinde legatis in singulos quina millia L. aeris ex senatusconsulto missa*] Legendum *quinûm millium aeris.* Minutiora alia nec hic, nec alibi commemorabo. GELEN. Quina millia aeris legatis dari, multis locis ostendit Livius, ut l. 30, [17, 14.] de legatis Masanissae. Legatis tamen Saguntinorum dena millia data l. 28, [39, 19.] forte ob ruinam urbis. Illa tam parva hic accessio *L. aeris*, non video, quid ad rem faciat: nisi quis scriptum contendat *quina millia ac quingenta aeris*, quod equidem credo. GLAR. Hic exciderant voces aliquot pessimo exemplo in quibusdam editionibus. MOD. Voces nempe *missa. Quum delectum consules* exciderunt ex edd. Paris. anni 1573. et Francof. anni 1578. Eas Modius restituit. Ceterum *in singulos quinûm millium quinquaginta aeris* Voss. et Lov. 1. *in singulos qui non millium quinquaginta aeris* Hearnii L. 1. *in singulos quinis millibus quinquaginta aeris* Lov. 2. *in singulos quina millia quinquaginta aeris* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii N. Eo tamen animus inclinat, ut Gelenii emendationem veram judicem.

Supplicationibus habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta] Id est inter supplicationes et obsecrationem, quod illae feriae sunt, haec precationes significat. TURNEB. 27. Advers. 7. Supra c. 8, 2. *Supplicatio inde a consulibus in triduum ex senatusconsulto indicta est, obsecratique circa omnia pulvinaria Dii.* Differunt autem *supplicationes* et *obsecrationes* ut genus et species. Nam supplicationes erant vel *obsecrationes*, quibus iram Deorum avertebant, eorumque favorem sibi conciliabant; vel *gratulationes*, quibus Diis pro praestito favore gratias agebant. Ut autem hic *supplicationes* et *obsecrationes*, ita *supplicationes* et *obsecrationes* junguntur supra 8, 33, 20. *Propter Q. Fabium civitatem in laetitia, victoria, supplicationibus ac gratulationibus esse.* Paullo ante *dilectum* Voss. Lov. 4. Mead. 1. et Gaertner. [Bamb.] V. ad 37, 51, 7.

Digitized by Google

in bellum usui esse. reponi statim debere, nec cum alia pecunia misceri. quod nisi factum esset, votum rite solvi non posse. Quamquam et res, et auctor 8
movebat, tamen ad collegium pontificum referre consul jussus, si posset recte votum incertae pecuniae suscipi. posse, rectiusque etiam esse, pontifices decreverunt. Vovit in eadem verba consul, 9
praeeunte maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant: praeterquam quod 10
tanta pecunia, quantam tum, quum solveretur, se-

§. 7. *Ex incerta pecunia vovere debere, si ea pecunia non posset in bellum usui esse*] *voveri debere* magis sibi placere, testatur Crevier: Certe ita mox sequitur: *Reponi statim debere.* Omnes tamen codd. *vovere* tuentur. [*voveri* Bamb.] Conjicit etiam verbis seqq. aliquid mendi subesse; quae tamen agnoscit exponi posse utcumque, si particulam *si* accipiamus pro siquidem. Hanc autem statuit mentem pontificis: Voventur ludi ex pecunia, quae ex aerario sumenda est. Nisi igitur statuta fuerit pecuniae summa, eaque seposita, tota aerarii pecunia huic voti obligationi obnoxia videbitur, et publici aerarii usus in bellum nullus erit. Mox verbis proxime seq. *reponique statim debere* Lov. 1. 2. 5. 6. *reponique statim deberet* Voss. Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*seponique statim deberet* Bamb. ante *quia*, pro *si ea*, post *quod si*, pro *quod nisi*, idem.]

§. 9. *Quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant*] Hic *vota* intelligo, quae censores in proximum lustrum suscipiunt, et nuncupant. Suet. Aug. 97. *Quum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumvolavit, transgressaque in vicinam aedem super nomen Agrippae ad primam literam sedit. quo animadverso vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit.* TURNEB. 27. Advers. 7. Hanc interpretationem non patiuntur verba, quae paullo ante leguntur, *ne quid praetermitteretur, quod aliquando factum esset.* nam iis significatur, quinquennalia haec vota fuisse extraordinaria, censorum vota autem erant ordinaria et perpetua. Itaque videndum est, an Livius potius respiciat ad ludos magnos votivos, quos bello Punico secundo extra ordinem in quintum annum votos fuisse, si eodem statu respublica starct, 22, 10. 27, 33. et 30, 2. ac 27. tradidit. Hi ludi ut deinde suscepto bello adversus Antiochum et Perseum ex decreto senatus voti fuerunt 36, 2. et 42, 28. ita nunc eosdem in initio belli cum Philippo votos fuisse, probabile est. DUK.

§. 10. *Quantam tum, quum solveretur, senatus censuisset*] Potest suppleri *ad eas res*, id est

Digitized by Google

natus censuisset, ludos donaque facturum vovit. Toties ante ludi magni de certa pecunia voti erant: ii primi de incerta.

1 X. Omnium animis in bellum Macedonicum versis, repente nihil minus eo tempore timentibus,
2 Gallici tumultus fama exorta est. Insubres, Cenomanique, et Boji, excitis Salyis, Ilvatibusque, et ceteris Liguſtinis populis, Hamilcare Poeno duce, qui in iis locis de Hasdrubalis exercitu subſtiterat,

ad ludos donaque, *dandam;* ut 36, 2, 4. *Donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantam senatus decreverit.* 25, 12, 12. *Censuerunt Patres* etc. *duodecim millia aeris praetori ad rem divinam et duas hostias majores dandas.* Nec tamen displiceret, si librorum auctoritas adesset, *quanta:* nempe *quanta pecunia* senatus tum, quum votum solveretur, ludos donaque *facienda censuisset.* 34, 44, 2. *Ver sacrum de integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt, ludosque magnos, qui una voti essent, tanta pecunia, quanta assoleret, faciendos.* 42, 28, 9. addit praepositionem *ex: Vovit consul ludos fieri, donariaque dari, quanta ex pecunia decresset senatus.* DUK. [*Octiens* pro *Toties* Bamberg.]

§. 1. *Gallici tumultus fama exorta est*] Ultimam vocem non agnoscunt Voſſ. Lov. 1, 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 2. *Excitis Sallyis, Ilvatibusque, et ceteris Ligusticis populis*] Pro *Sallyis*, quidam *Salluviis*, quidam *Salviis*, quidam etiam *Salassiis* habent, de quibus libro quoque 5, [35, 2.] mentio eſt. Caeterum Ilvates, quorum etiam libro seq. [c. 31, 4.] meminit, in Liguria vix apud ullum authorem inveniri puto. Illva enim insula eſt e regione Populoniae in Thuscia, de qua Virgil. 10. Aen. [173.]

— — *ast Ilva trecentos*
Insula, inexhaustis chalybum generosa metallis.

Fortassis autem inde cum Liguribus exciti sunt milites. GLAR. *Ligustinis* habent vet. lib. et Graeci *Λιγυστίνους* edunt. *Ilvates Ligures* etiam alibi nominat, ut 32, [31, 4.] *Inde in Ligustinos Ilvates legiones ductae.* Non sunt autem Ilvates, qui Ilvam insulam colunt, ut putat Glareanus. †. „Glareanus dubitavit, „non adseruit.“ †. Quod ex his verbis Livii cognoscitur, 32, [29, 7.] *Et jam omnia cis Padum praeter Gallorum Bojos, Ilvates Ligurum, sub ditione erant.* SIG. Cluverius [1. Ital. ant. 7. p. 50. et c. 10. p. 78.] *Statiellis*, quando *Salyi* nullo modo in ista historia locum habent. Barberin. et Voſſ. *Selinibus.* An *Celelatibus*? 32, [29, 7.] *Utraque Ligurum et duae gentis ejusdem civitates, Celelates, Cerdiciatesque sese dediderunt.* *Sallyis* in prima Magontiacensi reperio. Andreas ad ultimum Ascensium *Senilibus*. J.FR.GRO.

Digitized by Google

Placentiam invaserant: et, direpta urbe, ac per 3
iram magna ex parte incensa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinasque relictis, trajecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinae 4
urbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas portas, praesidiaque per muros disponenda; ut obsiderentur tamen prius, quam expugnarentur, nunciosque mitterent ad praetorem Romanum. L. Fu- 5
rius Purpureo tum provinciae praeerat: cetero ex

NOV. *Selinibus* Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. Ven. anni 1498. ac Mediol. anni 1505. *Selanibus* Lov. 2. et 5. *Seluubus* Lov. 6. *Silenibus* Hearnii L. 1. [*Celinibus* Bamberg.] *Statiellis* Cluverii ideo hic locum esse non posse, observat Jac. Gronov. Dissert. epist. ad Livii loc. quaed. Geogr. ep. 4. p. 32. quia non nisi post multa abhinc tempora ab Statiellatibus aliquid contra Romanos tentatum adfirmat ipse Livius 42, 8, 5. *Statiellates, qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma adversus Romanos, tum quoque obpugnatos.* Pro *Ilvatibus* quidam legendum censent *Lituatibus:* quos errasse, et *Veliatibus* reponendum esse, docet Cluver. ll. ll. Pighius in Ann. ad ann. 10xcv. p. 420. sub *Ilvatibus*, vel sub *Celelatibus*, quorum meminit Liv. 32, 29, 7. latere suspicatur *Eleates*, memoratos in Fast. Capit. Triumph. ad d. ann. Tandem Jac. Gronov. loco laud. legendum censet *Sollinibus Iriatibusque. Sollines* esse putat, qui ceteroquin *Sollinienses* vocantur. quod autem *Ilvatibus* pro *Iriatibus* datum sit, errorem ex blaesa recitatoris lingua ortum existimat. *Ligustinis* denique, non *Ligusticis*, omnes scripti, et edd. ante Mogunt.

§. 4. *Ut obsiderentur tamen prius, quam expugnarentur*] Tantum temporis fuit his, inquit, ut ad obsidionem se pararent, ne hostes tam cito expugnarent oppidum, nisi obsiderent. Prius tamen obsessi sunt, quam mitti nuncius Romam potuerit. Est sane sermo non satis obvius. GLAREAN. Glareanus interpretatur, tantum temporis his fuisse, ut ad obsidionem se pararent, ne hostes tam cito expugnarent oppidum, nisi obsiderent: prius tamen obsessos, quam mitti nuncius Romam potuerit. At Livius dicit, famam Placentinae cladis excitasse Cremonenses, ut claderent portas, et praesidia per muros disponerent, nec sic ex improviso caperentur, sed obsidione morarentur hostem, et nuntios mitterent auxilia petitum. Miserunt autem non ad *populum*, sed ad *praetorem Romanum*, ut Sigonius, et integre Barberinus, Vossianusque. J. FR. GRONOV.

Nunciosque mitterent ad populum Romanum] Satis constat, legendum esse *ad praetorem Romanum*. quo de mendi genere supra etiam dictum est. Praetorem autem intelligit L. Furium Purpureonem. SIG. *ad P. R.* Hearnii L. 1. *ad populum Ro-*

Digitized by Google

senatusconsulto exercitu dimisso, praeter quinque millia sociùm ac Latini nominis, cum iis copiis in proxima regione provinciae circa Ariminum substiterat. Is tum senatui scripsit, quo in tumultu pro-
6 vincia esset. *Duarum coloniarum, quae ingentem illam tempestatem Punici belli subterfugissent, alteram captam ac direptam ab hostibus, alteram ob-*
7 *pugnari. Nec in exercitu suo satis praesidii colonis laborantibus fore, nisi quinque millia sociûm quadraginta millibus hostium (tot enim in armis esse) trucidanda objicere velit, et tanta sua clade jam inflatos excidio coloniae Romanae augere hostium animos.*

XI. His

manum Harl. et Mead. 2. pro quo recte viri docti *ad praetorem Romanum*, consentientibus reliquis scriptis meis, et Hearnii N. Saepe compendium *pr. R.* id est *praetor Romanus*, vel simplex *pr.* id est *praetor*, abiit in *p. R.* id est *populus Romanus*. V. ad 8, 2, 1. 9, 16, 17. c. 20, 5. 10, 26, 6. c. 45, 4. 21, 25, 8. 22, 33, 9. 25, 41, 8. 26, 15, 8. c. 24, 7. 30, 17, 3. 31, 29, 8. 33, 2, 4. c. 14, 6. 34, 19, 1. 37, 50, 9. et viros doctos ad Suet. Caes. 7. Contra *p. R.* abiit in *pr.* V. ad 10, 7, 5. 28, 27, 14. et alibi.

§. 5. *L. Furius Purpureo, qui tum provinciae praeerat, cetero ex senatusconsulto exercitu dimisso*] Ita Gronov. vulgavit, et legunt edd. principes ante Froben. anni 1535. Verum ipse Gronov. ad 34, 56, 1. et in pr. ed. not. ad h. loc. ex Mstis ita legendum ac distinguendum docet, *L. Furius Purpureo tum provinciae praeerat: cetero ex senatusconsulto exercitu dimisso.* Nec aliter non modo edd. Frob. anni 1535. et reliquae usque ad Gronov. verum etiam omnes codd. mei. Quare hanc lectionem revocavi.

§. 7. *Excidio coloniae Romanae augeri hostium animos*] Vet. lib. *augere.* quod placet, quia dixit *objicere.* SIG. Vulgatum servant Lov. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. [Bamberg.] Reliqui stant cum Sigonio: cujus emendatio si vera est, displicet tamen ratio, qua eam adstruere conatus est; quod nempe forma activa *objicere* praecesserit. Solent enim passiva activis subjungi, et contra. V. ad 8, 34, 9. Deinde hic etiam *excidio* contra codd. fidem dederat Clericus. Alterum itaque *excidio* restitui. Paullo ante *quadringentis millibus*, pro *quadraginta*, perperam Hearnii L. 1. Deinde *tanta sua clade*, omissa praecedenti copula *et*, Lov. 1. et Voss. *tantaque sua clade* Lov. 2. 5. et 6.

Digitized by Google

XI. His literis recitatis decreverunt, ut C. Aure- 1
lius consul exercitum, cui in Etruriam ad conve-
niendum diem edixerat, Arimini eadem die adesse
juberet, et aut ipse, si per commodum reipublicae 2
posset, ad obprimendum Gallicum tumultum profi-
cisceretur; aut L. Furio praetori scriberet, ut, quum 3
ad eum legiones ex Etruria venissent, missis in vi-
cem earum quinque millibus sociorum, qui interim
Etruriae praesidio essent, proficisceretur ipse ad
coloniam liberandam obsidione. Legatos item mit- 4
tendos in Africam censuerunt, eosdem Karthagi-
nem, eosdem in Numidiam ad Masinissam. Kar-
thaginem, ut nunciarent, *civem eorum Hamilcarem* 5

§. 1. *Cui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat*] *in Etruria* editi ante Aldum, quod magis placet Cl. Crevierio, quia sequitur *Arimini*. Verum vulgatum, quod in omnibus scriptis superest, praefero. Ut enim *adesse* requirit *Arimini*, ita *conveniendum* similiter *in Etruriam*, non *in Etruria*. Supra 22, 11, 3. *Tibur diem ad conveniendum edixit*. 42, 5, 12. *Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, convenitur*. 43, 14, 10. *Tanta multitudo juniorum Romam convenit*.

§. 3. *Aut L. Furio praetori scriberet*] Nescio, unde factum sit, ut *aut Q. Minutio praetori* legant Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. [Bamb.] et edd. principes, quum tamen, *Q. Minucium* Bruttios sortitum esse, supra tradat Livius c. 6, 2. et in sequentibus c. 21, 2. recte *L. Furius* adversus Gallos profectus dicatur. Bene igitur ed. Mediol. anni 1505. reposuit *aut L. Furio praetori*, quod deinde Ascens. anno 1513. recepit, priori lectione in marginem rejecta. Paullo ante §. praec. Gronov. in pr. ed. not. *ad comprimendum Gallicum tumultum*, pro *obprimendum*, conjecit: verum in iteratis curis optime omisit. Nam *obprimere tumultum, bellum* est finire. Flor. 3, 23. *Civile bellum pene citius obpressum est, quam inciperet*. Hinc *obprimere* et *exstinguere* junguntur apud Liv. 26, 15, 4. *Se eam quaestionem obpressurum exstincturumque*.

Missis in vicem earum quinque millibus] Forte delendum *ó in*. J. FR. GRON. Puto ferri posse *in*. Suet. Claud. 7. *Praesediteque non raro spectaculis in Caji vicem*. Liv. 3, 18, 9. *Ipse in locum vicemque consulis provolat*. DUK. 38, 48, 6. *Succedens in vicem imperii tui*. Sed *missis in vicem quinque millibus sociûm* Voss. Lov. 5. et 6. *Tò earum* deest etiam in Lov. 1. et Harl.

Digitized by Google

relictum in Gallia, haud satis scire ex Hasdrubalis prius, an ex Magonis postea exercitu, bellum con-
6 *tra foedus facere. Exercitus Gallorum Ligurumque excivisse ad arma contra populum Romanum. eum, si pax placeret, revocandum illis, et dedendum po-*
7 *pulo Romano esse:* simul nunciare jussi, *perfugas sibi non omnes redditos esse; ac magnam partem eorum palam Karthagini obversari dici: quos comprehendi conquirique debere, ut sibi ex foedere restitu-*
8 *antur.* Haec ad Karthaginienses mandata. Masinissae gratulari jussi, *quod non patrium modo recu-*

Mox *quae interim*, pro *qui*, Voss. Lov. 1. 2. a m. 1. Lov. 4. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Deinde *liberandam ab obsidione* Lov. 2. 6. a m. 1. et Mead. 2. Utroque modo Livium id verbum construxisse, vidimus ad 6, 20, 10. Plures igitur codd. sequor, qui vulgatum servant.

§. 4. *Censuerunt, eosdem Karthaginem, ut nunciarent*] Mutilata lectio sic restituta: *Legatos item mittendos in Africam censuerunt, eosdem Carthaginem, eosdem in Numidiam ad Masanissam. Carthaginem, ut nunciarent.* GELENIUS. Verba, quae Gelenius restituit, non tantum exciderant ex edd. prioribus, verum etiam desunt in omnibus, quibus utor, codd. Errori caussam dedit vocis *Karthaginem* repetitio. V. ad 9, 11, 11. Paullo ante *Legatos autem mittendos* Lov. 2. *Legatos inde mittendos* Gaertn.

§. 7. *Magnam partem eorum palam Karthagini obversari dici*] *et magnam partem* Mead. 2. *aut magnam partem* Harl. a m. 1. *ac magnam partem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. a manu 2. Mead. 1. Gaertn. et omnes edd. usque ad Frob. anni 1531. quae prima τὸ *ac* omisit, invitis omnibus Mitis meis. Voculam igitur perperam loco motam recepi. Deinde *Carthagine* ed. Camp. Male. V. ad 28, 26, 1. Praeterea *observari* Harl. Mead. 2. et Gaertner. V. ad 6, 17, 4.

§. 9. *Nunciare praeterea jussi*] Postrema vox supervacua esse videtur. J. FR. GRON. Abesse quidem potest; dissentientibus tamen omnibus codicibus servandam puto. Ita infra 32, 11, 9. quum praemisisset, *Equites, quoad loca patiantur, duci jubet*: multis interpositis per infinitivos, qui similiter pendent ex τοῦ *jubet*, addit tandem, *Nocte itinera fieri jubet.* Ubi similiter τὸ *jubet* omitti poterat. c. 26, 27. *Romae vigiliae per vicos servatae; jussique circumire eas minores magistratus; et triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam habere jussi.* V. etiam ad 34, 12, 6.

§. 10. *Flagrante bello Italiae*] Nonne *Italia?* 22, 13, 11. *Quum omnia bello flagrarent.* Immo sic jam primae editiones, et credo mendam ex incuria or-

Digitized by Google

perasset regnum, sed, parte florentissima Syphacis finium adjecta, etiam auxisset. nunciare praeterea 9
jussi, *bellum cum rege Philippo susceptum, quod Karthaginienses auxiliis juvisset; injuriasque infe-* 10
rendo sociis populi Romani, flagrante bello Italia, coëgisset classes exercitusque in Graeciam mitti; et, distinendo copias, caussa inprimis fuisset serius in Africam trajiciendi. Petere, ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum. Dona ampla data, 11
quae ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea, et palmata tunica cum eburneo scipione,

tam ita propagatam. JAC. GRONOV. Lectio, quae recte Gronovio displicet, primum adparuit in postuma Gruteri ed. a qua omnes scripti in diversa abeunt. Ultima vox abest ab Hearnii L. 1. *flagrante bello in Italia* legunt Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. quomodo fere *bellum exarsit in provincia* infra est 35, 2, 3. *flagrante bello Italia* Voss. Lov. 1. 5. 6. Victor. apud Crevier. et edd. omnes priores. Cic. 7. ad Att. 17. *Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo.* 3. de Orat. 2. *Non vidit flagrantem bello Italiam.* Ita *ardere bello* Liv. 26, 13, 7. *Quum hostis alienigena in Italia esset, et Hannibal hostis, et cuncta bello arderent.* 28, 24, 15. *Non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello.* c. 44, 6. *Una et trajecisse me audietis, et ardere bello Africam.* 33, 44, 7. *Mox bello Graeciam arsuram fuisse.* 36, 7, 16. *Etruriam, Ligurumque et Galliae Cisalpinae oram bello ardere.*

Peterent, ut ad id bellum mitteret auxilia] Livius scripserat: *Petere, ut ad id bellum mitteret.* Pendet enim verbum *petere* a praecedente *jussi.* J. FR. GRONOV. Ita demum Froben. edidit anno 1531. Verum nullus est codd. qui vel ei, vel Gronovio favet. *petendique* legit Lov. 2. quomodo librarius dedisse videtur, quod praecessit *trajiciendi. petereque* Mead. 2. V. ad 34, 3, 2. *peterentque* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 1. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. priores. Quod cur invitis omnibus libris mutetur, caussa non est. V. ad c. 8, 8. Mox *mitterent* Voss. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad c. 8, 10. *mitterentur* Lov. 2.

§. 11. *Toga purpurea, et palmata tunica cum eburneo scipione, et toga praetexta cum curuli sella*] Ad lucem hujus loci faciunt, quae scribit Lipsius ad Nic. Florentium in haec verba. Legebam here l. 5, 5. apud Valerium de Scipione Africano: *Itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit: triumphique praetextam hujus excepit, illius tradidit.* Item l. 7, 1. de Metello: *Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi praetextam largita*

Digitized by Google

12 et toga praetexta cum curuli sella: jussique pollice-
ri, *si quid ei ad firmandum augendumque regnum*
opus esse judicasset, enise id populum Romanum
13 *merito ejus praestaturum.* Verminae quoque Sy-
phacis filii legati per eos dies senatum adierunt, ex-
cusantes errorem adolescentiamque, et culpam om-
14 nes in fraudem Karthaginiensium avertentes. *Et*
Masinissam Romanis ex hoste amicum factum:
Verminam quoque adnisurum, ne officiis in populum
Romanum aut a Masinissa, aut ab ullo alio vinca-
tur. Petere, ut rex, sociusque, et amicus ab senatu

est. Rectene utrobique et vere de *Praetexta*? quam tribuit aporte, ut vides, triumphantibus, et facit eam honoris ejus propriam velut notam. At falso, nisi fallunt me consensu caeteri scriptores. Quis enim libavit modice scripta aut ritus veteres, qui nesciat, praetextam puerorum, sacerdotum, et magistratuum fuisse? Quin adeo illa triumphantium non propria, ut diserte removeant et discriminent scriptores. Plutarch. in Mario [412.] *Καὶ παρῆλθε μὲν εἴτε λαθὼν ἀυτον εἴτε τῇ τύχῃ χρώμενος ἀγροικότερον ἐν τῇ θριαμβικῇ κατασκευῇ. ταχὺ δὲ τὴν βουλὴν ἀχθεσθεῖσαν ἀισθόμενος ἐξανέστη, καὶ μεταλαβὼν τὴν περιπόρφυρον ἄυθις ἦλθε.* Nam *περιπόρφυρον* ipse et ceteri Graeci, ut scis, dixerunt *Praetextam.* Tacitus l. 12, [41.] *Ludicro circensium Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste transvecti sunt.* Certe alia omnino et augustior triumphorum illa vestis, nec praetexta solum purpura, sed intexta, addito etiam auro. Livius 45, [39, 2.] *in curru scandentes Capitolium auratos purpuratosque*, de triumphantibus dixit. Appian. [in Punic. pag. 36.] iisdem tribuit *πορφύραν, ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένων.* Atque haec est, quam dixere *togam pictam*, aut *palmatam*, (exempla tibi notissima) *praetextam* nunquam. De Valerio igitur quomodo expedis? Librariorumne hic aliqua fraus? nec enim ipsius error esse potest in re sensibus oculisque tam prompta. Quod si fraus, sane audax, nec nisi audaci aliqua manu tollenda: juva me, et, an *pictam*, an *palmatam* falsae illi *praetextae* substituam, mone. Sententiam tuam aut, cum ad nos veneris, audiam, aut, si id longius fiet, legam. Cura quidem et cogitatione tua dignissimus uterque locus videtur; in quo hoc quoque me offendit, quod Pighius noster nihil offendit. An vobis antiquariis omnia plana? doce, doce. MOD. Cl. Valesius in MS. invenit *eburneo sceptro.* Itidem mihi in Th. obvenit. JAC. GRON. Nec aliter Voss. et Lov. 1. 5. ac 6. cum edd. Rom. anni 1472. Camp. ac Parm. quod tamen ex glossa esse videtur. Supra 30, 15, 11. *Ibi Masinissam* etc. *sella curuli et scipione ebur-*

Digitized by Google

adpellaretur. Responsum legatis est: *Et patrem* 15
ejus Syphacem sine caussa ex socio et amico hostem repente populi Romani factum: et eum ipsum rudimentum adolescentiae bella lacessentem, Romanos posuisse. Itaque pacem illi prius petendam a populo 16
Romano esse, quam ut rex, sociusque, et amicus adpelletur. Nominis ejus honorem pro magnis erga se regum meritis dare populum Romanum consuesse. Legatos Romanos in Africa fore, quibus man- 17
daturum senatum, ut Verminae pacis dent leges, liberum arbitrium eis populo Romano permittente.

neo, toga picta et palmata tunica donat.

§. 12. *Si quid ei ad firmandum*] Puto *sibi*, ut intelligatur ipse Masinissa. J. FR. GRON. Nihil mutandum censet Doujatius eo praetextu, quod *ei* non raro hoc sensu sumatur. Sed vellem, ex hujus aetatis scriptoribus quaedam notasset exempla. Quae enim Vossius adfert 7. Gramm. 56. omnia sunt recentiorum, nisi unum illud Cic. 3. de Off. 22. *Perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si praemium ei proposuisset, se eum veneno necaturum.* Verum ibi nunc in optimis edd. legitur *sibi proposuisset*; idque se in pluribus Mstis reperisse Manutius testatur. An igitur accipiendum *judicasset* non ipse Masinissa, sed populus Romanus? Vix puto. [*indicasset* Bamb.]

§. 13. *Et culpam omnem in fraudem Karthaginiensium avertentes*] Copula *et* exsulat a Voss. et Lov. 1. ac 5. Abesse etiam posset, si *avertentes* mutare liceret in *avertendo*. Mox §. 15. *bello lacessente Romanos*, pro *lacessentem*, Voss. Lov. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaerta. [*adulescentiae* Bamb.]

§. 16. *Nominis ejus honorem* etc. *dare populum Romanum consuesse.*] V. Spanhem. Diss. 8. p. 476. de Praest. et us. numism. Sed quum dicunt *consuesse*, ita loquuntur, quasi hoc dudum ita factitatum fuerit. Masinissam a Scipione *regem* appellatum scribit Livius 30, 15, 11. Idem forsan ante datum fuerat Hieroni, quod ex Polyb. 1, 16. quodammodo videtur colligi posse. Aliorum exempla non habeo, et suspicor, Livium magis ex posterioris, quam illius temporis consuetudine hoc senatui tribuere. DUK. *consuevisse* Lov. 2. et 6. a m. 2. Mead. 2. et Harl. *censuisse* Voss. et Lov. 1. Reliqui *consuesse*. V. ad 4, 45, 4. [*ab populo Romano* Bamb.]

§. 17. *Liberum arbitrium eis populo Romano permittente*] Voss. et Buslid. *ejus*. Quare Rubenius legebat et *permittenti*. ut sit, si liberum ejus dandae arbitrium populo Romano Vermina permittat. V. l. 28, 34. et hoc libro infra c. 19. J. FR. GRON. *liberum arbitrium ejus* etiam

Digitized by Google

18 *Si quid ad eas addi, demi, mutarive vellet, rursus ab senatu ei postulandum fore.* Legati cum iis mandatis in Africam missi, C. Terentius Varro, Sp. Lucretius, Cn. Octavius. quinqueremes singulis datae.

1 XII. Literae deinde in senatu recitatae sunt Q. Minucii praetoris, cui Bruttii provincia erat; *Pecuniam Locris ex Proserpinae thesauris nocte clam sublatam: nec, ad quos pertineat facinus, vestigia*
2 *ulla exstare.* Indigne passus senatus, non cessari ab sacrilegiis, et ne Pleminium quidem, tam clarum recensque noxae simul ac poenae exemplum, homi-

Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. [Bamberg.] et edd. Rom. anni 1472. Camp. Parm. et quaedam aliae. Eamdem lectionem Crevier. quoque in Victor. et ed. Rom. principe invenit; qua, juncta insuper Rubenii conjectura, nihil certius pronunciat, adscripto loco Livii c. 19, 5. *Is* (Vermina) etc. *legatis obviam progressus, ut scriberent ipsi, quas vellent, pacis conditiones, permisit.* Paullo ante *pacis dentur leges* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 18. *P. Lucretius*] Lectio haec nata est ex ultima Gruteri ed. quam recentiores omnes nimis patienter tulerunt, quum et edd. antt. et Mstis adversetur. Praenomen omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Sp. Lucretius* legunt Lov. 5. et Harl. cum omnibus, ante illam Gruteri, editionibus: quod unice verum est, et pristino loco restitui. Circa haec enim tempora nullus memoratur P. Lucretius, quum tamen honore functum indicari ex collegis Terentio Varrone et Octavio colligam; quorum ille consularis, hic praetorius est. At Sp. Lucretius praetor supra memoratur 28, 38. Paullo ante *Si quid de his addi, dein mutari vellet* Voss. *Si quid de his addi, immutari vellet* Lov. 1. *Si quid de his addi, demi deinde, mutarive vellet* Lov. 6. *de iis*, pro *ad eas*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*mutari vellet* Bamb.]

§. 2. *Non cessari ab sacrilegiis*] Vetus lectio *ab sacrilegis.* GELEN. Ita Frob. anno 1535. ex mente Gelenii edidit. Sed mox quadriennio post Basil. *ab sacrilegiis* revocarunt: quod servarunt omnes recentiores, et in Mstis, quibus usus sum, etiam superest. Silius 6, 477. *a duro cessavit munere Martis.* Saepe pro duplici *ii* unicam scripserunt librarii. V. ad 36, 19, 2. [*sacrilegis* Bamberg.]

§. 3. *Cn. Aurelio consuli*] Ita Modius primus edidit, quod a sequentibus omnibus editoribus servatum, recte Crevier. in *C. Aurelio* mutavit. V. ad c. 4, 4.

Quaestionem de expilatis thesauris] *de exspoliatis thesauris*

Digitized by Google

nes deterrere. C. Aurelio consuli negotium datum, ut 3
ad praetorem in Bruttios scriberet: *senatui placere, quaestionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius praetor triennio ante habuisset. Quae inventa pecunia esset, reponi. si quo* 4
minus inventum foret, explari: ac piacularia, si videretur, sicut ante pontifices censuissent, fieri caussa expiandae violationis ejus templi. Prodigia etiam 5
sub idem tempus pluribus locis nunciata acciderunt. In Lucanis coelum arsisse adferebant. Priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse.

Voss. quo verbo in sacrilegio Pleminii usus est Val. Max. 1, 1, 9. *Q. Pleminii, legati Scipionis, in thesauro Proserpinae expoliando sceleratam avaritiam justa animadversione vindicavit.* De eodem v. ad 38, 14, 10. Hic tamen pro glossemate habeo. Reliqui enim codd. in vulgatum consentiunt. Eadem autem verba librarii etiam commutarunt apud Sall. Jug. 31. *Taciti indignabamini aerarium expilari.* ubi v. Cortium.

§. 4. *Fieri caussa expiandae violationis ejus templi*] 39, [14, 8.] *Ne quis, qui Bacchis initiatus esset, coisse aut convenisse caussa sacrorum velit.* 40, [41, 11.] *Caussa ignominiae, uti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni, decretum.* Ibidemque [c. 44, 10.] *Ne major* (pecunia) *caussa ludorum consumeretur.* Puto tamen delendum esse τὸ *caussa* hoc loco, ut ab interprete additum. J. FR. GRON. *cura*, pro *caussa*, est in Lov. 6. et Mead. utroque. *curae* in Gaertn. *curam* in Voss. et Lov. 1. et 4. [Bamb.] V. ad 9, 29, 1. *circa* in Lov. 2. et Harl. Vox *caussa*, quam Gronov. delendam conjecit, saepe a Livio per ellipsin omittitur. Supra 4, 30, 10. *Cernentes in omnibus vicis sacellisque peregrina atque insolita piacula pacis Deûm exposcendae.* 8, 6, 11. *Placuit averruncandae Deûm irae victimas caedi.* 40, 52, 1. *Petiit ab senatu, ut sibi dedicationis templorum etc. pecuniâ ad ludos decerneretur.* Quomodo etiam exponendum docui Livium 3, 62, 6. Similiter locutus est Tacit. 4. Hist. 42. *Accusationem subiisse juvenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiae videbatur.* Lactant. 1. Div. Instit. 1. *Nullus enim suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis; cujus adserendae atque inlustrandae septem volumina destinavimus.* Ubi nihil muto. Saepissime autem librarios perperam hanc vocem vel addidisse, vel omisisse, constare potest ex illis, quae notantur ad 8, 6, 11. 9, 30, 8. 21, 45, 1. 22, 33, 11. c. 38, 4. 35, 38, 14. 40, 7, 8. et Epit. Liv. 120. Adde viros doctos ad Sall. Catil. 6. Jug. 88. ad Vell. Pat. 1, 12. et 2, 20. ad Val. Max. 3, 7, 1. Langium ad Cic. de Amic. 2.

Digitized by Google

6 Lanuvii templo Sospitae Junonis nocte strepitum ingentem exortum. Jam animalium obscoeni foetus pluribus locis nunciabantur. in Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset. alter sexdecim jam annorum item ambiguo sexu inventus. Fru-
7 sinone agnus cum suillo capite, Sinuessae porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro pu-
8 blico equuleus cum quinque pedibus. Foeda omnia et deformia, errantisque in alienos foetus naturae visa. Ante omnia abominati semimares, jussique in mare extemplo deportari: sicut proxime, C. Claudio, M. Livio consulibus, deportatus similis prodi-
9 gii foetus erat. Nihilo minus decemviros adire libros de portento eo jusserunt. Decemviri ex libris

Davis. ad Cic. 1. de Nat. Deor. 21. et Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. inlustr. 1. Quum tamen omnes codd. vel ipsam illam vocem, vel aliud ejus loco constanter servent, cur a recepta lectione recedemus?

§. 5. *Coelum arsisse afferebant*] *asserebant* Gaertn. ob literarum *s* et *f* similitudinem. V. viros doct. ad Plauti Rud. 3, 3, 3. et ad Caes. 3. B. Civ. 15. Adde supra ad 22, 28, 10. Mox §. seq. *Lavini, Lavinii*, et *Lanuvinii* multi ex scriptis et editis. Sed perperam. Juno enim Sospita non *Lavinii*, sed *Lanuvii* colebatur. V. ad 8, 18, 5. Tum *annunciabatur*, pro *nunciabatur*, Lov. 1. Male. Nam modo hoc cap. *Prodigia etiam sub idem tempus pluribus locis nunciata acciderunt* [*accenderunt* Bamb.]

§. 7. *Equus cum quinque pedibus*] Vetus lectio *equuleus*, non *equus*. GELEN. *equus* est in Lov. 2. 6. a m. 1. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *eculeus* in Voss. et Lov. 4. [*eculeius* Bamb.] *equuleus* in reliquis, ut et in edd. Camp. et Rom. anni 1472. Supra 23, 31, 15. *Bos equuleum peperit*. 30, 2, 12. *Equuleus Reate cum quinque pedibus natus*. 32, 1, 11. *Equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse*. ubi tamen omnes mei et Hearnii Mssi *equum*.

§. 8. *Errantisque in alienos foetus naturae visa*] *errasseque in alienos foetus natura visa* Voss. et Lov. 2. *errasse quoque in alienos foetus natura visa* Lov. 6.

§. 10. *Sicut patrum memoria Livius*] De ea re dixit 27, 37. in A. V. DCXLVII. Cur autem *patrum memoria* carmen a Livio conditum dicat, quod septem annis ante hoc tempus factum fuerat, mihi non liquet. DUKER.

Digitized by Google

res divinas easdem, quae proxime secundum id prodigium factae essent, imperarunt. carmen praeterea ab ter novenis virginibus cani per urbem jusserunt, donumque Junoni Reginae ferri. Ea uti fierent, C. 10
Aurelius consul ex decemvirorum responso curavit. Carmen, sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.

XIII. Expiatis omnibus religionibus, (nam etiam 1
Locris sacrilegium pervestigatum a Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita) quum consules in provincias proficisci vellent; privati frequentes, quibus ex pecunia, quam M. Va- 2
lerio, M. Claudio consulibus mutuam dederant, tertia pensio debebatur eo anno, adierunt senatum;

§. 1. *Ex bonis noxiorum in thesauris reposita*] Scripti *thesauros*. Ut et 29, 19, 7. *Duplamque pecuniam in thesauros reponi*. J. FR. GRON. *in thesauros* etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] quomodo etiam hic Pall. et Barber. codd. habere, monuerunt Gebh. et Gron. ad d. l. 29, 19, 7. V. ad 1, 18, 8. Paullo ante *pervestigatum Minucio*, omissis mediis vocibus, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*ab Q. Minutio* Bamb.]

§. 2. *M. Valerio et M. Claudio*] Dedi hanc gratiam editioni principi, ut *τὸ et* immissum ab posterioribus denuo abigerem, pro more usitato ab Romanis et Livio; quamvis, si modo credimus eam particulam in scriptis exstare, non parum vereor, relictum fuisse ab Livio *Marcis Valerio et Claudio consulibus*. JAC. GRON. V. ad 4, 48, 1. 10, 1, 7. et c. 40, 7. Verum copulam ignorant omnes scripti et edd. principes. V. ad 2, 17, 1. Primus eam adscivit ed. Mediol. anni 1506.

Tertia pensio debebatur] Anno belli secundi Punici nono in aerarium pecunia a privatis data erat, ut l. 26, [36.] refert hic author. De ea inde anno decimoquinto ejusdem item belli constitutio facta erat, ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur: primam praesentem ii consules, qui tum essent, duas alteras tertii ac quinti consules numerarent. [29, 16.] Anno igitur decimoseptimo altera pensio debebatur, sed de ea nihil meminit Livius superiore decade; ut credam in hunc dilatam annum. Debebatur igitur tertia pensio, et secunda nondum soluta erat. hic igitur pro tertia solvitur secunda, et libro deinde 33, [42.] tertia. GLAREAN.

Digitized by Google

3 quia consules, quum ad novum bellum, quod magna classe magnisque exercitibus gerendum esset, vix aerarium subficeret, negaverant esse, unde iis in
4 praesentia solveretur. Senatus querentes eos non sustinuit, *Si in Punicum bellum pecunia data, in Macedonicum quoque bellum uti respublica vellet; aliis ex aliis orientibus bellis, quid aliud quam publicatam, pro beneficio, tamquam ob noxam, suam pe-*
5 *cuniam fore?* Quum et privati aequum postularent, nec tamen solvendo aere alieno respublica esset, quod medium inter aequum et utile erat, decreve-
6 *rant, Ut, quoniam magna pars eorum agros vulgo venales esse diceret, et sibimet emtis opus esse; agri publici, qui intra quinquagesimum lapidem esset, co-*

§. 4. *Quid aliud quam publicam, pro beneficio*] Petav. *publicam tam pro beneficio*. Oxonienses, Harberin. Naud. duo Veneti, *publicatam pro beneficio*. Vere et eleganter. Invidiae caussa appellant quasi confiscatam, in publicam redactam. J. FR. GRON. Quem etiam v. 4. Obs. 23. p. 388. Et ita est in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. 1. Gaertner. et Hearnii L. 1. ac N. De errore priorum edd. v. ad 10, 37, 2. [*tanquam noxiam* Bamb.]

§. 5. *Nec tamen solvendo aere alieno respublica esset*] Hoc defendere conatur Pincierus 1. Parerg. 15. Budaeus ad l. 9. D. de Pollicitat. legit *aeri*. Eum sequitur Voss. de Construct. c. 11. Et sic citat Sanctius 4. Min. 4. v. *aes alienum*. quod rectum esse credo. DUK. Eamdem lectionem probavit etiam Crevier. Paullo ante *Quum privati*, omissa media vocula, Voss. *Quum hi privati* Lov. 1.

§. 6. *Magna pars eorum agros vulgo venales esse diceret*] *dicerent* legendum esse, monet Gronov. ad 36, 16, 6. De qua constructione v. ad 5, 38, 5. Omnes tamen scripti et editi vulgatum servant. Mox *emti opus esse*, pro *emtis*, Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *emto opus esse* Lov. 2.

§. 7. *Testandi caussa publicum agrum esse*] *estandi* Voss. Mead. ambo, et Lov. 6. a m. 1. *ostentandi* a m. 2. *extandi* Lov. 2. Harl. et Gaertn. [*asses vectigal* Bamb.] Mox §. seq. *Laeti eam conditionem accepere* Mead. 2. *Laeti eam conditionem accipere* Voss. *Laeti etiam condictionem accipere* Lov. 1.

§. 9. *Trientius Tabuliusque is ager*] Quare *Trientius* appellatus sit, caussam subnectit, sed conjectu facilem: alteram omittit, quam nec Livio notam fuisse puto; alioqui enim adjunxis-

Digitized by Google

pia iis fieret. Consules agrum aestimaturos, et in 7
jugera asses vectigales, testandi caussa publicum
agrum esse, inposituros; ut, si quis, quum solvere 8
posset populus, pecuniam habere, quam agrum, mal-
let, restitueret agrum populo. Laeti eam conditio-
nem privati accepere. Trientius Tabuliusque is 9
ager, quia pro tertia parte pecuniae datus erat,
adpellatus.

XIV. Tum P. Sulpicius, secundum vota in Ca- 1
pitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus pro-
fectus ab urbe, Brundisium venit, et, veteribus mi- 2
litibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones
descriptis, navibusque ex classe consulis Cornelii
lectis, altera die, quam a Brundisio solvit, in Ma-

set. Sit igitur unicuique liberum de ea re comminisci, quod velit. GLAR. Vet. lib. *Trientius, Tributumque.* Ex quo conjeci, legendum esse *Trientius Tributusque.* Alioquin nulla caussa exstat, cur *Tabulius* is ager vocatus sit. at quia pro tertia parte pecuniae tributus erat, *Trientius Tributusque* est dictus. SIG. Legi, ut opinor, debet *Trientius Tributiusque is ager.* TURNEB. 27. Advers. 7. Ego vulgatam lectionem retineam, et dici putem a trientibus tabulis ereditorum, in queis prima quidem et secunda pensio erat acceptilata, tertia vero restabat reliqua. KLOCK. Caussam, quare *Tabulius* is ager dictus sit, nec Livio notam fuisse putat Glareanus. Ergo Sigonius, quia in libro quodam *tributumque* invenerat, legit *Tributusque.* Turnebus *Tributiusque.* Nobis inventum nihil tale, et *Trientium Tabuliumque*, vel deleta copulativa *Trientium Tabulium*, et *Trientabulum* contractius appellatum existimamus, qui pro trientibus tabulis, pro triente tertia tabularum, pro tertia parte tertiaque pensione ejus, quod tabulis publicis debebatur, datus erat. Hoc Livius non modo non ignorabat, sed etiam satis significat. Adde l. 4. Obs. 23. p. 358. J. FR. GRON. *Turenum Tabulumque* Voss. *tenō tabulumque* Lov. 1. *triēniū pabulū* Lov. 2. Mead. 1. in margine, et Gaertn. *trienum pabulum* Lovel. 6. et Mead. 2. *trienum tabulum* Mead. 1. in contextu, et Hearnii L. 1. *trie. n. tabulumque* Lov. 4. *Trieñ. tabulumque* Hearnii N. [Bamb.] quomodo corrupte pro *Trientabulum*, vel *Trientabulumque* datum esse, Hearnius existimavit.

§. 1. *Paludatus cum lictoribus profectus ab urbe*] *paludatis lictoribus* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl.

Digitized by Google

3 cedoniam trajecit. Ibi ei praesto fuere Atheniensium legati, orantes, ut se obsidione eximeret. Missus extemplo Athenas est C. Claudius Centho, cum
4 viginti longis navibus, et militum copiis. neque enim ipse rex Athenas obsidebat. eo maxime tempore Abydum obpugnabat, jam cum Rhodiis et Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter proelio, vi-
5 res expertus. Sed animos ei faciebat, praeter ferociam insitam, foedus ictum cum Antiocho Syriae rege, divisaeque jam cum eo Aegypti opes; cui, morte audita Ptolemaei regis, ambo inminebant.
6 Contraxerant autem sibi cum Philippo bellum Athe-

Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. Sed recte, lectione hac rejecta, vulgatum *paludatus* defendit Gronov. ad 41, 10, 5. *paludatus lictoribus profectus* Voss. et Lov. 1. sine praepositione, quam saepe omitti vidimus ad 22, 9, 5. Mox *Brundisium*, et §. seq. *Brundisio* Lov. 2. V. ad 42, 17, 2.

§. 2. *Navibusque ex classe consulis Cornelii lectis*] *ex classe C. Cornelii* Lov. 2. 4. 6. a m. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [*ex classe Cn. Corneli* Bamb.] Tum *electis* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] V. ad 28, 42, 5. [*altero die* Bamb.] Mox *trajicit* Voss. et Lov. 1.

§. 3. *Ibi ei praesto fuere Atheniensium legati, orantes, ut se obsidione eximeret*] *Ibi et praesto Atheniensium legati* Voss. *Ibi et praesto fuere Atheniensium legati* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Ibi praesto fuere Ath. leg.* Harl. Tum *Atheniensium legati, ut se obsidione eximerent* Voss. et Lov. 1. Ita 9, 15, 3. *Legatos misere ad consulem Romanum, ut absisteret obsidione.* Eodem modo *dicentes, nunciantes*, ac similia saepe per ellipsin omitti, vidimus ad 4, 45, 6.

C. Claudius Centimalus, cum viginti longis navibus, et militum copiis.] *Cento*, non *Centimalus*, quod Fulviorum cognomen est. GELEN. *Centho* ex Capit. lapid. SIG. *Centimalus* est in Harl. et Mead. utroque. *Centimallus* in Lov. 2. *Centumalus* in Gaertn. et Lov. 6. a m. 2. *Centum* in Voss. et Lov. 1. ac 4. *Cen* in Lov. 5. *C.* id est *Centum*, in Lov. 6. a m. 1. *T. Claudius Centumalus* memoratur apud Cic. 3. de Off. 16. et Valer. Max. 8, 2, 1. Verum, apud Cic. *Ti. Claudius Centho* legendum esse, conjicit Langius. *Ap. Claudius Centemmanus* obcurrit apud Pomponium l. 2. §. 36. ff. de Orig. Jur. quem varie vexant, ac defendunt docti interpretes. Quum tamen viri docti *Centimali* cognomen hoc loco repudiarint, non cum Gelenio *Cento* recepi, sed *Cen-*

Digitized by Google

nienses haudquaquam digna caussa: dum ex vetere fortuna nihil praeter animos servant. Acarnanes 7
duo juvenes per Initiorum dies, non initiati, templum Cereris, inprudentes religionis, cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit, absurde quaedam percunctantes: deductique ad antistites templi, quum palam esset, per errorem ingressos, tamquam ob infandum scelus, interfecti 8
sunt. Id tam foede atque hostiliter factum gens 9
Acarnanum ad Philippum detulit: impetravitque ab eo, ut, datis Macedonum auxiliis, bellum se inferre Atheniensibus pateretur. Hic exercitus, primo 10

tho eum Sigonio, quem etiam v. ad 22, 34, 1. [*Cento* Bamb.] Praeterea vocem excidisse, et *exiguis* vel *parvis militum copiis* legendum, existimat Crevier. idque firmat ex verbis sequentibus *neque enim ipse rex Athenas obsidebat*, quibus rationem contineri putat, cur necesse non fuerit valida auxilia Athenas mittere. *navibus et militibus* legit Lov. 5. [*et* ∞ (i. e. mille) *militum*, omisso *copiis*, Bamb. in quo *mille* insuper additum a m. 2. inter versus. mox *oppugnabat* idem.]

§. 4. *Cum Rhodiis et Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter proelio, vires expertus*] Bis Philippus navali proelio cum Rhodiis et Attalo decertavit, primo ad insulam Laden anno 2. Olymp. CXLIV. Iterum anno seq. ad insulam Chium. V. Vales. ad Excerpt. Peiresc. p. 14. Ceterum Crevier. unam hic vocem deesse, unam superesse, ac legendum existimat *duobus navalibus certaminibus, neutro* (sc. certamine) *feliciter, vires expertus*. Mox §. seq. *Sed ei animos faciebat* Lov. 2. et Harl. *Sed enim animos faciebat* Mead. 2. V. ad 36, 12, 8. Deinde *divisaeque cum eo*, omissa vocula *jam*, Voss. et Lov. 1.

§. 6. *Contraxerant autem sibi cum Philippo bellum*] Superest *sibi*. GELEN. Edebatur *Contraxerant autem sibi*. Sustulit ultimam vocem Gelenius, hoc tantum praefatus, superesse. Id scripti a nobis inspecti negant. 5, [52, 14.] *In singulas noctes tantum sibi reique publicae piaculi contrahet*. 24, [42, 11.] *Qui contraxerant eis cum Carthaginiensibus bellum*. Plinius 11, 19. *Aliquando et ipsae mortis sibi contrahunt causas*. J. FR. GRON. Pronomen *sibi* etiam omnes, quibus usus sum, codd. tuentur. Mox §. seq. τὸ *Cereris* exsulat a Voss. et Lov. 1.

§. 9. *Hostiliter factum gens Acarnanum*] Ita primus Frob. anno 1535. edidit. Priores legunt *hostiliter gens Acarnanum factum*. Nec aliter est in Lov. 2. 4. 5. Mead. utroque, et Gaertn.

Digitized by Google

terram Atticam ferro ignique depopulatus, cum omnis generis praeda in Acarnaniam rediit: et irritatio animorum ea prima fuit. postea justum bellum de-
11 cretis civitatis ultro indicendo factum. Attalus enim rex Rhodiique, persecuti cedentem in Macedoniam Philippum, quum Aeginam venissent; rex Piraeeum, renovandae firmandaeque cum Atheniensibus socie-
12 tatis caussa, trajecit. Civitas omnis obviam effusa cum conjugibus ac liberis, sacerdotes cum insignibus suis intrantem urbem, ac Dii prope ipsi exciti sedibus suis, exceperunt.

[Bamb.] *hostiliter factum*, inter utraque vocabula lacuna relicta, Lov. 1. ut et ipse ita invenisse videatur. *hostiliter Acarnanum factum* Voss. *hostiliter Acarnanum gens factum* Lov. 6.

§. 10. *Irritatio animorum*] MSS. omnes cum Th. interjiciunt *finem*. Lege *et irritatio quidem animorum*. J. FR. GRON. *To finem* interjiciunt etiam Voss. Lov. 1. 4. Mead. 1. et Hearnii L. 1. ac N. *irritatio sine animorum* Lov. 2. *irritatio quidem animorum*, ut Gronov. conjecit, Mead. 2. [Bamb.] Paullo ante *τὰ exercitus primo* non adparent in Harl. Deinde *ferro igneque* Lov. 2. et Mead. ambo. Sed v. ad. 4, 9, 8. Denique *in Macedoniam rediit* Voss. Lov. 1. et 6. in contextu.

§. 11. *Secuti cedentem in Macedoniam Philippum*] Th. et S. Victoris *persecuti*, non *secuti*. J. FR. GRON. Eam lectionem recte Crevier. in contextum recepit. Similiter enim praeferunt non tantum omnes omnino mei, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] verum etiam edd. vett. pro quo demum Frob. anno 1535. subposuit *secuti*.

Rex Piraeeum renovandae etc.] Confer. Polyb. Exc. Legat. num. 3. [*confirmandaeque* Bamb.]

§. 12. *Cadini prope ipsi exciti sedibus suis, exceperunt*] Quid apud Athenienses *Cadini* essent, haud facile dixerim. Reperio tamen apud Sicyonios *Carnos*, non *Cadinos*, sacerdotes summa rerum potitos. SABELL. De *Diis* Polyb. 3. Exc. Legat. nihil dicit. Videtur accipiendum de simulacris Deorum honoris caussa praelatis, ut apud Herodian. 8, 7. *Sacerdotum* quoque mentio olim non erat in Polyb. l. d. sed legebatur *οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες μετὰ τῶν ἱππέων*. Sed hoc Fulv. Ursinus recte emendavit *μετὰ τῶν ἱερέων*, idque et interpres Polybii, et Jac. Gronovius merito probarunt, frustra dissentiente Rutgersio 4. Var. Lect. 2. DUK. In antt. edd. legitur *Cadmi prope ipsi*, quod superest etiam in Voss. Lov. 6. Mead. 2. et Gaertn. *Cadini* in Lov. 1. ac 2. *Cadim* in Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *Cadmim* in Lov. 5. Vestigia harum lectionum eo ducunt, ut credam, Li-

Digitized by Google

XV. In concionem extemplo populus vocatus, ut 1
rex, quae vellet, coram ageret: deinde ex dignitate
magis visum, scribere eum, de quibus videretur,
quam praesentem aut referendis suis in civitatem 2
beneficiis erubescere, aut significationibus adclama-
tionibusque multitudinis, adsentatione inmodica pu-
dorem onerantis. In literis autem, quae missae in 3
concionem recitataeque sunt, commemoratio erat
beneficiorum primum in civitatem sociam; deinde
rerum, quas adversus Philippum gessisset; ad po-
stremum adhortatio: *Capessendum bellum, dum se,* 4

vium scripsisse *ac Divi prope ipsi*, quemadmodum etiam Mediol. anno 1505. mox Ascens. anno 1513. et reliqui ediderunt usque ad Froben. qui anno 1535. *ac Dii prope ipsi* substituit. [*ac Di prope ipsi* Bamb.] Ideo vero *Dii*, sive *Divi prope ipsi exciti sedibus suis* dicuntur, quia Attalo Athenas ingresso omnia templa patuerunt, omnibusque aris victimae adstiterunt, referente Polyb. l. laud. Deinde *excitis aedibus suis* Voss. et Lov. 1. *exciti aedibus suis* Lov. 5. et edd. antt. *sedibus* demum Aldus dedit. V. ad 5, 42, 1. Tum *acceperunt* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] V. ad 10, 18, 9. Paullo ante *sacerdotes infulis suis* sine praepositione Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Gaertn. et Mead. 1.

§. 2. *Significationibus adclamationibusque*] 35, 43, 9. *Exceptus ingenti favore multitudinis cum plausibus clamoribusque, et quibus aliis laetitia effusa vulgi significatur.* Graeci ἐπισημασίας vocant. V. Victor. ad Cic. 1. ad Att. 16. DUK.

§. 3. *Quae missae in concionem recitatae sunt*] Th. *recitataeque sunt.* 34, 61, 15. *Conspectae tabellae demptaeque et lectae.* 5, 12, 13. *Collatum obedienter missumque ad exercitum est.* Alioqui scio placuisse saepe Livio ἀσύνδετα. JAC. GRON. Eam lectionem recepi. Ita enim non tantum Lov. 2. 4. 5. 6. a m. 2. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. verum etiam omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae copulam ejecit. Mox hoc cap. *Naves captas nuper a Macedonibus recuperatasque remiserant.* Ubi etiam male Lov. 5. copulam non agnoscit.

In civitatem sociam] Legendum *suam.* GELEN. Vet. lib. *civitatem sociam.* Recte. loquitur enim Attalus, atque Athenas *civitatem sociam* appellat. SIG. *suam* Lov. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. [*suorum* Bamb.] Sed ea vox omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 4. et 6. Postea Mog. *sociam* dederunt; quod a Gelenio mutatum recte Sigonius iterum restituit. Epit. Liv. 31. *Tenuit auctoritas Patrum, ut sociae civitati ferri opem populus quoque juberet.* Infra hoc lib.

Digitized by Google

dum Rhodios, tum quidem, dum etiam Romanos haberent. Nequidquam postea, si tum cessassent,
5 *praetermissam occasionem quaesituros.* Rhodii deinde legati auditi sunt: quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Atheniensium, captas nuper a Macedonibus recuperatasque, remiserant. itaque ingenti consensu bellum adversus Phi-
6 lippum decretum. Honores regi primum Attalo inmodici, deinde et Rhodiis habiti: tum primum mentio inlata de tribu, quam Attalida adpellarent, ad
7 decem veteres tribus addenda: et Rhodiorum populus

c. 24, 1. *Quo quum esset nunciata clades sociae urbis.* Ibid. *Ad deforme spectaculum semirutae ac fumantis sociae urbis quum venisset.* c. 31. 2. *Ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes.* 31, 40, 9. *Ne sine aliqua munificentia praeteriret civitatem sociam atque amicam.*

Ad postremum adhortatio capessendi belli] Legendum *capessendum bellum*, non *capessendi belli.* GELEN. Vet. lib. *adhortatio capessendi belli.* SIG. Hanc lectionem servare etiam suos L. 1. et N. Hearne monuit. Sed *capessendi belli* legunt omnes mei, [Bamb.] cum edd. usque ad Ascens. anni 1513. Mox *si tum cessarent* Voss. Lov. 5. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1535. *cessassent* substituit; quod superest in scriptis reliquis.

§. 5. *Beneficium, quod naves longas quatuor in portu Atheniensium captas nuper* etc.] *in portu* de suo aliquis adjecit. GELEN. Voces illas ex scriptis solus Lov. 5. ostentat. Deinde *naves longas tres* Lov. 2. 4. 6. a m. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *beneficium: longas quatuor Atheniensium captas* Voss. *beneficium: longas Atheniensium naves captas* Lov. 1. Commode certe legi posse videtur *recens erat beneficium: longas quatuor*, vel *tres Atheniensium naves captas a Macedonibus recuperatasque remiserant.* Posset et numerus navium omitti, quem etiam omisit Polyb in Exc. Legat. num. 3. διὰ τὸ κἀκείνους αὐτοῖς χωρὶς τῶν ἄλλων, τάς τε ναῦς ἀποκατασῆσαι τὰς ἀιχμαλώτους γενομένας, καὶ τοὺς ἄνδρας.

§. 6. *Honores regi primum Attalo inmodici, deinde et Rhodiis habiti*] Vox *Attalo* nonnihil suspecta est. DUK. Vocula *et* non adparet in Voss. et Lov. 6.

De tribu, quam Attalida adpellarent] *Attalidam* Lov. 4. 5. 6. et edd. principes: pro quo *Attalidem* substituit Ascens. anni 1513. *Attalida* Froben. anni 1535. Graecis vocatur φυλὴ Ἀτταλὶς, Ἀτταλικὴ, vel Ἀτταλία.

Digitized by Google

lus corona aurea virtutis gratia donatus, civitasque Rhodiis data, quemadmodum Rhodii prius Athenienseibus dederant. Secundum haec rex Attalus Aeginam ad classem se recepit. Rhodii Ciam ab Ae- 8
gina, inde per insulas Rhodum navigarunt: omnibus, praeter Andrum, Parumque, et Cythnum, quae praesidiis Macedonum tenebantur, in societatem acceptis. Attalum Aeginae, missi in Aetoliam nuncii, 9
exspectatique inde legati, aliquamdiu nihil agentem tenuere: et neque illos excire ad arma potuit, gau- 10
dentes utcumque composita cum Philippo pace, et ipse Rhodiique, si institissent tunc Philippo, egre-

§. 7. *Corona aurea virtutis gratia donatus*] Legendum *virtutis ergo*, non *gratia*. GELEN. Ita omnes postea ediderunt usque ad J. Fr. Gronov. qui priorem lectionem restituit. Ea autem in omnibus meis superest. [*virtutis ergo* Bamb.] Mox *se recipit* Voss. Lov. 4. et Mead. 1.

§. 8. *Rhodii etiam ab Aegina, inde per insulas Rhodum navigarunt*] Legendum *Rhodii Ceam ab Aegina*, non *etiam ab Aegina*. GELEN. Vet. lib. *Rhodii cum jam ab Aegina*. Item *Rhodii etiam ab Aegina*. Hinc ego *Rhodii Ciam ab Aegina*. Insula autem est Cia opposita Euboeae, Ptolemaeo auctore [3, 15.] SIG. Scribendum *Ciam*, non *Ceam*, ex Polybii fragmento 3. in quo est: *Ἀνήχθησαν ἐπὶ τὴν Κίον ἐπὶ τὰς νήσους μετὰ τοῦ στόλου*. Est autem Cia, ut Ptolemaeus docet, insula Euboeae opposita. URSIN. V. Ursin. eumdem ad Polyb. Exc. Legat. num. 3. *Rhodii coram ab Aegina*. Voss. Lov. 1. 2. et 6. *Rhodii etiam ab Aegina* Lov. 5. *Rhodii Sceniam ab Aegina* Harl. *Rhodii Sceiam ab Aegina* Mead. 1. et Gaertn. *Rhodii Ceiam ab Aegina* Lov. 4. et Mead. 2. [Bamb.] Incolae hujus insulae dicti sunt *Ciani*, de quibus v. Sigon. ad c. 31, 4. Eadem autem est insula *Cea*, *Ceos*, *Cia*. V. Cellar. Geogr. Ant. 2, 14, 830. Mox *Rhodum* deest in Voss. et Lov. 1. ac 6.

Andrum, Parumque, et Scyrum] Legendum *Parumque, et Cythnum*, non *Scyrum*. GELEN. *et Cinum* Voss. Lov. 2. 4. 5. et Mead. ambo, cum edd. Camp. et Rom. anni 1472. *et Cyanum* ed. Parm. *et Cydnum* Harl. et edd. proximae, Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae. *et Civium* Gaertn. *et Aporum* Hearnii L. 1. [*et Cytnum* Bamb.] *τὸ Cythnum* deest in Lov. 1. *et Scyrum* primum inveni in ed. Mogunt.

§. 9. *Et neque illos excire ad arma potuit*] Oratio hujus periodi scabra et aspera est meo judicio. Lenius fluxuram puto, si liceret legi, *sed neque illos*

Digitized by Google

gium liberatae per se Graeciae titulum habere po-
11 tuissent; patiendo rursus eum in Hellespontum tra-
jicere, occupantemque Graeciae opportuna loca vi-
res conligere, bellum aluere; gloriamque ejus gesti
perfectique Romanis concesserunt.

1 XVI. Philippus magis regio animo est usus: qui,
quum Attalum Rhodiosque hostes non sustinuisset,
ne Romano quidem, quod inminebat, bello terri-
2 tus, Philocle quodam ex praefectis suis cum duo-
bus millibus peditum, equitibus ducentis ad popu-

excire ad arma potuit etc. *et ipse. Rhodiique quum, si institissent tunc Philippo, e. l. p. s. G. t. habere potuissent; patiendo* etc. *bellum aluere.* DUK. *ad arma excire* Lov. 5. Deinde *composita cum Philippo libertate* Voss. et Lov. 1. Deinde voces *et ipse Rhodiique, si institissent tunc Philippo* desunt in Voss. et Lov. 1. ac 6. *τὰ et ipse* in Lov. 2. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. sequentia autem ita *Rhodiique cum ea instituissent Philippo* legit Lov. 2. *Rhodiique cum eea institissent Philippo* Lovel. 4. *Attalus Rhodiique cum Philippo* Harl. *Rhodiisque cum ea institissent Philippo* Mead. 1. et Gaertn. quae nonnihil Cl. Dukeri conjecturae favent. [*cum si institissent* Bamb.]

§. 11. *Occupantemque Graeciae opportuna loca*] Immo *Thraciae.* Hujus enim sunt Aenus et Maronea, et caetera, quae mox enumerantur, loca. Homerus *Il. 4.* [519.]

— — — *Θρῃκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν*
Πειρῶς Ἰμβρασίδης, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰληλούθει.

Livius 37, [60, 7.] *Inde tribus navibus in Thraciae oram missis, ab Aeno et Maronea praesidia Antiochi deduci jussit.* 39, [27, 1.] *Thessalonicen ad cognoscendum de Thraciae urbibus proficiscuntur. Ibi legati Eumenis: Si liberas esse Aenum et Maroneam velint Romani,* etc. *sin autem minor cura sit urbium in Thracia positarum.* Rursumque [c. 33, 4.] *Ut ab Aeno et Maronea praesidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciae ora a Philippo et Macedonibus liberaretur.* V. et Virgil. 3. Aen. 14. et ibi Servium. Plutarchus in Catone min. [763.]. *Ὁ ἀδελφὸς εἰς τὴν Ἀσίαν βαδίζων ἐνόσησε περὶ Θρᾴκην ἐν Αἴνῳ.* Omitto Geographos. J. FR. GRON. Doujatius vulgatum tuetur, et *Graeciae opportuna loca* intelligit de possessis antea a Philippo Graeciae urbibus, et per cessationem Attali ac Rhodiorum retentis: *occupandi* enim verbum non minus *detinere* significare, quam *invadere.* Verior tamen videtur Gronov. conjectura, quam etiam Cl. Crevier. probavit.

§. 2. *Philocle quodam ex praefectis suis*] *Pylode* Gaertn. *Philode* Lov. 1. 5. et Voss. errore scribarum. V. ad 62, 38, 5.

§. 3. *Heraclidi*] De Heraclide

Digitized by Google

landos Atheniensium agros misso, classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret, ipse terra eodem cum expeditis duobus millibus peditum, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam quidem primo inpetu expugnavit: Aenum inde cum magno labore, postremo proditione Ganymedis praefecti Ptolemaei, cepit. deinceps alia castella, Cypsela, et Doriscon, et Serrheum, occupat. inde progressus ad Chersonesum, Elaeunta et Alopeconnesum, tradentibus ipsis, recepit. Callipolis quoque et Madytos de- 3 4 5 6

hoc Philippi praefecto pluribus verbis scribit Polyb. l. 13, [2.] SIGON.

§. 4. *Proditione Ganymedis praefecti Ptolemaei*] *per proditionem* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. [Bamb. a m. 2.] Praeterea *Gallimedis* Voss. Lov. 1. 6. a m. 1. et Hearnii L. 1. [Bamb.] *Galimedis* Lov. 4.

§. 5. *Deinceps alia castella, Cypsela, et Dorison, et Semphea*] Vera tamen lectio est *Doriscon*. Sic Plinius, Strabo, et Pompon. sic et vetustus codex. SABELL. Legendum *Doriscon et Serrheum*, non *Nympheum*. Serrheum in eo tracta praeter alios etiam Thucydides collocat. GELEN. *Serreum* vetusti habent codices. Quidam temere, meo judicio, emendarunt *Nymphaeum*. Nam Plinius 4, 11. *Serreum* montem ponit prope *Doriscum*, ubi et *Cypsela*. *Nymphaei* eo in loco nulla, quod sciam, apud authores est mentio. *Alopeconesum* idem Plinius 4, 12. ait insulam esse, haud procul a Coelo Cherronesi portu. *Maditon* Ptolem. [3, 12.] *Madi* vocat, corruptis, ut puto, codicibus. Herodotus enim l. 7, [33.] integre ponit: ubi [c. 58.] et *Stentorida* lacum apud *Doriscum*, si cui forte *Serreum* non placebit. GLAR. *Cypsella* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertner. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Mogunt. Tum *Deriston* Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. *Doriston* Mead. 2. *Dorison* Lov. 5. Reliqui *Doriscon*. Deinde *Fertheum* Voss. *Secream* Gaertn. *Sereteum* Lov. 6. *Sterteum* Hearnii L. 1. *Serpheum* Mead. 2. *Sepheum* ed. Rom. princeps apud Hearnium. *Sempheum* edd. quas vidi, proximae cum Lov. 5. *Sereum* Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. in margine, aliaeque. *Nympheum* Mogunt. *Serrheum* Frob. anni 1535. Ceterum *deinde*, pro *deinceps*, Lov. 5. Harl. et Mead. 2. V. ad 5, 17, 4.

Eleunta et Alopeconnesum, tradentibus ipsis, recepit] *Elaeunta* scribendum est. Est autem Elaeus cum proximis oppidis ad Hellespontum in Chersoneso. Alopeconesus autem insula est, Plinio auctore [4, 11. et 12.] SIG. Etymologici M. auctorem inepte Elaeunta insulam facere, adnotat Holsten. ad Stephan. DUR. V. iterum Sigon. ad Livii 37, 9. 7. Eamdem scripturam olim probavit Isaac. Voss. qui apud Scy-

Digitized by Google

dita, et castella quaedam ignobilia. Abydeni, ne legatis quidem admissis, regi portas clauserunt. ea obpugnatio diu Philippum tenuit: eripique ex obsidione, ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, po-
7 tuerunt. Attalus trecentos tantum milites in praesidium, Rhodii quadriremem unam ex classe, quum
8 ad Tenedum staret, miserunt. eodem postea, quum jam vix sustinerent obsidionem, et ipse Attalus quum trajecisset, spem tantum auxilii ex propinquo ostendit, neque terra, neque mari adjutis sociis.

1 XVII. Abydeni primo, tormentis per muros dispositis, non terra modo adeuntes aditu arcebant, sed navium quoque stationem infestam hosti facie-
2 bant. postea, quum et muri pars strata ruinis, et

lac. in Peripl. p. 67. pro Ἐλβιοῦς, et p. 68. pro Ἐλεοῦντα scribendum monuit Ἐλαιοῦς et Ἐλαιοῦντα. Postea sententiam mutavit, et in notis ad Pomp. Mel. 2, 2, 88. Ἐλεοῦς et *Eleus* verum nomen fuisse adfirmavit, licet corrupta, quam in codd. vett. invenerat, scriptura *Flacusa* postulare videretur, ut *Elaeus* probaret. Alii utramque scripturam *Elaeus* et *Eleus*, sive Ἐλαιοῦς et Ἐλεοῦς, in usu antiquis fuisse docuerunt. V. Pintian. ad Melae l. l. Holsten. ad Steph. de Urbib. v. Ἐλαιοῦς. et Cellar. 2. Geogr. ant. 15. p. 846. Verum Thucyd. semper Ἐλαιοῦς dixisse, docuit Cl. Wass. ad ejus 8. sect. 102. Ex numero etiam illorum scriptorum, qui Ἐλεοῦς usurparunt, eximendos esse Herodot. et Arrian. optimorum codicum fide docuit Cl. Jac. Gronov. ad Herod. 6, 120. et ad Arrian. 1. de Exp. Alex. 11. Sigonii itaque sententiam secutus sum. Ceterum *Elunta* est in Voss. et Lov. 1. Deinde *Alopeconesum* Lov. 2. 5. et Hearnii N. *Alopeconnessum* Lov. 1. et 4. [*alopē connessum* Bamb.] *Alope Comessum* Hearnii L. 1. Tandem *recipit* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 6. *Callipolis quoque et Madytos tradita*] *Gallipolis* Lov. 4. 5. 6. Mead. 1. Harl. Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. ante Mogunt. *Galliopolis* Mead. 2. *Galipolis* Lov. 2. et Gaertn. De perpetua confusione literarum *C* et *G* v. ad 6, 25, 6. Praeterea *Gallipolisque et* Harl. V. ad 5, 27, 1. Deinde *Macedocus* Gaertn. *Madocus* Lov. 2. 4. 5. et Hearnii N. [Bamb.] *Madocis* Lov. 6. *Madotus* Voss. Lov. 1. et Mead. 2. *Madociis* Harl. et Mead. 1. *Madotiis* Hearnii L. 1. et edd. principes. Proximae *Madocis* et *Madociis*. Mogunt. demum *Madytos*. Mox *Habideni legatis quidem admissis* Voss. et Lov.

Digitized by Google

ad interiorem raptim obpositum murum cuniculis jam perventum esset, legatos ad regem de conditionibus tradendae urbis miserunt. Paciscebantur 3
autem, ut Rhodiam quadriremem cum sociis navalibus, Attalique praesidium emitti liceret; atque ipsis urbe excedere cum singulis vestimentis. Qui- 4
bus quum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset; adeo renunciata haec legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit, ut, ad Saguntinam rabiem versi, matronas 5
omnes in templo Dianae, pueros ingenuos, virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus, in gymnasium includi juberent: aurum et argentum in fo- 6
rum deferri, vestem pretiosam in naves Rhodiam

1. Tum *eam oppugnans diu Philippus tenuit* Lov. 1.

§. 7. *Quum ad Tenedum staret*] *starent* Lov. 4. et Mead. 1. [*acū atstenedum* et §. seq. *adjuti sociis* Bamb.]

§. 2. *Legatos ad regem de conditionibus tradendae urbis miserunt*] Legatorum nomina praetermisit, quae sunt apud Polybium l. 16, [15.] *πέμψαντες πρεσβευτὰς Ἰφιάδην καὶ Παντάκνωτον ἐκέλευον παραλαμβάνειν τὸν Φίλιππον τὴν πόλιν.* SIGON.

§. 3. *Praesidium emitti liceret; atque ipsis urbe excedere*] Ita primus edidit Aldus. Antea vulgabatur *atque ipsos*, quod servant Voss. et Lov. 5. Reliqui codd. lectionem Aldinam probant.

§. 4. *Nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset*] *nisi omnia poenitentibus* Voss. et Lov. 1. *nisi omnia dimittentibus* Lov. 2. et Mead. 2. *Permittere* verbum est in hac re proprium. 9, 43, 7. *Cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat.* 33, 13, 4. *De ceteris senatui permissurum dixit.* 36, 35, 5. *Ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis.* Ita *liberum de se arbitrium senatui permittere* 37, 1, 5. et alibi saepe. Mox *renunciata legatio*, omisso medio pronomine *haec*, Lov. 1. 6. et Voss. Tum *ad indignationem simul et desperationem* Lov. 4.

§. 5. *Virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus*] *etiam infantes cum suis* Lov. 2. 5. et Mead. 1. cum edd. principibus. *tum etiam infantes cum suis* Lov. 4. *infantesque et virgines cum suis* Gaertn. *virginesque et infantes cum suis* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. quam lectionem Aldus adoptavit: pro quo Froben. anno 1535. *infantes etiam* sub-

Digitized by Google

Cyzicenamque, quae in portu erant, congeri: sacerdotes victimasque adduci, et altaria in medio
7 poni. ibi delecti primum, qui, ubi caesam aciem suorum, pro diruto muro pugnantem, vidissent,
8 extemplo conjuges liberosque interficerent; aurum, argentum, vestemque, quae in navibus esset, in mare dejicerent; tectis publicis privatisque, quamplu-
9 rimis locis possent, ignes subjicerent; et, se facinus perpetraturos, praeeuntibus exsecrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adacti: tum militaris aetas jurare, neminem vivum, nisi victorem, acie ex-

stituit. Deinde *suis matricibus* Lov. 1. et Voss. Paullo ante *ad Saguntinam rabiem conversi* Mead. 2. et Gaertn.

§. 6. *In naves* etc. *conjici*] Verbum postremum haud dubie ab alia, quam Livii, manu. MSS. et alii *choreos*. Voss. et Th. *corei*. Videntur indicare *congeri*. JAC. GRON. *conici* Lovel. 4. et Hearnii N. *coïci* Mead. 1. et *corsi* vel *correi* in margine. [*coici* Bamb.] *coloi* Hearnii L. 1. *torei* Mead. 2. *coroi* Voss. *choreos* edd. principes usque ad Mog. quae dedit *cogi*. mox vero *conjici* Aldus. Cl. Crevier. *congeri*, quod Gronovio ex conjectura placebat, in Victor. invenit, et in contextum recepit; quod servavi, quum eadem lectio etiam supersit in Lov. 2. et 6. V. ad 10, 4, 2. Cl. Jac. Periz. in margine Livii conjicit: *aurum et argentum in forum deferri, vestem pretiosam in naves Rhodiam Cyzicenamque, quae in portu erant; seniores, sacerdotes victimasque adduci*. Fundamentum hujus conjecturae est Polyb. qui 16, 16. narrat, seniores delectos esse, ut, si urbem ab hoste occupatam viderent, conjuges et liberos interficerent. At nonnulla sunt, ob quae emendatio haec displiceat. Nimium enim a vulgato et codicum vestigiis abit: deinde si *seniorum* mentionem facere voluisset Livius, ejus rei commodior erat occasio in verbis sequentibus, *ibi delecti primum seniores, qui* etc. Similiter enim Polyb. *Καὶ πεντήκοντα προεχειρίσαντο τῶν πρεσβυτέρων ἀνδρῶν*. Verum quemadmodum Liv. numerum, ita et aetatem delectorum ad scelus illud perpetrandum reticuisse videtur, satis habens in fine cap. monere, fuisse *principes*.

§. 8. *Aurum, argentum, vestemque, quae in navibus esset*] *aurum, et argentum, vestemque* Lov. 4. *aurum, argentum, vestem* Mead. 2. et plures ex edd. antt. omissa copula *que*, quae intercepta videtur a proxime sequenti pronomine *quae*. V. ad 41, 2, 11. Deinde *quae in manibus esset* Voss. et Lov. 1. *quae in navibus essent* Harl. et edd. vett. Sed recte *esset* Frob. anno 1535. restituit. aurum enim et

Digitized by Google

cessurum. Hi, memores Deorum, adeo pertinaciter 10
pugnaverunt, ut, quum nox proelium diremtura esset, rex prior, territus rabie eorum, pugna abstiterit. Principes, quibus atrocior pars facinoris de- 11
legata erat, quum paucos et confectos vulneribus ac lassitudine superesse proelio cernerent, luce prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.

XVIII. Ante deditionem ex iis legatis Romanis, 1
qui Alexandriam missi erant, M. Aemilius trium consensu minimus natu, audita obsidione Abydenorum,

argentum in forum, vestis tantum in naves delata erat. Ceterum Polyb. convenisse dicit 16, 16. at aurum et argentum in mare conjicerent, naves autem, in quas congesta erat vestis pretiosa, incenderent.

§. 9. *Praeeuntibus exsecrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adacti*] *praeeuntibus in exsecrabile carmen* Hearnii L. 1. Sed *praeire carmen*, ut *praeire verba*; de quo v. ad 8, 9, 4. *praeeuntibus et exsecrabile carmen* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. *praeeuntibus etiam exsecrabile carmen* Lov. 5. et edd. usque ad Frob. qui τὸ *etiam* anno 1535. omisit. [ante *id*, pro *et*, *se facinus* Bamb.] Deinde *jurejurando* exsulat a Lov. 1. *jurejurando coacti* legunt Lov. 5. et eaedem edd. Mox *jurare* inelegante et supervacue positum, ideoque recidendum, judicat Cl. Crevier. ita ut ad voces *militaris aetas* ex praecedenti suppleatur *sacramento adacta*. Sed verbum illud constanter in omnibus scriptis superest. [*jurat* Bamb.]

§. 10. *Quum nox proelium diremptura esset*] *direptura esset* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. prior, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1531. V. ad 37, 32, 7. [*cum proelium nox diremptura* Bamb.] Paullo ante *memores dictorum*, pro *Deorum*, Lov. 5. et edd. ante Ald. [*Ii* pro *Hi*, Bamb.]

Territus rabie eorum, pugna abstiterit] *abstinuerit* Voss. et Lov. 1. ac 6. quod ex interpretis glossa natum videtur. Ejusdem erroris alia exempla v. ad 2, 56, 7. 21, 6, 8. 34, 8, 2. 36, 25, 7. 37, 17, 7. et Epit. Liv. 45. Adde Modium ad Curtii 10, 7, 18. De locutione *absistere pugna* v. ad 24, 20, 15.

§. 11. *Principes, quibus atrocior* etc.] Nomina eorum edit Polyb. [16, 18.] Glaucidem et Theognetum. Est enim in tota hac Abydi expugnatione explicanda aliquanto, quam Livius, uberior. SIGON.

§. 1. *Ex iis legatis Romanis, qui Alexandriam missi erant, M. Aemilius duorum consensu minimus natu*] Suspicor legendum esse *ex tribus legatis*: pri-

Digitized by Google

2 ad Philippum venit. qui, questus Attalo Rhodiisque arma inlata, et quod tum maxime Abydum obpugnaret, quum rex ab Attalo et Rhodiis ultro se bello lacessitum diceret; *Num Abydeni quoque*, in-
3 quit, *ultro tibi intulerunt arma?* Insueto vera audire ferocior oratio visa est, quam quae habenda apud regem esset. *Aetas*, inquit, *et forma*, *et su-*
4 *per omnia Romanum nomen te ferociorem facit. Ego*

mum quia tres antea nominavit hujus libri initio [c. 2, 3.] *Interim ad Ptolemaeum Aegypti regem legati tres missi C. Claudius Nero, M. Aemilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus.* deinde quia ait, *duorum consensu*, et *minimus natu.* Postremo, quia nihil tam facile est, quam ex *III*, id est tribus, facere *IIS.* Sic enim apud Vellejum ex *VII* factum est *VTI.* Verba ejus sunt l. 2, [10.] *Notetur Domitiae familiae peculiaris quaedam, et ut clarissima, ita arctata numero felicitas; VII ante hunc nobilissimae simplicitatis juvenem Cn. Domitium fuere singulis omnino parentibus geniti, sed omnes ad consulatum, sacerdotiaque, ad triumphi autem omnes pene pervenerunt insignia.* Vulgo enim legitur *VTI ante hunc.* Ita autem restituendum esse, docet Suet. in principio Neronis, ubi de Domitiis agit. SIG. Membranae Oxonienses, Barb. Naud. Pet. Venetae, Florent. et Vossianus *trium consensu.* Quod abolevérant, qui putabant absurde dici, quum omnes haud plures tribus essent, et Aemilius ipse tertius. Sed *trium consensu* perinde est, ac si dixisset, amborum collegarum et suo. Atque hac recepta veteri lectione, ut recipi omnino debet, apparet, in illis, quae praecedunt, *Ex iis legatis, qui Alexandriam missi erant, M. Aemilius, trium consensu*, frustra suspicari Sigonium, legendum esse *ex tribus legatis.* J. FR. GRON. Illud *duorum consensu*, quod inter alia Sigonium permovit, ut pro *ex iis legatis* legeret *ex tribus legatis*, demum adparuit in ed. Mog. Priores typis excusi, quos vidi, habuerunt *trium consensu*; quod tuentur omnes codd. quos adhibui, et apud Doujat. etiam Regius. *M. Aemilius trium consensu*, licet ipse unus trium foret, simili modo dictum est, quo *Virginius maxime et tribuni* 3, 25, 4. quum tamen Virginius unus tribunorum foret. Plura ad eum locum vide. Ceterum *ex iis legatis Romanorum*, pro *Romanis*, Lov. 1. Deinde *minus natu* idem cod. *minor natu* Vost. et Lov. 6. a m. 1.

§. 2. *Num Abydeni quoque* etc.] Uberius respondet apud Polybium Aemilius. nam, ultra Abydenos, Athenienses quoque et Cianos nominat a Philippo vexatos. inquit autem ita [16, 19.] *Μεσολαβήσας ὁ Μάρκος ἤρετο· τί δὲ Ἀθηναῖοι, τί δὲ Κιανοί, τί δὲ νῦν Ἀβυδηνοί; καὶ τούτων τίς; ἔφη, σοι πρότερος ἐπέβαλε τὰς χεῖρας.* SIGON.

§. 3. *Aetas, inquit, et forma,*

Digitized by Google

autem primum velim, vos foederum memores servare mecum pacem. Si bello lacesseritis, mihi quoque in animo est facere, ut regnum Macedonum nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello sentiatis. Ita dimisso legato, Philippus, auro argen- 5
toque, quae coacervata erant, accepto, hominum praedam omnem amisit. tanta enim rabies mul- 6
titudinem invasit, ut repente proditos rati, qui

et super omnia etc.] Placet, quemadmodum haec Graece dixerit Polyb. [ibid.] demonstrare, ut libertas in vertendo Livii patefiat. Ὁ δὲ βασιλεὺς διαπορήσας, κατὰ τρεῖς τρόπους ἔφησεν αὐτῷ συγγνώμην ἔχειν ὑπερηφάνως ὁμιλοῦντι· πρῶτον μὲν ὅτι νέος ἐστὶ καὶ πραγμάτων ἄπειρος· δεύτερον ὅτι κάλλιστος ὑπάρχει τῶν καθ' αὐτόν· καὶ γὰρ ἦν τοῦτο κατὰ τὴν ἀλήθειαν .... μάλιστα μὲν ἀξιῶ Ῥωμαίους, ἔφη, μὴ παραβαίνειν τὰς συνθήκας, μηδὲ πολεμεῖν ἡμῖν. ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν, ἀμυνούμεθα γενναίως παρακαλέσαντες τοὺς θεούς. Intelligendum est autem, apud Polybium tertiam causam desiderari, quae est apud Livium, *super omnia Romanum nomen.* Quod autem aït, *si bello lacessitis*, veteres libri habent *lacesseritis*, quod placet. Polybius enim, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν, aït. SIG. *lacessitis* servant Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Reliqui autem, si excerptis fidem habere possum, legunt *lacesseritis*; quod forte per compendium *lacess'itis* scriptum fuit; ex quo, compendii nota omissa, facile fieri potuit *lacessitis.* V. ad 6, 7, 6.

§. 4. *Mihi quoque in animo est facere, ut regnum Macedonum nomenque* etc. *sentiatis*] Oxon. et Voss. *mihi quoque animo est facere, et regnum Macedonum nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello sentietis.* Phrasin illam, *animo esse*, jam supra 29, 36, 7. nostro ex vett. libb. haud paullo, quam quibus hic contentus esse necesse est, melioribus, restituimus. Alterum etsi tutentur scripti et editi ante Frobenium, recte tamen mutatum existimo. Est enim hic aptus minis sermo. Terentius Eunucho 4, 7.

— — *si quidquam hodie hic turbae coeperis,*
Faciam, ut hujus loci dieique meique semper memineris.

J. FR. GRON. *mihi quoque animo est facere* legunt etiam Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. Creviorii Victor. [Bamb.] et edd. antt. Praepositionem addiderunt edd. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. et inde reliquae. Si autem *esse animo*, pro esse in animo, probandum est, eodem modo dictum erit, quo *habere animo* 44, 25, 1. *Neque bello eum invadere animo habuit.* ubi vide. Deinde *facere, et regnum Macedonum nomenque* etc. *sentietis*, a Gronov. nunc damnatum, eidem in pr. ed. not. non displicuit, quod consensu tueri Pet. Naud. Barb. codices testabatur. Ad verbum

Digitized by Google

pugnantes mortem obcubuissent, perjuriumque aliis alii exprobrantes, et sacerdotibus maxime, qui, quos ad mortem devovissent, eorum deditionem vi-
7 vorum hosti fecissent, repente omnes ad caedem conjugum liberorumque discurrerent, seque ipsi per omnes vias lethi intersicerent. Obstupefactus eo furore rex, subpressit inpetum militum: et, *triduum*
8 *se ad moriendum Abydenis dare*, dixit. Quo spatio plura facinora in se victi ediderunt, quam infesti edidissent victores: nec, nisi quem vincula aut alia necessitas mori prohibuit, quisquam vivus in potestatem venit. Philippus, inposito Abydi prae-

autem *facere* intelligebat τὸ *bellum*, ac locutionem *facere bellum* aliis exemplis inlustrabat. Nullus tamen meorum codd. hanc lectionem firmat, sed tantum non omnes legunt *facere, et regnum, et Macedonum nomen* etc. *sentietis*. Posses itaque proxime hanc lectionem scribere *facere, et regnum et Macedonum nomen* etc. *sentiatis*. In quo idem sensus est, atque in eo, quod vulgo nunc circumfertur, et *ut* per ellipsin omittitur, ut post verbum *facere* saepe fieri solet. *facere, sentiatis et regnum et Macedonum nomen nobile bello esse*. [*facere, et regnum et Macedonum nomen .... sentietis* Bamb.]

§. 6. *Tanta enim rabies multitudinem invasit, ut repente*] *Τὸ enim* deficit in Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. 2. Deinde Cl. Crevier. vocem *repente*, quae eadem hac periodo infra repetitur, alterutro loco vacare existimat. Vide tamen, an vox *repente*, quae utroque loco constanter in Mstis superest, repetita sit propter hyperbaton; de qua figura Livio haud insolita v. ad 2, 12, 2. aliisque locis.

Pugnantes mortem obcubuissent] Vet. lib. *morte*. SIG. *morte* etiam Voss. Lov. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Gronovius pr. ed. not. parum interesse putavit, suos tamen *mortem* praeferre. Sane utraque locutio apud Livium obvia est. Et quidem *morte obcumbere* 1, 7, 7. *Ictus clava morte obcubuit*. 8, 10, 4. *Memores consulis pro vestra victoria morte obcumbentis*. 38, 58, 6. *Ad extremum ambo pro republica morte obcubuisse. mortem obcumbere* 2, 7, 8. *Pro republica dimicans mortem obcubuisset*. ubi tamen plures *morte*. 3, 50, 8. *Filiam miseram, sed honestam, mortem obcubuisse*. ubi etiam Sigon. *morte*. 26, 25, 14. *Pro patria pugnantes mortem obcubuerunt*. Mox *alius alii exprobrantes* Voss. Lovel. 1. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Supra 2, 10, 9. *Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut*

Digitized by Google

sidio, in regnum rediit. Quum, velut Sagunti ex- 9
cidium Hannibali, sic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos fecisset, nuncii obcurrerunt, consulem jam in Epiro esse, et Apolloniam terrestres copias, navales Corcyram in hiberna deduxisse.

XIX. Inter haec legatis, qui in Africam missi 1
erant de Hamilcare Gallici exercitus duce, responsum a Karthaginiensibus est, nihil ultra se facere posse, quam ut exsilio eum multarent, bonaque ejus publicarent. Perfugas et fugitivos, quos inquiren- 2
do vestigare potuerint, reddidisse: et de ea re mis-

proelium incipiant, circumspectant. 7, 8, 2. *Equites, alius alium increpantes, inferunt pedem.* 27, 24, 10. *Non tam victoria laeti, quam alius alium accusantes redierunt.* Sall. Catil. 62. *Inertia et mollitia animi, alius alium exspectantes, cunctamini.* in Fragm. 1. Hist. in orat. Lepidi. *Ne, alius alium principem exspectantes, ante capiamini.*

§. 7. *Seque ipsi per omnes vias lethi interficerent*] Vett. lib. habent *laeti*; quod tamen non probo. Intelligendum est enim Abydenos quacumque ratione mortem sibi conscivisse. Quod declarat Polybius [16, 19.] cum alios se ferro, alios laqueo, vita spoliasse ait; itemque alios in ignem se conjecisse, alios se e tectis, alios in puteos praecipites dedisse. SIG. In nullo quidem meorum *laeti*, at in plurimis *leti* inveni. Solet autem id vocabulum vel *lethum*, vel sine adspiratione *letum* scribi. V. Dausquej. in Orthogr. parte 2. et Vossii Etymol. ea voce. [*laeti* Bamb.] *Viae leti* sunt modi, rationes mortem sibi inferendi. Tibull. 1, 3, 50. *nunc leto multa reperta via.* ubi v. Broekh. Val. Flacc. 1, 32.

— — *letique vias et tempora versat.*

V. Cel. Burm. ad Val. Flacc. 1, 502. *Viae ad mortem* infra Liv. dixit 40, 4, 14. Ita *insidiarum viae* 40, 13, 1. *facies leti* eodem sensu dixit Silius 4, 593. ubi locutionem illam aliis exemplis inlustravi. Paullo ante *ad caedes conjugum* omnes typis excusi usque ad Frob. qui anno 1535. *ad caedem* edidit, adstipulantibus, quos adhibui, Mssis.

§. 8. *Inposito Abydi praesidio*] Feremus sane sic loqui Livium, ut 36, 12, 11. *Praesidio Medione imposito.* Videas alioquin fere ubique tertium casum huic locutioni adjungere. et MS. Th. hoc loco plane habebat *imposito Abydenis praesidio.* JAC. GRONOV. *Abydeis* Lov. 1. *Abydenis* Voss. Lov. 6. et Hearnii L. 1. [§. 9. *animos fecissent* Bamb.]

§. 2. *Quos inquirendo vestigare potuerint*] *investigando*

Digitized by Google

suros legatos Romam, qui senatui satisfacerent. Ducenta millia modiùm tritici Romam, ducenta ad ex-
3 ercitum in Macedoniam miserunt. Inde in Numidiam ad reges profecti legati. dona data Masinissae, mandataque edita. Equites mille Numidae (quum
4 duo millia daret) accepti. ipse in naves inponendos curavit: et cum ducentis millibus modiùm tri-
5 tici, ducentis hordei, in Macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is, ad primos fines regni legatis obviam progressus, ut scriberent ipsi,
6 quas vellent, pacis conditiones, permisit. Omnem

Lov. 2. *investigare* Lov. 1. Mead. 2. et Gaertn. Male. De verbo *vestigare* v. ad 39, 51, 6. Deinde *potuerunt* Lov. 2. 5. Gaertn. et edd. antt. Sed recte Aldus *potuerint*. Mox *CC mod.* Hearnii L. 1. [§. 1. *exercitus rege* pro *duce* Bamb. et *bona* pro *bonaque* idem.]

§. 3. *In Numidiam ad reges profecti*] Vet. lib. *ad regem*. Masanissam autem intelligit. SIG. Si vulgatum *reges* servandum est, intelligi debent Masinissa et Vermina Syphacis filius, ex c. 11. et ex verbis proximis hujus cap. Ambo enim in Numidia regnum obtinebant. Ita 24, 48, 2. Syphax *rex Numidarum* vocatur, et postea eodem cap. Gala Masinissae pater *in parte altera Numidiae* regnasse dicitur. ad quem locum Sigonius docuit, Syphacem Masaesylorum, Masinissam Massylorum reges fuisse: quae utraque gens sita erat in Numidia. Verum *ad regem* legunt omnes mei, Hearnii L. 1. N. Crevierii Victor. et edd. vett. usque ad Froben, qui 1535. *ad reges* edidit.

Equites CC Numidae, quum daret, accepti] Restituimus *Equites M. Numidae, quum MM. daret, accepti*. Rationem mutatae lectionis non est visum passim adponere. Docti facile discernent, utra lectio alteri praestet: indocti consensu veterum codicum contenti esse debent. GELEN. Priscarum edd. lectio *Equites ducenti Numidae*, vel *Numidiae, quum daret, accepti* superest in Lov. 2. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. neque differt Lov. 5. nisi quod legat *Numida*. Sed *Equites trecentos Numidiae, quum daret, accepti* legunt Voss. et Lov. 1. *Equites CCC Numidae, quum daret, accepti* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac N. ita tamen, ut in postremo cod. inter voces *quum* et *daret* spatium relictum sit, quo indicaretur aliquid excidisse. [*quum* ∞ ∞ *daret* Bamb.]

§. 5. *Tertia legatio ad Verminam erat*] *ad Verminam miserat* Lov. 1. cujus librarius dare voluisse videtur *missa erat. ad Verminam ierat* Lov. 5. et edd. Aldina priores. Sed male. Ea enim lectio indicat, triplices missos esse legatos, alios ad Har-

Digitized by Google

pacem bonam justamque fore sibi cum populo Romano. Datae leges pacis, jussusque ad eam confirmandam mittere legatos Romam.

XX. Per idem tempus L. Cornelius Lentulus pro 1
consule ex Hispania rediit. qui quum in senatu res 2
ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset, postulassetque, ut triumphanti sibi invehi liceret in urbem; *res triumpho dignas esse* censebat senatus: *sed exemplum a majoribus non acce-* 3
pisse: ut, qui neque dictator, neque consul, neque praetor res gessisset, triumpharet. Pro consule il- 4

thaginienses, alios ad Masinissam, alios denique ad Verminam; quum tamen iidem legati omnes tres legationes obierint. V. c. 11. Solent autem *erat* et *ierat* in MSS. commutari. V. ad 39, 21, 6.

§. 6. *Omnem pacem bonam justamque fore sibi*] *Deinde pacem* Voss. Lov. 1. et Harl. Tum *justam bonamque fore sibi* Gaertn. *bonam sibi justamque fore* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§. 1. *L. Cornelius Lentulus proconsule*] Ita vulgari curavit Cl. Jac. Gronovius, quum divisis vocibus *pro consule* edidisset Sigonius. Reliqui *proconsul*, concinentibus Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Gaertn. et aliis. Idem dicendum ad §. 4. ubi omnes codd. legunt *Proconsulem*, nisi quod in Voss. sit *Pro proconsule*.

§. 2. *Fortiter feliciterque gestas*] *fideliterque gestas* Gaertn. Male. V. ad 28, 9, 7. Mox *ingredi liceret in urbem* Voss. et Lov. 1. *ingredi liceret urbem* Harl. *ingredi urbem liceret* Lov. 6. *invehi urbem liceret* Gaertn. *invehi liceret urbem* Mead. ambo. Deinde *to esse* non adparet in Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss.

§. 3. *Ut, qui neque dictator, neque consul, neque praetor res gessisset, triumpharet. Proconsulem illum* etc.] Congruit hic locus cum eo, de quo 28, [38, 4.] diximus, ubi Scipio non impetrat triumphum, et eum absque magistratu gessisse res dicit, qui tamen proconsul fuerat. GLAR. Vet. lib. *Pro consule*. Quem autem appellet *Pro consule*, exposuit, cum dixit, *exemplum a majoribus non accepisse, ut, qui neque dictator, neque consul, neque praetor res gessisset, triumpharet*. Quod de Scipione dixit 28, [38, 4.] *sine magistratu*. Inquit enim: *Quia neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat*. Ex quo intelligi potest, eum, qui pro consule est, esse quidem cum imperio, sed sine magistratu. Nunc autem *pro consule* accipiamus, non qualis P. Scipio, aut T. Quinctius, qui prorogato ultra consulatus annum imperio bellum Africanum et Macedonicum pro consule confecerunt, et pro consule triumpharunt, sed qualis multis post annis adversus Mithridatem Cn. Pompejus extra ordinem

Digitized by Google

lum Hispaniam provinciam, non consulem, aut prae-
5 *torem, obtinuisse.* Decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret, intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno plebis; qui nihilo magis id more majo-
6 rum, aut ullo exemplo futurum diceret. Postremo victus consensu Patrum tribunus cessit: et ex senatusconsulto L. Lentulus ovans urbem est ingressus.
7 Argenti tulit ex praeda quadraginta quatuor millia pondo; auri duo millia quadringenta quinquaginta. militibus ex praeda centum viginti asses divisit.

1 XXI. Jam exercitus consularis ab Arretio Ariminum traductus erat, et quinque millia sociùm Latini nominis ex Gallia in Etruriam transierant.

missus est, cum neque praetor, neque consul eam provinciam contra exempla majorum adeptus esset. SIG. V. ad 28, 38, 4. DUK. V. modo ad §. 1. Paullo ante *exemplum majoribus non accepisse* Voss.

§. 5. *Intercedente T. Sempronio Longo*] *Ti. Sempronio* ex consulatu hujus Capitolino. Nam post cum Africano consul fuit. SIG. V. ad 34, 42, 3. Passim ita peccarunt librarii. V. ad 40, 44, 12. Praenomen omittitur in Voss. Lov. 1. et 6. a m. 1. *intercedente etiam Sempronio* legit Mead 1. Paullo ante *Decurrebant tamen eo* Voss. *Decernebant tamen eo* Lov. 6. *Decernebatur tamen eo* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 7. *Argenti tulit ex praeda quadraginta quatuor millia pondo, auri duo millia quadringenta*] *quadraginta millia pondo* Lov. 2. 5. et 6. a m. 1. cum edd. Campani, et Rom. anni 1472. Aetate proximae dederunt *quadraginta tria millia pondo*, concinentibus Voss. Lov. 4. 6. a m. 2. Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. ac N. Neque aliud voluisse puto librarium Lov. 1. qui tamen corrupte *quadraginta criminalia pondo* dedit [*XLIII. millia* Bamb.] *quadraginta quatuor millia pondo* Aldus substituit, quod vix in uno Gaertn. inveni. Deinde *auri octingenta L* Lov. 5. et edd. antt. *auri duo millia CCCL* Hearnii L. 1. *auri duo millia quadraginta quinquaginta* Lovel. 2. *auri duo millia quadringenta quinquaginta* Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Quam lectionem Aldus recepit, et ceteri editores servarunt usque ad J. Fr. Gronov. qui ultimam vocem *quinquaginta*, sive notam ejus *L*, sine caussa omisit: quam etiam restitui.

§. 1. *Jam exercitus consularis ab Arretio Ariminum traductus erat*] Vox *consularis* deest in Lov. 1. Deinde *transductus* le-

Digitized by Google

itaque L. Furius, magnis itineribus ab Arimino ad- 2
versus Gallos, Cremonam tum obsidentes, profectus, castra mille quingentorum passuum intervallo ab hoste posuit. Occasio egregie rei gerendae fuit, 3
si protinus de via ad castra obpugnanda duxisset. Palati passim vagabantur per agros, nullo satis fir- 4
mo relicto praesidio. lassitudini militum timuit, quod raptim ductum agmen erat. Galli, clamore suorum 5
ex agris revocati, omissa praeda, quae in manibus erat, castra repetivere, et postero die in aciem progressi. nec Romanus moram pugnandi fecit. sed vix 6
spatium instruendi fuit: eo cursu hostes in proelium venerunt. Dextra ala (in alas divisum socialem ex- 7

gunt Voss. et Lov. 4. ac 6. V. ad 21, 47, 4. (* 42, 22, 6.) Mox *sociorum*, pro *sociûm*, Voss. et Lov. 6. V. ad 21, 17, 2. Tum *transiverat* Lov. 6. et edd. Aldina priores. V. ad 1, 60, 2. et 7, 36, 1.

§. 2. *Castra mille quingentorum passuum intervallo ab hoste posuit*] *castra passuum intervallo* Hearnii N. *castra mille passuum intervallo* Hearnii L. 1. *castra quingentorum passuum intervallo* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *castra eodem passuum intervallo* Voss. et Lov. 1. Adparet, codicum illorum librarios, notas numerales ↂ *D* non adsecutos, earum loco dedisse *eod*, vel *eodem*. Simili errore *CO* pro ↂ saepius datum esse, videbimus ad 30, 35, 4. Paullo ante vocula *tum* exsulat a Voss. et Lov. 1.

§. 5. *Revocati, omissa praeda* etc. *castra repetivere, et postero die in aciem*] *missa praeda* Lov. 1. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *castra repetunt* Harl. Deinde *et postera die in aciem* Lov. 5. V. ad 1, 12, 1. *et postero in aciem* Voss. *et postremo in aciem* Lov. 6. a manu 1. Mox §. seq. *vix spatium inferrendum aciei fuit: cursum hostes in proelium venerunt* Lov. 1.

§. 7. *Dextra ala (in alas divisum socialem exercitum habebat) in prima acie*] Omnino scribendum *habebant*, numero multitudinis. *Alam dextram* et *sinistram* vocabant illas partes sociorum, quamvis peditum, quia plurimum, ut alae in avibus, corpus illud legionum utrimque tegebant. Et studiose Livius hoc notat; tunc, inquit, moris, dividi socios in duas alas: quia ejus aevo et diu ante non jam socii: nec omnibus fortasse hoc gnarum. LIPS. 2. de Milit. Rom. 7. Non tamen ita omnis scrupulus sublatus est. Nam quaeri potest, cur Livius, quum saepe antea alas sociorum memoraverit, demum hoc loco tam studiose id, quod Lipsius putat,

Digitized by Google

ercitum habebat) in prima acie locata est: in sub-
8 sidiis duae Romanae legiones. M. Furius dextrae
alae, legionibus M. Caecilius, equitibus L. Valerius
9 Flaccus (legati omnes erant) praepositi. Praetor
secum duos legatos, Cn. Laetorium et P. Titinium,
habe-

notare voluerit? Est hic et alius non nimis facilis explicatu nodus, quod tantum *una ala* sociorum in prima acie, et *duae legiones* in subsidiis locatae dicuntur: nam hoc fortassis numquam alias factum legitur. Schelius c. 12. ad Polyb. hoc tum ideo factum credit, quod Galli eo cursu in proelium venerant, ut Romanis vix spatium esset ceteras copias instruendi. Unde apparet, eum putasse, si spatium fuisset, praetorem consueta ratione, quae apud eum legi potest, aciem instructurum fuisse. Verum in hac sententia aliquid incommodi est. Nam primum, omnino tantum spatii fuit, ut dextra ala instrui potuerit: deinde, si credimus, interim dum ea in prima acie pugnabat, duas legiones instructas fuisse, non est, cur credamus, eodem tempore etiam sinistram alam sociorum instrui non potuisse. Hoc autem si factum est, cur nullam illius mentionem fecit Livius, et cur praetor utrasque legiones dextrae alae laboranti ex subsidiis submisit, easque laborem ac periculum pugnae subire, socios autem illius expertes esse voluit? Mihi verosimile videtur, sinistram alam sociorum in exercitu praetoris non fuisse, consulemque cum duabus suis legionibus solam dextram alam sociorum ad eum misisse, et sinistram in Etruria, ne ea interim sine praesidio esset, subsistere voluisse. Quod si quis quaerat, cur ergo consul non potius utramque alam sociorum ibi retinere, et illa quinque millia sociorum, quae cum praetore et instar alae erant, apud eum manere voluerit? respondeo, consulem fecisse, quod senatusconsulto jussus fuerat c. 11. Nec objici potest, si tantum una ala sociorum in exercitu praetoris fuisset, non posse illam appellari *dextram*, eo quod appellatio dextrae et sinistrae alae a loco, quem in acie tenebant, sumeretur. Nam hoc nondum ita demonstratum videri, ut pro certo haberi possit, dixi ad 27, 14, 3. DUK. *Dextraque* (*in alas* Voss. *Dextra quae* (*in alas* Lovel. 1. *Dextra ala* (*quae in alas* Lov. 4. 5. Hearnii L. 1. N. edd. Rom. princeps, Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *Dextra ala* (*quia in alas* Lov. 2, 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. reliquae usque ad Froben. anni 1535. *habebat* autem servant omnes codd. Praeterea *prima acie locata*, pro *in prima*, Lov. 1.

§. 9. *Cn. Lectorium et P. Titinnium*] *Laetorium*; ut supra saepius admonuimus. SIG. V. ad 2, 27, 6. Laetorio autem praenomen *C.* tribuunt Lov. 2. 4. 6. et Gaertn. [*C. Laetorium* Bamb.] Saepe quidem *Cn.* in *C.* abiit. V. ad 7, 3, 3. ut tamen dubitem, utrum hic verius sit, illud efficit, quod alibi Laetorios *Cnaei* praenomine usos non invenerim. Deinde copulam omittunt Voss.

Digitized by Google

habebat: cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset. Primo Galli, 10
omni multitudine in unum locum connisi, obruere atque obterere sese dextram alam, quae prima erat, sperarunt posse. ubi id parum procedebat, circum- 11
ire a cornibus, et amplecti hostium aciem (quod in

et Lov. 1. ac 6. a m. 1. Tum *Ticinium* Voss. Lov. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Titinum* Lov. 5. et edd. vett. *Titinium* Lov. 4. edd. Mediol. anni 1505. Ascens. 1513. et deinde recentiores usque ad Gronov. qui *Titinnium* anno 1665. substituit. Sed revocavi *Titinium*. V. ad 3, 54, 13.

Et obire ad omnes hostium subitos conatus posset] *et objicere ad omnes* Lov. 6. *et obicere et obire*, utraque lectione juncta, Gaertn. Nihil mutandum. *obire ad omnes conatus*, ut 10, 25, 14. *Ne ad omnia simul obire unus non posset.* ubi locutio haec perperam Doujatio displicuit. Deinde *subditos conatus* Voss. Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn. Sic supra variabant librarii 8, 30, 8.

§. 10. *Primo Galli, omni multitudine in unum locum adnixi*] Thuanaeus *connixi*, quod Livii esse crediderim haud vanc. 1, 33, 5. *Omnibus copiis connixus Ancus.* 3, 63, 4. *Undique omnes connixi.* 9, 31, 12. *Conniterentur modo uno animo omnes.* 35, 5, 12. *Omnes connixi tandem averterunt hostem.* Et saepius. Quod volo, agnoscit etiam Andreana. JAC. GRON. *obnixi omnibus* Lov. 1. *connixiõibus* Voss. *connexi* Gaertn. *cqnnixi* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. Crevierii Victor. et non tantum ed. Andreana, sed etiam omnes reliquae usque ad ultimam Gruteri. [*conixi* Bamb.] Non dubitavi igitur priorem scripturam loco restituere. 3, 70, 5. *Ni equestre proelium, connisi omni vi, perficerent.* 33, 19, 9. *Omnibus regni viribus connisus.* Praeterea mox *vertere atque abterrere* Voss. *vertere atque atterere* Lov. 1. *vertere atque obterere* Lov. 6. *obruere atque conterere* Lov. 5. et edd. ante Aldum. *obterere* Livio familiare esse, vidimus ad 27, 41, 10. Deinde *sperant* Lov. 2. et Harl. *sperarant* Lov. 6.

§. 11. *Quod multitudini adversus paucos facile videbatur*] Barber. et Petav. *quod in multitudine.* Sic noster 27, [42, 3.] *Pugnantesque (quod nisi in vetere exercitu et duci veteri haud facile est) inter tumultum ac terrorem instruxisset Annibal.* J. FR. GRON. Sic quidem etiam Thuanaeus; sed ut praeterea pro *adversus*, exhibeat *ad*, quod nec ipsum abjudicari Livio potest, sive sumas ἀντὶ τοῦ adversus, sive in modum comparandi. Sic 1, 19, 4. *Rem ad multitudinem imperitam et illis seculis rudem efficacissimam.* 35, 26. 8 *Vetus* navis *primo statim incursu ad novam et firmam navem.* Et 40, 27, 5. semel dicit *legio adversus principalem sinistram portam instructa est.* postea, *Fulvius ad quaestoriam portam positus.* JAC. GRON. *quod in multitudine* Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *quae multitudine* Lov. 1. *quod multitudine* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et

Digitized by Google

multitudine adversus paucos facile videbatur) co-
12 nati sunt. Id ubi vidit praetor, ut et ipse dilataret aciem, duas legiones ex subsidiis dextra laevaque alae, quae in prima acie pugnabat, circumdat, aedemque Deo Jovi vovit, si eo die hostes fudisset.
13 L. Valerio imperat, ut parte duarum legionum equites, altera sociorum equitatum in cornua hostium
14 emittat, nec circumire eos aciem patiatur. simul

edd. antt. *quod multitudini* demum edd. Ven. anni 1495. 1506. et deinde reliquae. Tuto jam Doujatius probare poterit Gronovii emendationem *in multitudine*; in qua nihil ipsi olim obstabat, quam quod alteram lectionem plurium codd. auctoritate probari crederet; quum pro ea stet nullus meorum. *Tò in*, quod in plerisque Mstis [etiam Bamb.] non exstat, interceptum est a vocis proximae litera initiali. V. ad 37, 1, 2. Deinde *ad multitudinem* Voss. et Lov. 6. De usu praepositionis *ad* pro adversus, contra, v. Gronov. ad Livii 37, 27, 2. et Cel. Burm. ad Phaedri 1, 21, 5. Paullo ante *circumire* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*circuire* Bamb.] V. ad §. 13.

§. 12. *Aedemque Deo Jovi vovit*] Vox *Deo* mendosa est. Quis enim de Jove, quin Deus sit, dubitare potest? si quid Jovi addi solet, epithetum aliquod additur, ut *Statori*, *Victori*, *Tonanti*, et quae ejusmodi multa ei afficta sunt. Ego igitur ita legendum puto, *aedesque duas Jovi vovit*. Loquitur de L. Furio praetore, cum Bojis Gallis pugnante, a quo praetore aedes duas Jovi bello Gallico, tertiam ab eodem consule votas esse post ait. De una scribit l. 34, [53, 7.] anno ıɔlvi. *In Insula Jovis aedem C. Servilius duumvir dedicavit. Vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone praetore.* De duabus alteris post l. 35, [41, 8.] anno ıɔlviii. *Aedes duae Jovi in Capitolio dedicatae sunt. Voverat L. Furius Purpureo praetor Gallico bello unam, alteram consul. Dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir.* SIG. An *aedemque Dijovi*? ut apud Martianum Capellam obcurrit. Sic 1, [24, 8.] corrigit Sigonius *tum Diespiter*. H. VALES. *aedemque d'o Jovi* Lov. 6. An *aedemque dein Jovi*? Sed verisimile est, Furium in praetura vovisse duas aedes Jovi. V. ad 34, 53, 7. sive ambas voverit in hoc proelio, et tum Sigonii conjecturam probarem; sive potius unam earum alia occasione Jovi promiserit. Eumdem enim imperatorem eidem Deo in eodem proelio duas aedes vovisse, aliud exemplum non observavi. [*et ut ipse*, pro *ut et ipse*, Bamb.]

§. 13. *L. Valerio imperat, ut altera parte duarum legionum equites, altera sociorum equitatum*] MSS. tollunt consensu prius *altera*, tenentque *ut parte duarum legionum equites, altera sociorum*. Quod olim probavimus ex genere illorum esse, de

Digitized by Google

et ipse, ut extenuatam mediam deductis cornibus aciem Gallorum vidit, signa inferre confertos milites, et perrumpere ordines jubet. Et cornua ab 15 equitibus, et medii a pedite pulsi. ac repente, quum omni parte caede ingenti sternerentur, Galli terga vertunt, fugaque effusa repetunt castra. fugientes 16 persecutus eques, mox et legiones insecutae in castra inpetum fecerunt. Minus sex millia hominum

quibus ad 3, 37, 8. Nunc malim *qua parte duarum legionum equites, altera sociorum.* Sic loquutus liberum relinquit aestimare, in utrum cornu equites legionarii, in utrum auxiliares fuerint emissi. Quasi esset, qua parte duarum legionum equites, qua deinde altera. J. FR. GRON. Unus tantum meorum Lov. 5. qui passim antt. edd. adhaeret, *ut altera parte duarum.* unus etiam Harl. *ut parte una duarum.* [*ul parte una duarum* Bamb.] Reliqui omnes mei, cum Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. Gronovii codicibus concinentes *altera* priori loco ignorant. (* v. ad 44, 6, 2.) In hanc igitur lectionem quum longe plurimi consentiant Msti, et Gronovius Livium ita loqui solere agnoscat, rationem non habuit conjecturam ei praeferendi. Crevierius vulgatum tuetur.

Nec circumvenire eos aciem patiatur] Rursus iidem libri *nec circumire eos.* Cur mutarunt? 36, [16, 7.] *Nam et Lacedaemonios quondam ita a Persis circumitos fama erat.* 37, [29, 8.] *Tantum laevo evecta cornu, ut amplecti et circumire dextrum cornu Romanorum posset.* Eodemque lib. [c. 42, 6.] *Et subsidia circumita a tergo caedebantur.* Andreas quoque Romae dedit *circuire*, sed mox mutatum est. J. FR. GRON. *circumire* Voss. Lovel. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. *circuire* Gaertn. [Bamb.] *circuere* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Codicum igitur lectioni locum in contextu dedi. Supra 9, 27, 8. *Haris ordinibus aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumirentur, constiterant.* Supra hoc cap. *Circumire a cornibus et amplecti hostium aciem conati sunt.* Ita ibi etiam ex Msti edidi, ubi vulgo pariter *circumvenire.* Eadem etiam varietas infra est 35, 35, 13. 36, 16, 7. 37, 42, 6. et alibi.

§. 14. *Extenuatam mediam diductis cornibus aciem*] *dictis cornibus* Lov. 1. *subductis cornibus* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. *deductis cornibus* Lov. 2. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. quod verum puto. V. ad 5, 38, 1. et 21, 55, 5.

§. 15. *Quum omni parte caede ingenti sternerentur*] *in omni parte* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. Deinde *terrerentur* Voss. *tenerentur* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Supra 4, 29, 1. *Stratos caede hostes.* 22, 59, 15. *Cernatis stratas Cannensibus campis legiones vestras.* 23, 42, 12. *A quo tot Roma-*

Digitized by Google

17 inde effugerunt. caesa aut capta supra quinque et triginta millia cum signis militaribus septuaginta, carpentis Gallicis, multa praeda oneratis, plus du-
18 centis. Hamilcar dux Poenus eo proelio cecidit, et tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini captivi ad duo millia liberorum capitum redditi colonis.

1 XXII. Magna victoria laetaque Romae fuit. lite-
2 ris adlatis, supplicatio in triduum decreta est. Romanorum sociorumque ad duo millia eo proelio ceciderunt: plurimi dextrae alae, in quam primo in-

nas acies fusas stratasque esse sciam. 24, 38, 7. *Turbam invadite, ac sternite omnia ferro.* et saepe. [*verterunt* Bamb.]

§. 17. *Caesa et capta supra quinque et triginta millia cum signis militaribus octoginta*] *caesa autem captaque* Gaertn. *caesa aut capta* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Solus Lov. 5. cum edd. *caesa et capta.* Codicum igitur fidem secutus sum. Tum vox *millia* non adparet in Lov. 1. 4. Hearnii N. L. 1. et edd. ante Aldum, quae etiam abesse, et ex praecedenti repeti potest. V. ad c. 34, 7. Probo tamen codd. qui addunt. Deinde *cum signis militaribus LXX*, vel *septuaginta*, omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. N. et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae, pro *LXX*, perperam dedit *octoginta.* Priscam igitur scripturam revocavi.

§. 18. *Hamilcar dux Poenus eo proelio cecidit*] Eum triennio post alio proelio captum, et in triumpho ductum fuisse, alios forte annales secutus, refert Livius infra 32, 30, 12, et 33, 23, 5. Mox *et insuper nobiles Gallorum* Voss. et Lov. 1. *et tres imperatores nobiles Gallicorum* Lov. 2. et Gaertn.

§. 2. *In quam primo inpetu vis ingens hostium inlata est*] Non ingens modo, sed universa; et palam ante dixit, eos in unum hunc locum omni multitudine connixos. In MS. Thuanaeo vox ista ingens non reperitur, ut consultandum de ea sit. JAC. GRONOV. Credo eam abesse posse, ut in Livio alibi, et in Cicerone. V. ad Flori 4, 2, 72. DUK. *ingens vis hostium* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. *vis hostium ingens* Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Sed *ingens* exsulat a Lov. 2. Praeterea *in quam primo tumultu* Lov. 1.

§. 3. *Quamquam a praetore prope debellatum erat*] Scripti *per praetorem prope debellatum.* Etsi non agatur in hoc salus Livii, videntur tamen correxisse, quod auribus litera eadem toties repetita insuavis accideret. At in ea re non superstitiosus noster: quod semel dictum sit, ne judicio aurium in historicis emendandis nimium fidas. 5, (10, 9.) *Inculta que omnia diu-*

Digitized by Google

petu vis ingens hostium inlata est. Quamquam per 3
praetorem prope debellatum erat, consul quoque
C. Aurelius, perfectis, quae Romae agenda fuerant,
profectus in Galliam, victorem exercitum a praetore
accepit. Consul alter, quum autumno ferme ex- 4
acto in provinciam venisset, circa Apolloniam hi-
bernabat. ab classe, quae Corcyrae subducta erat, 5
C. Claudius triremesque Romanae (sicut ante dictum
est) Athenas missae, quum Piraeeum pervenissent,
despondentibus jam animos sociis spem ingentem
adtulerant. nam et terrestres ab Corintho, quae per 6

tino dominorum desiderio domi invenerint. 7, [13, 5.] *Quam per pavorem amiserant patriam, profectae postea ad Vejis.* Eodemque, [c. 16, 5.] *Quemadmodum exercitus tuus tibi promissa praestet: piloque posito.* 29, [36, 12.] *Bona tamen, quae publicari poterant, pigneranda poenae praebebant.* 33, [42, 3.] *Pecunia opus erat, quod ultimam pensionem pecuniae in bellum collatae persolvere placuerat privatis.* 38, [21, 11.] *In rabiem et pudorem tam parvae perimentis pestis versi prosternunt corpora.* Illa vix toleranda. 32, [29, 1.] *Priusquam consules praetoresque in provincias proficiscerentur, prodigia procurari placuit.* Et 37, [3, 1.] *Priusquam consules in provincias proficiscerentur, prodigia per pontifices procurari placuit.* Haec meditatus esse quidem et scripsisse, sed legi audivisse Livius non videtur. J. FR. GRON. Eodem pertinet 2, 39, 3. *Transversis tramitibus transgressus.* Praestare puto, ut similia evitare conemur. Interim notanda sunt, quae Serv. ad haec Virgilii verba *majus miseris multoque,* quae obcurrunt 2. Aen. 199. notavit: *Frequentavit* M. *ut* [5, 866.] Et sale saxa sonabant. *et* [3, 183.] casus Cassandra canebat. *Nam apud veteres a similibus incipere vitiosum non erat.* Ceterum *per praetorem prope debellatum* cum Hearnii L. 1. et N. omnes nostri praeter Lov. 5. qui editis *a praetore* praeferentibus adhaeret.

§. 5. *Quum Piraeeum pervenissent, despondentibus jam animos sociis*] *Piraeeum petivissent* Voss. et Lov. 6. Tum *deponentibus jam animos* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo ed. Ven. anni 1498. *despondentibus*, ex cujus interpretatione alterum natum puto. V. ad 26, 6, 8. *animum* est in Harl.

§. 6. *Per Megaram incursiones*] Vereor, ne *Megara* scripserit, non hic modo, sed et infra c. 25, 2. *Megara ac protinus Corinthum.* Non enim Siciliae tantum, sed et Graeciae dicebant *τὰ Μέγαρα.* Plautus Mercat. [3, 4, 61.] *Sed quam capiam civitatem, cogito, potissimum, Megara, Eretriam, Corinthum.* Justinus 2, 8. *Ac protinus classe*

Digitized by Google

Megaram incursiones in agros fieri solitae erant,
7 non fiebant; et praedonum a Chalcide naves, quae non mare solum infestum, sed etiam omnes maritimos agros Atheniensibus fecerant, non modo Sunium superare, sed nec extra fretum Euripi com-
8 mittere aperto mari se audebant. Supervenerunt his tres Rhodiae quadriremes, et erant Atticae tres apertae naves, ad tuendos maritimos agros comparatae. Hac classe si urbs agrique Atheniensium defenderentur, satis in praesentia existimanti Claudio esse, majoris etiam rei fortuna oblata est.

captiva, intermixtis mulieribus, Megara contendit. Sic MSS. ubi edunt *Megaram.* J. FR. GRON. *Megara* fideliter Thuan. non *Megaram*, et hic et c. 25, 2. J. FR. GRON. Viri docti, qui putant, perperam vulgo legi *haec Megara* foem. gen. non attigerunt locum Plinii 4. H. N. 7. et Ser. Sulpicii ad Cic. 4. Famil. 5. quae an emendationem hanc recipiant, dubitari potest. Illud quidem, quod Graeci τὰ Μέγαρα dicunt, non magnam vim habet. Nam et iidem dicunt τὰ Ἄβδηρα, τὰ Ἐκβάτανα, τὰ Βαργύλια, τὰ Ἄσυρα; et tamen Latini haec etiam foem. gen. singul. efferunt. Sed hic, sive *Megaram*, sive *Megara*, legatur, apertum est, regionem designari, quae aliis *Megaris* dicitur. Hoc si sine exemplo est, ut propemodum credo, considerandum est, an potius legendum sit *Megarida.* DUK. *Megara* Lov. 4. et Hearnii N. quod in pluribus codd. infra c. 25, 2. visitur. Et ita supra optimae membranae 28, 7, 16. *Per Boeotiam Megara, atque inde Corinthum descendit.* Val. Max. 1, 7. ext. 10. *Iter una facientes Megara venerunt.* quomodo quosdam ibi codd. praeferre, Doct. Torren. monuit. V. etiam Nic. Heins. ad Vell. Pat. 1, 2, 5. Non male tamen hic *Megarida* conjecisse videtur Cl. Dukerus.

§. 7. *Sed nec extra fretum Euripi*] *sed ne extra* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii N. L. 1. et edd. ante Ascens. anni 1513. Id si placet, *ne* positum foret pro ne quidem. V. ad 44, 36, 9. Verum, eodem sensu et *nec* usurpari, docuit Cl. Duker. ad Flori 2, 8, 12.

§. 8. *Et erant Atticae tres aptae naves*] Scribe *apertae naves.* GELEN. *aptae* unus codicum Harl. Reliqui recte *apertae.* Neque aliter edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Librarii, non adsecuti compendium scribendi *aptae*, vel *ap'tae*, vel compendiariae scripturae notam aut addere neglegentes, aut perperam addentes, saepe voces *aptus* et *apertus* commutarunt. V. ad 1, 34, 8. 2, 6, 1. c. 31, 2. c. 59, 5. 8, 6, 3. 9, 27, 4. c. 28, 5. 10. 2, 12. c. 25, 4. 32, 21, 26. 34, 46, 4. 36, 23, 3. 40, 30, 7. Gibson. ad Quinct. 1. Instit. 2. pag. 32. ed. Burm. et viros

Digitized by Google

XXIII. Exsules ab Chalcide, regiorum injuriis 1
pulsi, adtulerunt, occupari Chalcidem sine certamine ullo posse. nam et Macedonas, quia nullus in 2
propinquo sit hostium metus, vagari passim, et oppidanos, praesidio Macedonum fretos, custodiam urbis neglegere. His auctoribus profectus, quam- 3
quam Sunium ita mature pervenerat, ut inde provehi ad primas angustias Euboeae posset; ne superato promontorio conspiceretur, classem in statione usque ad noctem tenuit. Primis tenebris movit, et 4
tranquillo pervectus Chalcidem, paullo ante lucem,

doctos ad Val. Max. 7, 3. ext. 9. Mox *urbes agrique*, pro *urbs*, Lov. 2. et Hearnii L. 1.

§. 2. *Quia nullus in propinquo sit hostium metus*] *ex propinquo* Lov. 1. et 6. Mox §. seq. *His adjutoribus profectus* Voss. a m. 2. quomodo et librarios in Suet. variasse, observarunt viri docti ad ejus Caes. 12. *His auditis profectus* Lov. 1. et 6. [*in stationem* Bamb.]

§. 4. *Et tranquillo profectus Chalcidem*] Barber. et Petav. cum Aldina *provectus*. Oxoniensis, Voss. Andreas *pervectus*. Ita corrige. 37, [45, 2.] *Reliquerat Ephesum Polyxenidas audita pugna, et classe usque ad Patara Lyciae pervectus*. J. FR. GRON. *profectus* primum obcurrit in ed. Bas. anni 1539. errore operarum. V. ad 21, 2, 4. *provectus* est in Lov. 4. et edd. Aldina, aliisque usque ad illam Basil. *pervectus* Aldina priores, et reliqui codd. mei, cum Hearnii L. 1. ac N. Infra 43, 8, 8. *Vehicula Mictioni publice locata, quae eum Brundisium commode perveherent*. 44, 6, 6. *Neque commeatibus pervehendis eo patuisset iter. tranquillo pervectus mari* Harl. Quomodo loquitur Livius 24, 8, 12. *Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest*. 38, 10, 5. *Mari tranquillo, quod ventis concitaretur, aequiparando multitudinem Aetolorum*. Hic tamen *mari* a mala manu esse, ac praeferendam vulgatam lectionem, codicum reliquorum in eam consensus docet. Et ita Liv. 24, 8, 13 *Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi pene sumus*. Et ita *tranquillo fieri* proprie dici, quod fit, quum coelum est tranquillum; translate, quod fit sine tumultu, observat Gronov. ad Liv. 3, 14, 6. ubi alia notavi. Solitos autem fuisse librarios voces, a scriptoribus per ellipsin omissas, supplere, videbimus ad 37, 18, 1. Deinde *Chalciden* Voss. quomodo etiam in princ. hujus cap. idem codex praefert. Mox *paullo ante lumen*, pro *lucem*, Lov. 1. Verum lectio illa ex interpretis glossa nata videtur. Simile exemplum habuimus ad 4, 39, 5. Quid differant *lux* et *lumen*, v. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 81.

Digitized by Google

qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim proximam murumque circa scalis cepit, alibi
5 sopitis custodibus, alibi nullo custodiente. progressi inde ad frequentia aedificiis loca, custodibus interfectis, refractaque porta, ceteram multitudinem
6 armatorum acceperunt. Inde in totam urbem discursum est: aucto etiam tumultu, quod circa forum
7 ignis tectis injectus erat. Conflagrarunt et horrea regia, et armamentarium cum ingenti adparatu machinarum tormentorumque. caedes inde passim fugientium pariter ac repugnantium fieri coepta est.
8 nec ullo jam, qui militaris aetatis esset, non aut caeso, aut fugato, Sopatro etiam Acarnane praefecto praesidii interfecto, praeda omnis primo in
9 forum conlata, deinde in naves inposita. cercer etiam ab Rhodiis refractus: emissique captivi, quos

Qua infrequentissima aedificia urbis sunt] *aedificia* supervacuum est. GELEN. Vocem *aedificia* primus addidit Aldus, eamque unus tantum agnoscit Gaertn. At vicissim *qua frequentissimae urbes sunt* legit Harl. *qua frequentissima urbs fuit* Lov. 2. Sed frustra. *infrequentissima urbis*, ut *media urbis*. V. ad 26, 40, 9. Mox *murumque* ignorant Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. 1.

§. 5. *Ceteram multitudinem armatorum acceperunt*] Vocem *armatorum* non agnoscunt Lov. 5. et edd. Aldina priores. Praeterea *ceperunt* Voss. et Lov. 1. ac 6. Sensum Livii non intellexerunt auctores hujus lectionis.

§. 6. *Inde in totam urbem discursum est*] *per totam urbem* Lov. 6. Mox *acto etiam tumultu*, pro *aucto*, Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 21, 61, 4.

§. 7. *Conflagrarunt et horrea regia*] *Flagrarunt* Lov. 5. et ed. Rom. anni 1472. At prima syllaba, per compendium scripta, facile excidere potuit. V. ad 9, 24, 12.

§. 8. *Praeda omnis primo in forum conlata, deinde in naves inposita*] *primum in forum collata* Lov. 5. et typis descripti ante Aldum. Tum *deinde naves inposita* Voss. et Lov. 1. Forte per compendium scriptum fuerat *deiñ*, ejus autem ultima syllaba praepositionem hausit. Eo modo *in* post *iñ* sive *inde* excidisse, infra videbimus ad 37, 31, 4.

§. 9. *Quos Philippus tam-*

Digitized by Google

Philippus tamquam in tutissimam custodiam condiderat. Statuis inde regis dejectis truncatisque, si- 10
gno receptui dato, conscenderunt naves, et Piraeeum, unde profecti erant, redierunt. Quod si tan- 11
tum militum Romanorum fuisset, ut et Chalcis teneri, et non deseri praesidium Athenarum potuisset; magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus ademta regi forent. nam ut terra Thermo- 12
pylarum angustiae Graeciam, ita mari fretum Euripi claudit.

XXIV. Demetriade tum Philippus erat. quo quum 1
esset nunciata clades sociae urbis, quamquam serum auxilium perditis erat, tamen, quae proxima auxilio est, ultionem petens, cum expeditis quinque 2
millibus peditum, et trecentis equitibus extemplo profectus, cursu prope Chalcidem contendit, haud-

quam in tutissimam custodiam] Videtur excidisse: *quos eo Philippus.* J. FR. GRON.

§. 10. *Statuis inde regis dejectis truncatisque*] *Statiuis inde regis* Voss. et Mead. 2. Tum *detruncatisque* Mead. 2. Male. Infra c. 30, 7. *Semiusta et truncata simulacra Deûm inter prostratos jacere postes templorum.* Attamen *detruncata corpora brachiis abscisis* infra est hoc lib. c. 34, 4.

§. 12. *Ita mari fretum Euripi claudit*] *ita maris freta Euripus claudit* Lov. 6. a m. 1. Neque aliter Voss. et Lov. 1. nisi quod ille *Euripicus*, hic *Euripitus* praeferant.

§. 2. *Cum expeditis quinque millibus peditum*] Vox *quinque* perperam deest in Voss. et Lov. 1. Eorum prior etiam §. praec. *proditis*, pro *perditis*, legit. V. supra ad 10, 19, 2. et mox hoc cap. §. 5. [*peditum* omittit Bamb.]

Cursu propere Chalcidem contendit] Vetus lectio potior *cursu prope.* GELEN. *propere* servant Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *cursu propero* Lovel. 6. in margine. *prope*, ut Gelenius emendavit, reliqui mei, cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Celeritas cursus non intendenda est voce addita *propere*, sed potius mitigari debet τῷ *prope.* Infra 33, 18, 15. *Tota prope cursu transgressa amnem acies est.* c. 33, 1. *Cursu prope omnes tendere ad praetorem Romanum.* Solent autem *prope* et *propere* sive *prope*, id est *propere*, in Mstis confundi. V. ad 39, 31. 4. Mox *concedit* Lov. 1. V. ad 37, 39, 1.

Digitized by Google

3 quaquam dubius obprimi Romanos posse. a qua destitutus spe, nec quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum semirutae ac fumantis sociae urbis quum venisset, paucis vix, qui sepelirent bello absumtos, relictis, aeque raptim ac venerat, transgressus ponte Euripum, per Boeotiam Athenas ducit,

§. 3. *Nec ad quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum* etc. *quum venisset*] Vetus lectio potior *nec quicquam aliud*, non *nec ad quicquam aliud*. GELEN. Editiones olim, *nec ad quicquam aliud*. Gelenius praepositionem delevit priore loco. Jure optimo, neque in nostris scriptis reperiebatur. Haud vulgaris et observanda locutio, qua gaudet Livius. 35, [49, 10.] *Videritis regem nunc ad portas Chalcidis stantem, et mox inde exclusum, nihil aliud quam Aulide et Euripo spectatis, in Aetoliam redeuntem*. 37, [21, 9.] *Extemplo oppugnatione omissa, classis ad insulam se recepit, nihil aliud quam depopulato circa urbem hostium agro*. V. ad 4, 26, 26, 2. 40, 50, 3. J. FR. GRON. Praepositionem *ad*, quam primo loco Gelenius delendam monuit, non habent etiam omnes codd. mei, [nec Bamb.] neque etiam edd. antt. Prima eam recepit Mediol. anni 1505. mox Asc. anni 1513. et hinc reliquae. Deinde *aliud*, *nisi ad deforme* Gaertn. Verum *nec quidquam aliud quam* eodem modo usurpatur, quo *nihil aliud quam* supra 2, 29, 4. *Ab lictore, nihil aliud quam prehendere prohibito, quum conversus in Patres inpetus esset*. c. 32, 9. *Ventrem in medio quietum nihil aliud, quam datis voluptatibus frui*. c. 49, 9. *Donec nihil aliud, quam in populationibus res fuit*. c 63. 4. *Hostes quidem, nihil aliud quam perfusis vano timore Romanis, citato agmine abeunt*. 9, 17, 16. *Quem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit*. 23, 8, 13. *Quia nec eosdem nominari adtinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos*. 40, 15, 12. *Nihil aliud, quam ingenii famâ periclitarer*. 45, 22, 4. *Nihil aliud quam quieverunt hoc bello*. Similis est formula *nihil prius quam* 35, 11, 5. *In eos se inpetum facturum, et nihil prius, quam flammam tectis injecturum. quid aliud quam*, de qua v. ad 34, 2, 17. *nihil amplius quam* apud Suet. in Calig. 44. *Nihil autem amplius quam Adminio in deditionem recepto, magnificas Romam literas misit*. Eam lectionem non intellexit, et hinc emendare conatus est Goesius, cui recte Cel. Burm. refragatur. In his similibusque locutionibus intelligi per ellipsin verbum *facere*, docuerunt Sanct. 4. Min. 5. p. 665. et ad eum locum Perizon. ac Cort. ad Plinii 1. ep. 5, 5. Ita etiam in illa supra 30, 35, 8. *Si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostium hebetarent*. ubi alia notantur.

Per Boeotiam Athenas ducit] *exercitum per Boeotiam* Lov. 6. *per Boeotiam exercitum* Lov. 2. Librariis displicuisse videtur, verbum *ducere* ita simpliciter non addito casu poni. Sed v. ad 1, 23, 5. Paullo ante *aeque raptim*, *quam venerat* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

Digitized by Google

pari incepto haud disparem eventum ratus responsurum. et respondisset, ni speculator, (hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen e specula quadam, praegressus nocte media Athenas pervenisset. Idem ibi somnus, eademque neglegentia 5

§. 4. *Ni speculator, (hemerodromos vocant Graeci]* Non alium existimaverim, quem vocat Livius hemerodromum, ac qui ab Aenea vocatur *ἡμεροσκόπος*. Id ex eo intelligi poterit, si tamquam frontibus adversis utriusque scriptoris locos comparemus. Livius igitur scribit: *ni speculator (hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen e specula quadam, progressus nocte media Athenas pervenisset.* Voce autem Graeca Livius est usus, quod Latini tale speculatorum genus non habebant. Aeneas autem ita scribit [c. 6.] *Χρὴ δε καὶ ἡμεροσκόπους πρὸ τῆς πόλεως καθιεσάναι ἐπὶ τόπῳ ὑψηλῷ καὶ ὡς ἐκ πλείσου φαινομένῳ· ἡμεροσκοπεῖν δὲ ἐφ' ἑκάσῳ χωρίῳ τρεῖς τοὐλάχισον μὴ τοὺς τυχόντας, ἀλλ' ἐμπείρους πολέμου.* Subdit autem, *Εἶναι δὲ καὶ τοὺς ἡμεροσκόπους ποδώκεις, ὅι ὅσα μὴ οἷόν τε διὰ τῶν σημείων δηλοῦν, ἀλλ' ἀυτῶν τινὰ δεῖ ἐξ ἀνάγκης ἀγγέλλειν, δύναιντο ταχὺ ἀφικνεῖσθαι.* Sic autem vocantur, quia antelucano tempore ex urbe emittuntur, et interdiu speculantur, curruntque eo, unde prospectus petendus est, et in urbem revertuntur, ubi contenebrascit: ita cum vagentur currantque interdiu, et perspeculentur, inde nomen invenerunt. Pernoctabant etiam interdum foris, et ignibus sublatis adventum hostium aut insidias indicabant. TURNEB. 27. Advers. 7. Harpocration scribit, *δρομοκήρυκας* apud Aeschinem esse eos, qui *ἡμεροδρόμοι* vocantur. Hoc reprehendit ibi Valesius, et Livium quoque falli dicit, qui *hemerodromos* vertat *speculatores*. nam hos a Graecis *ἡμεροσκόπους* vocari. Non video tamen, quid prohibeat, quo minus idem, qui *speculator* erat, etiam *hemerodromus* esse potuerit. Nam *speculatorum*, *ἡμεροσκόπων*, officium esse, si quid incidisset, quod signis declarari non posset, et tamen scitu necessarium esset, id quam celerrime suis nunciare, scribit Aeneas Poliorc. c. 6. qui etiam ob eam causam pernicitatem pedum in iis requirit. Et ita fiebat, ut ibi adnotat Casaub. *ut, qui prius fuerat ἡμεροσκόπος, fieret ἡμεροδρόμος*, quemadmodum *ἡμεροσκόποι* a Graecis bello Xerxis in editis Euboeae locis positi apud Herodot. 7, 192. quem locum observavit Stolbergius in dissert. de Angariis veter. c. 2. *Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὁι ἡμεροσκόποι ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν καταδραμόντες δευτέρῃ ἡμέρῃ, ἀπ' ἧς ὁ χειμὼν πρῶτον ἐγένετο ἐσήμαινον πάντα τὰ γενόμενα περὶ τὴν ναυηγίην.* Et Scaliger ad Loca Controversa Titii 5, 18. et Salmas. ad Spart. Hadrian. 11. non magis, quod hic in Livio reprehenderent, invenerunt, quam Casaub. ad Aeneam. Sed Scalig. parum adcurate speculatores *ab Athenien-*

Digitized by Google

erat, quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat.
6 Excitati nuncio trepido et praetor Atheniensium, et Dioxippus praefectus cohortis mercede militantium auxiliorum, convocatis in forum militibus, tuba signum ex arce dari jubent, ut hostes adesse omnes scirent. ita undique ad portas, ad muros discurrunt.

sibus hemerodromos vocari scribit, quod de *Graecis* in universum prodit Livius. DUK. *nisi speculator* Lovel. 5. Gaertn. et edd. vett. *ni speculator* primus edidit Froben. anno 1535. Deinde *hemerodronas* vel *hemerodromas* non tantum omnes codd. sed et edd. usque ad Ascens. anni 1513. [*hemrodromas* Bamb.] Mox *emetiens spatium* Lov. 2. 4. 5. 6. et edd. antt. *ingens die uno emensus spatium* Harl. Vulgatum primum obcurrit in Frob. ed. anni 1531. idque verius est.

§. 5. *Idem ibi somnus, eademque neglegentia erat*] *eadem neglegentia*, omissa copula, Voss. et Lov. 1. 2. ac 6. Supra 3, 30, 1. *Domi seditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat.* V. ad 3, 10, 8. et c. 26, 5. *licentia*, pro *neglegentia*, Mead. 1. et Gaertn. Mox *perdiderat*, pro *prodiderat*, Voss. Lov. 6. et Gaertn. V. ad §. 2. hujus cap.

§. 6. *Praetor Atheniensium*] Archon, puto. nam et sic Achaeorum, Aetolorum, aliorumque populorum summos magistratus saepe *praetores* vocat. Ciceronem quoque 1. de Divin. 54. archonta Atheniensium *praetorem* vertisse, scribit Casaub. ad Theophrasti proeoemium Characterum. Verba Ciceronis sunt: *Idem etiam Socrates, quum apud Delium male pugnatum esset Lachete praetore, fugeretque cum ipso Lachete.* in quibus etiam Lambinus, vel quicumque in illius edd. Ciceronis ad haec verba glossam *Λάχητος ἄρχοντος* in margine posuit, *praetorem* pro archonte accepit. Sed certum est ex Diodoro Sic. 12, 319. et aliis scriptoribus, anno 1. olympiadis LXXXIX. quo ad Delium pugnatum est, Athenis archontem fuisse Isarchum. Suspicabar primo, Ciceronem haec ex memoria, non inspecto Platone, scripsisse, quum ei obversarentur, quae Plato Lachetem in dialogo cognomine haud longe a principio de Socrate dicentem inducit: *Καὶ μήν, ὦ Λυσίμαχε, μὴ ἀφιεσό γε τοῦ ἀνδρός. ὡς ἐγὼ καὶ ἄλλοθί γε ἀυτὸν ἐθεασάμην οὐ μόνον τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα. ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ μετ' ἐμοῦ συναναχώρει.* Sed quia scriptores veteres non temere in historia priscorum temporum, quae nobis magnam partem incognita est, erroris sunt arguendi, deinde coepi cogitare, Lachetem fortasse in praetura collegam fuisse Hippocratis, quem hoc bello ducem Atheniensium fuisse, et in proelio ad Delium cecidisse, ex Thucyd. 4, 89. et seqq. et Pausan. 9, 6. constat. Nam Athenienses quotannis decem *στρατηγοὺς* creare, et ex his modo unum, modo plures, interdum omnes ad bella gerenda mittere solitos fuisse, notum est. Hos autem Latini *praetores* vocant. Corn. Nepos Miltiad. 4. et Valer. Max. 3, 8. ext. 3. et magistratum

Digitized by Google

Paucas post horas Philippus, aliquanto tamen ante 7
lucem, adpropinquans urbi, conspectis luminibus
crebris, et fremitu hominum trepidantium (ut in
tali tumultu) exaudito, sustinuit signa: et considere 8
ac conquiescere agmen jussit, vi aperta propalam
usurus, quando parum dolus profuerat. Ab Dipylo 9

eorum *praeturam*. Cic. 1. de Off. 40. *Pericles quum haberet collegam in praetura Sophoclem.* id est, quum uterque στρατηγὸς esset, quod ex Strab. 14, 638. intelligitur. DUKER.

Ut hostes adesse omnes scirent] *ut hosticos adesse* Lov. 2. et Mead. 1. *ut hosticos adesse tumultus* Mead. 2. et Gaertn.

§. 7. *Ad portas, ad muros discurrunt*] Alii *ita undique ad portas, post ad muros discurrunt.* Voss. *ad portas et ad muros.* J. FR. GRON. Eam scripturam Cl. Crevier. probavit. Verum nulli alii codd. huic uni consentiunt. *ad portas, post ad muros* Lov. 4. *ad portas post muros* Lov. 6. *ad portas, ad muros* reliqui mei cum Hearnii L. 1. Quare vel ea scriptura servanda, vel legendum puto *ad portas ac muros discurrunt.* V. ad 21, 32, 2. [*liminibus* pro *luminibus* Bamb.] Mox *et strepitu hominum* Voss. et Lov. 1. ac 6. Solent hae voces confundi. V. ad 2, 64, 11.

§. 8. *Ad Dipylum accessit. porta ea* etc.] Dipylon, ut e verbis Livii apparet, nomen habuisse ab amplitudine portae, quod instar duarum esset, haud cunctanter pronunciandum est. TURNEB. 27. Advers. 7. Inter portas Athenarum erant πύλαι Θριασίαι. Hesych. Θριασίαι, πύλαι ὅντω καλοῦνται Ἀθήνησιν. Ea porta Δίπυλον appellata. Plutarch. in Pericle [p. 168.] hoc docet, φῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, ἃι νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. Erat autem haec maxima omnium, quae Athenis. MEURSIUS 3. Lect. Attic. 7. Scripti melius *Ab Dipylo accessit.* puta ad urbem. Et sic noster 24, [33, 8.] *Inde terra marique simul coeptae oppugnari Syracusae: terra ab Hexapylo, mari ab Acradina.* 34, [38, 5.] *Parte una a Phoebeo, altera a Dictynnaeo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi jubet.* Hoc libro c. 46, 9. *Romani a maritima arce.* Talia sunt apud Lucanum 1, [58.]

— — — *pars aetheris illa sereni*
Tota vacet, nullaeque obstent a Caesare nubes.

Et Statium in Epithal. Stellae [21.] *et dominae niveis a vultibus obstas.* J. FR. GRON. *Ab Dipylo* etiam omnes mei, Hearnii L. 1. N. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Usum praepositionis recte inlustravit Gronov. Ita 8, 17, 9. *Adversus regem, exscensionem a Paesto facientem, signis conlatis pugnaverunt.* quae vera ibi scriptura est, male a Sigon. et Fabro tentata. 27, 14, 14. Naves *ab aperto mari adpulsae erant.* 28, 6, 2. *Arcem a mari turris quinque tabulatorum claudebat.* 29, 35, 7, *Simul et a classe navales socii, simul et terrestris exercitus est admotus.* Hoc lib. c. 25, 1. *Praesidium Attali ab Aegina, Ro-*

Digitized by Google

accessit. porta ea, velut in ore urbis posita, major aliquanto patentiorque, quam ceterae, est: et intra eam extraque latae sunt viae, ut et oppidani diri-
10 gere aciem a foro ad portam possent: et extra limes mille ferme passus, in Academiae gymnasium ferens, pediti equitique hostium liberum spatium praeberet. Eo limite Athenienses cum Attali praesidio et cohorte Dioxippi, acie intra portam instru-
11 cta, signa extulerunt. Quod ubi Philippus vidit, habere se hostes in potestate ratus, et diu optata caede (neque enim ulli Graecarum civitatium infe-
12 stior erat) expleturum, cohortatus milites, *ut, se intuentes, pugnarent, scirentque ibi signa, ibi aciem esse debere, ubi rex esset*, concitat in hostes equum, non ira tantum, sed etiam gloria elatus; quod, in-

manique ab Piraeeo intraverunt urbem. 38, 4, 5. *Bina a campo castra contra arcem objecit.* c. 32, 2. *Navibus a mari fines eorum vastati.* Ea enim vera ibi lectio est. 40, 22, 12. *Ipse a campestri aditu castra posuit.* Vide Cel. Burm. ad Lucani 1, 50. Potuisset etiam Livius dicere *regione Dipyli accessit*, ut 3, 66, 5. *Ad moenia ipsa Romae populabundi regione portae Esquilinae accessere.*

§. 9. *Velut in ore urbis posita, major aliquanto patentiorque, quam ceterae*] Vox *urbis* a Gaertn. *aliquanto* a Voss. Lov. 1. et 6. a m. 1. exsulant. Mox *quam ceterae est: intra eam* Voss. et Lov. 6. a m. 1. Tum *latae viae sunt* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 10. *Limes mille ferme passus*] Fortassis per compendium *pass.* scriptum, et ex eo deinde *passus* factum fuit; quod mihi videtur debere esse *passuum. Limes mille ferme passuum in Academiae gymnasium ferens*, non *limes per* (nam non aliter expleri potest vulgatum *passus*) *mille ferme passus i. A. g. f.* De latitudine enim limitis, non de longitudine loquitur Livius. Meursius in Ceramico Gemino c. 22. et post eum Menag. ad Diog. Laërt. 3, 7. porperam descripserunt *ducens*, pro *ferens.* DUK. [*mille ferme passus longus in Ac.* etc. Bamb.]

§. 13. *Ibi signa, ibi aciem esse debere*] Duae priores voces desunt in Lov. 1. et 4. Perperam. V. ad 5, 35, 4. Paullo ante *cohortatur* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

Concitat in hostes equum] *concitat in hostem secum* Voss. et Lov. 1. quorum librarii voluisse videntur *in hostem, s, ecum*, ut

Digitized by Google

genti turba completis etiam ad spectaculum muris, conspici se pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis evectus in medios hostes, ingentem quum suis ardorem, tum pavorem hostibus, injecit. plurimos manu sua cominus eminusque vulneratos compulsosque in portam, consecutus et ipse, quum majorem in angustiis trepidantium edidisset caedem, in temerario incepto tutum tamen receptum habuit: quia, qui in turribus portae erant, sustinebant tela, ne in permixtos hostibus suos conjicerent. Intra muros deinde tenentibus milites Atheniensibus, Philippus, signo receptui dato, castra ad Cynosarges (templum Herculis, gymnasiumque, et lucus erat circumjectus) posuit. sed Cynosarges, et Lyceum, et quidquid sancti amoe-

14 15 16 17 18

indicent, duplicem se lectionem *in hostem*, et *in hostes* in codd. suis invenisse. V. ad 3, 44, 4. *ecum* autem datum est pro *equum*, ut *eculeus* pro *equuleus* c. 12, 7. V ad 9, 2, 15. [*in hostes* omittit Bamb.] Mox §. seq. *tum suis ardorem, tum pavorem hostibus*, Voss. Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. V. ad 6, 23, 3.

§. 15. *In temerario incepto*] *inceptu* Voss. Ita plures codd. supra legunt 24, 19, 6. *Neque satis inceptu succederet.* Hic tamen uni cod. haud satis tuto credi posse existimo.

§. 17. *Cynosarges, templum Herculis*] De hoc templo sic Suidas: *Κυνόσαργες τόπος τίς ἐστι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους κατ' αἰτίαν τοιαύτην. Δίδυμος Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ Ἑστίᾳ· ἔπτα κύων λευκὸς παρὼν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον, καὶ ἀπελθὼν εἰς τινα τόπον ἀπέθετο, ὁ δὲ περιδεὴς ἦν, ἔχρησε δὲ ἀυτῷ ὁ θεός, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο, Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι, ὅθεν ἐκλήθη Κυνόσαργες.* Ex his verbis apparet, cur et Cynosarges hic locus dictus sit, et cur Herculi potissimum consecratus sit. At Stephanus: *Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ δῆμος.* SIGON.

§. 18. *Sed Cynosarges, et lucus, et quidquid sancti amoenive*] Reposuimus *sed et Cynosarges, et Lyceum.* GELEN. Similiter Froben. anno 1535. edidit, et reliqui post eum usque ad Gronov. qui, priori *et* expuncto, dedit *sed Cynosarges.* Verum *sed et Cynosarges* Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. (Bamb.) *et Cynosarges*, τῷ *sed* neglecto, Lov. 1. Deinde *sancti amoenique* Lov. 1. et paullo post *divini humanique* Gaertn.

Digitized by Google

nive circa urbem erat, incensum est, diruta que non tecta solum, sed etiam sepulcra: nec divini humanive juris quidquam prae inpotenti ira est servatum.

1 XXV. Postero die, quum primo clausae fuissent portae, deinde subito apertae, quia praesidium Attali ab Aegina, Romanique ab Piraeeo intraverant urbem, castra ab urbe retulit rex tria ferme millia 2 passuum. inde Eleusinem profectus, spe inproviso templi castellique, quod et inminet et circumdatum est templo, capiendi, quum haudquaquam neglectas custodias animadvertisset, et classem a Piraeeo subsidio venire, omisso incepto, Megaram, ac protinus Corinthum ducit. et quum Argis Achaeorum concilium esse audisset, inopinantibus Achaeis, concioni

§. 1. *Praesidium Attali ab Aegina, Romanique*] *Romanumque* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed v. ad 25, 15, 11.

§. 2. *Inde Eleusinem profectus*] *Eleusinam* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. pro quo Mogunt. demum *Eleusinem* dederunt: quomodo infra est c. 26, 4. *Ad obpugnandum castellum Eleusinem profectus.* ubi constanter ita scripti et typis inpressi, nisi quod *Eleusine* sit in Lov. 2. *Eleusinae* in Lov. 6. Hic vero *Eleusina profectus* Voss. et Lov. 1. Ita apud Cic. 1. de Nat. Deor. 42. *Omitto Eleusina, sanctam illam et augustam.* Ita nunc editur. Verum priores edd. vel *Eleusinem*, vel *Eleusinam*. V. Inl. Bouhier. ad d. loc. Eorum posterius, locum adducentes, servant Delr. ad Sen. Hipp. 106. Cellar. Geogr. ant. 13. p. 743. et Bentl. ad Horat. 1. od. 35, 29. Hac terminatione etiam apud posterioris aevi scriptores, Oros. aliosque, obcurrit; et hinc ex aevi consuetudine etiam in Livii codd. inrepere potuit. An tamen tempore Cic. et Livii *Eleusina*, pro *Eleusin*, in usu fuerit, dubito.

Megaram, ac protinus Corinthum ducit] *Megara* Voss. et Lov. 1. 4. ac 5. V. ad c. 22, 6.

§. 3. *Translato ab Achaeis imperio a Philopoemene ad Cycliadem*] Sustulimus *ab Achaeis.* GELEN. Recte eas voces sustulit Gelenius, quas Aldus demum in contextum invexit. Aberant autem non modo ab edd. prioribus, verum etiam ab omnibus Mstis, nisi quod extent in solis Mead. 2. et Gaertn. Praeterea *Cycliades* etiam vocatur infra hoc cap. et *Cycliadem* 32, 19, 2. Verum locis illis *Cycliadas* et *Cycliadan*, vel *Cycliadam*, legendum vide-

Digitized by Google

cioni ipsi supervenit. Consultabant de bello adversus Nabin tyrannum Lacedaemoniorum: qui, translato imperio a Philopoemene ad Cycliadem, nequaquam parem illi ducem, dilapsa cernens Achaeorum auxilia, redintegraverat bellum, agrosque finitimorum vastabat; et jam urbibus quoque erat terribilis. Adversus hunc hostem, quum, quantum ex quaque civitate militum scriberetur, consultarent; Philippus, demturum se eis curam, quod ad Nabin et Lacedaemonios adtineret, pollicitus; nec tantum agros sociorum populationibus prohibiturum, sed terrorem omnem belli in ipsam Laconicam, ducto eo extemplo exercitu, translaturum. Haec oratio quum ingenti hominum adsensu acciperetur: *Ita tamen aequum est*, inquit, *me vestra meis armis*

3 4 5 6

tur. Hoc loco quidem omnes codd. conspirant in terminum finalem, qui vulgo exstat, solo excepto Mead. 2. qui *Cyliade* legit; at reliquis locis quidam codd. conjecturam meam probant. Certe *Cycliadas* (*penes eum summa imperii erat*) *Achaeique* memorantur 27, 31, 10. *Achaeorum exsul vir insignis Cycliadas* 32, 32, 10. *Ἀχαιὸς Κυκλιάδας ἐκπεπτωκὼς ἐκ Πελοποννήσου* apud Polyb. 17, 1. *Κυκλιάδας* legatus Philippi ad T. Quinctium apud eumdem Exc. Legat. num. 6. [*illi parem ducem* Bamb.]

§. 4. *Quantum ex quaque civitatum militum conscriberetur*] Th. *quantum ex quaque civitate militum scriberetur*. 33, 14, 10. *Quo die et quot ex quaque civitate armati convenirent*. 34, 24, 7. *Auxilia ut pro viribus quaeque civitates mitterent*. JAC. GRON. *quantum numerum ex civitate militum* Hearnii L. 1. *quantum ex quisque civitatibus militum* Lov. 2. *quantum ex quique civitatibus militum* Gaertn. Harl. et Mead. ambo. *quantum ex quaque quinta civitate militum* Lov. 4. *quantum ex quaque civitate militum* Lov. 1. et 6. quod se etiam in Victor. invenisse, et suavius esse Crevier. testatur. *scriberetur*, quod similiter in eodem Victor. superesse auctor est Crevier. apud me exstat in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Utramque igitur lectionem recepi. Mox *ad Nabin et ad Lacedaemonios adtineret*, repetita praepositione, Mead. 2. quod Livio familiare esse vidimus ad 6, 28, 6. Uni tamen huic codici credere non audeo.

§. 6. *Ne mea interim nudentur praesidiis*] *ne me interim praesidiis nudem* Voss. et Lov. 1. *ne interim me praesidiis nu-*

Digitized by Google

7 *tutari, ne mea interim nudentur praesidiis. Itaque, si vobis videtur, tantum parate militum, quantum ad Oreum, et Chalcidem, et Corinthum tuenda satis sit: ut, meis ab tergo tutis, securus bellum Na-*
8 *bidi inferam et Lacedaemoniis.* Non fefellit Achaeos, quo spectasset tam benigna pollicitatio, auxiliumque oblatum adversus Lacedaemonios: id quaeri, ut obsidem Achaeorum juventutem educeret ex Peloponneso, ad inligandam Romano bello gentem.
9 et id quidem coarguere Cycliadas praetor Achaeorum nihil adtinere ratus, id modo quum dixisset, non licere legibus Achaeorum de aliis rebus refer-
10 re, quam propter quas convocati essent; decreto de exercitu parando adversus Nabin facto, concilium fortiter ac libere habitum dimisit; inter adsentato-
11 res regios ante eam diem habitus. Philippus, ma-

dem Lov. 6 [*ingenti adsensu hominum* Bamb.]

§. 7. *Quantum ad Oreum, et Chalcidem, et Corinthum tuenda satis sint*] *satis sit* Crevier. ex Victor. emendavit; quod unus meorum Lov. 6. probat. [*satis sint* Bamb.] Mox *securius* Voss. et Lov. 6.

§. 9. *Id quidem coarguere Cycliades*] *Cycliadas* Lov. 2. 5. Mead. 1. et edd. ant. Eodem tendit Lov. 2. mendose *Elicliadas* exhibens, *Cycliades* primum inveni in Ven. ed. anni 1498. tum Mediol. anni 1505. hinc in Mogunt. et postea in reliquis. V. supra ad §. 3.

§. 1. *Philocles praefectus regius*] *Philoquens* Voss. *Philoqueus* Lov. 1. *Philomenes* Hearnii L. 1. *Philodes* Gaertn. *Philoceus* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *Philocus* edd. proximae usque ad Ascens. qui anno 1513. recte *Philocles* substituit. V. ad 32, 38, 5. Mox *ad populandos* Lov. 1. et 6. V. ad 10, 12, 7.

E regione Eleusinis saltum Citheronis transcendit] Duae priores voces desunt in Voss. et Lov. 1. ac 6. Praepositio sola in Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 25, 25, 8. Sed nec vulgatum temere rejiciendum. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. *Luna quum est e regione solis, interpositu interjectuque terrae repente deficit.* 3. ad Q. Fratr. 1. *Columnas neque rectas neque e regione Diphilus conlocarat.* Deinde legendum est *Citharonis*, ut ante Gronov. ed. anni 1665. vulgo edebatur, quod etiam Crevier. recte revocavit. Ita enim constanter Latini, Graeci vero *Κιθαιρών*. Saltus hujus meminit et

Digitized by Google

gna spe depulsus, voluntariis paucis militibus conscriptis, Corinthum atque in Atticam terram rediit.

XXVI. Per eos ipsos dies, quibus Philippus in 1
Achaja fuit, Philocles praefectus regius, ex Euboea profectus cum duobus millibus Thracum Macedonumque ad depopulandas Atheniensium fines, e regione Eleusinis saltum Cithaeronis transcendit. inde 2
dimidia parte militum ad praedandum passim per agros dimissa, cum parte ipse occultus loco ad insidias opportuno consedit, ut, si ex castello ab Eleusine in praedantes suos inpetus fieret, repente hostes effusos ex inproviso adoriretur. Non fefellere 3 4
insidiae. itaque revocatis, qui discurrerant ad praedandum, militibus, instructisque, ad obpugnandum castellum Eleusinem profectus, cum multis inde vulneribus recessit, Philippoque se venienti ex Achaja

Plinius 4. Hist. N. 7. *Musis natale in nemore Heliconis adsignant. Datur et his Thebis saltus Cithaeron, amnis Ismenus.*

§. 2. *Parte militum ad praedandum passim per agros dimissa*] *ad praedandum raptim per agros* Voss. Male. *To passim* enim majorem praefert securitatem ac neglegentiam, quam Philocles ostentari jusserat, ut adliceret praesidium Eleusinis ad erumpendum in praedatores, atque ita in insidias praecipitaret. Supra c. 21. 4. *Palati passim vagabantur per agros.* Eodem sensu mox *discurrere ad praedandum* dixit. Certe *passim discurrere* supra est 22, 17, 3. Voces *per agros* desunt in Harl. Mox *occulto loco ad insidias opportune* Gaertn. Deinde *conscendit*, pro *consedit*, Voss. Lov. 1. 6. a m. 1. Harl. et ed. Parm. V. ad 4, 15, 2. et c. 17, 12. (*38, 51, 5.) Pariter commutantur *desidere* et *descendere*. V. ad 32, 9, 3. *concedit* legunt Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. Ita, *cedere* et *sedere* inter se a librarii confundi, vidimus ad 21, 40, 2. Sed *considere* aptum est de insidiis verbum. Supra 2, 11, 7. *Gabina via occultum considere jubet.* 10, 4, 11. *Haec ubi audita sunt, et ad eos, qui consederant in insidiis, perlata.* 43, 23, 4. *Cum cohorte sua in insidiis loco obscuro consedit.*

§. 3. *Si ex castello ab Eleusine in praedantes suos inpetus fieret*] *ex castello ab Eleusinis* Voss. et Lov. 1. unde conjici posset, legendum esse *ex castello ab Eleusiniis.* Ut *Eleusinis* scriptum sit pro *Eleusiniis* eodem

Digitized by Google

5 conjunxit. Tentata et ab ipso rege obpugnatio ejus castelli est: sed naves Romanae, a Piraeeo venientes, intromissumque praesidium absistere incepto
6 coëgerunt. Diviso deinde exercitu, rex cum parte Philoclem Athenas mittit, cum parte ipse Piraeeum pergit: ut, quum Philocles subeundo muros, et comminanda obpugnatione contineret urbe Atheniensis, ipsi Piraeeum levi cum praesidio relictum
7 expugnandi facultas esset. Ceterum nihilo ei Piraeei,

errore, quo *regis* pro *regiis*. V. ad 36, 19, 2. vel *ex castello Eleusinis*. Sed *ex castello Eleusine* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod etiam probari potest. Nam ita mox *castellum Eleusinem* sive *Eleusina* obeurrit, quemadmodum ibi forte legendum. Certe *castellum Eleusinae* est in Lov. 2. et 6. Deinde *to suos* deest in Voss. et Lov. 1. Postea §. seq. *se venienti ex Achaja commisit*, pro *conjunxit*, Voss. et Lov. 1.

§. 5. *Tentata et ab ipso rege obpugnatio ejus castelli*] *Tentata oppugnatio*, mediis omissis, Lov. 1. *Tentata et ab rege oppugnatio* Voss. *Tentata ab ipso rege oppugnatio* Lovel. 5. Tum *ejusdem castelli* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Saepe pronomina *is* et *idem* eorumque casus obliqui commutantur. V. ad 10, 10, 6.

Naves Romanae, Piraeeo venientes] *Epiro venientes* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Eas secutae *ab Epiro venientes* usque ad Aldum, qui *a Piraeeo venientes* substituit: nisi quod praeierit ei ed. Mediol. anni 1505. quae *ab Piraeo venientes* exhibuit. *e Piraeeo venientes* ed. Camp. et Lov. 6. *a Piraeo* cum Hearnii L. 1. reliqui codd. mei, omnesque post Aldum excusi usque ad Gruter. qui in ultima ed. praepositionem omisit. Eum vero recentiores omnes editores secuti sunt. Saepe hoc nomen cum praepositione construitur; saepe etiam praepositio omittitur. Priori modo supra est cap. praec. §. 1. *Quia Romani a Piraeeo intraverant urbem*. Et, *Classem a Piraeeo subsidio venire*. Hoc cap. *A Piraeeo Athenas repente duxit*. 36, 42, 7. *A Piraeeo Romam est profectus*. Posteriori 31, 14, 11. *Rex Piraeeum trajecit*. c. 22, 5. *Quum Piraeeum pervenissent*. c. 23, 10. *Piraeeum, unde profecti erant, redierunt*. Hoc cap. *Cum parte ipse Piraeeum pergit*. 36, 42, 4. *Classem Piraeei stare*. Quum autem Cic. forte praepositionem addidisset, propterea ab Attico reprehensus est: apud quem se defendit 7. ad Att. 3. Hic etiam praepositionem, in tot codd. et edd. haerentem, revocavi. Eamdem lectionem ex cod. Thuan. probavit etiam Cl. Jac. Gronov. Dissert. epist. in Livii loc. Geogr. epist. 3. p. 28.

Absistere incepto coëgerunt] Media vox deerat in Voss. et Lov. 1. qui iidem codices cum Gaertn. *obsistere*, pro *absistere*, legunt. *desistere ab incepto* Lov. 6. Nihil muto. *absistere incepto* fre-

Digitized by Google

quam Eleusinis, facilior, iisdem fere defendentibus, obpugnatio fuit. A Piraeeo Athenas repente duxit. 8 inde eruptione subita peditum equitumque inter angustias semiruti muri, qui brachiis duobus Piraeeum Athenis jungit, repulsus; omissa obpugnatione urbis, diviso cum Philocle rursus exercitu, ad vastandos agros profectus, quum priorem populationem sepulcris circa urbem diruendis exercuisset, ne quid 10 inviolatum relinqueret, templa Deùm, quae paga-

quens Livio locutio est. 25, 5, 6. *Senatus absistere eos incepto vetuit.* c. 14, 2. *Absistendum temerario incepto.* 26, 38, 11. *Nec abstitit tamen tam audaci incepto.* 28, 6, 12. *Celeriter abstitit incepto.* Similiter 32, 4, 6. 37, 27, 9. 42, 67, 7. aliisque locis. V. etiam ad 24, 20, 15.

§. 6. *Diviso deinde exercitu, rex cum parte Philoclem Athenas mittit*] *Tò deinde* exsulat a Lov. 6. et edd. ante Aldum; vox *rex* a Voss. Lov. 1. 2. et Harl. Praeterea *Philodem*, mox *Philodes*, et §. 8. *Philode* legit Gaertner. *Philocratem*, *Philocrates* et *Philocrate* Lov. 6. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad. §. 1. Praeterea pronomen *ipse* ignorant Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Dum Philocles subeundo muros, et comminanda obpugnatione contineret] *cum* vel *quum* etc. *contineret* edd. ante Aldum. Et ita etiam legendum, nisi malis *dum Philocles* etc. *continet.* V. ad 1, 40, 7. Deinde *subeundo muro* Lov. 4. quomodo librarius dedisse videtur, quia sequitur *comminanda obpugnatione.* At Livius pariter, ut hic, variat supra 21, 5, 5. *Large partiendo praedam, stipendio praeterito eum fide exsolvendo cunctis civium sociorumque animis in se fixmatis.* V. ad 38, 39, 10.

§. 7. *Nihilo ei Piraeei, quam Eleusinis, facilior* etc. *obpugnatio fuit*] Oppugnatio saepe non admodum difficilis est, et Philippus non oppugnare tantum, sed expugnare, ut ante Eleusinem volucrat, sic nunc Piraeeum conabatur, cujus expugnandi sibi facultatem futuram sperabat. Suspicor, legendum esse *expugnatio*. nam et alibi male scriptum est *oppugnare*, pro *expugnare*. V. Perizon. ad 21, 57, 6. Vel, si hoc non placet, pro *facilior* reponendum esse *felicior*: quod et ipsum non raro cum *facilior* permutari, multi adnotarunt. V. ad Flori 2, 6, 38. Rivium ad Terent. Eun. 5, 9, 8. Hotom. ad Cic. pro L. Manil. 13. et J. Fr. Gronov. ad Livii 23, 11, 2. DUK. *nihil ei* Lov. 2. 5. Harl. et edd. ante Froben. anni 1535. Deinde *iisdem defendentibus* Gaertn. *urbem fere defendentibus* Lov. 6. *urbem iisdem fere defendentibus* Mead. 2. *iisdem fere urbem defendentibus* Lov. 2. *iisdem urbem fere defendentibus* Harl. Sed, vocem *urbem* insiticiam esse, varia, quibus hic in MSS. ponitur, loca non obscure indicant. Praeterea Piraeeum *urbem* sive *oppidum*

Digitized by Google

tim sacrata habebant, dirui atque incendi jussit.
11 Exornata eo genere operum eximie terra Attica, et copia domestici marmoris, et ingeniis artificum,
12 praebuit huic furori materiam. neque enim diruere modo ipsa templa, ac simulacra evertere satis habuit; sed lapides quoque, ne integri cumularent
13 ruinas, frangi jussit: et, postquam non tam ira satiata, quam irae exercendae materia haec deerat, agro hostium in Boeotiam excessit, nec aliud quidquam dignum memoria in Graecia egit.

1 XXVII. Consul Sulpicius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium ad Apsum flumen habebat castra: quo arcessitum L. Apustium legatum, cum parte copiarum ad depopulandos hostium fines mit-

esse, Dionysius et Nicias Cous negant apud Cic. 7. ad Att. 3. ubi tamen videndi sunt viri docti. Mox §. seq. *Piraeeo Athenas*, pro *A Piraeeo*, Voss. a m. 2. Sed v. ad §. 5. [§. 9. *ad agros vastandos* Bamb.]

§. 10. *Quae pagatim sacrata habebant*] *pagnanti* Lov. 1. *paganti* Voss. et Lov. 6. m. 1. *pagani* Lov. 5. Infra c. 30, 6. *Delubra sibi fuisse, quae quondam pagatim habitantes* etc. *locatim* dixit Valer. Max. 5, 3. ext. 3. V. ibi viros doctos, et ad Cic. loc. laud.

§. 11. *Exornata eo genere operum eximie*] *Et ornata* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Eodem errore *et levat* pro *elevat* habuimus 9, 37, 6. *et promere* pro *expromere* infra 39, 12, 4. Librarii contrario errore *efferitate* dederunt pro *et feritate* 38, 49, 4. ubi plura vide.

§. 13. *Irae exercendae materia haec deerat*] *irae exercendae materia deerat* Voss. Lov. 1. 6. et Harl. [Bamb.] *irae exercendae haec deerant* Lov. 2. 4. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 1. *Consul Sulpicius eo tempore i. A. ac D. ad Apsum flumen habebat castra*] Hoc sic Plutarchus in Quintio [p. 370.] *Καὶ τὸν Πόπλιον εὑρὼν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀντιστρατοπεδεύοντα τῷ Φιλίππῳ, τὰς περὶ τὸν Ἄψον ποταμὸν ἐμβολὰς καὶ τὰ σενὰ φυλάττοντι.* SIG. ad *Tarsum flumen* Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ad Tarsum flumen* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. *ad Apsum flumen* substituit ed. Mediol. anni 1505. quod verius esse, ex loco Plut. conligi potest. De eo v. Cellar. Geogr. ant. 2, 13, 58. [*ad Hapsum flumen* Bamb.]

T. Apustium legatum] Legendum, non T. De hoc l. 28,

tit. Apustius, extrema Macedoniae populatus, Corrago, et Gerrunio, et Orgesso castellis primo inpetu captis, ad Antipatriam in faucibus angustis sitam urbem, venit. ac primo evocatos principes ad 2 3
conloquium, ut fidei Romanorum se committerent, perlicere est conatus; deinde, ubi, magnitudine ac moenibus situque urbis freti, dicta adspernabantur, vi atque armis adortus, expugnavit; puberibusque 4
interfectis, praeda omni militibus concessa, diruit muros, atque urbem incendit. Hic metus Codrionem, satis validum et munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit. Praesidio ibi 5 6
relicto, Ilion (nomen proprium alteram in Asia urbem, quam oppidum, notius) vi capitur. Rever-

[38, 9.] et hoc postea libro [c. 4, 7.] ubi *L.* legitur. GLAR. *L. Apustium* reponendum. Sic enim alibi saepe eum vocat Livius. SIG. Adsentior viris doctis. Omnes tamen scripti, quibus utor, et Hearnii L. 1. *T.* vel *Titum Apustium* servant. Mox *ad depopulandum hostium fines* Lov. 5. et edd. ante Aldum. V. ad 40, 49, 1.

§. 2. *Corrago, et Gerrunio, et Orgesso castellis*] *Chorogo* Lov. 2. *Corogo* Hearnii L. 1. *Corago* Lov. 6. et Gaertn. *Corhago* Lov. 1. 4. et Mead. 1. [Bamb.] *Corrhago* Lov. 5. et edd. vett. nisi quod per errorem *Carthago* sit in Rom. anni 1472. *Corrago* primus J. Fr. Gronov. edidit. *Κόρραγον* memorat Aeschines contra Ctesiph. p. 454. Deinde *Getrinio* Lov. 1. *Geririnio* Lov. 2. *Gerurmio* Harl. et Mead. ambo. *Geriimio* Lov. 6. *Gerititio* Gaertn. *Geminio* Hearnii L. 1. Polybius 5, 108. Dessaretidis urbem *Γεροῦντα*, et paullo post in eadem regione *Γεροῦντα* memorat. Utrum inde diversum sit castellum Gerrunium, cujus hic Livius meminit, incertum est. Postea *et Oresso* Lov. 5. et edd. antt. *Egesso* Lov. 6. a m. 1. *Egresso* Voss. et Lov. 1. [*Orsesso* Bamb.] Eam autem indicari, quam *Ὀργυσσὸν* vocat Polyb. l. l. viri docti putant. Mox *Antepatream* Voss. Lov. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *Antipatream* Lov. 4. et Gaertn. *Antipatrejam* Hearnii L. 1. Sed *Ἀντιπατρίαν* memorat Polyb. ibid.

§. 4. *Puberibusque interfectis*] *puribusque* Gaertn. *pluribusque* Voss. et Lov. 1. Mox §. seq. *Coadrionem* Lov. 1. *Crodionem* Lov. 6. *condictionem* Harl. *Cohrdibnem* Lov. 1. Deinde *Romanis* deest in Lov. 1. et Mead. 2. Tum *efficit*, pro *effecit*, Lov. 1.

§. 6. *Iados* (*nomen proprium alteram in Asia urbem, quam op-*

Digitized by Google

tentem legatum ad consulem cum satis magna praeda, Athenagoras quidam regius praefectus in transitu fluminis a novissimo agmine adortus, postremos
7 turbavit. ad quorum clamorem et trepidationem quum revectus equo propere legatus signa convertisset, conjectisque in medium sarcinis aciem direxisset; non tulere impetum Romanorum militum
8 regii. multi ex iis occisi, plures capti. Legatus, incolumi exercitu reducto ad consulem, remittitur inde extemplo ad classem.

1 XXVIII. Hac satis felici expeditione bello commisso, reguli ac principes adcolae Macedonum in castra Romana veniunt, Pleuratus Scerdilaedi filius, et Amynander Athamanum rex, et ex Dardanis Ba-
2 to, Longari filius. Bellum suo nomine Longarus

pidum, notius) *vi capitur*] Parenthesis declarat, *Ilios* legendum, non *Indus*. *Ilion* quidam refituerunt: at haud scio, num quisquam ante Virgilium *Ilion* in genere neutro dixerit. Quae vero praecedunt oppidorum nomina, non temere reperias apud authores. GLAR. Hujus nominis [*Ilion*] quinque oppida fuisse, tradit Stephanus; quorum tertium in Macedonia fuerit. SIG. *Ilion*, quod primum adparuit in edit. Mogunt. in nullo omnino cod. mihi obvium fuit. *Indus* legunt Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et multae edd. antt. *in Diis* Gaertn. *Radus* Voss. *Nudus* ed. Rom. anni 1472. *Nidus* Lov. 1. 4. 5. 6. et ed. Camp. quam lectionem quum etiam Cl. Jac. Gronov. in Thuan. invenisset, inde *Cnidus* legendum monuit Dissert. epist. ad Livii loc. Geogr. epist. 4. p. 83. [*Onidus* Bamb.]

§. 7. *Signa convertisset, conjectisque in medium sarcinis*] *et conjectis* Lov. 6. [Bamb.] *conjectis* Voss. et Lov. 1. in quibus *ro et* a praecedentis vocis syllaba finali interceptum videtur. V. ad 35, 41, 7. [*propr* pro *propere* Bamb.]

§. 1. *Pleuratus Scerdileni filius*] Ita plerique habent codices, ut alius sit a Scerdileto, quem etiam libris prioris decados ubique separavit a Pleurato Livius, praecipue l. 6, [24.] nisi quis hunc alium Pleuratum credat, aut haec, ut barbara, non admodum curae fuisse Livio. GLAR. *Serdelevi* Harl. *Serdelleni* Mead. 2. *Sordileni* Gaertner. *Serdileni* edd. antt. *Sterdileni* Lov. 1. *Sterdilevi* Lov. 2. *Scerdilevi* Lov. 4. et Mead. 1. [Bamb.] *Scerdileni* Lov. 5. 6. et ed. Ascens. anni 1513. aliaeque. Sed recte viri docti post Glarea-

Digitized by Google

cum Demetrio Philippi patre gesserat. Pollicentibus auxilia respondit consul, Dardanorum et Pleurati opera, quum exercitum in Macedoniam induceret, se usurum. Amynandro Aetolos concitandos ad bel- 3
lum adtribuit. Attali legatis (nam ii quoque per id tempus venerant) mandat, ut Aeginae rex, ubi hibernabat, classem Romanam opperiretur. qua adjuncta, bello maritimo, sicut ante, Philippum urgueret. Ad Rhodios quoque missi legati, ut capes- 4
serent partem belli. Nec Philippus segnius (jam enim in Macedoniam pervenerat) adparabat bellum. Fi- 5
lium Persea, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui aetatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quae ad Pelagoniam sunt, mittit. Sciathum et Peparethum, haud 6

num *Scerdilaedi* emendarunt. V. ad 26, 24, 9. Pleuratum autem et Scerdilaedum ibidem memoratos ab hoc Pleurato, Scerdilaedi filio, diversos fuisse, recte statuit Glareanus. eorum enim alterum Thracum, alterum Illyriorum reges Liv. d. l. vocat: et quidem Scerdilaedum Illyriorum regem fuisse, ex variis Polybii locis colligi potest. Quum autem hic etiam Pleuratus regnum in Illyrico obtinuerit, iisdem Scerdilaedi, qui l. 26. et postea memoratur, filium fuisse verisimile est.

Ex Dardanis Bato, Longari filius] *Bajo* Hearnii L. 1. *Batho* Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. Sed nihil mutandum. *Batonem Pannonium ducem* (quem Dio *Dalmatiae regem* vocat) memorat Suet. in Tib. 20. ubi v. viros doctos, et ad Ovid. 2. ex Pont. 1, 46. Praeterea *Langari filius*, et mox §. seq. *Langarus* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertner. quod forte verum est. *Λάγγαρος ὁ τῶν Ἀγριάνων βασιλεὺς* memoratur Arriano 1. de Exped. Al. Magn. 5. ubi videndus est Gronov. ab Hearnio laudatus.

§. 2. *Induceret, se usurum*] Pronomen *se* omittunt Voss, et Lov. 1. ac 6. Id saepe per ellipsin deesse, supra dictum est ad 1, 23, 5.

§. 5. *Quae ad Pelagoniam sunt*] *Pelagonia* pars est Macedoniae, non longe a regione Dassaritiorum. SIGON.

§. 6. *Sciathum et Peparethum, haud ignobiles urbes*] Insulae sunt in Aegeo pelago. SIG. Variant quidem codd. et edd. in harum urbium nominibus, sed vera haec orthographia est, quae primam adparuit in ed. Mog.

Digitized by Google

ignobiles urbes, ne classi hostium praedae ac praemio essent, diruit. Ad Aetolos mittit legatos, ne gens inquieta adventu Romanorum fidem mutaret.

1 XXIX. Concilium Aetolorum statuta die, quod Panaetolium vocant, futurum erat. Huic ut obcurrerent, et legati regis iter adcelerarunt, et ab con-
2 sule missus L. Furius Purpureo legatus venit. Atheniensium quoque legati ad id concilium obcurrerunt. Primi Macedones, cum quibus recentissimum
3 foedus erat, auditi sunt, qui, *nulla nova re, nihil se novi habere, quod adferrent*, dixerunt: *quibus enim de caussis, experta inutili societate Romana, pacem cum Philippo fecissent, compositam semel ser-*
4 *vare eos debere. An imitari*, inquit unus ex legatis, *Romanorum licentiam, an levitatem dicam, mavultis? qui, quum legatis vestris Romae responderi ita*

Fuerunt autem insulae maris Aegaei, verum quaeque urbem ejusdem nominis habuit. V. Ptolem. 3. Geogr. 13.

§. 2. *Primo Macedones* etc. *auditi sunt*] Ita Gronov. edidit anno 1665. eamque lectionem reliqui adoptarunt. Verum non tantum typis descripti antiquiores, sed etiam omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. constanter *Primi Macedones:* quod revocavi. V. ad 34, 14, 6. [§. 1. *stata die* Bamb. *regis legati* idem. *et a eos.* idem.]

§. 3. *Nova nulla re, nihil se novi habere*] Ita incipit hic, ut finit. Nam fortunam nihil mutasse, dicturus est: cur ipsi Aetoli mutare velint, se non videre. Ergo, *nulla nova re, nihil se novi habere*, dixerunt. GLAR. Ita Lov. 5. et edd. primae. Alius deinde *nulla nova re*, quod reliqui editores taciti probarunt, consentientibus etiam omnibus reliquis scriptis; nisi quod perperam *in illa nova re* praeferant Mead. ambo, et Gaertn. Mox *compositam semel pacem servare*, addita voce, Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1.

§. 4. *An imitari, inquit unus*] *Admirari* Voss. *Ammirari* Lov. 1. Mox *ita responderi jussissent* Mead. 2. et Gaertn.

§. 6. *Messanae ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt*] Haud oblitus sum, *conscendere* Latinis dici, quod Graecis ἐμβαίνειν, ut cum *Ephesso conscendisse, a Brundusio conscendisse* Cicero: sed vereor, ne hic quoque, quem pluscules aliis locis, passus sit conjumeliam, scripseritque, *Mes-*

Digitized by Google

jussissent, Quid ad nos venitis, Aetoli, sine quorum auctoritate pacem cum Philippo fecistis? iidem nunc, 5 *ut bellum secum adversus Philippum geratis, postulant. et antea propter vos, et pro vobis arma sumta adversus eum simulabant; nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanae ut auxilio essent, pri-* 6 *mo in Siciliam conscenderunt: iterum, ut Syracusas obpressas ab Karthaginiensibus in libertatem eximerent. Et Messanam, et Syracusas, et totam Si-* 7 *ciliam ipsi habent, vectigalemque provinciam securibus et fascibus subjecerunt. Scilicet, sicut vos Nau-* 8 *pacti legibus vestris per magistratus a vobis creatos concilium habetis, socium hostemque libere, quem velitis, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri vestro; sic Siculorum civitatibus, Syracusas, aut Messanam, aut Lilybaeum indicitur concilium. Praetor* 9

sanae ut auxilio essent, primo in Siciliam exscenderunt. Sic enim 21, [51, 5.] *Exscensio hostium in agrum Vibonensem facta.* 22, [31, 2.] *Priusquam in continentem exscensiones faceret.* 27, [5, 8.] *Improviso in agrum Uticensem exscensionem fecit.* 29, [29, [28, 5.] *Quibus exscensiones in agrum maritimum factae erant.* J. FR. GRON. Sed his omnibus et aliis locis *exscensionem facere* dicuntur, qui praedandi causa milites e navibus in terram exponunt, et, depopulatis agris maritimis, se cum praeda in naves recipiunt; quo animo Romani primo in Siciliam non trajecerunt. *conscendere* pro navem conscendere plerique probati scriptores dicunt. DUK. Neque mihi Gronovii conjectura placet. Codices tamen nihil mutant, nisi quod *consederunt* pessime sit in Mead. 2. et Gaertn. Cl. Crevierius emendat *transcenderunt*; quod interdum de trajectu maritimo usurpatur. [*transcenderunt* Bamb.] Infra 34, 4, 3. *Et jam in Graeciam Asiamque transcendimus.* Justin. 23, 1. *Quasi angustis insulae terminis clauderetur, in Italiam transcendit.* V. tamen, an et vulgatum servari possit, et *in Siciliam conscenderunt* capi possit, pro ideo conscenderunt, ut in Siciliam navigarent. Mox *Syracusas et totam Siciliam obpressas* Hearnii L. 1. Sed tres mediae voces perperam ex seqq. repetitae sunt.

§. 8. *Aut Lilybaeum indicitur concilium populi Romani. Romanus conventus agitur*] Pro *populi Romani* lege *praetor*, hoc modo: *praetor Romanus*

Digitized by Google

Romanus conventus agit: eo imperio evocati conveniunt: excelso in subgestu superba jura reddentem, stipatum lictoribus vident: virgae tergo, secures cervicibus inminent: et quotannis altum atque alium
10 *dominum sortiuntur. Nec id mirari debent, aut possunt, quum Italiae urbes Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarum ruinis crevit urbs Romana, ejusdem subjectas videant imperio.*
11 *Capua quidem, sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo, superest; urbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium; relicta crudelius habitanda,*
12 *quam si deleta foret. Furor est, si alienigenae ho-*

conventus agit. GELEN. Illud *Romani* suspicor ab aliquo adjectum: potius adjiciendum erat *Siculi*, quam *Romani*. Quidam emendarunt, *indicitur concilium. praetor Romanus conventus agit*; quod placet. Est autem *conventus*, authore Festo, quoties populus ad judicium a magistratu vocatur, ut hic a praetore. GLAR. *populi Romani*, vel *populi Romani sic* etiam omnes mei, atque Hearnii L. 1. [P. R. *Romanus* Bamb.] Sed verum recte Gelenius vidit. De errore hoc scribarum, ut *Pr.* seu *praetor* et *P. R.* seu *populus Romanus* confundant, v. ad 31, 10, 4. *agitur* vero in solis inveni Lov. 2. et Harl. ceteri omnes bene *agit*. V. ad 39, 29, 8.

§. 10. *Nec id mirari debent*] *Nec admirari debent* Hearnii L. 1. Praeterea ante haec verba Lov. 2. et 6. adscripta haec exhibent: *quas socios appellant, pacem ac bellum gerere arbitrio suo jubent.*

Rhegium, Tarentum, Capuam, finitimasque, quarum] Vetus lectio *Capuam, ne finitimas nominem*. GELEN. *Capuam ut finitimas, quarum* Gaertn. *Capuamve finitimas quarum* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. vett. *Capuamque finitimas quarum* Lov. 6. et edd. Mog. ac proximae usque ad Freben. qui anno 1531. *Capuam finitimasque quarum* substituit. Mox *eidem subjectas videant imperio*, pro *ejusdem*, ex conjectura emendat Crevierius, ut non modo Romanis subjectae dicantur, sed et eodem modo, eadem superbia a Romanis regi. Omnes libri vulgatum retinent. [*nominem eidem subj. vid. imp.* Bamb.]

§. 11. *Monumentum Campano populo data, extorri et ejecto ipso populo*] Vetus lectio *monumentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo*. GELEN. Ut haec verba et pleraque sequentia intelligenda

Digitized by Google

mines, plus lingua et moribus et legibus, quam maris terrarumque spatio, discreti, haec tenuerint, sperare, quidquam eodem statu mansurum. Philippi 13
regnum obficere aliquid videtur libertati vestrae: qui, quum merito vestro vobis infestus esset, et nihil a vobis ultra, quam pacem, petiit, fidemque hodie pacis pactae desiderat? Adsuefacite his terris legiones 14
externas, et jugum accipite. sero ac nequidquam, quum dominum Romanum habebitis, sociam Philippum quaeretis. Aetolos, Acarnanas, Macedonas, 15
ejusdem linguae homines, leves ad tempus ortae caussae disjungunt conjunguntque: cum alienigenis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est, erit-

sint, praeter conjecturam habeo fere nihil. Prodigium quidam etiam putant dictum, urbem pejus habere, quod incolumis habitetur, quam si diruta esset. GLAR. *Campani populi data extorri et ejecto* Lov. 6. et edd. antt. pro quo *Campano populo data, extorri et ejecto* substituerunt Mogunt. consentientibus proximis editoribus. Id, quod Gelenius restituit, in reliquis meis superest; nisi quod *Capuani populi* legat Lov. 6. V. ad 7, 30, 21. [27, 3, 1.] et *ablato et extorri ipso populo* Mead. 2. *Extorris* hic sine casu ponitur. Ita etiam 38, 17, 16. *Extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram.* V. ad 2, 6, 2. et Cel. Dukerum ad Livii 7, 4, 4.

Prodigium relicta crudelius habitanda, quam si deleta foret] Ita legendum continentibus verbis, ut sit Capuam relictam sic habitandam esse prodigium crudelius, seu majus crudelitatis monstrum, quam foret deleta. J. FR. GRON. Hic non volo obloqui Gronovio; sed vulgatam distinctionem meliorem puto. DUK. Vulgatam distinctionem etiam Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii probavit, *prodigium* referens ad praecedentia, et *crudelius* accipiens adverbialiter: ut 32, 13, 7. *Nec quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit.* Deinde *delecta foret* Lov. 4. *dejecta foret* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. et edd. principes. *deleta foret* inveni in Ven. anni 1498. et reliquis scriptis. Solent hae voces a scribis commutari. V. ad 24, 23, 4, 37, 48, 3. et alibi.

§. 12. *Maris terrarumque spatio discreti*] *distracti* Voss. *distincti* Lov. 1. quomodo interdum peccarunt librarii. V. Gronov. ad Senecae epist. 122.

§. 13. *Pacem petiit, fidemque hodie pacis pactae desiderat*] *pacem petit* Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 37, 45, 2. Forte ita hic datum ob sequens *desiderat*. Verum Li-

Digitized by Google

que. natura enim, quae perpetua est, non mutabi-
16 *libus in diem caussis, hostes sunt. Sed, unde coe-*
pit oratio mea, ibi desinet. Hoc eodem loco iidem
homines de ejusdem Philippi pace triennio ante de-
crevistis, iisdem inprobantibus eam pacem Romanis,
qui nunc pactam et compositam turbare volunt. in
qua consultatione nihil fortuna mutavit, cur vos
mutetis, non video.

1 **XXX. Secundum Macedonas, ipsis Romanis ita concedentibus jubentibusque, Athenienses, qui foe-**

vium tempora verborum haec junxisse, vidimus ad 29, 27, 5. [*et* ante *nihil* omittit Bamb.] Deinde *fidemque hodie pacis et pacem desiderat* Voss.

§. 15. *Cum alienis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est*] Voss. Thuan. et alii cum prima editione *cum alienigenis*. Quod omnino verius. 24, 47, 5. *Pro alienigenis ac barbaris Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent*, 30, 12, 15. *Tamen Numidae, quam alienigenae et externi, fidem experiri mallem*. Et hanc appellationem statim legatus Atheniensis Macedoni exprobrat [c. 30.] JAC. GRON. Illud *cum alienis* demum adparuit in ultima Grutori ed. Non sola itaque prima editio, sed et omnes reliquae ante Gruterianam hanc edd. *cum alienigenis*; quod etiam superest in Voss. Lov. 1. 5. Harl. Mead. 2. et Crevierii Victor. Supra hoc cap. *Si alienigenae homines haec tenuerint*. 26, 13, 7. *Quum hostis alienigena in Italia esset*. 27, 39, 8. *Invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti*. 39, 3, 6. *Jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante*. 42, 50, 10. *Quî conveniat fratri, adfectanti per injuriam regno, summa vi restitisse, alienigenis bene parto eo cedere*. His obponuntur *indigenae*. V. Cel. Burm. ad Rutil. Iter 1, 20. Priscam igitur lectionem recte Cuevier. in contextum recepit. *Ta cum barbaris* perperam desunt in Mead. 2. Nam ita *alienigenae* et *barbari* junguntur apud Liv. 24, 47, 5. loco a Gronov. laudato, et 31, 30, 4. Elegans et vere Liviana etiam est illa τοῦ *cum* sine conjunctione repetitio. Supra 9, 9, 12. *Cum senatu, cum populo de pace ac foedere agere*. 21, 43, 13. *Ut viginti annorum militiam vestram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam*. 29, 13, 3. *P. Scipioni cum eo exercitu, cum ea classe prorogatum in annum imperium est*. Plura similia v. ad 37, 18, 12. Deinde vox *omnibus* non adparet in Lov. 1. 6. et Voss.

§. 16. *Iisdem inprobantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam et compositam turbare volunt*] *quam nunc cupitam et compositam* Voss. *cupitam* etiam Lov. 1. Sed *pacta pax*, ut supra hoc cap. *Fidemque hodie pactae*

Digitized by Google

da passi justius in crudelitatem saevitiamque regis invehi poterant, introducti sunt. Deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum. *Neque id se queri, quod hostilia ab hoste passi forent: esse enim quaedam belli jura; quae ut facere, ita pati sit fas. sata exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumque agi, misera magis, quam indigna, patienti esse. Verum enim vero id se queri, quod is, qui Romanos alienigenas et barbaros vocet, adeo omnia simul divina humanaque jura pol-*

pacis desiderat. 9, 11, 9. *Ego pacem, quam pactus sum, non habeam.*

§. 2. *Vastationem populationemque miserabilem agrorum*] *depopulationemque* Voss. et Lov. 1. sollemni harum vocum commutatione. V. ad 10, 12, 7. Sed plurimos codd. sequor. V. ad 2, 62, 2. [*Neque se id* Bamb.] Paullo ante §. praec. *concedentibus invectisque* iidem duo codd. *concedentibus juvantibusque* Lov. 2. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. V. ad 6, 35, 9.

§. 3. *Saxa exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumque agi*] Emendatius tamen *sata*. quae lectio per se etiam facile deprehendi potest. SABELL. *tota exuri, dirui tecta* Lov. 2. Sed prima vox deest in Lov. 1. qui insuper *exuri, dirui recepta* praefert. *sata exuri* jam ante Sabellicum edidit Camp. Deinde *hominumque pecorumque* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Mox *indigna patientia esse* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 1. et Gaertn. *indigna patienda esse* Lov. 6. *indigna patientibus esse* Harl. Vocem *indigna* exponit Gronov. 3. Obs. 8.

§. 4. *Verum enim vero id se queri*] Jam dudum suspectum mihi *τὸ Verum*. Neque exstat in Voss. cod. V. ad 27, 30, 13. Fortasse etiam *Enimvero id non ferre*. Sufficit enim paullo ante conspici: *id se queri*. J. FR. GRON. Nescio, cur *Verum* ante inspectum cod. Voss. suspectum esse debuerit. *Verum enim vero* est in Liv. 4, 4, 9. 26, 8, 7. Sallustio Catil. 2. Terent. ac Cic. In his *neque id se queri, verum enim vero*, vel, si quis hoc mavult, *enimvero id se queri* schema rhetoricum est, a cujus elegantia longe abest conjectura *id non ferre*. Sed transeant haec quoque, ne quis me libidine obtrectandi summo Gronovio duci calumnietur. DUK. Non satis diligenter ac curate Doujatius consuluit hoc loco Gronov. quem non tantum *Verum* expungere, sed etiam *τὸ enim vero*, ut supervacaneum, rejicere videri monuit. Ceterum *τὸ Verum* inprobant etiam Lov. 1. Crevierii Victor. et Hearnii L. 1. Illud autem *Enim vero* vox intensiva est, qua Livius, tum in initio orationis, tum alibi saepius usus est. v. ad 2, 22, 6. Praesertim autem in indignatione. Ita 27, 30, 14. *Enimvero indignum ratus Philippus, victos victori sibi ultro conditiones ferre.* ubi ala vide.

Digitized by Google

luerit, ut priore populatione cum infernis Diis, se-
5 *cunda cum superis bellum nefarium gesserit: omnia sepulcra monumentaque diruta esse in finibus suis,*
6 *omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi: delubra sibi fuisse, quae quondam pagatim habitantes in parvis illis castellis vicisque consecrata, ne in unam urbem quidem contributi majores sui deserta reli-*

43, 1, 9. *Enimvero senatus indignari, tantum consulem ausum.* Etiam Ter. Heaut. 2, 3, 79.

Enimvero reticere nequeo: multimodis injurius,
Clitipho, neque ferri potis es.

V. etiam ad 10, 35, 15. Si quis tamen vulgatum *Verum enim vero* malit, non adversabor. Obcurrit ea vox 36, 40, 4. *Verum enim vero illud multo majus esse.* Ubi etiam in uno Voss. *τὸ verum* deest. Obcurrit etiam 37, 52, 8. *Verum enim vero quum ipsi daturi sint*, etc. Quod vero Gronov. *id non ferre τοῖς id se queri* subponat, idque invitis omnibus libris, omnino admitti nequit. Repetitio enim, quam mutationi praetexit, elegans est. Similiter fere Cic. 7. ad fam. 5. *Huic neque tribunatum, neque praefecturam peto, benevolentiam tuam peto.* Pro Dejot. 13. *Non enim jam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere.* Plin. 4. ep. 7. *Admoneri enim debeo, ut sciam; rogari non debeo, ut faciam.* ubi v. Cortium. Mox vocula *is* exsulat a Lov. 5. et primis edd. Primus eam interposuit Frob. anno 1535. probantibus reliquis scriptis. Hinc *alienos*, pro *alienigenas*, Gaertn. V. ad cap. praec. §. 16. Tum *vocat* Lov. 1. Mead. ambo, et Gaertn. Tandem *omnia* non exstat in Hearnii L. 1.

Priore populatione cum infernis Diis, secunda cum superis] *cum inferis Diis* Lov. 1. 6. et Voss. Utrumque ferri potest. V. ad 1, 32, 9. et ad 24, 38, 8. Pro vulgato tamen fiant plures codd.

§. 6. *Delubra sibi fuisse, quae quondam pagatim habitantes*] *κατὰ δήμους*, quos multos fuisse, et Atticam sparsim habitantes in unam urbem conductos notum est. *Pagos* Latini, auctore Festo in *Demoe*, vocant, quos Attici *δήμους*. Supra c. 26, 10. *Templa Deûm, quae pagatim sacrata habebant.* DUK. V. quae ad eum locum notantur. Ceterum *delubra ibi fuisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *delubra ibi*, omissa tertia voce, Lov. 5. *delubra ibi diruta* edd. antt. pro quo Aldus *delubra ibi fuisse*, Froben. anno 1535. *delubra sibi fuisse* vulgarunt. Solent librarii *τὸ sibi* et *ibi* confundere. V. ad 26, 26, 1.

§. 7. *Semiusta et truncata simulacra Deûm*] *semusta* Lov. 4. [*semusta truncata* Bamb.] V. ad 27, 1, 15. Paullo ante *infestos* abest a Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472.

§. 9. *Nisi Romani venissent*]

Digitized by Google

reliquerint. circa ea omnia templa Philippum infestos 7
circumtulisse ignes: semiusta et truncata simulacra
Deûm inter prostratos jacere postes templorum. Qua- 8
lem terram Atticam fecerit, exornatam quondam
opulentamque, talem eum, si liceat, Aetoliam, Grae-
ciamque omnem facturum. Urbis quoque suae si- 9
milem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani
subvenissent. eodem enim scelere urbem colentes Deos,

Thuan. *subvenissent.* Nec aliter princeps editio; quod valde amat auctor. 4, 38, 2. *Datque terga forent, ni S. Tempanius praesenti anima subvenisset.* 23. 14, 10. *Poenorum urbem extemplo futuram, ni subveniatur.* 34, 18, 2. *Nec nisi in tempore subventum foret, ultra sustentaturi fuerint.* JAC. GRON. *subvenissent* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. et non tantum ed. princ. sed et omnes aliae usque ad Gruteri ultimam, quae perperam dedit *venisset.* Paullo ante *Urbes quoque suas similem deformitatem futuras fuisse* Lov. 1. et Voss. *Urbes quoque suas similem deformitatem habituras fuisse* Lov. 6. a m. 1.

Eodem enim scelere urbem colentem hos Deos] Multo rectius Oxon. *eodem enim scelere, urbem colentis Deos praesidemque arcis Minervam petitam.* Patet ex conjunctis: *eodem Eleusine Cereris templum, eodem Piraeei Jovem Minervamque.* Non enim dicit *Eleusinem et Cererem, Piraeea cum Jove.* Et honestior fit oratio, Deos, quos peti praecipuum scelus, solos nominando. 24, [38, 8.] *Vos, Ceres mater ac Proserpina, precor, caeterique superi infernique Dii, qui hanc urbem, qui hos sacratos lacus lucosque colitis.* 29, [27, 2.] *Divi Divaeque, maria terrasque qui colitis, vos precor quaesoque.* Cicero in ultima Verrina [72.] *Vos etiam atque etiam imploro atque appello, sanctissimae Deae, quae illos Ennenses lacus lucosque colitis.* Plautus Poenulo [5, 1, 17.]

Deos Deasque venerov, qui hanc urbem colunt.

Aeschylo in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, [v. 272.] πολισσούχοι, et [v. 318.] πολιούχοι θεοί. Noster 26, [27, 14.] de incendio in urbe, fraude Campanorum captivorum excitato, *Vestae aedem petitam, et aeternos ignes, et conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani.* J. FR. GRON. *eodem ejus scelere* Lov. 2. Deinde *urbem colentes Deos* etiam fuisse videtur in Harl. ex quo, cum ed. Gronovii conlato, nihil in excerptis meis notatur. Et id voluisse videntur scribae Lov. 1. et Hearnii L. 1. qui tamen *urbem colentes hos Deos.* Virg. Ecl. 8, 61. *Pallas, quas condidit, arces Ipsa colat.* In his locutionibus *colere* est inhabitare. V. Cel. Burm. ad d. l. Virg. et quae notavi ad Livii 8, 16, 1. Mox *praesidemque cortis Minervam* Voss. et Lov. 1. *praesidemque cohortis Minervam* Lov. 6. Pessime. Minerva praeses arcis Athenarum.

Digitized by Google

praesidemque arcis Minervam petitam: eodem Eleusine Cereris templum, eodem Piraeei Jovem Miner-
10 *vamque; sed ab eorum non templis modo, sed etiam moenibus vi atque armis repulsum, in ea delu-*
11 *bra, quae sola religione tuta fuerint, saevisse. Itaque se orare atque obsecrare Aetolos, ut, miserti Atheniensium, ducibus Diis inmortalibus, deinde Romanis, qui secundum Deos plurimum possint, bellum susciperent.*

1 XXXI. Tum Romanus legatus: *Totam orationis meae formam Macedones primum, deinde Athenien-*
2 *ses mutarunt. Nam et Macedones, quum ad con-*

rum habita est. Infra 45, 28, 1. *Sacrificio Minervae praesidi arcis in urbe facto profectus.* De simulacris Minervae in arce Athenarum v. Meurs. 6. Lect. Attic. 33. Hinc cognominata est *Πολιάς*, cujus meminit Paus. in Attic. 27. Quae enim postea arx sive *Ἀκρόπολις* Athenis dicta est, antea dicebatur *πόλις* sive urbs. Pausan. Att. 26. *Τὸ δὲ ἀγιώτατόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει.* Aristid. in Panathen. p. 171. *Τρίτη δὲ ἀπόλουθος τούτων ἀνέχει, περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως, ἣ πάλαι μὲν πόλις, νῦν δὲ ἀκρόπολις κορυφῇ παραπλησίως.* V. Meurs. ibid. De cognominibus Minervae *Πολιάς*, *Πολιοῦχος*, et similibus v. Spanhem. ad Call. II. in Pall. v. 53. In aliis etiam urbibus arcium praeses Minerva habita est. Eamdem *praesidem arcis Ilii* infra vocat Liv. 37,37,2.

Eodem Eleusinae Cereris templum] *Eleusine* scribendum, ut sit auferendi casus: sequitur enim *Piraeei*. SIG. *Eleusiniae Ceceris* Lov. 4. [Bamb.] *Eleusine* est in edd. Camp. et Rom. anni 1472. ut recte Sigon. emendat. Editores, qui postea *Eleusinae* substituerunt, credidisse videntur, hujus urbis nomen casu recto proferri *Eleusine*. Sed v. ad c. 25, 2.

§. 10. *Moenibus vi atque armis repulsum*] *vi armisque* Lov. 6. sed reliqui omnes vulgatum tuentur, nisi quod, trajectis literis, *vitaque armis* sit in Lov. 1. Mox *in eadem delubra* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo. V. ad 10, 10, 6. Mox *sedisse*, pro *saevisse*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. principes. Male. Flor. 2, 2. in fine. *Supervacuum visum est, in arcem murosque saevirē.* 2, 6, 35. *Saevitum in urbes, urbemque urbium Caralim.* In eadem hac historia iterum 2, 7, 4. *In templa, aras et sepulcra ipsa saeviret.* Mox §. seq. *bellum accipiant* Lov. 5. et edd. pro quo recte Aldus *susciperent*. Ita enim omnes reliqui codd. quamvis tamen forte existimari posset, *accipere bellum* eodem modo dici,

Digitized by Google

querendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem, ultro accusando Romanos, defensionem ut accusatione potiorem haberem, effecerunt: et Athe- 3
nienses in Deos superos inferosque nefanda atque inhumana scelera ejus referendo, quid mihi aut cuiquam reliquerunt, quod objicere ultra possim? Ea- 4
dem Cianos, Abydenos, Aeneos, Maronitas, Thasios, Parios, Samios, Larissenses, Messenios hinc ex Achaja, existimate queri; graviora etiam acerbioraque eos, quibus nocendi majorem facultatem habuit. Nam quod ad ea adtinet, quae nobis objecit; 5
nisi gloria digna sunt, fateor ea defendi non posse.

quo *accipere legem* 10, 9, 1. 24, 29, 9. et alibi. [ante *possent* Bamb.]

§. 4. *Eadem Aechios, Abydenos, Aeneos, Maronitas, Thasios*] *Chios* integra erit lectio. Idem alibi [32, 34, 6.] *Neque*, inquit, *ego Chium expugnavi, sed Prusiam expugnantem adjuvi.* SABELL. Nominat gentes, a Philippo paullo ante bello vexatas, inter quas *Chii* non fuerunt, verum, ut supra dixi, *Cianí*. Itaque legatus Romanus objicit Philippo Atheniensesi, Cianos et Abydenos. Atque Livius 33, [30, 4.] ait: *De Cianorum libertate Quintius Prusiae Bithyniorum regi scriberet, quid senatui et decem legatis placuisset.* Quare hoc etiam loco pro *Chios*, *Cianos* est reponendum. SIG. *et Chios* Harl. [*Chios* a m. 2. Bamb.] *Ethios* Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. *Echyos* ed. Camp. *Aechios* Voss. *Echios* Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. 1. et edd. plures principes. Sed recte Sigonius *Cianos* legendum docuit. Intelliguntur autem incolae Cii, urbis Bithyniae. Eam obtinuerunt Aetoli, sed Philippus expugnatam evertit. Infra 32, 33, 16. *Cium item suae ditionis urbem funditus evertisse ac delesse.* Ubi v. Sigon. et adde Strab. 12, 563. Ἐν ᾧ Προῦσά ἐστιν, ἡ Κίος πρότερον ὀνομασθεῖσα· Κατέσκαψε δὲ τὴν Κίον ὁ Φίλιππος ὁ Δημητρίου μὲν υἱὸς, Περσέως δὲ πατὴρ, ἔδωκε δὲ Προυσίᾳ τῷ Ζήλᾳ, συγκατασκάψαντι καὶ ταύτην, καὶ Μυρλείαν. De Cianorum clade v. Polyb. in Exc. l. 15, 21. et seq. et 17, 4. Deinde *Aeneos* omnes et scripti, et editi. Verum Stephan. Byz. v. *Αἶνος* docet, hujus urbis gentile formari *Αἴνιος*, quo utitur Plut. in Catone minore p. 764. Harduin. etiam in Numm. popul. et urb. nummum refert cum hac inscriptione *AINIΩN*. Similiter ἡῖῶν ἡ Αἰνία memoratur Apollod. 2. Bibl. 5, 9. Ἄινιοι apud Thuc. 7, 57. Vocantur ibi quidem Αἰολεῖς, verum similiter Αἶνον πόλιν Αἰολίδα vocat Herodot. 7, 58. Id autem *Αἴνιος* videtur Latine efferendum esse *Aenius*. Verum Livium, hic *Aeneos* dicentem, videri aliam formam *Αἰνεῖος* expressisse, auctor est Cellar. 2.

Digitized by Google

Rhegium, et Capuam, et Syracusas nobis objecit.
6 *Rhegium Pyrrhi bello legio a nobis, Rheginis ipsis, ut mitteremus, orantibus, in praesidium missa, urbem, ad quam defendendam missa erat, per scelus*
7 *possedit. Comprobavimus ergo id facinus? an bello persecuti sceleratam legionem, in potestatem nostram redactam tergo et cervicibus poenas sociis pendere quum coëgissemus, urbem, agros, suaque omnia*
8 *cum libertate legibusque Rheginis reddidimus? Syracusanis obpressis ab externis tyrannis, quo indignius esset, quum tulissemus opem, et fatigati prope per triennium terra marique urbe munitissima obpugnanda essemus, quum jam ipsi Syracusani ser-*

Geogr. ant. 15, 843. Ea forma obcurrit apud Harpocrat. v. *Αἰνείους*, ubi laudat testimonium Demosth. cujus locus exstat orat. advers. Aristocratem p. 744. in variis tamen lectionibus edit. Francofurtanae subjectis p. 1459. monemur, alios, sive codd. sive exeusos, pro *Αἰνείους* eo loco legere *Αἰνίους*. Ex uno igitur hoc loco, quamvis pro ea scriptura stat Harpocr. non tamen omni exceptione majus argumentum peti posse existimo, nisi alterius scriptoris consentiens testimonium laudetur. Vales. quidem ad Harpocrat. laudat pro hac forma Polyb. et Livium: verum Polyb. *Αἰνίους*, non *Αἰνείους*, vocat in exerptis Legat. num. 93. quae eadem scriptura obcurrit in fragm. quod vulgo ad Polyb. refertur, apud Suid. v. *Αἰνίον*. Livius vero hic quidem *Aeneos* legit, verum passim alibi *Aenios* vocavit. V. 37, 33, 1. 38, 41, 4. 45, 27, 4. et alibi. Haec omnia si non plane convincunt, etiam hic *Aenios* legendum esse, certe haud levem movent suspicionem. Tum vocem *Thasios*, quam servant omnes codd. et edd. priores, sed Clericus nulla de caussa omisit, revocavi. [*etiam* post *graviora* omittit Bamb.] Mox *quod nocendi*, pro *quibus nocendi*, legendum in margine Livii conjicit Anton. Perizon. Sed vulgatum in omnibus libris restat, nihilque ad id rejiciendum subigit. [*majorem difficultatem* Bamb. Idem §. 3. *in Deos inferos superosque*.]

§. 6. *Rheginis ipsis, ut mitteremus, orantibus*] *ut mitteretur* Mead. 2. et edd. ante Frob. anni 1535. [*a nobis* omittit Bamb.]

§. 7. *Comprobavimus ergo id facinus? an bello persecuti*] Vet. lib. *an non bello persecuti*. SIG. *Approbavimus ergo* Hearnii L. 1. Non muto. Supra 5, 9, 7. *Quum omnium adsensu comprobata oratio esset*. ubi pariter variant vett. edd. V. quae ibi notavi. 37, 45, 14. *Quum senatus populusque Romanus patem comprobaverint. compro-*

Digitized by Google

vire tyrannis, quam capi a nobis mallent, captam iisdem armis et liberatam urbem reddidimus. Neque 9
inficias imus, Siciliam provinciam nostram esse, et civitates, quae in parte Karthaginiensium fuerunt, et uno animo cum illis adversus nos bellum gesserunt, stipendiarias nobis ac vectigales esse. quin contra, hoc et vos et omnes gentes scire volumus, pro merito cuique erga nos fortunam esse. An Cam- 10
panorum poenae, de qua neque ipsi quidem queri possunt, nos poeniteat? Hi homines, quum pro iis bellum adversus Samnites per annos prope septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos 11
foedere primum, deinde connubio, atque inde cogna-

bavimus igitur Lov. 5. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. Solent *ergo* et *igitur* commutari a scribis. V. ad 21, 40, 6. Deinde *an et bello persecuti* Lov. 1. At reliqui scripti vulgatum servant. Mox *τὸ legibusque* deest in Voss. Lov. 1. 4. 6. sola particula *que* in Lov. 2. Mead. utroque, Harl. et Gaertn. Male. Passim ita *libertas* et *suae leges* junguntur. V. ad 37, 54, 26.

§. 8. *Quo indignius esset*] Vet. lib. *quod indignius esset*. SIG. Ita et Lov. 2. sed *quod indignum esset* Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. Vulgatum probum est. Flor. 2, 5. *Praefectos navium igni comburunt, idque, quo indignius foret, muliere imperante.* Ubi Cel. Duker. recte notat, non sine ratione Gronovium codicis Sigoniani lectionem sprevisse. Paullo post *τὸ jam* deest in Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum.

§. 9. *Neque inficias imus. Siciliam*] *Neque inficiari scimus* Voss. *Neque inficiati sumus* Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et Hearnii L. 1. Male divisis literis ante scriptum fuit *inficia simus*, inde factum est *inficiati simus*, quod superest in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et tandem *inficiati sumus*, quod vidi exstare in edd. Camp. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, Venitis variis, et aliis usque ad Aldum, qui recte dedit *inficias imus*. Passim hoc verbum vel eo, vel simili modo in Mstis a librariis corrumpitur. V. ad 6, 40, 4. 9, 9, 4. 10, 10, 8. et apud Curtium 6, 1, 26. Mox *in parte Karthaginiensium erant*, pro *fuerunt*, Gaertn.

§. 10. *De qua neque ipsi quidem queri possunt*] Scribe *ne ipsi quidem*. J. FR. GRON. V. ad 1, 10, 3. *nec ipsi quidem queri* Mead. 2. *neque ipsi queri* Harl. *queri possint* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [*possent* Bamb.]

Per annos prope septuaginta] Libro 3. de secundo bello Puni-

Digitized by Google

tionibus, postremo civitate nobis conjunxissemus,
12 *tempore nostro adverso primi omnium Italiae populorum, praesidio nostro foede interfecto, ad Hannibalem defecerunt: deinde, indignati se obsideri a nobis, Hannibalem ad obpugnandam Romam mise-*
13 *runt. Horum si neque urbs ipsa, neque homo quisquam superesset, quis durius, quam pro merito ip-*
14 *sorum, statutum indignari posset? Plures sibimet ipsi conscientia scelerum mortem consciverunt, quam a nobis supplicio adfecti sunt. Ceteris ita oppidum, ita agros ademimus, ut agrum locumque ad habi-*
15 *tandum daremus; urbem innoxiam stare incolumem pateremur; ut, qui hodie videat eam, nullum obpugnatae captaeve ibi vestigium inveniat. Sed quid ego Capuam dico? quum Karthagini victae pacem ac*
16 *libertatem dederimus. Magis illud est periculum, ne, nimis facile victis ignoscendo, plures ob id ipsum*

eo [5, 8.] Varro consul legatis Campanis loquens *per centum prope annos* cum Samnitibus bellum pro ipsis tulisse Romanos ait. Sed id bellum coepit consulibus A. Cornelio Cosso, M. Valerio Corvino III, anno ab urbe condita CDXII. Finitum autem est anno ante quadringentesimum octogesimum. Quare, quod hic legatus ait, verisimilius, quam quod Varro, qui omnia in majus augebat, ut ibidem diximus. GLAR. *per annos prope LXXX* Lov. 6. in margine. *per annos prope centum* Harl.

§. 12. *Ad obpugnandam Romam miserunt*] *ad oppugnandam urbem miserunt* Voss. et Lov. 6. *ad oppugnandum Romam* Gaertn. Supra 26, 13, 6. *Ad obpugnandam Romam hinc eum miserimus.*

§. 13. *Quis durius, quam pro merito ipsorum, statutum indignari posset*] *qui id durius* Voss. et Lov. 1. *quis id durius* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. usque ad Froh. qui anno 1535. primus τὸ *id* omisit. Paullo ante *neque urbs, neque homo quisquam* Harl. *neque urbs ipsa, nec homo quisquam* Mead. 2. V. ad 9. 9, 4. *Τὸ quisquam* deest in Gaertn.

§. 15. *Qui hodie videat eam, nullum obpugnatae captaeve ibi vestigium inveniat*] *vident* et *inveniant* Voss. et Lov. 6. *qui eam hodie videat, nullum ibi oppugnatae captaeque vestigium* Gaertn. *captaeve urbis ve-*

Digitized by Google

ad experiendam adversus nos fortunam belli incitemus. Haec pro nobis dicta sint, haec adversus Philippum: cujus domestica parricidia, et cognatorum amicorumque caedes, et libidinem inhumaniorem propa, quam crudelitatem, vos, quo propiores Macedoniae estis, melius nostis. Quod ad vos adtinet, Aetoli, nos pro vobis bellum suscepimus adversus Philippum: vos sine nobis cum eo pacem fecistis. Et forsitan dicatis, bello Punico occupatis nobis, coactos metu vos leges pacis ab eo, qui tum plus poterat, accepisse. et nos, quum alia majora urguerent, depositum a vobis bellum et ipsi omisimus. Nunc et nos, Deûm benignitate Punico perfecto bello, totis viribus nostris in Macedoniam incubuimus: et vobis restituendi vos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est; nisi perire cum Philippo, quam vincere cum Romanis, mavultis.

17 18 19 20

stigium Lov. 1. 2. et 6. *captaeve tbi urbis vestigium*, utraque scriptura juncta, Harl. et edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Ven. plures, aliaeque ante Ald. qui dedit *nullum ibi oppugnatae captaeve urbis vestigium*. quod proximi editores probarunt; donec Froben. vulgatum anno 1535. admitteret. Paullo ante *urbem innoxiam incolumem pateremur* Voss. *urbem innoxiam stare pateremur* Harl. *urbem innoxiam exstare incolumem pateremur* Mead. 2. Male. *stare* dicitur urbs, quae supereſt, non eversa eſt. Liv. 4, 3, 7. "*Stare urbs haec non poterit* 5, 11, 11. *Quia stare diutius respublica non posset*. 45, 19, 10. *Regnum eorum novum fraterna stare concordia*. Ita *stantia moenia ruinis muri* obponuntur 32, 24, 5.

§. 16. *Ad experiendam adversus nos fortunam belli*] Ita primus edidit Aldus. Priores praeferunt *experiundam*, quod servant Lov. 4. et 5. [Bamb.] *experiundum adversus nos fortunam* Voss. *experiendum* Harl. V. ad 40, 49, 1. Paullo ante *Periculum magis illud est* Lov. 2. *Periculum magis est, ut nimis* Harl.

§. 17. *Haec pro nobis dicta sint*] *Haec vobis dicta sunt* Voss. et Lov. 1. *sunt* etiam Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.]. et edd. antt. pro quo demum Ascens. anno 1513. *sint* emendavit.

§. 20. *Totis viribus nostris in*

Digitized by Google

1 XXXII. Haec dicta ab Romano quum essent, inclinatis omnium animis ad Romanos, Damocritus praetor Aetolorum, pecunia, ut fama est, ab rege
2 accepta, nihil aut huic aut illi parti adsensus, *Rem magni discriminis consiliis nullam esse tam inimicam, quam celeritatem*, dixit. *Celerem enim poenitentiam, sed eamdem seram atque inutilem, se-*

Macedoniam incubuimus] *incumbimus* Lov. 4. a m. 2. Mox *vincere cum Romanis vultis* Voss. ut in praecedentibus per ellipsin omissum sit *τὸ potius*, vel *magis*. V. ad 3, 68, 11. Potest etiam librariorum error esse, qui *malle* et *velle* saepe commutarunt. V. ad 37, 54, 2.

§. 1. *Haec dicta ab Romano quum essent*] *ab Romanis* Hearnii L. 1. Male. Supra cap. praec. *Tum Romanus legatus. Haec dicta quum ab Romano essent* Harl. Mox *inclinati omnium animi ad Romanos*, verbis simul majori distinctione a sequentibus divisis, Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *inclinati animi omnium ad Romanos* Mead. 2. Praestare tamen puto, orationem cohaerere.

Damocritus praetor Aetolorum] *Democritus* Lov. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. antt. Pro quo Frobenius anno 1535. *Damocritus* substituit. Ita variant codd. etiam infra 35, 12, 6. c. 33, 9. 36, 24, 12. 37, 3, 8. et c. 46, 5. Sed vulgatum malo. Ita *Nicodamus* Aetolus memoratur 38, 5, 6. Similiter *Damiurgi* Achaeorum 38, 30, 4. *Damaratus* Corinthius 1, 34, 2. ubi alia vide.

§. 2. *Celerem enim poenitentiam, sed eamdem seram, atque inutilem, sequi*] *sed tandem seram* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. [*se tandem seram* Bamb.] Quod quum salvo sensu servari non posset, ejus loco Frob. anno 1531. *eandem* dedit. Ita quidem lectio in nullo apud me eod. superest, nisi forte in Mead. 1. ex quo nihil in excerptis notatum video: solent tamen hae voces *tandem* et *eandem* in Mstis commutari. V. ad 7, 35, 12. In uno Mead. 2. inveni *sed tamen seram*. Et hae quoque voces *tamen* et *tandem* a librariis confunduntur. V. ad 22, 2, 11. Neque sensus vocem *tamen* repudiat. Quisque igitur eligere potest, quod magis placet, vel *eamdem*, vel *tamen*. Prius magis probarem, si codicum fide lectio illa niteretur. Eleganter autem talis poenitentia *sera* vocatur, eique jungitur *inutilis*. *sero* enim *fieri*, quae frustra fiunt, amissa temporis occasione, docuit Broekh. ad Tibulli 1, 9, 41. Eo sensu *serum auxilium* est inutile. V. ad 3, 5, 15. et Gebhard. ad 10, 5, 8. Mox *consilia* deest in Lov. 6.

§. 3. *Tempus ita jam nunc statui posse*] *Τὸ jam* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Mead. 3. Saepissime Livius duas has particulas ejusdem significationis *jam nunc* conjunxit. Supra 2, 54, 5. *Jam nunc ita in animum inducant*. 3, 40, 12. *Jam nunc ita se parare Ap. Claudium*. 34, 34, 2. *Jam nunc hoc ita*

Digitized by Google

qui; quum praecipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint. Deliberatio- 3
nis autem ejus, cujus ipse maturitatem exspectandam putaret, tempus ita jam nunc statui posse; quum legibus cautum esset, ne de pace bellove, nisi in Pan-
aetolico et Pylaïco concilio, ageretur, decernerent 4
extemplo, ut praetor sine fraude, quum de bello aut

proponere vos animis oportet. 40, 15, 16. *Jam nunc sanguine meo sibi indulgeri aequum censet.* Silius Livii imitator 16, 170.

Verlendas agitat jam nunc Karthaginis arces.

Similiter Ovid. 2. Her. 83.

— *doctos jam nunc eat, inquit, Athenas.*

Colum. 11, 2. *Pastinatio quoque jam nunc includenda, et vitibus consaeenda est.* Plin. 3. ep. 6. *Jam nunc jube basim fieri.* Exempla ex Cic. laudat Turnell. de Particul. c. 69. Saepe etiam Livius *nunc jam*, transpositis vocibus, usurpavit. V. ad 7, 32, 14. Pariter Livius alias particulas ejusdem significationis junxit, ut *ita sic*, *itaque ergo*. V. ad 2, 10, 11. [*Deliberationis ejus* Bamb. *belloque* idem.]

Nisi in Panaetolico et Pyrrhiaco concilio] *Pylaïco* legendum a Thermopylis, quae et *Pylae* dicuntur. GELEN. *et Pirea* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. [*Pyraea* Bamb.] *et Pireo* Lov. 2. 6. et Mead. 2. *et Pyrheo* Gaertn. *et Piriaco* Harl. *et Pyrrhiaco* Lov. 5. et edd. priores; cujus loco Gelenius substituit *et Pylaïco*, id est, quod celebratur ad Thermopylas. Verum concilia Aetolorum plerumque habebantur ad urbem Thermum, quae propterea *Thermica* vocanda erant. Sed v. infra ad 33, 35, 8. Insuper, quum ipsum illud, in quo haec constituebantur, *Panaetolicum* concilium dictum fuisse Livius supra tradat cap. 29, 1. hinc Doujatius quaerit, ad quod ergo Panaetolicum deliberationem differat Damocritus? et conjicit, pro *Panaetolicum* legendum esse *Panaeolicum*, id est totius Aeolicae nationis. At temere. *Panaeolici* enim *concilii* alibi mentio non obcurrit; et sequentia vel obiter perlecta evincunt, nulla mutatione opus esse. Damocritus censebat, hoc, quod nunc erat, concilio Panaetolico de postulatis legatorum ac bello agi non posse, quia antea de re tanti momenti ac discriminis matare deliberandum erat: jam nunc igitur statui posse, quamdiu deliberarent, et simul decerni, ut, quum de re tali nisi in Panaetolico vel Pylaïco concilio agi non posset, et spatium, intra quod illa celebrarentur, nimium foret, extra ordinem praetor concilium convocaret, quodque in eo constitueretur, perinde ratum foret, ac si actum esset in concilio Panaetolico aut Pylaïco.

§. 4. *Decernerent extemplo, ut praetor sine fraude, quum de bello aut de pace*] *decreverunt* Lov. 4. Mead. 1. in margine, et Gaertn. Male. *decernerent* enim pendet ex τοῦ *ut* per ellipsin omisso: *ita jam nunc statui pos-*

Digitized by Google

de pace agere velit, advocet concilium: et, quod tum referatur decernaturque, ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panaetolico aut Pylaico concilio
5 *actum esset.* Dimissis ita suspensa re legatis, egregie consultum genti ajebat. nam, utrius partis melior fortuna belli esset, ad ejus societatem inclinaturos. Haec in concilio Aetolorum acta.

1 XXXIII. Philippus inpigre terra marique parabat bellum: navales copias Demetriadem in Thes-
2 saliam contrahebat. Attalum Romanamque classem principio veris ab Aegina ratus moturos, navibus maritimaeque orae praefecit Heraclidem, quem et
3 ante praefecerat. ipse terrestres copias comparabat, magna se duo auxilia detraxisse Romanis credens, ex una parte Aetolos, ex altera Dardanos, faucibus
4 ad Pelagoniam a filio Perseo interclusis. Ab consule non parabatur, sed gerebatur jam bellum. per

se, ut etc. *decernerent.* Deinde *de bello et pace* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertner. et edd. antt. ante Aldum. *de bello agere*, mediis omissis, Mead. 2. Mox *τὸ sit* deficit in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. Prima id adscivit Mediol. anni 1505. hinc Ascens. anni 1513. inde reliquae. [*Pyliaco* Bamb.]

§. 1. *Navales copias Demetriadem in Thessalia contrahebat*] Ita demum vulgatum video in ultima Grut. ed. Omnes priores legunt *in Thessaliam:* quod firmant codd. quibus usus sum. Eam itaque lectionem revocavi. *in Thessaliam* enim, aeque ac *Demetriadem*, referendum ad *contrahebat:* non vero jungendum est *Demetriadem in Thessalia.*

§. 2. *Navibus maritimaeque orae praefecit Heraclidam*] Vet. lib. *Heraclidem.* SIG. Alteram lectionem servant Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 1. [Bamb.] *Heraclitum* Mead. 2. Perperam. Sed *Heraclides* etiam supra vocatur hoc lib. c. 16, 3. infra c. 46, 8. et 32, 5, 6. Vox *navibus* non adparet in Lov. 1. 6. et Voss. Mox §. seq. *Romanis detraxisse* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 4. *Per Dassaretiorum fines exercitum ducebat*] *Dassaretiorum* meminit Plinius 3, 23. et 4, 1. Meminit et Ptol. [3, 13.] ubi de Macedonia; quamquam om-

Digitized by Google

Dassaretiorum fines exercitum ducebat, frumentum, quod ex hibernis extulerat, integrum vehens; quod in usum militi satis esset, praebentibus agris. Oppi- 5
da vicique partim voluntate, partim metu se tradebant. quaedam vi expugnata, quaedam deserta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inveniebantur. Ad Lyncum stativa posuit prope flumen 6
Bevum: inde frumentatum circa horrea Dassaretiorum mittebat. Philippus consternata quidem omnia circa, pavoremque ingentem hominum cernebat; sed parum gnarus, quam partem petisset consul, alam equitum ad explorandum, quonam hostes iter intendissent, misit. Idem error apud consulem erat. 7
Movisse ex hibernis regem sciebat, quam regionem petisset ignorans. is quoque speculatum miserat equites. Hae duae alae ex diverso, quum diu incertis itineribus vagatae per Dassaretios essent, tan-

nes ejus codices, quotquot nos vidimus, *Deparetii* habent corrupte, etiam ii, qui ex Graecis nuper emendati dicebantur. GLAR. *Dassaritiorum* ex Stephano et Eustathio. SIG. *Darsertiorum* Voss. et Lov. 1. 4. et 6. a m. 1. [Bamb. secundo *r* punctulis notato.] *Dardeseciorum* Mead. 2. *Darsetiorum* Lov. 2. 5. 6. a m. 2. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. *Dasaretiorum* Mediol. anni 1505. *Dasseretiorum* Ascens. anni 1513. *Dassaretiorum* Mogunt. V. ad 27, 32, 9. Mox *in usum militis satis esset*, pro *militi*, Harl. ultima litera ex initio vocis proximae adscita. V. ad 28, 25, 2.

§. 6. *Ad Lyncum stativa posuit prope flumen Baetum*] Ego *ad Lichnydum* legendum puto, quod etiam l. 27, [32, 9.] admonuit Sabellicus. Alii *Lingum* restituerunt: sed non recte, meo quidem judicio. Caeterum de *Baeto*, pro quo quidam *Aretum* habent, quidam *Athacum*, nonnulli *Baevum* restituerunt, nihil habeo, quod certum affirmem. Ego, si conjectare in re tam prisca licet, suspicor esse nomen fluvii alicujus obscuri, in Haliacmona labentis; nisi quis id ipsum nomen *Haliacmon* eo reponendum putet, quippe vel apud ipsum hunc fluvium, vel non longe ab eo haec gesta sunt. GLAREAN. Pro *Lingo* reponendum censet Glareanus *Lychnidum*, pro *Bevo*, *Haliacmona*, scilicet quia nusquam haec nomina legerit, at illa in Dassaritiis legerit. Ego contra, pro *Lingo*,

Digitized by Google

8 dem in unum iter convenerunt. Neutros fefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus est, hostes adpropinquare. Itaque prius, quam in conspectum venirent, equos armaque expedierant. nec mora, ubi primum hostem videre, concurrendi
9 facta est. Forte et numero et virtute, utpote lecti utrimque, haud inpares, aequis viribus per aliquot horas pugnarunt. Fatigatio ipsorum equorumque,
10 incerta victoria, diremit proelium. Macedonum quadraginta equites, Romanorum quinque et triginta ceciderunt. Neque eo magis explorati quidquam, in qua regione castra hostium essent, aut illi ad regem,
11 aut hi ad consulem retulerunt. per transfugas cognitum est, quos levitas ingeniorum, ad cognoscendas hostium res, in omnibus bellis praebet.

Lycum repono, pro *Haliacmone Bevum* defendo. *Lycum* habent libri veteres, et Plutarchus in Quintio [p. 370.] ubi hujus rei meminit: Ἦσαν μὲν οὖν οἱ τὸν Τίτον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρητιδος κατὰ Λύκον ἔυπορον ὁδὸν καὶ ῥᾴδιαν ἐπιχειροῦντες. De *Bevo* fluvio sic Stephanus; Βεύη πόλις Μακεδονίας, καὶ πρὸς αὐτῇ Βεῦος ποταμός. SIG. *Ad Lincum*, vel *Ad Lyncum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. antt. quod probat Palmer. 1. Graec. ant. 35. p. 194. *Lingum* prima exhibet ed. Mogunt. Deinde *Baccum* Voss. et Lov. 1. *Bactum* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *Blancum* Hearnii L. 1. *Haeum* Lov. 6. *Baetum* vel *Betum* Lov. 2. 5. et edd. antt.

§. 8. *Quam in conspectum venirent*] *in conspectu essent* Voss. et Lov. 1. Supra 2, 40, 7. *Non, quum in conspectu Roma fuit, subcurrit?* At vulgatum, quod servant reliqui, firmatur ex 7, 40, 1. *Ubi primum in conspectum ventum est.* [ante *hostes appropinquare* omittit Bamb.]

§. 9. *Aequis viribus per aliquot horas pugnarunt*] *equis viribusque per aliquas horas pugnaverunt* Voss. et Lov. 1. *viribus equisque per aliquas horas pugnaverunt* Lov. 6. *equis viribusque* etiam Lov. 2. Tum *pugnaverunt* Lovel. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 2. *Ut conspiceretur ab omnibus funeris honos*] Vox *funeris*, quae tamen necessaria videtur, deficit in Voss. Lov. 1. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. Paullo ante §. praec. τὸ *se* omittebat Lov. 1. Sed excidisse videtur ob similitudinem vocis sequentis. Certe omnes reliqui ser-

Digitized by Google

XXXIV. Philippus, aliquid et ad caritatem suo- 1
rum, et ut promtius pro eo periculum adirent, ra-
tus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in 2
expeditione, sepeliendorum curam habuisset, adfer-
ri eos in castra jussit, ut conspiceretur ab omnibus
funeris honos. Nihil tam incertum nec tam inaesti- 3
mabile est, quam animi multitudinis. quod promtiores
ad subeundam omnem dimicationem videbatur fa-
cturum, id metum pigritiamque incussit: nam, qui 4
hastis sagittisque et rara lanceis vulnera facta vidis-
sent, cum Graecis Illyriisque pugnare adsueti, post-
quam gladio Hispaniensi detruncata corpora bra-
chiis abscisis, aut tota cervice desecta divisa a cor-
pore capita, patentiaque viscera, et foeditatem
aliam vulnerum viderunt, adversus quae tela quos- 5

vant. Alibi tamen hoc pronomen subintelligi, vidimus ad 4, 10, 1. Insuper §. seq. *ad subeundum omnem dimicationem* Gaertn. V. ad 40, 49, 1. *ad subeundam dimicationem omnem* Lov. 6. Vox *omnem* omittitur in Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472.

§. 4. *Qui hastis sagittisque et lata lanceis vulnera facta vidissent*] Lege *et rara lanceis*. GELEN. Ut Gelenius emendat, legunt omnes codd. et edd. usque ad Mogunt. qui *lata* substituerunt. Tum *facta vulnera* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

Detruncata corpora brachiis abscissis] *abscisis* legit Gifan. in Observ. ling. Lat. v. *Abscisus*. et sic citat Lipsius 3. de Milit. Rom. 3. Haec saepe permutari, nemo non adnotavit. Quod apud Justin. 15, 3. in vet. lib. scriptum esse testatur Gifan. *abscisisque auribus*, viri docti, qui Justinum ediderunt, in suis non videntur invenisse. Ego inveni in scripto chartaceo Academiae Duisburgensis, et pro eo, quod ibidem alii habent, *finxisset*, *eumque truncatis crudeliter omnibus membris*, in eodem *finxisset*, *et crudeliter omnibus laniatum membris*. DUK. *brachiis abscisis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Passim etiam in melioribus membranis *abscisus* exaratum obcurrit, ubi vulgo legitur *abscissus*. Exempla v. ad 4, 10, 4. c. 19, 5. c. 28, 8. 8, 25, 5. 24, 30, 12. 25, 36, 6. 32, 4, 5. c. 5, 12. 35, 32, 6. c. 45, 6. 41, 11, 4. 45, 37, 9. Duker. ad Flori 1, 18, 9. et Corte ad Plinii 1, 20, 19. Duo autem sunt verba *abscidere* et *abscindere*, ut olim notavi ad Silii 15, 473. V. etiam Gronov. ad Livii 44, 5, 5. praesertim in prima ed. not. Cl. Duker. ad Flo-

Digitized by Google

que viros pugnandum esset, pavidi vulgo cernebant. Ipsum quoque regem terror cepit, nondum justo
6 proelio cum Romanis congressum. itaque, revocato filio praesidioque, quod in Pelagoniae faucibus erat, ut iis copiis suas augeret, Pleurato Dardanisque
7 iter in Macedoniam patefecit. Ipse, cum viginti millibus peditum, quatuor equitum, ducibus trans-

ri 2, 2, 2. et Vorst. ac Torren. ad Val. Max. 1, 1, 18. Similiter etiam Mss. saepe *abscidere* servant, ubi vulgo editur *abscindere*. V. ad Livii 9, 23, 12. 37, 41, 7. et 45, 25, 9. Adde Rhodium ad Scribon. Larg. Compos. 100. Quaenam autem inter utraque haec fuerit differentia, non per omnia convenit. V. Cl. Oudend. ad Front. 1, 4, 7. Arentz. ad Aur. Vict. Epit. Caes. 23, 3. et quos ibi laudarunt. Hic *abscisis* recepi. [*brachiis cum humero abscissis*. ex corr. *abscisis* Bamb.] Mox *disjecta* Lov. 6. in contextu. Vide ad Silii 15, 729. Sed reliqui omnes stant pro vulgato. Tum *divisa corpora capite* male Lovel. 1.

§. 5. *Adversus quae tela quosque viros pugnandum esset*] *pugnandum foret* Voss. Lov. 1 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.]

§. 6. *Quod in Pelagoniae faucibus erat, ut iis copiis suas augeret*] Ita Aldus primus edidit. Omnes priores *in faucibus Pelagoniae*; et ita omnes codd. [Bamb.] praeter unum forte Gaertn. unde nihil in excerptis notavi. Praeterea *ut iis suas copias augeret* Lov. 6. Et ita *praesidium*, *iis* pertineret ad illud genus loquendi, de quo egi ad 27, 51, 1. At uni huic cod. fidem tuto habendam non puto. Mox *aperuit*, pro *patefecit*, Gaertn. quod ex glossa interpretis natum videtur.

§. 7. *Ipse, cum viginti millibus peditum, quatuor millibus equitum*] Sic quidem libri: at ego scripsisse Livium ajo: *ipse cum viginti millibus peditum, quatuor equitum*, resecto 15 *millibus* posteriore. Hic enim perpetuus ejus mos est. 21, [38, 2.] *Qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt: qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum.* 22, [46, 6.] *Numerus omnium peditum, qui tum steterunt in acie, millium fuit quadraginta, decem equitum.* 23, [13, 8.] *Praemissus est ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum.* 24, [35, 3.] *Ad Heracleam, quam vocant, Minoam quinque et viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit.* Sic, si vacat inspicere loca, 27, 28. 29, 35. 30, 6. et 29. 34, 21. et 59. 36, 14. 42, 51. et 52. aliisque innumeris locis. J. FR. GRON *peditum, quatuor millibus equitum* in solo est Lov. 5. *peditum, et quatuor centum equitum* legit Hearnii L. 1. *peditum, octo millibus equitum* Gaertn. *peditum, octo equitum* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo, *peditum, CCCC equitum* Victor. apud Crevier. *peditum, et CCCC equitum* Lov. 1. [∞ ∞ *equitum* Bamb.] *pedi-*

Digitized by Google

fugis, ad hostem profectus, paullo plus ducentos passus a castris Romanis tumulum propinquum Athaco fossa ac vallo communivit: ac, subjecta cernens 8 Romana castra, admiratus esse dicitur et universam speciem castrorum, et descripta suis quaeque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis; et negasse, barbarorum ea castra ulli videri

tum, et quatuor equitum Voss. quemadmodum Gronov. scribendum conjecit, et edidit. Ita 3, 31, 6. *Damnatus Remilius decem millibus aeris, Veturius quindecim.* 10, 29, 17. *Caesa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta.* 21, 59, 1. *Duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem educit.* c. 60, 7. *Sex millia hostium caesa, duo capta.* 22, 24, 14. *Sex millia hostium caesa, quinque admodum Romanorum.* Similiter 29, 25, 2. 36, 4, 7. 37, 46, 3. 39, 7, 1. 44, 16, 2. et 4. et Epit. Liv. 67. Solent autem librarii etiam aliis locis perperam hanc vocem itinere. V. ad 26, 21, 14. 29, 32, 1. et 13. c. 35, 10. 38, 16, 9. aliisque locis. Esse tamen et alia loca, ubi verisimiliter ipse Livius eam vocem bis adhibuit, videbimus ad 37, 39, 9.

Paullo plus ducentis passibus a castris Romanis] Andreas *paullo plus ducentos passus a castris Romanis*, non *ducentis passibus*. Et illud amat potius. Ut 34, [9, 2.] *Totum orbem muri minus quadringentos passus patentem habebat.* 36, [40, 5.] *Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum caesam.* Et similia, quae cuivis observare pronum. J. FR. GRON. *paullo plus CC*, vel *ducentis passibus* servant Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. alterum est in reliquis codd. meis, Victor. Crevierii, et omnibus excusis usque ad Aldum, vulgatae auctorem. Infra cap. seq. *Quum aberat acies eorum paullo plus quingentos passus.* V. ad 29, 25, 2. et 41, 12, 8. Similiter etiam *minus* construitur. V. ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3. Videtur et error esse in numero. Nam cap. seq. Romana acies *paullo plus quingentos passus* abesse dicitur. Ampliss. Roëllius putabat, vel ↂ *CC passus*, vel ↂ *passus* legendum. [*paulo plus* ↂ *passus* Bamb.] Mox *Achaco*, pro *Athaco*, Lov. 1. *Achaeo* Voss. et Lovel. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Areto* ed. Mediol. anni 1505. [*Athaco* omittit Bamb. sed vacuo spatio relicto.]

§. 8. *Et descripta suis quaeque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis*] V. Lipsium 5. de Milit. Rom. 1. Quid sint *partes* castrorum, quid *ordines*, docet Schelius ad Hygin. de Castram. p. 1032. et 1041. tom. 10. Thes. Graev. DUK. *disrupta*, pro *descripta*, corrupte Voss. *discreta* Lovel. 1. et Gaertn. Sed *describere*, in quam vocem reliqui Mſti conspirant, hic notat dividere, distribuere. Supra 1, 19. 6. *In duodecim menses describit annum.* 30, 26, 6. *Magnam vim frumenti vicatim populo descripserunt.* c. 37, 8.

Digitized by Google

9 posse. Biduum consul et rex, alter alterius conatus exspectantes, continuere suos intra vallum: tertio die Romanus omnes copias in aciem eduxit.

1 XXXV. Rex vero, tam celerem aleam universi certaminis timens, quadringentos Tralles (Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus) et Cretenses

tenses

Decem millia talentûm argenti, descripta pensionibus aequis in annos quinquaginta, solverent. 31, 14, 2. *Veteranis militibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones descriptis.* 89, 38, 11. ex emendatione Gronovii. *Quum eos in legiones quatuor descripsissent.* ubi alia vide. 45, 15, 1. *In quatuor urbanas tribus descripti erant libertini.* [*cum tendentium* et *in aciem copias duxit.* Bamb.]

§. 9. *Biduum consul et rex, alter alterius conatus exspectantes*] *Biduo* edd. ante Aldum. Sed recte codd. vulgatum tuentur. V. ad 10, 21, 6. Deinde *spectantes* Mead. 2. quomodo saepissime variant librarii. V. ad 6, 33, 1. Mox *tertia die* Lov. 1. Sed v. ad 8, 11, 15. Praeterea *omnes in aciem copias eduxit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 1. *Quadringentos Triballos, Illyriorum*] Vet. lib. habent *Trallas*, quam vocem qui ignorarunt, *Triballos* fecerunt. Sunt autem Tralles Illyrici, ut ait Stephanus, populi, his verbis. *Τραλλία μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας· λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλες παρὰ Θεοπόμπῳ.* Itaque et l. 37, [40, 8.] in auxiliis Antiochi numerandis conjungit etiam Livius *Trallas* et *Cretenses*, ut hoc loco, cum ait: *Tum levis armatura trium millium, pariferme numero pars Cretenses, pars Tralles.* SIG. *Tralles* ex vestigiis cod. Victor. legendum esse, conjicit Vales. ad Exc. Peiresc. p. 90. Sed *Trallos* legisse videtur Gronov. ad 33, 4, 4. Sane et *Tralli* et *Tralles* gens illa vocabatur, ut ex loco Steph. quem Sigon. laudavit, et aliunde constat. Quin etiam pro Gronovii lectione facere videtur, quod ejus vestigia in corrupta scriptura *Triballos* supersint; quodque a Livio ita etiam vocentur 27, 32, 4. et 33, 4, 4. Nihilominus cum Valesio praefero *Tralles*. Nam *Trallis* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. quas vidi, omnes usque ad Mogunt. quae *Trallos* substituit; et huic demum Aldus *Triballos*. Quin et alibi apud Livium *Tralles* vocantur. V. ad 37, 39, 10. et 38, 21, 2. Insuper, ubi vulgo *Tralli* nunc legitur, etiam *Tralles* non minus recte, partim aperta Mstorum auctoritate, partim ex eorum vestigiis, legi posse, ad ipsa illa loca aut supra jam vidimus, aut infra dicendum erit. *Trallas* Sigonii in nullo cod. mihi obviam fuit, neque id ullae, nisi Sigonianae, edd. receperunt. *Tralleis* dedit Gruteri postrema ed. idque Gronovius servavit. Paullo ante *Rex vero tam celerem* primus edidit Aldus, cui consentiunt plures codd. Priores excusi omittunt *vero*, concinente Lov. 5. [Bamb.]

Digitized by Google

tenses trecentos, addito iis peditibus pari numero equitum, cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad lacessendos hostium equites misit. Ab Romanis autem (aberat acies eorum paullo plus quingentos passus) velites et equitum duae ferme alae emissae: ut numero quoque eques pedesque hostem aequarent. Credidere regii, genus pugnae, quo ad- 3

Rex motam celerem legunt Voss. et Lov. 1. *Rex non tam celerem* Lov. 4. quod videtur probandum. Si enim tam celerem aleam universi certaminis timuisset, quietos non lacessivisset. Solent autem *u'o*, id est *vero*, et *nō*, id est *non*, commutari in membranis. V. ad 10, 5, 14.

Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus] Id supra dixit 27, 32, 4. *Contracto jam inter Aetolos et Trallos* (*Illyriorum id est genus*) *certamine*. Prima vox perperam deerat in Voss. ejus loco *Illorum* legebat Lov. 1. Deinde *id est gens* Lov. 2. in marg. Lov. 5. et edd. principes. *genus* jam inveni in ed. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. et hinc in reliquis: quam etiam lectionem veriorem esse evincit, praeter aliorum codd. auctoritatem, locus Livii laud. *genus* hic est populus, gens. Supra 8, 29, 4. *Erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marsi, Peligniique, et Marrucini*. 34, 17, 6. *Ferox genus nullam vitam rati sine armis esse*. 44, 11, 7. *Erant in praesidio Cassandreae octingenti Agrianes et duo millia Penestarum Illyriorum: bellicosum utrumque genus*. Alia exempla v. ad 34, 17, 6. ubi et librarios voces *genus* et *gens* confudisse dicendum erit. [*his peditibus* Bamb.] Mox *primum numero equitum* omnes codd. mei, et editiones usque ad Ascens. qui anno 1513. *pari* substituit. Deinde *ad lacessendum hostium equites* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. V. ad 40, 49, 1.

§. 2. *Ab Romanis, quum aberat acies eorum paullo plus*] Homini polito non potest non illud *quum aberat* suspectum esse. MSS. cum Andrea et Aldina *Ab Romanis autem aberat*. Scribe *Ab Romanis item* (*aberat acies eorum paullo plus quingentos passus*) *velites et equitum duae ferme alae emissae*. Quia rex periculo summam rerum committere noluit, sed electos ad tentandam fortunam proelii in campum emisit: pariter Romani haud fere dispari numero equitum peditumque excretam manum iis opposuerunt. J. FR. GRON. *Ab Romanis autem* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. omnes usque ad Froben. qui anno 1535. vulgatam lectionem primus recepit. *Ab Romanis quidem* Lov. 1. Clericus, voce *autem*, quam, uno excepto, codd. omnes constanter servant, ejecta, edidit *Ab Romanis* (*aberat acies* etc. Sed id, quod nos ex plerisque Mstis recepimus, probarunt etiam Doujat. et Crevier. quorum posterior ei similiter in contextu locum dedit, testatus tamen, recte Gronov. suspicatum videri, *item* pro *au-*

Digitized by Google

suerant, fore; ut equites, in vicem insequentes refugientesque, nunc telis uterentur, nunc terga darent; Illyriorum velocitas ad excursiones et inpetus subitos usui esset, Cretenses in invehentem se effu-
4 se hostem sagittas conjicerent. Turbavit hunc ordinem pugnandi non acrior, quam pertinacior, in-
5 petus Romanorum. nam haud secus, quam si tota acie dimicarent, et velites, emissis hastis, cominus gladiis rem gerebant, et equites, ut semel in hostem evecti sunt, stantibus equis, partim ex ipsis equis, partim desilientes inmiscentesque se peditibus, pu-
6 gnabant. ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam; nec pedes concursator et vagus, et prope seminudus genere armorum, veliti Romano parmam gladiumque habenti, pariter-

tem legendum esse: quod nec mihi displiceret, si codd. auctoritas accederet. In Mstorum lectione id minus probo, *τοῖς Rex v e r o tam celerem* nunc subjungi *Ab Romanis a u t e m.* Magis itaque, quod codices obferunt, placebit, si in initio cap. cum uno cod. legere liceret *Rex n o n tam celerem.* Si autem ibi vulgatum servandum est, hic voce transposita legam *Ab Romanis* (*aberat autem acies* etc. De simili usu voculae *autem* in connectenda parenthesi v. ad 7, 41, 8. [*alae missae* Bamb.]

§. 3. *Credidere regii, genus pugnae, cui adsueverant, fore*] Scripti omnes *quo adsueverant.* Caesar 1. de Bello civili [44.] *Cum Lusitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnae adsuefacti.* Cic. 3. de Oratore [15.] *Homines labore assiduo et quotidiano assueti.* Ovidius 13. Met. [554.] de Polymnestore: *praedaeque assuetus amore.* quod mutare non ausim. Florus 1, 1. *Assuetas sanguine et praeda volucres.* Ubi Freinshemius. Quae omnia videntur dici coepta per intellectum infinitivi. Ut in propositis exemplis *exerceri, fatigari, duci, ali.* J. FR. GRON. Sed et MSS. Thuan. *adsuerat.* JAC. GRON. Ut vulgata hoc loco lectio, ita Livius etiam infra 38, 34, 9. *Disciplina Lycurgi*, cui *per septingentos annos adsueverant, sublata.* Nihilominus *adsuerat* etiam Voss. quod consuetudine Liviana ductus exprimi curavi. V. ad 4, 45, 4. Praeterea *quo*, pro *cui*, etiam Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*quo asueverant* Bamb.] Liv. 21, 16, 5. *Primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale duce adsuetum.* Curtius 3, 9, 4. *Tria millia delectorum equitum adsueta corporis custodia sequebantur.* ubi v. Doct.

Digitized by Google

que et ad se tuendum, et ad hostem petendum armato. Non tulere itaque dimicationem; nec alia re, 7
quam velocitate, tutantes se, in castra refugerunt.

XXXVI. Uno deinde intermisso die, quum om- 1
nibus copiis equitum levisque armaturae pugnaturus rex esset, nocte caetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat; praeceperatque Athenagorae et equitibus, ut, si 2
aperto proelio procederet res, uterentur fortuna: si minus, cedendo sensim ad insidiarum locum hostem pertraherent. Et equitatus quidem cessit: du- 3
ces caetratae cohortis, non satis exspectato signo, ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendae rei amisere. Romanus, et aperto proelio vi- 4
ctor, et tutus a fraude insidiarum, in castra sese

Snakenb. Plin. 23. H. N. 1. *Simias quadrupedesque, quibus digiti sunt, negant crescere adsuetas meri potu.* Justin. 31, 1. *Adsuetum imperio et inmoderata licentia militari.* Flor. 4, 12, 17. *Ille barbarus et signis militaribus, et disciplina, armis etiam Romanis adsueverat.* V. etiam Cel. Burm. ad Nason. 13. Met. 554. Hanc locutionem etiam Livio vindicare conati sunt J. Fr. Gron. ad 24, 48, 12. et Jac. Gronov. ad 10, 17, 10. Similiter construitur *insuescere* apud Colum. 6, 4. *Maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantumdem aquae misceas, et ea pecus insuescas.* Praeterea *Crederunt regii* Lov. 1. *Credere regii* Voss. Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Mox *refugientesque* omittunt Lov. 2. 4. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *Cretenses invehentem se effuse in hostem* Voss. et Lov. 6.

§. 5. *Tota acie dimicarent, et velites, emissis hastis, cominus gladiis rem gerebant*] *dimicaretur* Lov. 6. Sed v. ad 38, 40, 4. Tum *emissis in hostes cominus* Lov. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *emissi in hostes cominus* Lov. 1. qui mox *τὰ in hostem* non agnoscit.

§. 6. *Ita nec eques regius equiti par*] *eques regis* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita *praefectus regius* et *regis*. V. ad 32, 16, 12. *praesidio regio* et *regis* 37, 12, 5. *legatus regius* et *regis* c. 56, 9. *pecuniae regiae* et *regis* Epit. Liv. 38. V. ad 32, 6, 6. Deinde *itaque nec* Lov. 2. et Harl. V. ad 21, 53, 7. *ita neque* Voss. [*generi armorum* Bamb.] Mox *pariterque ad se tuendum* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad 2, 44, 3.

§. 1. *Uno deinde intermisso*

Digitized by Google

recepit. Postero die omnibus copiis consul in aciem descendit, ante prima signa locatis elephantis: quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot
5 bello Punico habebant, usi sunt. Ubi latentem intra vallum sensit, exprobrans metum subcessit. Postquam ne tum quidem potestas pugnandi dabatur, quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat, dispersos milites per agros equitibus ex-
6 templo invasuris; octo ferme inde millia, intervallo

die] *Uno inde* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad 36, 24, 10. Mox *peltos*, pro *peltastas*, Gaertn. *speltas* Lov. 2. et Mead. ambo. *paltas* Voss. et Lov. 1. *peltatos* Lov. 6. a m. 1. *peltas* a m. 2. quod etiam supereſt in Lov. 4. ac 5. [Bamb.] Supra 28, 5, 11. *Quemdam ex regiis ducibus cum mille peltastis* (*pelta caetrae haud dissimilis est*) *Chalcidem mittit.*

§. 4. *In castra sese recepit. Postero die omnibus copiis consul in aciem descendit*] *in castra se recepit* Lov. 4. *in castra sese recipit* Lov. 6. *ad castra sese recepit* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Deinde *consul omnibus copiis* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. [Bamb.] *consul cum omnibus copiis* Gaertn. quod non est necesse. V. ad 1, 14, 7. Mox *locatis elephantibus* Lov. 1. Livius eadem forma *elephas* dixit 44, 5, 6. et *elephantes* ibid. c. 41, 3. At reliquis omnibus locis Livio constanter, nisi fallor, *elephantus* placuit. V. etiam ad 35, 32, 4. c. 43, 6. 36, 4, 7. c. 10, 4. c. 18, 4. c. 19, 4. 37, 39, 13. 38, 14, 2. c. 38, 8. et alibi. Unius igitur cod. fides hoc loco levior est, quam ut eum sequar. Ejus autem librarium eo modo peccasse puto, quo *penatibus* pro *penatis* datum est supra 22, 8, 7. ubi plura vide. Nec reliqua duo loca Livii suspicione carent, praesertim quum ista pars operis Liviani unius tantum codicis ope nobis servata sit, cujus librarius facile aberrare potuit eodem modo, quo hic Lov. 1. Praeterea vox *Romani* non adparet in Lov. 2. et Mead. 2.

§. 5. *Postquam ne tum quidem potestas pugnandi dabatur*] *Postquam metu quidem potestas pugnandi non dabatur* Voss. Paullo ante *sensit* deficit in Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambobus, Gaertn. et edd. ante Mogunt. Praeterea *lacessit*, pro *successit*, Lov. 2. in margine, et Lov. 6. *Ubi ad latentem intra vallum exprobrans metum successit* legit Harl. [*Ubi latentem intra vallum hostem vidit, in tumulos quoque ac sub ipsum vallum exprobrans metum successit* Bamb.]

Quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat] Si ita scripsit Livius, supplendum est *hosti*. Sed, quia hoc supplementum aliquanto durius videbatur, veniebat in mentem, *quia hostium tam propinquis stativis*. 23, 17, 7. *Ne quis, tam propinquis hostium castris, Capuam quoque recurrat.* Duae postremae syllabae vocis *hostium*

Digitized by Google

tutiorem frumentationem habiturus, castra ad Octolophum (id est loco nomen) movit. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani, primo rex intra vallum suos tenuit, ut cresceret simul et neglegentia cum audacia hosti. Ubi effusos vidit, cum omni equitatu et Cretensium auxiliaribus, quantum equitem velocissimi pedites cursu aequare poterant, citato profectus agmine, inter castra Romana et frumentatores constituit signa. Inde, copiis divisis,

ab adfinitate sequentis *tam* intercidere potuerunt, et deinde e prima *ex* fieri. DUK. *parum tuta statio erat* Voss. Lov. 1. et 6. in contextu a m. 1. haerente adhuc in animo scribarum praecedente voce *stativis*. Mox *dispersis militibus per agros extemplo revocatis* Lov. 6.

§. 6. *Octo ferme inde millia intervallo*] Puderet monere, nisi sic servarent omnes, quos vidi, editi, scribendum esse *millium*. J. FR. GRON. Conjecturam hanc Gronovius in contextum recepit, et reliqui editores servarunt. Potuit etiam facile oriri ex compendio solito. Saepe enim millenarius numerus in Mstis una litera *M* notari solet; quae *millia* reddita fuit, quum deberet *millium*. V. ad 25, 9, 16. Verum expresse omnes codd. totidem literis *millia*, nullus per notam *M*. Omnes autem ita pertinaciter in hoc facillimo sensu errasse, in animum induceere nequeo. Puto igitur priscam lectionem servandam, et addita interpunctione adjutam ita deinceps legendam esse, *octo ferme inde millia, intervallo tutiorem frumentationem habiturus, castra ad Octolophum movit*. Id igitur exprimi curavi. Ceterum *fere* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 37, 38, 5.

Castra ad Atabolum movit] Exemplaria scripta *Octolophum* habent. GELEN. Editionum Gelenio antiquiorum lectionem unus servat Lov. 5. *Athalobum* Mead. 2. et Gaertn. *Achalobum* Hearnii L. 1. *Actalobum* Voss. et Lov. 1. *Actalabum* Lov. 6. *Attalobum* Lov. 4. [Bamb.] *Atalobum* Harl. Mead. 1. et Lov. 2. V. infra ad c. 40, 9. et 44, 3, 1. Praeterea *id loco*, omissis vocibus *est* et *nomen*, Voss. et Lov. 1. Earum posterior excidisse potuit ob similitudinem sequentis *movit*. sed *id loco nomen est* Lov. 6.

§. 7. *Intra vallum suos tenuit, ut cresceret simul et negligentia cum audacia hosti*] Suspectum erat primo *et*, eo quod illud nusquam alibi in hoc genere loquendi adhibitum inveniebam. Terent. Eun. 2, 2. 10. *Simul consilium cum re amisisti*. Cic. 2. Tusc. 18. *Quod si cui simul animus cum re concidit*. Deinde nihil tentandum credidi. *Negligentia cum audacia* idem est, quod negligentia et audacia. *consilium cum re, animus cum re*, idem quod consilium et res, animus et res. Jam vero non dubito, quin recte dicatur, *ut cresceret simul et negligentia et*

Digitized by Google

partem ad consectandos vagos frumentatores emisit, dato signo, ne quem vivum relinquerent; cum parte ipse subſtitit, itineraque, quibus ad caſtra
10 recursuri videbantur hoſtes, obsedit. Jam paſſim caedes ac fuga erat, necdum quisquam in caſtra Romana nuncius cladis pervenerat; quia refugien-
11 tes in regiam ſtationem incidebant: et plures ab obsidentibus vias, quam ab emissis ad caedem, interſiciebantur. tandem inter medias hoſtium ſtationes elapsi quidam trepidi, tumultum magis, quam certum nuncium, intulerunt caſtris.

1 XXXVII. Consul, equitibus jussis, qua quisque poſſet, opem ferre laborantibus, ipse legiones e caſtris educit, et agmine quadrato ad hoſtem ducit.
2 Dispersi equites per agros quidam aberrarunt, de-

audacia hosti. Scio, quid ad 26, 43, 6. scribat Gronovius. Sed oſtendi ibi, Ciceronem, Livium, et Suetonium eo uti, quod ille unius libri scripti auctoritate improbat. Si tamen hoc loco Livii a quibusdam libris abesset *et*, per me liceret id in exilium agi. DUK. *ut cresceret simul gloria cum audacia* Mead. 2. Reliqui nihil mutant, nisi quod *neglegentia* sit in Lov. 4.

§. 9. *Partim ad consectandos vagos frumentatores*] *partem* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. Et ita edidit Froben. anno 1535. quod proximi editores servarunt usque ad Paris. qui *partim*, ut legunt principes edd. et reliqui codices, revocarunt, ceteris, qui poſtea secuti sunt, editoribus tacite eamdem lectionem adprobantibus, ac retinentibus; nisi quod Doujatius *partem* legendum conjectet. Certum eſt, *partim* pro *partem* veteres dixisse, et ita quidem, ut ei jungerent genitivum. V. ad 26, 46, 8. ita etiam, ut, quum in priori membro dixissent *partim*, in secundo, ejus loco, adhiberent vocem *alia*. V. Gronov. 3. Obs. 2. Non memini tamen, me notare exemplum, ubi poſt *partim* infertur *cum parte*. Cl. Dukerus etiam se simile exemplum non invenisse teſtatus eſt. Tot itaque codicum teſtimonio firmatam scripturam *partem* interim, donec in alteram adcuratius inquiratur, admisi. Mox *ne vivum relinquerent* Lov. 1. *ne unum relinquerent* Lov. 6. V. ad 10, 36, 8. *ne quem unum relinquerent* edd. Mediol. anni 1480. et Ven. anni 1498. *ne quem virum relinquerent* Harl. Saepius voces *vivum* et *virum* librarii commutarunt. V. ad 4, 59, 7. 35, 51, 4. et adde Cel. Burm. ad Suet. Ner. 30. Vesp. 19. Domit. 12. Deinde *subsistit* Voſſ. et Mead. 1.

Digitized by Google

cepti clamoribus aliis ex alio exsiſtentibus loco. Pars obvios habuerunt hoſtes. pluribus locis simul pugna coepit. Regia ſtatio atrociſſimum proelium 3 edebat. nam et ipsa multitudine equitum peditumque prope juſta acies erat: et Romanorum, quia medium obsederat iter, plurimi in eam inferebantur. Eo quoque superiores Macedones erant, quod 4 et rex ipse hortator aderat, et Cretensium auxiliares multos ex inproviso vulnerabant, conferti praeparatique in dispersos et effusos pugnantes. Quod 5 si modum in insequendo habuiſſent, non in praesentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret: nunc, aviditate caedis 6 intemperantius insecuti, in praegreſſas cum tribunis militum cohortes Romanas incidere: et fugiens 7

§. 10. *Refugientes in regiam stationem incidebant*] *fugientes* Mead. 2. Male. Supra 22, 59, 9. *Sunt etiam de nostris quidam, qui ne in acie quidem refugerunt.* 23, 39, 1. *Ad Philippum captiva navis ex cursu refugit.* ubi antea etiam perperam edebatur *fugit.* c. 47, 8. *Quum refugientem ab urbem Tauream Claudius sequeretur.* Paullo ante *caedes et fuga* Lov. 5. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§. 11. *Plures ab obsidentibus vias, quam ab emissis ad caedem, interficiebantur*] *quam emissis ad caedem* Mead. 2. Sed, Livium praepositiones potius iterasse, vidimus ad 6, 28, 6. Mox *τὸ hostium* non adparet in Lov. 5. et edd. Aldina prioribus.

§. 1. *Qua quisque posset, opem ferre*] *quam quisque posset* Lov. 2. 6. Mead. 2. et Hearnii L. 1.

§. 2. *Dispersi equites per agros quidem aberrarunt*] Haec lectio primum obvia fuit in ultima Gruteri ed. eamque recentiores omnes adoptarunt. Antea edebatur *quidam aberrarunt*, quod supereſt in Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Id vero sensum requirere, palam eſt: *Equites quidam aberrarunt, pars obvios habuerunt hostes.* Mox *pugna oritur*, pro *coepta est*, Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 3. *Atrocissimum proelium edebat*] *atrocissimum bellum* Harl. V. ad 3, 61, 2. Mox *prope hastata acies erat* Lov. 1. 5. et Lov. 2. in margine, Voſſ. insuper et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 5. *Si modum in insequendo habuissent*] *in sequendo* Voſſ. Lov. 1. Harl. Gaertn. et ed. Ven. anni 1498. Male. V. ad 4, 30, 12. [*non praesentis modo* Bamb.]

Digitized by Google

eques, ut primo signa suorum vidit, convertit in effusum hostem equos: versaque momento temporis fortuna pugnae est, terga dantibus, qui modo secu-
8 ti erant. Multi cominus congressi, multi fugientes interfecti. nec ferro tantum periére, sed in paludes quidam conjecti, profundo limo cum ipsis equis
9 hausti sunt. Rex quoque in periculo fuit: nam, ruente saucio equo, praeceps ad terram datus, haud
10 multum abfuit, quin jacens obprimeretur. Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit, pavidumque regem in equum subjecit. Ipse, quum pedes aequare cursu fugientes non posset equites, ab hostibus ad
11 casum regis concitatis confossus periit. Rex, circumvectus paludes pervias inviasque trepida fuga,

Mox *in summa etiam belli profectum foret* Harl. Sed v. ad 3, 61, 12.

§. 6. *Intemperantius insecuti, in praegressas* etc. *cohortes Romanas incidere*] *imperantius* est in Voss. et Lov. 1. Praeterea *secuti* omnes codd. quos consului, [Bamb.] cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Supra 23, 1, 9. *Hegeas praefectus equitum, intemperantius cedentes secutus, cecidit.* Deinde *progressas* Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. ac Parm. V. ad 9, 10, 7.

§. 8. *In paludes quidam conjecti*] *collecti* Voss. sollemni scribarum errore. V. ad 36, 12, 4. *collapsi* Lov. 6. in contextu, altero *conjecti* inter versus adscripto. Mox *abhausti sunt* Mead. 1. *absumpti sunt* Mead. 2. et Gaertn. Supra 22, 2, 5. *Per praealtas fluvii ac profundas voragines, hausti pene limo, inmergentesque se, tamen signa sequebantur.*

§. 9. *Praeceps ad terram datus*] *in terram* Lov. 5. et editt. ante Froben. anni 1535. Alterum tuentur omnes scripti. Ita *dare ad terram* Plaut. Capt. 4, 2, 17. *Genu ad quemque jecero, ad terram dabo.* Mox §. seq. *desilivit* Harl. et Mead. 2. Sed v. ad 2, 10, 11. Tum *perit* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 5, 8, 3.

§. 11. *Rex circumvectus paludes pervias inviasque*] Ita prima exhibet ed. Froben. anni 1535. Antea edebatur *per paludes*, consentientibus Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hearnii L. 1. *circumvectus pavens per vias inviaque* Lov. 2. *circumvectus pavensque per vias in viasque* Lov. 6. *pavens* etiam Mead. 1. in margine, et Gaertn. Quid si legamus *circumvectus paludes per vias inviaque?* Supra 23, 17, 6. *Per vias*

Digitized by Google

in castra tandem, jam desperantibus plerisque incolumem evasurum, pervenit. Ducenti Macedonum equites eo proelio periere, centum ferme capti; octoginta admodum ornati equi, spoliis simul armorum relatis, abducti. 12

XXXVIII. Fuerunt, qui hoc die regem temeritatis, consulem segnitiae accusarent. nam et Philippo quiescendum fuisse, quum paucis diebus hostes, exhausto circa omni agro, ad ultimum inopiae venturos sciret: et consulem, quum equitatum hostium levemque armaturam fudisset, ac prope regem ipsum cepisset, protinus ad castra hostium ducere debuisse. nec enim mansuros ita perculsos hostes fuisse, debellarique momento temporis potuisse. Id dictu, 1 2 3 4

inviaque in urbes Campaniae perfugerunt. 38, 23, 1. *Ruunt caeci per vias per invia.*

§. 12. *Octoginta admodum ornati equis, spoliisque simul armorum relictis abducti*] Syncera lectio: *equi, spoliis simul armorum relatis, abducti.* GELEN. Pal. pr. *LXXX admodum ornati equis, spoliis simul armorum relictis, abducti.* alter, *LXXX admodum ornatis equis spoliis simul armorum relictis aduxit.* Ant. ed. *ornati equis spoliisque simul armorum relictis.* GEBH. *ornati equis, spoliis simul armorum relictis, abducti* Voss. et Lov. 1. *ornati equites, spoliis simul armorum relictis, abducti* Mead. 1. et Gaertner. *ornati, spoliis simul armorum relictis, abducti* Lov. 6. a m. 2. et Mead. 2. *ornati equi, spoliis simul armorum relictis, abducti* Lov. 2. et 6. a m. 1. Verissimum videtur, quod Gelenius restituit: a quo non aliter differunt duo postremi codd. quam quod solito scribarum errore habeant *relictis* pro *relatis.* V. ad 2, 20, 9. In codd. vero, qui *equis* praeferunt, sibilus in fine vocis adcrevit ex initio sequentis. V. ad 28, 25, 2.

§. 1. *Fuerunt, qui hoc die regem*] *Fuere* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Tum *eo die* Harl. Mox *Philippo quiescendum esse* Lov. 2. *Philippo quiescendum venisse* Voss. *Philippum quiescendum venisse* Lov. 1. Hinc *paucis diebus post* Gaertn., Denique *ad ultimum inopia eventuros* Voss. et Lov. 1. *ad ultimum inopiae eventuros* Lov. 2.

§. 2. *Quum equitatum hostium*] Ultimam vocem ignorat Lov. 1. qui idem simul cum Voss. omittunt *ac prope regem ipsum cepisset.* Mox *ducere voluisse* legit Lov. 2.

§. 3. *Debellarique momento*

Digitized by Google

quam re, ut pleraque, facilius. nam, si omnibus peditum quoque copiis rex congressus fuisset, forsitan inter tumultum, quum omnes victi metuque perculsi ex proelio intra vallum, protinus inde supervadentem munimenta victorem hostem fugerent, exui
5 castris potuerit rex. quum vero integrae copiae peditum in castris mansissent, stationes ante portas, praesidiaque disposita essent, quid, nisi ut temeritatem regis, effuse paullo ante secuti perculsos equi-
6 tes, imitaretur, profecisset? neque enim ne regis quidem primum consilium, quo inpetum in frumentatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, si modum prosperae pugnae inposuisset.
7 Eo quoque minus est mirum, tentasse eum fortunam, quod fama erat, Pleuratum Dardanosque, ingentibus copiis profectos domo, jam in Macedoni-

temporis potuisse] *debilitarique momento temporis debuisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. [Bamb.] *debuisse* etiam Mead. ambo. Paullo ante *pulsos*, pro *perculsos*, Lov. 2. Harl. et edd. ante Aldum, nisi quod totus hic §. omittatur in edd. Camp. et Rom. anni 1472. ut et in Msto Lov. 5. [§. seq. *facilius erat*. Bamb. et *congressus rex fuisset*.]

§. 4. *Victi metuque perculsi ex proelio intra vallum*] Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit *metuque compulsi*. Si vulgatum displiceret, legerem potius minori mutatione *metuque pulsi*. Solent enim librarii voces *pculsus*, sive *perculsus*, et *pulsus* inter se commutare. Exemplum modo habuimus §. praec. aliud obcurrit 28, 33, 7. Sed invitis libris a recepta lectione non puto recedendum: potius ad haec verba ex sequentibus retraho τὸ *fugerent*, ut sit, *metuque perculsi* fugerent *ex proelio intra vallum; protinus inde victorem hostem fugerent*. Mox *supervadentem in munimenta* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui recte praepositionem expunxit. Infra 32, 24, 5. *Ruinas muri supervadebant*. Deinde *victorem hostemque fugerent* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. [*regis* post *temeritatem* omittit Bamb.]

§. 6. *Inpetum in frumentatores palatos per agros fecit*] *in frumentatores Romanos*, addita voce, Lov. 5. *in frumentarios Romanos* edd. usque ad Aldum. Tum *palatos fecit* Mead. 2. et Lov. 2. *palatos fecit per agros* Gaertn. Mox *prosperatae pugnae* Voss. et Lov. 1.

Digitized by Google

am transcendiſſe. Quibus si undique circumventus 8
copiis foret, sedentem Romanum debellaturum, cre-
di poterat. Itaque, secundum duas adversas eque- 9
ſtres pugnas, multo minus tutam moram in iisdem
ſtativis fore Philippus ratus, quum abire inde et fal-
lere abiens hoſtem vellet, caduceatore sub occasum
solis ad consulem miſſo, qui inducias ad sepeliendos 10
equites peteret, fruſtratus hoſtem, secunda vigilia,
multis ignibus per tota caſtra relictis, silenti agmine
abiit.

XXXIX. Corpus jam curabat consul, quum, ve- 1
niſſe caduceatorem, et quid veniſſet, nunciatum eſt.
responso tantum dato, mane poſtero die fore copi- 2
am conveniendi, id quod quaesitum erat, nox diei-
que insequentis pars ad praecipiendum iter Philippo
data eſt. montes, quam viam non ingreſſurum gravi

§. 9. *Minus tutam moram in iisdem stativis fore*] *in his stativis fore* Lov. 5. et edd. ante Aldum, nisi quod *in iis stativis fore* legat ed. Parm. *in iisdem stationibus fore* Voſſ. Mox *abire idem*, pro *inde*, Lov. 4. sollemni scribarum aberratione. Praeter exempla superius notata ad 1, 19, 7. v. etiam ad 3, 21, 8. 9, 2, 3. c. 14, 5, c. 22, 10. 21, 33, 7. 23, 31, 8. 29, 27, 12. 36, 45, 1. 37, 50, 5. (* 40, 26, 3.) Deinde in fine cap. *abit*, pro *abiit*, Lov. 1. 4. 6. et Voſſ. [Bamb.] V. ad 26, 28, 2. [*misso ad cos.* Bamb.]

§. 2. *Ad praecipiendum iter Philippo data est*] *ad recipiendum iter* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *ad percipiendum iter* Lov. 1. 6. Harl. et edd. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et plures Ven. *ad praeripiendum iter* Voſſ. et edd. Ascensii plures: quod eo sensu dictum esse posset, quo *rapere viam*. Locutionem hanc inluſtravi ad Silii 9, 33. Rectius tamen reliquos scribas dedisse puto *ad praecipiendum iter*, quod Mediol. ed. anni 1505. Mogunt. Ald. et mox reliquae probarunt. 22, 41, 9. *Dum ipse longius spatium fuga praeciperet.* ubi plura vide. Paullo ante *responso tamen dato* Lov. 5. Mead. 2. et edd. vett. pro quo recte Aldus *tantum* reposuit. V. ad 9, 12, 6.

Montes, quam viam non ingressurum gravi agmine Romanum sciebat, petit] *qua viam non ingressurum* Voſſ. et Lov. 2. quod probari posset, pro qua parte. Ita mox hoc cap. *Ignarus, qua sequeretur.* V. ad 10, 14, 4. Posset etiam legi *qua via*

Digitized by Google

3 agmine Romanum sciebat, petit. Consul, prima luce caduceatore datis induciis dimisso, haud ita multo post abisse hostem quum sensisset, ignarus qua sequeretur, iisdem stativis frumentando dies aliquot
4 consumsit. Stuberam deinde petit, atque ex Pelagonia frumentum, quod in agris erat, convexit. inde ad Pluvinam est progressus, nondum comperto,
5 quam regionem hostes petissent. Philippus, quum primo ad Bryanium stativa habuisset, profectus inde

non ingressurum. V. ad 10, 35, 4. Sed vulgatum potius praefero. 31, 6, 4. *Viam antiquam criminandi Patres ingressus.* 38, 43, 8. *Veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses dixit.* 39, 28, 1. *Longe aliam ingressus disserendi viam.*

§. 3. *Haud ita multo post abisse hostem*] Voculam *ita* perperam omittunt Voss. et Lov. 1. 2. ac 6. Infra c. 42, 9. *Non ita multos in dispersa fuga error intulit in Macedonum equites.* 37, 58, 6. *Haud ita multo post L. Scipio ad urbem venit.* 35, 11, 2. *Non ita multo post duceretur.* Similiter *nec ita multo post* 36, 45, 1. 38, 3, 6. et similia passim. Paullo ante *abiisse* Gaertn. V. ad 26, 28, 2.

§. 4. *Stuberam deinde petit*] *Stubera*, *Pleuvina*, *Bruanna*, *Osphagos*, *Erduaea* nomina sunt, majore ex parte mihi suspecta, quamquam vetustate interiisse poterant. *Erigonii* autem amnis, qui Axium influit, est mentio apud Authores. GLAR. Suspectum nomen habet hoc Glareanus, ut caetera nomina, quae sequuntur; esse autem oppidum Illyriorum, apparet ex verbis Livii 43, [18, 3.] cum ait. *Perseus, ratus, si domuisset proximos Illyriorum, Gentium quoque regem in societatem perlici posse, cum decem millibus peditum Stuberam venit.* Meminit ejus etiam Strabo l. 7, [327.] et Suidas, et Στόβηραν vocant. SIG. Pall. et antiqua ed. *Stuberram.* GEBH. *Stuperna* Voss. *Stupernan* Lov. 1. *Stuberram* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. vett. Στύβερρα memoratur Polyb. Exc. legat. num. 76 *Thyrsis Stuberaeus* Livio 40, 24, 7. ubi etiam codd. plures duplici litera canina *Stuberraeus* scribunt. Tum *inde* Lov. 2. Harl. et Mead. 2.

Inde ad Pluinam est progressus] *Pluinae* nemo meminit, *Pellinae* omnes. Itaque *Pellinam* restituo, auctore maxime Arriano, qui l. 1, [7.] ita scribit: ἄγων δὴ παρὰ τὴν Ἐόρδαίαν τε καὶ τὴν Ἐλυμιῶτιν, καὶ παρὰ τὰ τῆς Στυμφαίας καὶ Παρραίας ἄκρα, ἑβδόμαιος ἀφικνεῖται ἐς Πελλίνην τῆς Θετταλίας. Pellinam item statuit Stephanus in Phthiotide in Thessalia. SIG. Pall. et antiqua ed. *Pluinnam.* GEBHARD. *Pluinnam* Lov. 4. 5. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *Pluvinam* Lov. 2. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertner. et reliquae, quas vidi, edd. usque ad Sigon. *Pluviniam* Lov.

Digitized by Google

transversis limitibus, terrorem praebuit subitum hosti. Movere itaque ex Pluvina Romani, et ad Osphagum flumen posuerunt castra. Rex haud procul inde et 6
ipse, vallo super ripam amnis ducto, (Erigonum incolae vocant) consedit. Inde satis comperto, Eor- 7
daeam petituros Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes artis faucibus inclusum aditum possent, praecessit. ibi alia vallo, alia fossa, alia 8
lapidum congerie, ut pro muro essent, alia arboribus

1. *Pliniam* Voss. *Pelimam* Hearnii L. 1. quod quidem proxime ad Sigonii *Pellinam* accedit; ipsum tamen gravissime hic hallucinatum esse, monuit Cl. Jac. Gronov. ad d. l. Arriani: non enim consulem hic idem iter habuisse, quod ibi describitur de Alexandro. Accedit, urbem *Pellinam* sive *Pelinnam*, ut alii rectius scribunt, alio nomine *Pellinaeum* vel *Pelinnaeum* adpellari, eoque potius usum esse Liv. 36, 10, 5. 13, 7. 14, 3. Priorem igitur lectionem, a Sigonio expulsam, sed plerorumque codicum auctoritate fultam, revocavi. Mox *quamnam regionem* Harl.

§. 5. *Quum primo ad Bruannam stativa habuisset*] Strabo l. 7. [327.] ut *Stuberae*, sic *Bryanii* meminit oppidorum ad Erigonem flumen. Quamquam Stephanus ait, Βρυάνιον esse oppidum Thesprotiae. SIG. *in primis* Hearnii L. 1. An voluit librarius *in primo*, de quo v. Gronov. ad 10, 14, 17. Sed reliqui stant pro vulgato, quod servo. Deinde *ad Bruanium* Gronov. anno 1665. in contextum recepit, quum in prioribus fuisset *Bruannam*, vel *Bruanam*; quod etiam servant Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Brumaniam* Lov. 6. *Brumam* Lov. 1. *Heruaniam* Hearnii L. 1. [*Bruantiam* Bamb. qui etiam *transvectis limitibus*.]

Ad Osphagum flumen posuerunt castra] Haud secus antiqua ed. Sed Pal. pr. *ad Opagum*. alter *ad Ophagum*. GEBH. *ad Ophagum* Voss. et Lov. 1. ac 4. *ad Ospagum* Lov. 2. cum edd. Mediol. anni 1480. ac Ven. anni 1498. *ad Osphagum* Mfti ceteri cum plerisque reliquis edd. etiam antiquissimis.

§. 6. *Erigonum incolae vocant*] Ex Strabonis l. 7. [327.] et Arriani 1, [5.] *Erigonem* legendum. Quamquam Ptolemaeus Ἐρίγωνον vocat. SIG. Antiqua ed. *Erigonium*. GEBH. *Grigonium* Hearnii L. 1. *Egonum* Harl. *Erigonium* Lov. 5. et edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. *Erigonum* substituit, consentientibus reliquis scriptis. Quum autem ipse Sigonius fateatur, Ptolem. hunc fluvium Ἐρίγωνον vocasse, necesse non erat, ut, in vitis omnibus libris, legeret *Erigonem*. V. etiam ad 39, 53, 15. Mox *tendit*, pro *consedit*, Lov. 5. et edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores.

§. 7. *Erduaeam petituros Romanos*] Polybius l. 17, [19.] satis indicat, *Heordaeam* esse le-

Digitized by Google

objectis, ita ut locus postulabat, aut materia sub-
9 peditabat, permuniit; atque (ut ipse rebatur) viam
suapte natura difficilem, objectis per omnes transi-
10 tus operibus, inexpugnabilem fecit. Erant pleraque
silvestria circa, incommoda phalangi maxime Mace-
donum: quae, nisi ubi praelongis hastis velut val-
lum ante clipeos objecit, (quod ut fiat, libero cam-
11 po opus est) nullius admodum usus est. Thracas
quoque romphaeae, ingentis et ipsae longitudinis,
12 inter objectos undique ramos inpediebant. Creten-
sium una cohors non inutilis erat: sed ea quoque
ipsa ut, si quis inpetum faceret, in patentem vulne-
ri equum equitemque sagittas conjicere poterat, ita

gendum, ubi verba T. Quintii, quibus ad Cynocephalas pugnaturus milites accendit, exponit. Ea sunt haec: *Οὐχ οὗτοι Μακεδόνες ἐιδὶν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς ἐις τὴν Ἑορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκτοῦ προφανοῦς μετὰ Σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε, πολλοὺς ἀυτῶν ἀποκτείναντες.* Et Stephanus: *Ἑορδαῖαι δύο χῶραι Μακεδονίας.* Et Plinius in Macedonia [4, 10.] *Heordensium*, et Arrianus l. 1, [7.] meminit *Ἑορδαίας.* SIG. Pall. *Erdumeam.* GEBH. *Adducam* Hearnii L. 1. *Arduaem* Gaertn. *Erduacum* Lov. 2. *Erduacam* Mead. uterque. *Erducam* Harl. *Erdua eam* Voss. et Lov. 1. [*Erduaeam* Bamb.] *Erdumeam* Lov. 4. et 6. Sigonii conjecturam Gronov. recepit, abjecta tamen adspiratione *Eordaeam* scribens. V. etiam ad cap. seq. §. 1.

§. 8. *Ibi alia vallo, alia fossa*, etc. *opere permuniit*] *ubi alia* Voss. et Lov. 1. V. ad 27, 5, 2. Praeterea vocem *opere* iidem codd. cum Lov. 6. a m. 1. non agnoscunt: quam etiam Cl. Crevier. superfluam et molestam vocans, pridem suspectam habuit, tamquam ex vitiosa repetitione primae syllabae verbi sequentis male natam, et tandem auctoritate cod. Victorini eam respuentis ex contextu recidit. Sequitur etiam mox *operibus*. quo libentius praeeuntem, trium meorum auctoritate accedente, secutus sum. [*ut aut locus postulabat* Bamb. in quo est *opere*.]

§. 10. *Praelongis hastis velut vallum ante clipeos objecit*] *perlongis hastis* Voss. et Lov. 6. Male. 22, 46, 5. *Dispares ac dissimiles gladii: Gallis praelongi ac sine mucronibus.* 37, 42, 4. *Inpeditus intercursu suorum usus praelongarum hastarum.* 38, 7, 12. *Per operculi foramina praelongae hastae eminebant.* c. 17, 3. *Praelongi gladii.* De errore hoc scribarum v. ad 9, 10, 7. De longitudine hasta-

Digitized by Google

adversus scuta Romana nec ad trajiciendum satis magnam vim habebat, nec aperti quidquam erat, quod peteret. Itaque id ut vanum teli genus sense- 13
runt esse, saxis passim tota valle jacentibus incessebant hostem. ea, majore cum sonitu, quam vulnere ullo, pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. Deinde, iis quoque spretis, partim, 14
testudine facta, per adversos vadunt hostes: partim, 15
brevi circuitu quum in jugum collis evasissent, trepidos ex praesidiis stationibusque Macedonas deturbant: et, ut in locis inpeditis difficili fuga, plerosque etiam obtruncant.

XL. Ita angustiae minore certamine, quam quod 1

rum, quibus utuntur Macedones, v. Vlit. ad Gratii Cyneg. 118. [§. 9. *inexpugnabilem facit*. Bamb.]

§. 11. *Thraces quoque romphaeae, ingentis et ipsae longitudinis*, etc. *inpediebant*] Ita primum exhibuit ed. Gronovii anni 1665. sine dubio operarum errore, quem tamen secuti editores servarunt, nisi quod modo Crevier. recte *Thracas* restituerit, quemadmodum praeferunt edd. priores, et cum Hearnii L. 1. omnes mei. nisi quod quidam vitiosa orthographia *Trachas* scripserint, pro *Thracas*, qua forma Livius alibi utitur. 33, 7, 11. *Cum omnibus praeter Thracas auxiliis*. 38, 40, 12. *Thracas praeda ipsa inpeditos ad caedem praebet*. etiam c. 41, 10. et alibi. Et ita in Livio emendandum esse, ad calcem codicis sui Jac. Perizon. monuit. Deinde *rumphee*, vel *rumphaeae*, Gaertn. et Hearnii L. 1. *rumphye* Harl. et Mead. ambo. *rumphie* Lov. 2. 4. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *rimipe* Lov. 1. *ripie* Lov. 6. *rumpie* Voss. [*rupiae* Bamb.] Videtur igitur Livius voluisse *rumpiae*. V. Nic. Heinsium ad Val. Flacc. 6, 98. De ea v. etiam Bochart. part. 1. Hieroz. l. 2, 8. p. 137.

§. 12. *Sed quae quoque ipsa*] Lectio haec ex Gruteri postuma per reliquas omnes editiones perperam propagata est. Priores praeferunt *sed ea quoque ipsa*. quod quum etiam omnes codd. servent, priscam scripturam Livio reddere non dubitavi. Mox *neque ad trajiciendum* Voss. et Lov. 6. V. ad 9, 9, 14.

§. 15. *Brevi circuitu quum in jugum collis evasissent*] Duae priores voces omittuntur in Lov. 2. Deinde *quum jugum collis evasissent* Lov. 1. 6. et Harl. De ea locutione infra videbimus ad 45, 41, 4. Ea tamen hic non videtur probanda. Non enim Romani *evaserant jugum collis*, sed connitendo in jugum collis pervenerant, quod recte effertur *in*

Digitized by Google

animis proposuerant, superatae, et in Eordaeam perventum; ubi pervastatis passim agris, in Elimeam se recepit. inde inpetum in Orestidem fecit; et oppidum Celetrum est adgressus, in peninsula situm.
2 Lacus moenia cingit: angustis faucibus unum ex continenti iter est. Primo situ ipso freti, clausis por-
3 tis, imperium abnuere: deinde, postquam signa ferri, ac testudine succedi ad portam, obsessasque fauces agmine hostium viderunt, priusquam experi-
4 rentur certamen, metu in deditionem venerunt. Ab Celetro in Dassaretios processit, urbemque Pelium

vi

jugum collis evasissent. V. ad 4, 34, 1. Praepositio itaque, quae in tribus illis codd. deerat, vel intercepta est ab ultima litera vocis praecedentis: v. ad 10, 13, 3. vel a duabus initialibus vocis sequentis: quale exemplum habuimus supra 26, 3, 10.

§. 1. *Ita angustiae minore certamine, quam quod animis proposuerant, superatae*] *Ita angustias* etc. *superavere, et in* Mead. 2. *Ita angustiis* etc. *superare et* Voss. *Ita angustiis* etc. *superatis, et in* Lov. 6. *Ita angustiis* etc. *superatis in* Lov. 1. quae vera videtur lectio esse. Praeterea *proposuerunt* idem Lov. 1. Mox *et Mordumeam* Voss. *in Orduma* Lov. 1. *et in Erdumena* Lov. 2. *et in Erudumeam* Gaertn. *et in Erdumeam* Lov. 4. 6. Harl. ac Mead. ambo. [*Erdumaeam* Bamb.] V. ad cap. praec. §. 7.

In [1]*Elymeam se recepit. inde inpetum in Orestidem fecit*] *Elyma* apud Ptolemaeum [3, 13.] nomen, sed longe ad occidentem Macedoniae. Livius, quasi ab expeditione rediens, ac rursus in Orestidem impetum facturus sit consul, haec narrat. GLAR. Stephanus hanc urbem Ἐλίμειαν, Ptolemaeus Ἐλίμαν vocant, Arrianus l. 1, [7.] agrum ejus Ἐλυμιώτιν nominat. SIG. *Elmina* Gaertn. *Elimina* Mead. uterque. *Eliminam* Hearnii L. 1. *Elumiam* Lov. 4. *Elimiam* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. [Bamb.] et edd. vett. *Elimea* infra etiam memoratur 42, 53, 5. et 43, 21, 5. ea autem voce regionem Illyrici, sed Macedoniae contributam, indicari, docuit Cellar. 2. Geogr. ant. 13, 660. V. etiam ad priorem Livii locum. Praeterea *recepit* et *facit* Voss. *facit* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 2. *Angustis faucibus unde ex continenti iter est*] Lege *unum ex continenti.* GELEN. Ita et omnes mei, excepto solo Lov. 5. qui cum edd. vett. legit *unde.* Mox, transpositis dictionibus, *abnuere imperium* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 4. *In Dassaretios processit,*

Digitized by Google

vi cepit. servitia inde cum cetera praeda abduxit, et libera capita sine pretio dimisit: oppidumque iis reddidit, praesidio valido inposito. nam et 5
sita opportune urbs erat ad inpetus in Macedoniam faciendos. Ita peragratis hostium agris, consul in 6
loca jam pacata ad Apolloniam, unde orsus bellum erat, copias reduxit. Philippum averterant Aetoli, 7
et Athamanes, et Dardani, et tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Adversus Dardanos, jam re- 8
cipientes ex Macedonia sese, Athenagoram cum expeditis peditibus ac majore parte equitatus misit, jussum instare ab tergo abeuntibus, et, carpendo

urbemque Pelium vi cepit] *Pelium* duplex tradit Stephanus, unum in Thessalia, alterum in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligendum est. Nam Dassaritios inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico. SIG. *processit, proelio urbem cepit* Lov. 2. *urbem proelium vi cepit* Voss. *urbemque proelium vi cepit* Lov. 4. *urbemque proelii vi cepit* Lov. 6. Harl. et Mead. ambo. *urbemque vi proelii cepit* Gaertn. *Pelium urbem vi cepit* Lov. 1. De urbe *Pelio*, vel *Pellio*, v. Jac. Gronov. ad Arriani 1. de Exp. Alex. M. 5.

§. 6. *In loca jam pacata ad Apolloniam, unde ortus bellum erat*] Lege *in loca pacata ad Apolloniam, unde orsus bellum erat.* non *jam pacata*, neque *ortum*. GELEN. Pall. et antiqua ed. *in loca jam pacata ad Apolloniam, unde ortum bellum erat.* GEBH. Ita et omnes mei, nisi quod *in loca tam pacata* sit in Lov. 1. Emendationem Gelenii Froben. anno 1535. recepit, eamque reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui *jam pacata* revocavit, sed *orsus* retinuit. Supra 26, 43, 2. *Quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset.* Infra 32, 29, 6. *Ab Liguribus orsus est bellum.* 35, 51, 10. *Magnoque principio sibi orsus bellum videbatur.* (* 41, 26, 1.) Solent autem *ortus* et *orsus* commutari. Exemplum habuimus supra 21, 60, 3. (* v. ad 43, 18, 6.)

§. 7. *Philippum averterant Aetoli, et Acarnanes*] Lege *Aetoli, et Athamanes.* nam Acarnanes partium Philippi erant. GELEN. *Athamanes* etiam omnes mei, exceptis Lov. 5. et Mead. 2. qui vitiosam priorum edd. lectionem ostentant. *averterant* est a Romanis alio verterant. Verum *adverterant* est in Voss. et Lov. 1. quod foret, ad se verterant. V. ad 30, 8, 1. Quum tamen maxima Mstorum pars vulgatum servet, idque optimum sensum efficiat, nil temere mutandum arbitror.

Tot bella repente alia ex aliis locis exorta] *Tò repente* expun-

Digitized by Google

postremum agmen, segniores eos ad movendos do-
9 mo exercitus efficere. Aetolos Damocritus praetor, qui morae ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat: post famam equestris ad Octolophum pu-
10 gnae, Dardanorumque et Pleurati cum Illyriis transitum in Macedoniam, ad haec classis Romanae adventum in Oreum, et, super circumfusas tot Macedoniae gentes, maritimam quoque instantem obsidionem.

1 XLI. Hae caussae Damocritum Aetolosque resti-

git Harl. Male. V. ad 9, 31, 8. Est etiam vir doctus, cujus judicio plurimum tribuo, qui praepositionem abesse mallet. Verum omnes codd. eam tuentur. Ita infra 34, 47, 1. *Alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus.* Livium vero in regimine praepositionem, cum qua verbum componitur, addere solitum esse, vidimus ad praefat. §. 11.

§. 9. *Morae ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat*] Vox *auctor* deficit in Lov. 2. Harl. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Venetis nonnullis, et Ascens. priore. Mox *Octolophum* primus dedit Frob. anno 1535. quum ab Aldo ad eum *Atabolum*, ante Aldum *Eccalobum* editum fuisset, quod in uno exstat Lov. 5. *Atholobum* habet Lov. 6. *Etholobum* Lov. 2. et Harl. *Ettolobum* Mead. ambo. *Otolobum* Voss. et Lov. 1. [*Ottolobum* Bamb.] *Octolobum* Lov. 4. et Gaertn. V. ad c. 36, 6.

§. 10. *Ad haec classis Romanae adventum in Oreum*] 28, [7, 10.] fuit, *Et Attalus primo Oreum est profectus.* Andreas autem hic, et Voss. *adventu in Oreum.* Ergo deleta praepositione scribe *ad haec classis Romanae adventum Oreum.* Ut l. 22. extremo [61, 13.] *Neque ante consulis Romam adventum, nec postquam is rediit.* ubi idem genus vitia verant. Cicero 9. ad Att. 4. *Sunt ista quidem, quae disputas, difficillima: iter ad superum, navigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugisse, mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamur.* J. FR. GRONOV. [*ad hoc* Bamb.] *adventum Oreum* clare Lov. 4. [Bamb.] Mead. ambo, et Gaertn. (* Liv. 38, 41, 9. *Via Apolloniam.*) *adventu in Oreum* Lov. 1.

§. 1. *Cercinium obsedere*] *Circinium* hic et mox Lov. 2. et Harl. *Cortimium* utrobique Lov. 6. *Cerrimum* hic Voss. et mox *Certenium.* At Hearnii L. 1. *Certemium.* [*Cercenium* superscript. *i* Bamb.]

§. 2. *Incertum vi, an voluntate*] Verba sunt Freinsh. in Indic. Flori v. *Dubium.* „Cum duo „contraria, quorum uno propo„sito, alterum non potest igno„rari, eloqui volumus; hac phra„si ita utimur, ut alterutrum tan„tum exprimamus: sic, *occisus „Remus, dubium an jussu fra„tris.* In sequentibus deinde non

Digitized by Google

tucerant Romanis: et, Amynandro rege Athamanum adjuncto, profecti Cercinium obsedere. Clauserant 2
portas, incertum vi, an voluntate: quia regium habebant praesidium. Ceterum intra paucos dies ca- 3
ptum est Cercinium, atque incensum. qui superfuerant e magna clade, liberi servique, inter ceteram praedam abducti. Is timor omnes, qui circumco- 4
lunt Boeben paludem, relictis urbibus, montes coëgit petere. Aetoli, inopia praedae inde aversi, in 5
Perrhaebiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt,

tantum exempla hujus locutionis plura laudat; verum etiam aliis, ubi utrumque exprimitur, interpolata ea existimans, mederi conatur. Verum regulam hanc non semper observatam fuisse, optimis exemplis evicit Cl. Dukerus ad Flori 2, 14, 3. quibus et hoc Livii addi potest; ubi, quum dicere potuisset, *incertum an voluntate*, utrumque exprimere satius habuit. Mox c. 43, 7. *Incertum cura gentis, an ut adversaretur Scopae.* Et ita fere infra 34, 5, 3. *Ut in dubio poneret, utrum id matronae sua sponte, an nobis auctoribus fecissent.* c. 19, 8. *Quum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset.*

§. 3. *Qui superfuerant e magna clade*] *qui superfuerunt* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldinam. Mox voces *inter ceteram praedam* non adparent in Harl. Supra cap. praec. *Servitia inde cum cetera praeda abduxit.*

§. 4. *Boeben paludem*] Stephanus *Βοίβη λίμνη ἐν Μακεδονία.* SIG. Viri docti monuerunt, *Βοίβην*, paludem Macedoniae apud Stephanum, ab aliis *Βάλβην* vocari. Quae autem hic memoratur, sita fuisse videtur in Thessalia. Verisimile igitur, illam indicari, quae *Boebeïs* vocatur. V. de ea Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 1, 449. et Cl. Oudend. ad Lucani 7, 176. Putatur etiam eadem esse, atque illa, quae *Βοιβιὰς* vocatur Pindaro 3. Pythion. vers. 60. Cellarius 2. Geogr. ant. 13, 691. se de urbe *Boebe* et lacu *Boebeïde* superius egisse testatur, quum Pherarum situm describeret. De Pheris autem agit p. 682, sed ibi nihil de Boebe, vel Boebeïde. Ceterum *Borebem* legit Hearnii L. 1. una litera minus *Boebem* Gaertn.

§. 5. *Inde aversi, in Perroebiam ire pergunt*] *Perraebiam* scribendum: ita enim Graeci. Pars Thessaliae est. Stephanus. SIG. *Perhabiam*, et mox *Faebia* Lov. 1. *Perrhebiam*, et *Perrhebia* mox Lov. 5. *Perhachiam*, et mox *Perhachia* Lov. 6. *Perrahebiam*, et mox *Perrehebia* Mead. 1. *Parebiam*, et mox *Parebia* Mead. 2. et Harl. *Perebiam*, et mox *Perebia* Gaertn. *Racbuam*, et mox *Pharbeia* Hearnii L. 1. Vocula *inde* deest in Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Mead. 1.

Cyretias in via capiunt] In Ptolemaei codice est *Chyretiae*,

Digitized by Google

foedeque diripiunt: qui Malloeam incolunt, volun-
6 tate in deditionem societatemque accepti. Ex Per-
rhaebia Gomphos petendi Amynander auctor erat:
et inminet Athamania huic urbi, videbaturque ex-
7 pugnari sine magno certamine posse. Aetoli campos
Thessaliae opimos ad praedam petiere: sequente,
quamquam non probante, Amynandro, nec effusas
populationes Aetolorum, nec castra, quo fors tu-
lisset loco, sine ullo discrimine ac cura muniendi,
8 posita. itaque, ne temeritas eorum neglegentiaque
sibi ac suis etiam cladis alicujus caussa esset, quum
campestribus locis subjicientes eos castra Phecado
9 urbi videret, ipse paullo plus quingentorum passuum
inde tumulum suis, quamvis levi munimento tutum,
10 cepit. Quum Aetoli, nisi quod populabantur, vix

ut et *Gomphi*. Illud *Phecadum* autem, quod sequitur paullo post, apud nullam authorem invenio. GLAR. *Χυρεριαι* statuit Ptolemaeus [3,13.] inter Estiotas Thessaliae populos. SIG. Andreanae *in via capiunt*. J. FR. GRON. *in via capiunt* Lov. 5. omnesque edd. usque ad Aldum, qui dedit *ibi vi capiunt*, consentientibus reliquis meis. *ibi via capiunt* Hearnii L. 1. Cyretiarum etiam meminit Liv. 36, 10, 5. et alibi. [*Cyreria - sibi* Bamb.] Mox *Maleolam* Harl. *Maleam* Lov. 4. 5. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. *Maloneam* Lov. 6. *malo eam* Voss. et Lov. 2. [*Malo - eam* Bamb.] *Malloeam* primus Frob. anno 1535. vulgari curavit. V. ad 36, 13, 3.

§. 6. *Gomphos petendi Amynander auctor erat*] Oppidum et Thessaliae. Stephan. SIG. *auctor fuit* Gaertn. Mox *videbanturque expugnari sine magno certamine posse* Voss. et Lov. 1. ac 4. quasi referendum foret ad praecedens *Gomphos*, ac proxima *et inminet Athamania huic urbi* parentheseos notis circumscribenda forent; quod virisimilius fiet, si liceret voculam *et* delere, quam etiam expungit Lov. 2. *videbaturque expugnari sine certamine ullo posse* Harl.

Athamania] Alii Illyrii, alii Thessaliae partem esse Athamaniam tradunt. Stephanus. SIG.

§. 7. *Quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine ac cura muniendi, posita*] *quo fors* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. usque ad Gronov. qui *fors* vulgavit. Voces illas vel millies in Mstis confundi, omnes norunt. V. ad 1, 4, 4. et cap. 9, 15. ubi Gronov. in priori ed. not. *fors* hoc loco legendum esse, recte monuit. Deinde *sine discrimine*

Digitized by Google

meminiſſe viderentur, se in hoſtium agro eſſe; alii palati semiermes vagarentur, alii in caſtris sine ſtationibus per somnum vinumque dies noctibus aequarent, Philippus inopinantibus advenit. quem quum 11
adeſſe refugientes ex agris quidam pavidi nunciaſſent, trepidare Damocritus ceterique duces: et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti jacebant. Excitare igitur alii alios, jubere arma 12
capere, alios dimittere ad revocandos, qui palati per agros praedabantur. tantaque trepidatio fuit, ut sine gladiis quidam equitum exirent, loricas plerique non induerent. Ita raptim educti, quum uni- 13
versi sexcentorum aegre simul equites peditesque numerum explessent, incidunt in regium equitatum, numero, animis, armisque praeſtantem. Itaque pri- 14

aut cura Lov. 1. 6. et Voſſ. *aut cura* etiam Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] *tulisset loco sita*, reliquis omnibus omissis, Lov. 2.

§. 8. *Subjicientes eos castra Phecado urbi*] In nomine urbis nihil mutant mei. Sed *Pherodio* eſt in Hearnii L. 1. [*Phaecado. do* a m. 2. Bamb.] Esse eam urbem, quam *Phecam* vocat Livius 32, 14, 1. Sigonius ad eum locum monuit.

§. 9. *Paullo plus quingentorum passuum inde*] Legendum videtur *quingentos passus;* quod et sibi placere, Cl. Crevier. teſtatur. Nulli quidem codices huic lectioni favent: facile tamen ita librarii errare potuerunt, si numerum per notas, vocem autem *passus* per compendium *P.* exaratam fuisse meminerimus. [*ii se palo plus* ∞ Bamb. §. 10. *in agro hostium* et *alii semermes.*]

§. 12. *Loricas plerique non induerent*] Pal. prior *non inducerent.* GEBH. Errori librarii tribuendum. V. ad 30, 13, 12. Paullo ante male etiam *vagabantur*, pro *praedabantur*, Harl. *praeliabantur* Voſſ. [*Excitare* omittit Bamb.]

§. 13. *Quum sexcentorum aegre simul equites peditesque numerum explessent*] Lego *universi sexcentorum aegre.* ubi *universi* dictio interciderat. GELEN. Excluso τοῦ *universi*, Pall. uterque, et antiqua ed. *cum sexcentorum aegre.* GEBH. Vocem a Gelenio adscitam repellunt omnes mei, et Hearnii L. 1. [Bamb.] Mox *numero, armis, animisque* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. [Bamb.] Deinde §. seq. *vix cepto certamine*, pro *vix tentato*, Lov. 1. [*quidam* omittit Bamb.]

Digitized by Google

mo inpetu fusi, vix tentato certamine, turpi fuga
repetunt castra. caesi captique quidam, quos equi-
tes ab agmine fugientium interclusere.
1 XLII. Philippus, suis jam vallo adpropinquanti-
bus, receptui cani jussit. fatigatos enim equos viros-
que non tam proelio, quam itineris simul longitu-
2 dine, simul praepropera celeritate, habebat. Itaque
turmatim equites, in vicemque manipulos levis ar-
3 maturae, aquatum ire et prandere jubet: alios in
statione armatos retinet, opperiens agmen peditum
4 tardius ductum propter gravitatem armorum. Quod
ubi advenit, et ipsis imperatum, ut, statutis signis
armisque ante se positis, raptim cibum caperent,
binis ternisve summum ex manipulis aquandi caus-
sa missis: interim eques cum levi armatura para-
5 tus instructusque stetit, si quid hostis moveret. Ae-

§. 2. *In vicemque manipulos levis armaturae aquatum ire et prandere*] Sine copula Pall. *invicem manipulos*. GEBH. Eam dem copulam non admittunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quin et altera expulsa *aquatum ire*, *prandere* legunt Voss. et Lov. 1. Paullo ante §. praec. [*Philippus jam suis* Bamb.] *propera celeritate* est in Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. Sed. v. ad 22, 19, 10. Mox §. 3. verba *tardius ductum propter gravitatem armorum* exsulant a Voss. et Lov. 1.

§. 4. *Binis ternisve ad summum ex manipulis aquandi caussa missis*) Lege *ternisve summum*, non *ad summum*; sic enim Livius loqui solet. GELEN. Pall. *binis ternisque simul ex manipulis*. Sed vulgata lectio sincerior est, approbatore quoque prisco editore. GEBH. *binis ternisque simul ex manipulis* Mead. 2. *binis ternisve simul manipulis* Gaertn. *binis ternisve simul ex manipulis* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *binis ternisveximium ex manipulis* Lov. 1. *binis ternisve summum ex manipulis* Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quod, recte a Gelenio vindicatum Livio, probat etiam Gronov. ad 21, 35, 9. ubi, ut et in pr. ed. not. ad h. loc. genus loquendi pluribus inlustravit. Eamdem locutionem Livio Gelenius restituit infra 34, 32, 6. Similiter etiam *ultimum*, *minimum*, *postremum* usurpantur. V. ad 40, 42, 10.

§. 5. *Quae per agros multitudo sparsa fuerat, receperat se*) Pall. multitudinis numero *re-*

Digitized by Google

toli, (jam enim et, quae per agros multitudo sparsa fuerat, receperat se in castra) ut defensuri munimenta, circa portas vallumque armatos disponunt, dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant. postquam mota signa Macedonum sunt, et succede- 6
re ad vallum parati atque instructi coepere, omnes repente, relictis stationibus, per aversam partem castrorum ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt. multi in hac quoque tam trepida fuga capti caesique sunt Aetolorum. Philippus, si satis 7
diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui castris potuissent, die per proelium, deinde per direptionem castrorum absumto, sub tumulo in proxima planitie consedit, prima luce insequentis diei hostem adgressurus. Sed Aetoli eodem 8
pavore, quo sua castra reliquerant, nocte proxima

ceperant se. GEBH. *sparsa multitudo fuerat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Deinde *receperant* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque typis excusi usque ad Mogunt. [*rereperant* Bamb.] Solet ita saepe τὸ *multitudo*, perinde ac si nomen conlectivum esset, adsciscere verbum plurale. V. ad 6, 19, 7. Hanc lectionem probare videtur Gronov. infra ad 36, 16, 6. Mox *spectant* Harl. et Lov. 6. a m. 1. *despectant* Lov. 2.

§. 6. *Per aversam partem castrorum ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt*] Forte *in tumulum.* Vel *ad tumulum in castra Athamanum perfugiunt.* J. FR. GRON. Quem etiam v. ad 9, 5, 9. Quum tamen omnes, quibus utor, Mssi stent pro recepta lectione, nihil necesse puto, ut eam cum Gronovio mutemus. Nam Livius ita etiam alibi locutus est. ut 5, 47, 7. *Vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos.* 8, 7, 12. *In castra, atque inde ad praetorium ad patrem tendit.* 26, 48, 10. *Relicto consilio ad tribunal ad Scipionem accedit.* Pari modo repetitur praepositio *in* 42, 36, 2. *In aedem Bellonae in senatum introducti.* Praeterea *per aversam partem castrorum* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Malc. V. Gronov. ad 34, 47, 1. et quae notavi ad 4, 22, 4. Paullo ante *parati instructique* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. Tum *repente omnes* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 7. *Die* etc. *per direptionem*

Digitized by Google

dispersi fugerunt. Maximo usui fuit Amynander, quo duce Athamanes, itinerum periti, summis montibus per calles ignotos sequentibus eos hostibus in
9 Aetoliam perduxerunt. non ita multos in dispersa fuga error intulit in Macedonum equites, quos luce prima Philippus, ut desertum tumulum vidit, ad carpendum hostium agmen misit.

1 XLIII. Per eos dies et Athenagoras regius praefectus, Dardanos recipientes se in fines adeptus,
2 postremum agmen primo turbavit. dein, postquam Dardani conversis signis direxere aciem, aequa pu-

castrorum absumto] *sumto* Lov. 1. *consumto* Lov. 6. quod ferri posset, si plures codd. id firmarent. V. ad 29, 33, 9. Nunc vulgatum praefero. V. ad 27, 13, 3.

§. 8. *Maxime usui fuit Amynander*] Pall. *Maximo usui fuit.* GEBH. Thuan. *Maximo.* Sic sane maluit loqui etiam 42, 59, 4. *Thessalorum equitatus, inclinata re, maximo usui fuit.* JAC. GRON. Non aliter Voss. Lov. 1. 2.4.6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui id ejus auctoritate recepit. Supra 26, 43, 5. *Nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit.* Infra 44, 16, 6. *Ad Romanos transfugit: magno usui consuli fuit.* (* 38, 22, 3.) Cic. 1. ad Att. 1. *Fuit et mihi et Quinto fratri magno usui.* Ep. 2. *Ad eorum voluntatem mihi conciliandam maximo te mihi usui fore video.* Nepos in Eumen. 2. *Non dubitans, si eum pellexisset, magno usui sibi fore in his rebus.* Justin. 20, 5. *Gentem suam magno usui futuram.* Sallust. Jug. 14. *Eniterer domi militiaeque quam maximo usui esse populo Romano.* ubi etiam quosdam codices *maxime* praeferre, viri docti observarunt. Eodem modo *maximae invidiae esse* Livius dixit 32, 5, 7. et *non minima Aetolorum opera fugati*, pro *non minimum*, scribendum conjicit Gronov. ad 33, 6, 6. [*Athamanis, itinerum peritis* Bamb.]

Per colles ignotos sequentibus eos hostibus] Restat in Pall. nec non antiqua ed. *quo duce Athamanis itinerum peritis summis montibus per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Aetoliam perduxerunt. Τὸ calles ἀντὶ τοῦ colles* mihi quoque allubescit. Infra 38, 2, 10. *Quidam, per notos calles breviore via praegressi, transitus insedere.* GEBH. Scribe cum Andrea et Aldina *per calles ignotos.* Quod et nonnullae recentiores habent. 35, [27, 6.] *Egressus callibus notis nocte Pleias pervenit.* 36, [16, 6.] *Ne quos per imminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus.* Memineris etiam *τὸ sequentibus* interpretari, si sequerentur: neque enim longe secuti sunt. Sic 9, [18, 4.] *Adulationes etiam victis Macedo-*

Digitized by Google

gna justo proelio erat: ubi rursus procedere Dardani coepissent, equite et levi armatura regii, nullum talis auxilii genus habentes Dardanos, oneratos inmobilibus armis, vexabant: et loca ipsa adjuvabant. Occisi perpauci sunt, plures vulnerati, captus ne- 3
mo, quia non excedunt temere ordinibus suis, sed confertim et pugnant, et cedunt. Ita damna Roma- 4
no accepta bello, duabus per opportunas expeditiones coërcitis gentibus, restituerat Philippus, incepto forti, non prospero solum eventu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Aetolorum nu-

nibus graves, nedum victoribus. Nempe *etiam victis* est, etiamsi victi essent. Sic 42, [29, 3.] de Prusia: *Nam neque pro Romanis aequum censere se adversus fratrem uxoris arma ferre, et apud Persea victorem veniam per sororem impetrabilem fore.* Hoc est, si victor fuisset. J. FR. GRON. *per calles* servant omnes mei, Oxonn. Hearnii, Victor. Crevierii, et quaecumque ante Grutérum prodierunt edd. nam is demum operarum, ut videtur, errore *colles* vulgavit. 38, 40, 12. *Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos incursantibus, et latentibus interdum per cavas valles, prodebat.* Solent autem *calles* et *colles* confundi. V. ad 3, 8, 6. 38, 2, 10. et Torrent. ad Suet. Caes. 19. Praeterea *per calles ignotas* est in Voss. et Lov. 1. [Bamb.] V. ad 22, 14, 8. Recte autem Gronov. *sequentibus* interpretatur, si forte sequerentur. Plura notavi ad 9, 18, 4. Adde Jac. Gronov. ad 31, 7, 1. et J. Fr. Gronov. ad Senec. 1. de Benef. 10.

§. 9. *Non ita multos in dispersa fuga error*] *Haud ita multos* Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. *Ita non multos* Lov. 2. Male. V. ad c. 39, 3. Deinde *dispersa fuga,* omissa praepositione, Lov. 1. 6. a m. 2. et Voss. qui iidem codd. mox *videt* legunt, pro *vidit.* [*quos prima luce*, et *videt* Bamb.]

§. 2. *Dein, postquam Dardani conversis signis direxere aciem*] Vox *Dardani* hic supervacua esse videtur. J. FR. GRONOV. Vocem illam abesse posse, verum est: non tamen propterea delendam existimo. Saepius enim similes dictiones, quae tuto omitti poterant, perspicuitatis causa Livius repetivit. Ita cap. praec. §. 6. sine damno sensus abesset τὸ *Aetolorum*, quum de fugientibus Aetolis agi praecedentia doceant. Idem dicendum de voce *Bomilcar* 25, 27, 12. de voce *Elatiam* 32, 19, 1. aliisque passim. Praeterea *deiñ*, vel *deinde*, est in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et primis edd. pro quo Froben. anno 1535. *dein* reposuit. V. ad 3, 3, 6. [§. 1. *primo* omittit Bamb.]

Oneratos inmobilibus armis] Pall. *ornatos.* GEBH. Similiter

Digitized by Google

5 merum. Scopas princeps gentis, ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolemaeo missus, sex millia peditum et equites mercede conductos
6 Aegyptum avexit. nec ex juventute Aetolorum quemquam reliquisset, ni Damocritus, nunc belli, quod
7 instaret, nunc futurae solitudinis admonens, (incertum cura gentis, an ut adversaretur Scopae, parum donis cultus) partem juniorum castigando domi con-

Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. a m. 1. sine dubio scribarum errore. V. ad 32, 11, 2. [*oneratosque* Bamb.] Paullo ante *talis* deest in Lov. 6. et Harl. *tale auxilii genus* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Mox §. seq. *excesserunt*, pro *excedunt*, Hearnii L. 1.

§. 5. *Ab Alexandria magno cum auri pondere ab rege Ptolemaeo missus*] *ab Alexandrea* Voss. et Lov. 1. Ita optimus cod. supra exhibet 8, 24, 1. eamdemque orthographiam in posterioribus Livii libris, ex unico cod. vulgatis, primas editiones servare, infra videbimus ad 44, 19, 11. Servat etiam Torrentii liber opt. apud Suet. in Calig. 49. ubi eum vide. Priscian. 2. Gramm. quum p. 587. observasset, Latinos *ei* diphthongum ante *os* in vocabulis Graecis vel more Ionico aut Attico mutare in *e* longam, vel in *i* longam, deinde p. 588. addit: *Inveniuntur tamen auctores frequenter in nominibus urbium in* A *desinentium apud Graecos varie proferentes*, *Alexandria Alexandrea*, *Nicia et Niceá*, *Antiochia et Antiochea*. Hoc modo extulerunt *Aitigonea* et *Antigonia*. V. ad 32, 5, 9. *Chaeronea* et *Chaeronia*. V. ad 35, 46, 3. *Spercheus* et *Sperchius*. V. ad 36, 14, 15. *Scarphea* et *Scarphia*. V. ad 36, 19, 5. *Maronea* et *Maronia*. V. ad 37, 60, 7. *Heraclea* et *Heraclia*. V. ad 38, 1, 7. *Apamea* et *Apamia*. V. ad 38, 13, 5. *Cassandrea* et *Cassandria*. V. ad 43, 23, 7. *Laodicea* et *Laodicia*. V. ad Epit. Liv. 121. *Antiochea* et *Antiochia*. V. Ursin. ad Cic. 2. ad fam. 10. Similia vide apud viros doctos ad Front. 1, 3, 9. et Inl. Nic. Heins. ad Maron. 1. Aen. 201. Pari modo extulerunt *Dareus* et *Darius*. V. ad 9, 17, 16. *Parorea* et *Paroria*. V. ad 42, 51, 5.

Sex millia peditum et equites mercede conductos Aegyptum avexit] Sine dubio excidit numerus equitum. Forte *sex millia peditum*, *D equites*. Aut, si mavis, *mille*. J. FR. GRON. Gronovii suspicionem veram puto. Uter tamen numerus intercideret, incertum est. Et hunc et illum, notis numeralibus *IↃ* et ↂ scriptum, librarii, tamquam incognitum, saepe omiserunt. De priori v. ad 37, 40, 11. de posteriori ad 39, 42, 3. [*et d equites* (i. e. *D. equites*) Bamb.] Praeterea *avexit* Lov. 1. 2. 6. a m. 1. et Voss. [Bamb.] nempe ex patria evexit. Alterum tamen non displicet. 38, 42, 7. *Traditi sunt legatis et Karthaginem avecti*. V. ad 9, 4, 1.

Digitized by Google

tinuisset. Haec ea aestate ab Romanis Philippoque gesta erant.

XLIV. Classis a Corcyra ejusdem principio aestatis cum L. Apustio legato profecta, Malea superata, circa Scyllaeum agri Hermionici Attalo regi conjuncta est. Tum vero Atheniensium civitas, cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat, id omne in auxilii praesentis spem effudit. nec um- 1 2 3

§. 7. *Partem juniorem castigando domi continuisset*] Ita primus edidit Dan. Heinsius apud Elzevir. servantibus ejus lectionem omnibus recentioribus praeter Crevier. qui *juniorum*, ut olim edebatur, recte revocavit. Et ita legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. quod etiam Cl. Dukerus praeferebat.

Haec ea aestate a Romanis Philippoque gesta erant] Ultima vox suspecta esse potest, quod ea non solet uti Livius, narrationem rerum vel toto anno, vel parte anni gestarum claudens. 22, 23, 1. *Haec in Hispania quoque secunda aestate Punici belli gesta.* 23, 30, 13. *Haec eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta.* 24, 39, 13. *Haec in Sicilia usque ad principium hiemis gesta.* Adde hoc lib. c. 47. 23, 49. 24, 43. 27, 20. 28, 38. DUK. (* Infra 34, 53, 7.)

§. 1. *Classis a Corcyra ejusdem principio aestatis*] Ultima vox exsulat a Gaertn. quasi illa ex proximis verbis cap. praec. repetenda foret. Reliqui codd. servandam suadent. Ut 23, 30, 13. *Haec eo anno in Italia*, etc. *acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit.*

Malea superata, circa Scyllaeum agri Hermionici] *Malea* et *Scyllaeum* promontoria, *Hermione* oppidum est, omnia Peloponnesi. Stephanus, Strabo, Plinius, alii. SIG. Hearnius observat, promontorium Scyllaeum non *Hermionensibus*, sed *Troezeniis*, adscribere Scylacem in periplo p. 20. ed. Oxon. ad quem locum id jam occupavit Vossius. DUK. A Strabone tamen 8, 373. vocatur Σκύλλαιον τὸ ἐν τῇ Ἑρμιόνῃ. et 10, 484. Τὸ Ἑρμιονικὸν ἀκρωτήριον τὸ Σκύλλαιον. Secundum Eustath. etiam ad Dionys. Perieg. vers. 420. Σκύλλαιον est τόπος ἐν Ἑρμιόνῃ τῇ κατὰ Πελοπόννησον. V. eumdem ad Hom. Il. B. vers. 560. p. 217. [*Maleo superato* Bamb.]

§. 2. *Cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat*] Pall. duo *quae odio*; non *cui odio*, quod certe ego non capio. GEBH. *quae odio* etiam Lov. 2. 4. 6. et Harl. Vulgata lectio, quam Gebhardus non capiebat, etiam librarii non intellexerunt, quod eruditior esset; et hinc perperam mutarunt. *cui odio moderata erat, id omne effudit*, dictum est pro *effudit id omne odium, cui moderata erat.* Ita 21, 18, 10. *Vos enim, quod C. Lutatius consul primo nobiscum foedus icit, negastis*

Digitized by Google

quam ibi desunt linguae promtae ad plebem concitandam: quod genus, quum in omnibus liberis civitatibus, tum praecipue Athenis, ubi oratio pluri-
4 mum pollet, favore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt, plebesque scivit, *ut Philippi statuae, imagines omnes, nominaque earum, item majorum ejus virilis ac muliebris sexus omnium tollerentur, delerenturque: dies festi, sacra, sacerdotes, quae ipsius majorumve ejus honoris caussa instituta*
5 *essent, omnia profanarentur. Loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus caussa*

vos eo teneri. pro *negastis vos teneri eo foedere, quod icit nobiscum.* 24, 1, 9. *L. Atilio praefecto praesidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis.* pro *L. Atilio et militibus Romanis, qui cum eo erant, deductis.* 40, 20, 3. *Inquisitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium insimulasset sermonum.* ubi plura vide. *cui odia in Philippum per metum jam diu moderata erant* perperam Hearnii L. 1. [*in Philyppo* Bamb.] Mox *id omnem jam auxilii praesentis spem effudit* Voss. Forte *id omne jam in auxilii praesentis spem:* vel *id omne jam auxilii praesentis spe effudit.* Sed omnes reliqui codd. vulgatum defendunt, quibus cedo. [*spem effundit* Bamb. qui etiam *immoderata* a manu correctoris.]

§. 3. *Nec umquam ibi desunt linguae promtae ad plebem concitandam*] Demagogos designari putat Henr. Stephanus in Dicaearchi Sympractore p. 65. ed. Steph. DUK. *nec umquam ibi desunt promti* Mead. 2. Deinde *ad plebem incitandam* Gaertn.

§. 4. *Plebsque scivit*] Ita demum dedit ultima Gruteri, quod omnes postea diligenter servarunt. Priores Livium dedisse testantur *plebesque*, idque firmant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. Ea autem forma Livium saepissime hanc vocem extulisse, vidimus ad 1, 20, 6. pluribusque aliis locis. Quare id ipsi etiam hic restituimus.

Nominaque earum] Non satis intelligo, cur addatur *earum*. Nam, sublatis statuis imaginibusque, etiam nomina earum tollebantur. Propemodum credo, *earum* ab aliquo adsutum, et *nomina* esse ea, quae aliis operibus inscripta erant: nam hoc quoque factum fuisse, ex eo cognosci potest, quod paullo post dicit, *loca, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus caussa fuisset.* Ex his omnibus nomina Philippi eradi, quemadmodum statuas imaginesque tolli voluerunt; quod apud Romanos quoque non semel factum est. De diebus festis et sacris, honoris regum principumque caussa institutis, multa habet Spanhem. epist. 5. ad Morellum. DUK. Cl. Crevier. vel

Digitized by Google

fuisset, detestabilia esse, neque in iis quidquam post-
ea poni dedicarique placere eorum, quae in loco pu-
ro poni dedicarique fas esset. Sacerdotes publicos, 6
quotiescumque pro populo Atheniensi, sociisque, et
exercitibus, et classibus eorum precarentur, toties
detestari atque exsecrari Philippum, liberos ejus,
regnumque, terrestres navalesque copias, Maceda-
num genus omne nomenque. additum decreto, *Si* 7
quis quid postea, quod ad notam ignominiamque
Philippi pertineret, ferret, id omne populum Athe-
niensem jussurum: si quis contra ignominiam, prove 8

per *nominaque earum* intelligebat titulos statuis Philippi et imaginibus honoris ejus caussa inscriptos; vel, quum Victor. cod. legat *nominaque eorum*, lectione hac recepta, voces easdem hoc modo transponit: *imagines omnes, item majorum ejus virilis ac muliebris sexus omnium, nominaque eorum tollerentur.* intelligit autem nomina majorum Philippi, et ejus ipsius, ex omnibus monumentis publicis sublata: quod recte ipsi magis placet. Praeferrem tamen Cl. Dukeri conjecturam. [*virile ac muliebre secus* Bamb. sed *virilis ac muliebris sexus* a manu correctoris.] Mox *diesque festi, sacra, sacerdotes* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo. *diesque festi, sacra, sacerdotesque* Lov. 2. *dies festi, sacra, sacerdotesque* Harl. [*dies, sacra festi* (sic ad marginem jubetur scribi) *sacerdotesq; qui ipsius majorumque ejus honoris causa instituta essent* Bamb.]

§. 5. *Loca quoque, in quibus* etc. *detestabilia esse*] *detestabilia essent* Lov. 5. et edd. antt. ut scilicet conveniret praecedentibus *tollerentur, delerentur, profanarentur.* Froben. postea anno 1535. dedit *detestabilia esse*, qua forma sequuntur, *detestari, exsecrari*: et ita est in omnibus reliquis Mstis. Illa autem omnia pendent ab eo, quod mox sequitur, *placere.* Haec etiam diversitas constructionis, *scivit ut tollerentur* etc. *et placere loca detestabilia esse* etc. nulli displicere poterit, qui ad Livii stilum animadvertit. Plura exempla dabimus ad 39, 14, 9.

Neque in iis quidquam postea poni dedicarique placere eorum, quae in loco puro poni dedicarique fas esset] Haec sententia prius dimidia sui parte truncata fuit. GELEN. Ante Gelenium, cujus emendationem Froben. anno 1535. expressit, edebatur *neque in iis quidquam postea poni dedicarique fas esset*, mediis omissis ob vocum *poni dedicarique* repetitionem: de quo errore v. ad 9, 11, 11. Similiter peccatur in Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Mead. 2.

§. 6. *Sociisque, et exercitibus, et classibus eorum precarentur*] Pal. prior *sociisque, eorum exer-*

Digitized by Google

honore ejus dixisset, fecissetve, qui occidisset eum, jure caesurum. postremo inclusum, *Ut omnia, quae adversus Pisistratidas decreta quondam erant, ea-*
9 *dem in Philippo servarentur.* Athenienses quidem literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant.

1 XLV. Attalus Romanique, quum Piraeeum primo ab Hermione petissent, paucos ibi morati dies,
2 oneratique aeque inmodicis ad honores sociorum, atque in ira adversus hostem fuerant, Atheniensium

citibus, et classibus precarentur. Alter truncate *sociisque eorum precarentur.* GEBH. [*sociisque, exercitibus* Bamb.]

§. 7. *Additumque decreto*] Ita primum editum vidi ab Aldo ejusque adseclis usque ad Froben. qui anno 1535. priscam lectionem restituit. Sed Aldinam revocarunt Lugdunenses anno 1553. quae postea a Paris. anno 1573. recepta, et hinc per omnes omnino edd. recentiores propagata est. Primae edd. et hinc Frob. ediderunt *additum decreto* sine copula. Quod quum etiam tuentur omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. ita denuo vulgandi auctor fui. Mox *Si quid postea ad notam* etc. *pertineret, ferretur* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§. 8. *Qui occidisset eum, jure caesurum*] Pall. perperam scriptum continent *jure censurum.* GEBH. Similiter errant Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. [*ut omniaque adversus* Bamb.]

Eadem in Philippo servarentur] Pal. pr. *eadem Philippo servarentur.* Alter *eadem de Philippo servarentur.* GEBH. *eadem Philippo servarentur* Lov. 4. *eadem in Philippo pronunciarentur* Voss. *eadem in Philippo probarentur* Lov. 1. et 6. a m. 1.

§. 9. *Quibus solis valent*] Henr. Stephanus in Dicaearchi Sympractore p. 65. ed. Steph. mavult *quibus solis tum valebant.* Nihil mutandum videtur. Non tum solum, sed semper lingua plus valere, quam armis, et promtiores ad dicendum, quam ad res gerendas esse existimati sunt: quo nomine etiam Demosthenes eos notavit. V. Victor. 9. Var. lect. 16. DUKER.

§. 2. *Ac quae in iram adversus hostem fuerant*] Aliquid hic scabri. Videtur sermo Latinus exigere, *atque in ira*, si verbum referas ad *τὸ decretis.* Aut *quae in ira adversus hostem fecerant*, si ad *τὸ Atheniensium.* Et solent haec verba inter se mutari. Apud Phaedrum fabula 74. legitur:

Canes (confusus subito quod fuerat fragor)

quum legendum sit:

Canes confusos subitus fecerat fragor.
Repente odorem.

Digitized by Google

decretis, navigant a Piraeeo Andrum. et quum in 3
portu, quem Gaureleon vocant, constitissent, missis,
qui tentarent oppidanorum animos, si voluntate tra-
dere urbem, quam vim experiri, mallent; postquam 4
praesidio regio arcem teneri, nec se potestatis suae
esse respondebant; expositis copiis, omnique ad-
paratu urbium obpugnandarum, diversis partibus
rex et legatus Romanus ad urbem subeunt. Plus ali- 5
quanto Graecos Romana signa armaque non ante
visa animique militum, tam promte succedentium

vel:

Canes (confusos subitus fecerat fragor)
Repente odorem.

Confusos est perturbatos. Possis etiam *ac quae ira adversus hostem fecerat, Atheniensium decretis.* Ut 34, [6, 16.] *Legem illam scripsisse inopiam civitatis.* J. FR. GRON. *Fui* et *Feci* saepe in scriptis commutari, infra videbimus ad 40, 50, 5. Similiter *futurus* et *facturus*, ut probavimus ad 32, 8, 15. Nihilominus praeferenda est prima Gronovii conjectura *atque in ira adversus hostem fuerant.* In nullo enim cod. *fecerant*, quum contra *atque in iram* legant Lov. 2. 4. et Gaertn. *ac quae in ira* Lov. 1. Harl. et Mead. ambo. *atque in ira*, ut Gronov. conjecit, Voss. Lov. 6. a m. 2. et Victor. apud Crevier. quorum fide lectionem hanc recepi. Mox *navigarent* Lov. 2. Mead. uterque, et Gaertn. *navigaverunt* Lov. 1. *navigarunt* Voss. Lov. 4. 5. 6. et priscae edd. pro quo Froben. anno 1535. substituit *navigant.*

§. 3. *Quem Gaureleon vocant*] *Gaurelon* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii N. *Garulon* ejusdem L. 1. [*Caurelon* Bamb.] Γαύριον τῆς Ἀνδρίας Χώρας memoratur Xenoph. 1. Hist. Graec. p. 440.

§. 4. *Omnique adparatu urbium expugnandarum*] Pall. et antiqua ed. *apparatuque omni urbium oppugnandarum.* GEBHARD. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 5. et Mead. 1. [Bamb.] cum edd. ante Aldum, qui subposuit *omnique apparatu urbium expugnandarum* uno consentiente Gaertn. *apparatuque omnium urbium oppugnandarum* Mead. 2. *apparatuque omni urbium expugnandarum* Lov. 2. et Harl. *apparatuque urbium omni expugnandarum* Lov. 6. Id, quod nunc vulgo exstat, est a Gronov.

§. 5. *Animique militum, tam promte succedentium muro, terruere*] Non insuperbabendum, quod est in Voss. et apud Andream *succedentium muros.* Ut 7, [12. 3.] *Utrimque aciem subeuntium jam muros aggrediuntur.* 22, [28, 12.] *Prima levis armatura Romanorum praeoccupatum inferiore loco succedens tumulum.* 27, [18, 13.] *Adsuetudine succedendi muros et pertinacia animi subierunt primi.* J. FR. GRON. Verbum *succedere* hoc sensu saepe cum casu

Digitized by Google

6 muros, terruere. Itaque fuga extemplo in arcem facta est: urbe hostes potiti. et in arce quum biduum loci se magis, quam armorum, fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi praesidiumque, ut cum singulis vestimentis Delium Boeotiae transveheren-
7 tur. Ea ab Romanis regi Attalo concessa: praedam ornamentaque urbis ipsi avexerunt. Attalus, ne desertam

tertio construitur, etiam apud Livium. Exempla v. 9, 14, 9. et 31, 13. et 27, 42, 11. Ea tamen lectio hic servari nequit, quum nata sit ex ed. Ascensii anni 1510. et debeatur vel ejus ingenio, vel operarum aberrationi. Certe omnes priores edd. omnes scripti mei, unusque Crevierii, cum Hearnii L. 1. et N. constanter *muros*. Ita 38, 9, 7. *Id quum per conloquia principum succedens murum parum proficeret*. Ubi plura vide. Eam igitur lectionem recepi. Praeterea vocem *militum*, quae a Lov. 5. et prioribus edd. exsulat, primus admisit Aldus; qui etiam paullo ante edidit *signa armaque*, quum *arma signaque* legerent priores, adsentientibus Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. utroque. [Bamb.]

§. 6. *Urbe hostes potiti*] *urbes* Voss. et Lov. 1. Sed vulgatum non damno. Quamvis enim ita scriptores interdum loquantur, ut docuerunt Sanctius 3. Minerv. 3. p. 369. et viri docti ad Nepot. Eumen. 3. non alibi tamen Livius huic verbo junxit nisi casum sextum, vel interdum etiam secundum, ut docui ad 25, 14, 5.

Delium Boeotiae] Steph. Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Ταναγρᾳ, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. SIG. V. ad 35, 51, 1.

§. 7. *Ea ab Romanis regi Attalo concessa: praedam ornamentaque urbis ipsi avexerunt*] Pal. prior, *Et a Romanis regi Attalo concessa praeda, ornamentaque urbis ipsi auxerant*. Alter *Et ab Romanis regi Attalo concessa praeda, ornamenta urbis ipsi hauserant*. GEBH. *Et a*, vel *ab Romanis regi Attalo concessa praeda, ornamentaque urbis ipsi auxerant* Voss. Lov. 4. 5. 6. *Et ab Romanis regi Attalo concessa praeda* Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1535. *Et ab Romanis regi Attalo concessam praedam* Gaertn. *Ea ab Romanis regi Attalo concessa praeda* Harl. *Ab Romanis regi Attalo concessa praeda* Lov. 2. Deinde *auxerant* Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn. *avexerant* Harl. et Mead. 2. Sed lectio, quam Froben. restituit, genuina est.

§. 8. *Qui ex pacto transvecti eo fuerant*] *trajecti* Lov. 5. et edd. ante Aldum. De locutione *trajicere aliquem* v. ad 2, 11, 2. Hic tamen *transvecti*, quod reliqui servant, verius esse puto. Solent autem hae voces a librariis commutari. V. ad 24, 21, 7. et 32, 6, 1. Similiter *adjectus* et *advectus*. V. ad 22, 22, 1. *circumjectus* et *circumvectus*. V. ad 36, 9, 12. *conjectus* et *convectus*. V. 10, 29, 18. *dejectus* et *devectus*. V. ad 29,

Digitized by Google

sertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. postea et ab Delio, qui ex pacto transvecti eo 8
fuerant, promissis regis, quum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos, revocati. Ab Andro Cythnum trajecerunt. ibi dies ali- 9
quot obpugnanda urbe nequidquam absumti: et, quia vix operae pretium erat, abscessere. Ad Prasias (con- 10

31, 11. *injectus* et *invectus*. V. ad 9, 40, 14. *subjectus* et *subvectus*. V. ad 6, 24, 5. *jactus* et *vectus*. V. Pier. ad Virg. 1. Aen. 376. et 2, 24.

Quum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos] Lege *faciles ad credendum*. J. FR. GRON. Omnes codd. τὸ *facilius* tuentur. In quo quum commodus sensus sit, illis invitis nihil mutandum puto. Supra 1, 51, 7. *Eunt inclinatis ad credendum animis*. Cic. de Senect. 6. *Quum sententia senatus inclinaret ad pacem et foedus faciendum cum Pyrrho*. 12. ad Att. 29. *Ecquid inclinent ad hoc meum consilium adjuvandum*.

§. 9. *Ab Andro Scyrum trajecerunt*] *Cythnum* lege. Idem error, qui supra. GELEN. Has insulas supra [c. 15.] Philippi teneri praesidio dixit, propterea nunc a Romanis vexantur. SIG. *Scyrum* est a Moguntinis; qui ita etiam perperam supra ediderunt c. 15, 8. Priores dederant *Cydnum*, quod superest in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii N. [Bamb.] *Cythnum* habuisse videntur Voss. et Lov. 1.

§. 10. *Ad Prasias* (*continentis Tanticeris locus est*)] Qui *Tanticeris*, pro *Atticae is locus est*, scripsit, non legit apud Strab. [9, 399.] unum ex maritimis Atticae demis esse, ad Euboeam versum. GELEN. *Prasiarum*, populi Atticae, meminere Pausan. [in Attic. 31.] et Stephanus, aliique plures. At hoc in loco non video, quo pacto ea profectio intelligi possit, si *Prasias* legerimus. Vide, num legendum *abcessere Phalassiam* (*continentis Euboeae is locus est.*) Nam *Phalassiam* Ptolemaeus [3, 15.] in Euboeae orientali latere e regione Scyri ponit, Nec *continentis* simpliciter dixit, sed *Euboeae*; et postea, peracta navigatione, dicturus est [hoc cap.] *Euboeam repetunt*. Fieri etiam potuit, ut in Romana historia ex locorum ignorantia is error inciderit. GLAR. Iccirco ita ait, quia, ut ait Stephanus, alterum hujus nominis oppidulum est in Peloponneso, Πρασίαι, δῆμος Ἀθήνησι Πανδιονίδος φυλῆς. ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temere *Phalassiam* emendat. † „Glareanus regionis „situm declarat, de aliis dubi„tat.“ †. SIG. *Tanticeis*, pro *Atticae is*, Voss. Lov. 1. 2. 4 6. Harl. et Mead. 1. *Tanciteis* Mead. 2. et Gaertn. *Tanticeris* cum vett. edd. solus Lov. 5. Sed veram lectionem Gelenius restituit: post quem depravatae adhaerere, ac vitiosam interpunctionem sequi

Digitized by Google

tinentis Atticae is locus est) Issaeorum viginti lembi classi Romanorum adjuncti sunt. ii missi ad populandos Carystiorum agros. cetera classis Geraestum, nobilem Euboeae portum, dum a Garysto Issaei redi-
11 rent, tenuit. Inde omnes, velis in altum datis, maris medio praeter Scyrum insulam Icum pervenere.
12 ibi paucos dies, saeviente Borea, retenti; ubi prima tranquillitas data est, Sciathum trajecere, va-
13 statam urbem direptamque nuper a Philippo. Per agros palati milites frumentum, et si qua alia usui esse ad vescendum poterant, ad naves retulere. praedae nec erat quidquam, nec meruerant Graeci, cur

Glareanus non debuerat. Vana etiam ejus conjectura est; vanior ratio, qua eam adstruit ex verbis ultimis hujus cap. Medio enim loco Livius refert, classem tenuisse Geraestum, nobilem Euboeae portum. Non mirum igitur, in fine cap. post enarratam omnem expeditionem maritimam addi, *Euboeam repetunt*.

Issaeorum viginti lembi] Issa una est oppidum in Lesbo insula, altera ipsa est insula ad Illyrium, de qua Polyb. l. 2. et Stephan. de qua nunc Livius. SIG. *Yssiacorum* perperam Voss. et Lov. 1.

Geraestum] Pall. *Gerestrum*. GEBH. Ita etiam peccatur in Lov. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn. *Gerestium* est in Hearnii L. 1. [*Coerestum* Bamb. mox *ab Carysto*.]

§. 11. *Praeter Scyrum insulam Icum pervenere*] *Icus* insula una ex Cycladibus, Euboeae adhaerens. Stephanus. SIG. Strabo l. 9. [436.] *Πρόκειντται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκιαθός τε καὶ Πεπάρηθος, καὶ Ἰκός, Ἀλόννησός τε καὶ Σκῦρος*. J. FR. GRON. *Itum* Voss. et Lov. 1. *Isitum* Lov. 6. *Hicuam* Mead. 2. *Teum* quaedam edd. [*mari medio* Bamb.]

§. 12. *Ubi prima tranquillitas data est*] Sic 25, 27, 10. *Ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursurae*. DUKER. Vox *prima* perperam deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*Sciatum* Bamb.] Mox *direptamque a Philippo* Harl. *direptamque Philippo nuper* Voss.

§. 14. *Inde Cassandream petentes, primo ad Mendium*, etc. *tenuere*] Quidam *Mendin* emendarunt. at *Mendam* locum ad Potidaeam, quae postea Cassandrea dicta est, tum Herodotus l. 7, [123.] tum Thucydides l. 4, [123. et alibi.] commemorant, et Plinius item 4, 10. Quod vero continuo subjungit Livius, *Inde cum superato promontorio ad ipsa moenia urbis circumagere classem vellent*, Canastraeum intelligo, (quod Cassandream in citeriore latere ponat Ptolemaeus) id quidam corrupte *Canastrum*

Digitized by Google

diriperentur. Inde Cassandream petentes, primo ad 14
Mendin, maritimum civitatis ejus vicum, tenuere. inde quum, superato promontorio, ad ipsa moenia urbis circumagere classem vellent, saeva coorta tempestate, prope obruti fluctibus, dispersi, magna ex parte amissis armamentis, in terram effugerunt. Omen 15
quoque ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. nam, conlectis in unum navibus, expositisque copiis, adgressi urbem, cum multis vulneribus repulsi, (et erat validum ibi regium praesidium) irrito incepto regressi Canastraeum Pallenes trajecere. inde, superato Toronae promontorio, navigantes

scribunt. At quae deinde dicit *Irrito incepto regressi Canastraeum Pallenes trajecere*, aut corrupta sunt, ut ego puto, aut Livio vel non bene nota, vel indiligenter descripta. Illud etiam *ad* cur appositum sit, non equidem video, cum *Mendam tenuere* melius intelligatur. GLAR. Stephanus *Κασάνδρεια πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θράκῃ*. Item, *Μένδη πόλις Θράκης, Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησιν*. SIG. Praepositionem *ad*, quam Glareanus deletam volebat, omiserunt Voss. Lov. 6. a m. 1. et Crevierii Victorin. Eamdem tamen, quae in reliquis codd. superest, defendit etiam Gronov. ad Livii 24, 3, 9. Locutionem inlustravit quoque Jac. Gronov. ad 1, 1, 4. Deinde *Mendeum* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [*Memdaeum* Bamb.] *Menedeum* Lov. 6. *Medeum* Lov. 2. *Mendum* Mead. 2. *Mendium* Lov. 5. et edd. ante Mogunt. quae *Medin* emendat. quomodo acque ac *Mendam*, quod Glarean. substituit, vocari ex Stephano, quem Sigon. laudavit, constat. Perperam autem Glareanus verba Livii *ad ipsa moenia urbis* intelligit de *Canastraeo*, quo nomine non urbs, sed promontorium fuit. Accipienda igitur sunt de urbe *Cassandrea*. Eam classis petebat; sed primo tenuit ad Mendin, mox ad ipsam urbem, nempe Cassandream, accedere voluit. Mox *circumagere classem*, omissa voce *vellent*, Voss. et Lov. 6. a m. 1. *circumagerent classem* Lov. 1.

§. 15. *Canastrum Pallenes trajecere*] Canastrum promontorium, reliqua oppida Thraciae sunt: itemque, qui sequitur, Acanthus, Stephanus. SIGON. *Anastraum* Lov. 2. *Anestreum* Harl. *Cananastrum* Gaertner. *Castaneum* Lov. 5. *Cancisoceum* Hearnii L. 1. *Canastra eum* ejusdem N. *Canastreum* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et edd. antt. [*ad Canastraeum* Bamb.] Omnium codd. vestigia eo ducunt, ut credamus, *Canastraeum* esse a manu Livii, qui etiam infra *Canastraeum promontorium* memo-

Digitized by Google

16 Acanthum petiere. Ibi primo ager vastatus, deinde ipsa urbs vi capta ac direpta. nec ultra progressi (jam enim et graves praeda naves habebant) retro, unde venerant, Sciathum, et ab Sciatho Euboeam repetunt.

1 XLVI. Ibi relicta classe, decem navibus expeditis sinum Maliacum intravere, ad conloquendum 2 cum Aetolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhicas Aetolus princeps legationis ejus fuit, quae ad communicanda consilia Heracleam cum rege et cum Ro- 3 mano legato venit. Petitum ex foedere ab Attalo est, ut mille milites praestaret. tantum enim numerum bellum gerentibus adversus Philippum debebat.

rat 44, 11, 3. Et ita etiam scribendum conjecit Cl. Wasse ad Thucyd. 4, 110. *Κάναστρον* tamen hoc promontorium vocari, ejusque gentile formari *Καναστραῖος*, docet Steph. Byz. ea voce. Addit autem, gentile obstare, ne verum videatur, promontorium *Καναστραῖον* dictum esse, nisi forte hic exceptio sit a regula, ut in paucis aliis. Sed viri docti ad eum locum observant, apud scriptores *Καναστραῖον* et *Canastraeum* pro promontorio usurpari, idque dici potuisse per ellipsin *τοῦ ἄκρον* ac *promontorium*; quare hic codicum vestigia secutus sum. Deinde *Pallanes* Lov. 2. *Pallantes* Mead. 2. et Gaertn. *Palenes* Hearnii L. 1. Mox *Coronae promontorio* codd. omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] cum edd. antiquis, pro quo Moguntinus, Aldus, et eos secuti *Coroneae*, Frob. anno 1531. *Toronae* substituerunt. Et recte. Intelligitur enim unum eorum promontorium, quae finiunt sinum, ad quem sita est urbs Torone, et quidem forte, quod vocabatur Derris. [*Achantum* Bamb.]

§. 16. *Vi capta ac direpta*] *atque direpta* Lov. 5. et edd. principes. *ac dirupta* Mead. 1. et Gaertn. V. ad 39, 30, 5. *ac diruta* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. V. ad Epit. Liv. 79. Mox *τὸ enim* exsulat a Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. [*Euboaeam* Bamb.]

§. 1. *Signum Maliacum intravere*] Perspicue patet, *sinum* legi oportere. Verum quia plures sic habent, idcirco lector obiter admonendus fuit. SABELL. *Μαλιακὸν κόλπον* Graeci appellant. SIGON.

§. 2. *Sipyrrhicas Aetolus princeps legationis ejus fuit, qui*] Pall. *Sipurichas*. Antiqua ed. *Sipyrricas*. GEBH. Male in recentissimis erat omissum *τὸ ejus*: sed etiam scribe *quae ad communicanda*. Ut referatur ad legationem. J. FR. GRON. Illud *ejus* omiserat ultima Gruteri ed.

Digitized by Google

Id negatum Aetolis: quod illi quoque gravati prius 4
essent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore, Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere eum inde respectu rerum suarum potuissent. Ita Aetoli cum spe magis, Romanis om- 5
nia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi. Apustius cum Attalo ad classem rediit. Inde consultari de Oreo obpugnando coeptum. Valida ea civitas et 6
moenibus, et, quia ante fuerat tentata, firmo erat praesidio. Conjunxerant se iis post expugnationem Andri cum praefecto Agesimbroto viginti Rhodiae naves, tectae omnes. eam classem in stationem ad 7
Zelasium miserunt, (Isthmiae id super Demetriadem

Omnes codd. id servant, at quidam transponunt. Nam *ejus legationis* est in Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Deinde *qui* uno consensu habent omnes scripti. [*Pyrrihas* et *qi ad communicanda* Bamb.]

Heracleam etc. *venit*] Innumerae sunt hujus nominis urbes. Haec in Thessalia ad sinum Maliacum est. SIGON.

§. 5. *Inde consultari de Oreo obpugnando coeptum*] Pall. *Inde excitari*. GEBH. Sensus constat; sed manus Livii quaeritur. Liber Thuan. *Inde excitari*. Quod haud dubie innuit *Inde agitari*. 6, 1, 11. *Tum de diebus religiosis agitari coeptum*. 9, 35, 8. *Tum de persequendo hoste agitari coeptum*. 10, 21, 7. *Tum de praesidio regionis agitari coeptum*. 22, 43, 7. *Tum de insequendo eo consilio agitari coepta*. Et passim. JAC. GRON. *Inde exortari* Voss. *Inde exercitari* Hearnii L. 1. *Inde excitari* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. ad quorum codicum lectionem magis accedit Gronovii *agitari*, quam vulgatum *consultari*. Verbum id eo sensu Livio frequens. 2, 32, 2. *Agitatum dicitur de consulum caede*. 4, 13, 4. *De regno agitare*. 9, 29, 4. *De inferendo bello agitat*. 21, 26, 5. *De Rhodani quoque transitu agitare animadvertit*. 22, 43, 4. *De fuga in Galliam dicitur agitasse*. 40, 21, 1. *Quidquam a se agitari de Romano bello*. [*redit*. *Inde agitari* Bamb.]

§. 6. *Post expugnationem Andri*] Pall. *Mandrii*. Idem statim *cum praefecto Agesimbro*. GEBHARD. *Mandri* Lov. 2. prima litera perperam ex fine praecedentis adsumta. V. ad 37, 29, 8. Alii ulterius corruperunt. *Mandrii* dederunt Lov. 4. 5. et Mead. 1. *Mandrei* Gaertn. *Mandirii* Lov. 1. 6. et Voss. Deinde *Hagesimbro* Hearnii N. [Bamb.] *Agesibro* ejusdem L. 1. *Agesimbro* omnes mei, et antt. edd. pro quo *Agesimbroto* dedit Frob. anno

Digitized by Google

promontorium est peropportune objectum) ut, si quid inde moverent Macedonum naves, in praesidio
8 essent. Heraclides praefectus regius classem ibi tenebat, magis per occasionem, si quam neglegentia hostium dedisset, quam aperta vi quidquam ausurus.
9 Oreum diversi Romani et rex Attalus obpugnabant: Romani a maritima arce, regii adversus vallem inter duas jacentem arces, qua et muro intersepta
10 urbs est. et ut loca diversa, sic dispari modo etiam

1531. quomodo multi codd. et cap. seq. et alibi praeferunt. [*post*, *ea oppugnationem Andrii* Bamb.]

§. 7. *Ad Zelasium miserunt*, (*Isthmiae id super Demetriadem*] Mirum, neminem authorem Zelasii meminisse, quod equidem sciam. Ptolemaeus [3, 13.] *Posidium* promontorium ponit inter Demetriadem ac Euboeam, in qua Oreus est, quod legere malim: quamquam *super Demetriadem* suo modo intelligendum. Illud autem *Isthmiae* corruptum suspicor. Quare inspiciendi omnino vetusti codices sunt. GLAR. Ant. ed. et Pal. pr. *ad Gelasium*. Amplius Pal. pr. *Hysinie id super Demeriadem est peropportune obtectum*. Alter *ad Zelasium miserunt*. *Id super Demetriadem est oportune obtectum*. GEBH. Glareanus *Posidium*. Sed quaesivit in Thessalia, quae in Euboea quaerenda erant. Scribo *ad Phalasiam miserunt*, (*Istiaeae id.*) Nam Ptolemaeo [3, 15] Ὠρεὸς, Φαλασία ἄκρα, Δίον ἄκρον. *Istiaeae* Straboni τῆς Ἰστιαιώτιδος. l. 10, [445.] Χωρίον ἐν τῇ Ὠρίᾳ καλουμένῃ τῆς Ἰστιαιώτιδος. Quare possis suspicari *Istiaeotidis super Demetriadem*. Etenim Ἴστια etiam πόλις Εὐβοίας Stephano, et coalult cum Oreo, ut iidem Ἰστιαιεῖς, qui Ὠρεῖται, teste Strabone. Qui tamen mox [p. 446.] ut de diversis loquitur: Ἐπεὶ δ' ἡ Ἑλλοπία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἰστιαίας καὶ τοῦ Ὠρεοῦ προσηγάγετο ἡμᾶς ποήσασθαι, τὰ συνεχῆ λέγωμεν τοῖς τόποις τούτοις. Pausanias l. 7, [7.] Εὐβοέων Ἑστιαίαν πόλιν. *super Demetriadem* est e regione Demetriadis in alto mari. J. FR. GRON. *ad Celaxium miserunt* Hearnii L. 1. *ad Elasium miserunt* ejusdem N. *ad Zeulasium miserunt* Lov. 6. Voces *Zelasium miserunt*, quas reliqui codd. servant, omiserunt Voss. et Lov. 1. Deinde *Hysinie ad super* Lov. 4. *Ismie id super* Lov. 5. *ad Histime id super* Lov. 6. *Ystinie id super* Hearnii L. 1. *Yshinie id super* Mead. 1. *His bime id supra* Mead. 2. *Istimae id super* Harl. [*Pthiniae* Bamb.] Nihil propius video, quam ut cum Gronov. legamus *Phalasiam miserunt* (*Istiaeotidis super Demetriadem*. In simili enim parenthesi pronomen demonstrativum saepe additur, saepe etiam omittitur. V. infra ad 40, 57, 3. De *Phalasia* et *Istiaea* v. Cellar. 2. Geogr. ant. 14, 811. et 812.

§. 9. *Regii adversus vallem inter duas jacentem arces*] Id est, e regione istius vallis. Supra

Digitized by Google

obpugnabant: Romani testudinibus, et vineis, et ariete admovendo muris: regii balliſtis, catapultisque, et alio omni genere tormentorum tela ingerentes. et pondere ingenti saxa jaciebant, et cuniculos, et quidquid aliud priore obpugnatione expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones, 11
quam ante, tuebantur urbem arcesque, sed etiam praesentioribus animis, et, castigationibus regis in admissa culpa, simul minarum, simul promissionum

7, 14, 9. *Ut adversus montes consisteret hostis.* ubi alia vide. 24, 49, 5. *Extremi prope oceanum adversus Gades colunt.* 32, 33, 6. *Regio est continentis adversus insulam.* 43, 16, 4. *Parietem in Sacra via adversus aedes publicas demoliri jusserant.* Paullo ante *Eraclitus*, pro *Heraclides*, Mead. 2. Malc. V. ad c. 33, 2.

Qua et muro intersepta urbs est] *intersepita* Voss. quod et voluit scriba Lov. 1. qui tamen corruptius *intersopita* dedit. V. ad 44, 39, 3.

§. 10. *Et cuniculos, et quidquid aliud*] His verbis asteriscum apposuit Aldus: nec enim *jaci* dicuntur cuniculi, sed *agi*. Suspicor superesse *τὸ jaciebant*, et scripsisse Livium: *regii balistis catapultisque, et alio omni genere tormentorum tela ingerentes et pondere ingenti saxa, et cuniculis.* Nisi potius: *tela ingerentes (et pondere ingenti saxa jaciebant) et cuniculis et quicquid.* J. FR. GRON. Si alterutra conjecturarum Gronovii probanda est, merito priori praeferenda est posterior; tum quia minus a vulgato abit, tantum quia minus a vulgato abit, tantum *cuniculos* in *cuniculis* mutans, tum quia simili parenthesi saepius Livius usus est. V. ad 27, 1, 2. Verum non tantum *jaciebant* constanter superest in omnibus Mstis, verum iidem etiam tuentur *cuniculos*. Vide igitur, an potius Livius ad duas res designandas uno tantum usus sit verbo, quod alterutri conveniat, ita ut commodum aliud ad alterum subintelligendum sit. Ergo *saxa jaciebant*, *et cuniculos* nempe agebant: quod etiam Cl. Crevierio in mentem venit. Alia exempla v. ad 40, 42, 12. [*Romanus testudinibus* Bamb.]

§. 11. *Tuebantur urbem, sed etiam*] Pall. *Caeterum non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbes arcesque.* GEBH. Meliores scripti: *Caeterum non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbem arcesque.* Habebat enim Oreum duas arces, ut constat ex superioribus. Alii alludentes *arcem regesque.* J. FR. GRON. Vulgatum servant Lov. 2. 5. 6. a m. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *tuebantur urbs regesque* est in Voss. *tuebantur urbes regesque* in Hearnii L. 1. *tuebantur urbem regesque* Lov. 1. et 6. a m. 1. *tuebantur urbem arcesque* Lov. 3. et Hearnii N. *tuebantur urbes arcesque regesque*, duplici lectione juncta, Lov. 4. De duplici arce Orei v. etiam Liv. 28, 6, 2.

Digitized by Google

in futurum memores, ita ut parum in expugnatione
12 celeri spei esset. Interim et aliud agi posse ratus legatus, relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, militibus, trajicit in proxima continentis: Larissamque (non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremasten vocant) subito adven-
13 tu, praeter arcem, cepit. Attalus quoque Aegeleon, nihil minus quam tale quidquam in alterius obpu-
14 gnatione urbis timentibus, obpressit. Et jam quum opera in effectu erant circa Oreum, tum praesidium,

Et castigationibus regis in admissa culpa, et simul minarum, simul promissionum] Quid est *tuebantur urbem castigationibus*? aut Macedones *praesentioribus animis et castigationibus*. Scribe, *et castigationis regiae in admissa culpa simul minarum, simul promissionum in futurum memores*. Quum peccassent antea, Philippus eos sermonibus ita castigavit, ut partim minis, si culpam iterarent, partim pollicitis, si fortiter facerent, ageret. Hujus castigationis memores illos dicit. V. supra 1. 28, 8. J. FR. GRON. *regis* pro *regis*, vel *regiis*, saepe librarios dedisse, infra videbimus ad 32, 6, 6. Lenior tamen multo erit emendatio Gronovii, si, *regis* et particula *et* post vocem *culpa* servatis, tantum *castigationibus* mutemus in *castigationis*. Hunc enim errorem innumeris locis in membranis Livianis committi, vidimus ad 22, 8, 7. Memores erant et castigationis regis, et simul minarum simul promissionum, sive et partim minarum, partim promissionum, castigationibus his propositarum. *castigatio regis*, qua ipsos castigarat. Ut 36, 9, 12. *Revocati deinde castigationibus principum ad perseverandum in proposito*. Verum nec *castigationibus*, quod in omnibus membranis exstat, mutari necesse est. Sola tantum particula *et* post vocem *culpa*, quam etiam praeeuntibus Lov. 2. Harl. et Mead. 2. omisi, expuncta, legendum puto *et castigationibus regis in admissa culpa simul minarum simul promissionum in futurum memores*. Macedones, qui urbem arcesque tuebantur, non tantum nunc plures, quam ante, erant, sed etiam praesentioribus animis, et insuper simul minarum simul promissionum castigationibus, sive propter castigationes, regis memores. Idem sibi placuisse etiam Cl. Dukerus monuit. Doujatius legebat *ex castigationibus regis in admissa culpa et simul minarum et promissionum in futurum memores*. Ita jungendum erit *praesentioribus animis ex castigationibus regis in admissa culpa*. Verum omnes iterum codd. *et castigationibus* tuentur. [*et simul minarum* Bamb. tum *memores*. *Itaque cum praeter spem tempus ibi traheretur, plusque in obsidione et in operibus quam in oppugnatione celeri spei esset: interim* idem.]

Digitized by Google

quod intus erat, labore assiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque, et vulneribus confectum. Muri 15
quoque pars, ariete incusso subruta, multis jam locis prociderat: perque apertum ruina iter nocte Romani, quodque super portum est, in arcem perruperunt. Attalus luce prima, signo ex arce dato ab 16
Romanis, et ipse urbem invasit, stratis magna ex parte muris: praesidium oppidanique in alteram arcem perfugere, unde biduo post deditio facta. urbs regi, captiva corpora Romanis cessere.

§. 12. *Relictis, quod satis videbatur, ad opera perficienda, trajicit*] Non moverem, si scirem, qua auctoritate vel Gryphius vel Curio desecuissent post *perficienda* vocem *militibus*, quam habent veteres libri. Scribe, *relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, militibus, trajicit* J. FR. GRON. Non dubito, quin male omissum sit *militibus*. Sed *quod satis videbatur* puto ita accipi posse, *quod militum*, vel *eorum*, satis videbatur ad opera perficienda: in quo *quod* idem est ac *quantum*, ut saepe. V. Perizon. ad Sanctii Minerv. 3, 6, 1. et 4, 4, 77. et Burmann. ad Ovidii 8. Her. 5. Adde ad Livii 24, 40, 5. DUK. Priscae edd. legunt *relictis, quod satis videbatur ad opera perficienda, militibus:* quod meorum unus Lov. 5. et Hearnii N. exhibent. Primus autem neque Gryphius, neque Curio, sed Froben. anno 1535. vocem *militibus* omisit, forte ex auctoritate Gelenii, quem ad dictionem illam expungendam codices sui permovisse videntur. Certe deest etiam in meis Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum quidam *quo satis videbantur*, alii *quod satis videbantur*, alii *quot satis videbantur* legunt, sed *quae satis videbantur* Hearnii L. 1. An igitur legendum *relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, trajicit?*

Sed alteram, quam Cremasten vocant] Strabo l. 9, [435.] *Κρεμαστὴν Λάρισσαν* vocat, interpres vertit, *Pensilem*. GLAR. Ptolemaeus [3, 13.] et Stephanus *Κρεμαστὴν Λάρισσαν* hanc Pelasgiorum esse tradunt. SIGON.

§. 13. *Aegeleon, nihil minus* etc. *timentibus, obpressit*] Aegeleon haud scio in continentene, an in insula Euboea locum dicere velit. nemo certe, quod meminerim, uspiam eum ponit. GLAR. *Aegelon* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *Aecalon* Lov. 1. *Egelzon* Lov. 2. *Aegelexon* Hearnii L. 1. *Ageleon* Mead. 2. [*Egeleon* Bamb.] Ceterum male structam locutionem existimans Cl. Crevierius scribendum conjicit *Aegeleon, nihil minus* etc. *timentes*. De locutione hac *Aegeleon timentes* v. ad 38, 29, 9. Codices *timentibus* servant.

§. 15. *Quodque super portum est, in arcem perruperunt*] *quod super portum est* Lov. 2. 6. a m.

Digitized by Google

1 XLVII. Jam autumnale aequinoctium instabat: et est sinus Euboïcus, quem Coela vocant, suspectus nautis. itaque, ante hiemales motus evadere inde cupientes, Piraeeum, unde profecti ad bellum
2 erant, repetunt. Apustius, triginta navibus ibi relictis, super Maleam navigat Corcyram. Regem spatium Initiorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit. secundum Initia et ipse in Asiam se recepit, Age-
3 simbroto et Rhodiis domum remissis. Haec ea aestate terra marique adversus Philippum sociosque ejus a consule et legato Romanis, adjuvantibus rege At-

1. et Voss. [Bamb.] Deinde *proruperunt* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. principes, pro quo recte jam Ven. anni 1498. *perruperunt*. V. ad 9, 43, 15. *perrumpunt* Mead. 2. et Gaertn. [*in arcem alteram* Bamb.]

§. 1. *Sinus Euboïcus, quem Coela vocant*] Pall. *sinus Eubocinus, quem Coera vocant*. GEBHARD. De Coelis Euboeae obscuram esse multis quaestionem, seque aliquando pluribus de iis quaesiturum, scribit Casaub. ad Strab. 10, 445. An promissum praestiterit, non scio. Loca Euripidis in Troad. vers. 84. Dion. Chrys. Orat. 7. Philostr. in vita Apollonii 1, 24. 3, 23. et Heroïc. 10, 11. Lucani 5, 195. 230. seqq. et aliorum de iis collegerunt Leopard. 13. Emend. 21. Ortelius in Thes. Geogr. et Interpretes Philostrati ac Valerii Max. 1, 8, 10. *Sinum Euboïcum*, itidem ut Livius, vocat Orosius 6, 15. Euripid. *κοῖλον Εὐβοίας μυχόν*, de naufragio Graecorum ad Capharea in reditu a Troja loquens; nam circa hunc proprie fuisse, quae *τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας*, et *κοίλη Εὐβοια* dicebantur, ex Dione et Philostr. in Heroïc. patet. Et sic diserte ad hunc laudatus ab Oleario Tzetzes ad Lycophr. vers. 384. *ἤφε φρυκτὸν περὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας, καὶ ὃν ἂν ἐιπομεν Καφηρέα*. Strabo l. 10. in princ. auctor est *Εὐβοίας τὰ κοῖλα* vocari *τὰ μεταξὺ Αὐλίδος* (Boeotiae) et *τῶν περὶ Γεραιστὸν* (Euboeae) *τόπων*. Hoc non placet Casaub. qui pro *τὰ μεταξὺ Αὐλίδος* ex Epitome Strab. *τὰ μεταξὺ Καφαρέως* legit. Sed *Αὐλίδος* fortassis defendi potest: nam latius productam fuisse hanc appellationem, ex Valer. Max. Lucano, Philostrato vita Apollon. 1, 24. et iis, quae ibi adnotavit Olearius, intelligi potest. Credo tamen recte sentire Casaub. quia, si *Αὐλίδος* scripsisset Strabo, *Capharea* potius, quam *Geraestum*, nominaturus fuisse videtur. DÜK. *sinus Euboeus* Lov. 2. et 6. *sinus Euboenius* Gaertner. *sinus Eubocius* Voss. et Lov. 1. *sinus Eubocinus* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *quem Occreta vocant* Hearnii L. 1. *quem Cora vocant* Lovel. 1. *quem Coera vocant* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. antt. pro quo Mediol. anni 1505. prima *Coela* dedit.

Digitized by Google

talo et Rhodiis, gesta. Consul alter C. Aurelius ad 4
confectum bellum quum in provinciam venisset, haud
clam tulit iram adversus praetorem, quod absente
se rem gessisset. misso igitur eo in Etruriam, ipse 5
in agrum hostium legiones induxit: populandoque,
cum praeda majore, quam gloria, bellum gessit.
L. Furius, simul quod in Etruria nihil erat rei, quod 6
gereret, simul Gallico triumpho inminens, quem,
absente consule irato atque invidente, facilius impe-
trari posse ratus, Romam inopinato quum venisset,
senatum in aede Bellonae habuit: expositisque re- 7

§. 2. *Super Maleum navigat apud Corcyram*] Post *Corcyram* distinguendum, et *Maleum* legendum, et *ad Corcyram*. quod non admonuissemus, nisi codex Aldinus etiam ita haberet. Corcyrae hybernabat consul. Attalus autem ad Eleusina mansit sacrorum gratia. GLAR. Sic 28, 8, 11. *Ipse ab Cenchreis praeter terram Atticam super Sunium navigans. ὑπὲρ τὴν Μαλέαν* dicunt Graeci. V. Victor. et Manut. ad Cic. 4. ad fam. 12. In Luciani Navig. haud longe a principio multae edd. perperam habent *ὑπὲρ τὸν Μαλέα πλεύσαντας*. Nec melius inscriptio in Append. Marm. Oron. num. 23. *Πλεύσαι ὑπὲρ Μαλέον εἰς Ἰταλίαν πλοὰς ἑβδομήκοντα δύο*. DUK. Infra 42, 56, 1. *Fratre cum classe super Maleam Chalcidem jusso petere. super Maleum* perperam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes; pro quo jam Frob. anno 1531. ante Glarean. *super Maleam* dedit. Deinde olim edebatur *navigat. apud Corcyram regem*. Et ita Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. *navigat, post Corcyram regem* Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *navigat ad Corcyram. Regem* Frob. anno 1531. at quadriennio post *navigat Corcyram. Regem*, ut nunc vulgo recte exstat.

Ut sacris interesset] Majoribus mysteriis, quae autumno, mense Boëdromione, celebrabantur. V. Scalig. 1. de Emend. Temp. p. 29. et 5, 318. et Meurs. Eleusin. c. 7. DUK. Paullo ante vox *Cereris* deerat in Harl. in seqq. vero *domum* in Mead. 2. [*statum Initiorum ceperis* Bamb. *Hagesimbroto Rhodiis* idem.]

§. 3. *Adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis*] Pall. *et rege Attalo et Rhodiis*. GEBH. Ita et Lov. 4. [*ab consule et legatis* Bamb.]

§. 6. *Quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret*] Comparet in Pal. posteriore *nihil erat, quod gereret*. GEBH. *quia in Etruria* Lov. 6.

Quem absente consule] Hic *τὸ quem* videtur in sequentibus exposcere *rebatur*. Scribe ergo: *simul Gallico triumpho imminens, eumque absente consule*

Digitized by Google

bus gestis, ut triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petit.

1 XLVIII. Apud magnam partem senatus et magni-
2 tudine rerum gestarum valebat, et gratia. Majores natu negabant triumphum, *et quod alieno exercitu rem gessisset, et quod provinciam reliquisset aviditate rapiendi per occasionem triumphi; id vero eum*
3 *nullo exemplo fecisse.* Consulares praecipue, ex-
4 *spectandum fuisse consulem,* dicebant. *potuisse enim castris, prope urbem positis, tutanda colonia, ita ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extrahere. et, quod praetor non fecisset, senatui facien-*
5 *dum esse. Consulem exspectarent: ubi coram dis-*

irato atque invidente facilius impetrari posse ratus. J. FR. GRON. *eumque* se in L. 1. invenisse, Hearnius testatur; nisi manus ejus aberrans codicem memorarit pro Gronovio; cujus, contra quam semper solet, nullam mentionem facit. Certe omnes mei *quem* retinent. Mox *inopinatus quum venisset* Harl.

§. 2. *Provinciam reliquisset aviditate rapiendi per occasionem triumphi*] Pall. et ant. ed. *utilitate rapiendi.* Latet aliquid. GEBII. *utilitate rapiendi* etiam omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et primae edd. pro quo jam Ven. ed. anni 1495. recte *aviditate* substituit. Deinde *rapiendi occasionem triumphi* in ultima Grut. ed. vulgatum est, quod omnes recentiores adoptarunt usque ad Crevier. qui priorem lectionem *per occasionem* optime revocavit; quam etiam firmant omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Locutio est Livio frequens. Ita 3, 49, 1. *Spe per occasionem repetendae libertatis.* 5, 26, 9. *Interdum per occasionem inpetus oppidanorum in Romanas stationes fieri.* ubi alia exempla vide. 31, 46, 8. *Magis per occasionem, quam aperta vi, quidquam ausurus.* 33, 38, 6. *Adpareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam, habere.* c. 39, 5. *Quod ad eas civitates adtineret, quas, a Philippo possessas, Antiochus per occasionem intercepisset.* 34, 17, 5. *Ceteras quoque civitates ratus per occasionem idem facturas.* Similiter *per occasionem* numero plurali, ubi sensus exigit, Livium dixisse, vidimus ad 2, 11, 2.

§. 3. *Exspectandum fuisse consulem, dicebant*] *censebant* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [Bamb.] Mox §. seq. *potuisse eum castris*, pro *potuisse enim castris*, Lov. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 27, 17, 11. Tum *tutando coloniam* Harl. V. ad 1, 53, 3.

Digitized by Google

ceptantes consulem et praetorem audissent, verius de caussa existimaturos esse. Magna pars senatus 6
nihil praeter res gestas, et an in magistratu suisque auspiciis gessisset, censebant spectare senatum debere. *Ex duabus coloniis, quae velut claustra ad* 7
cohibendos Gallicos tumultus obpositae fuissent, quum una direpta et incensa esset, trajecturumque id incendium, velut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem praetori faciendum fuisse? Nam, si sine consule geri ni- 8
hil oportuerit, aut senatum peccasse, qui exercitum praetori dederit, (potuisse enim, si non cum praetoris, sed consulis, exercitu rem geri voluerit, ita

Hinc *acie non dimicaret* idem Harl. quod ex glossa natum est. [*extraheret quod* Bamb. mox *Ut consulem exspectaret* idem.]

§. 6. *An in magistratu suisque auspiciis gessisset*] Pall. et ant. ed. *an in magistratu suis quis auspiciis gessisset.* GEBH. *suis quis auspiciis* Voss. Lov. 1. 2. 5. Mead. 1. Gaertn. et edd. vetustissimae. *suis quisque auspiciis* Lov. 4. 6. et Harl. quod Ascens. anno 1513. Mog. Alld. aliique receperunt usque ad Frob. qui anno 1535. id, quod vulgo exstat, ei subposuit. [*et an in magistratus ius quis auspiciis* Bamb.] Mox *censebat*, pro *censebant*, Harl. Male. V. ad 5, 38, 5.

§. 7. *Quum una direpta et incensa esset*] Pal. posterior *direpta, incensa esset*, sine copula. GEBH. *direpta una et incensa fuisset* Mead. 2. Mox *trajectumque*, pro *trajecturumque*, Voss. Lov. 6. et Harl. Deinde *praetori* exsulat a Voss. et Lov. 1.

§. 8. *Si non cum praetoris, sed consulis, exercitu rem geri voluerit*] Aliquid mendi hic esse videtur Cl. Crevierio; rem enim profecto gestam esse consulari exercitu, ut constat ex capp. 11. et 21. sed ductu auspicioque praetoris, absente consule. Libenter itaque legeret, *si non ductu praetoris, sed consulis, rem geri voluerit.* Plurimum ea lectio a codd. scriptura recedit. Nihil enim hic mutant, nisi quod *si cum non praetoris* exhibeant Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. An itaque *cum* vel *quum non praetoris, sed consulis, exercitu rem geri voluerit*, vocula *si* ejecta? quum, altera conjectura probata, τὸ *cum* in *ductu* mutandum, et *exercitu* expungendum sit. In hac autem locutione tuto praepositio deest. Modo hoc cap. *Quod alieno exercitu rem gessisset.* Vide etiam, an *si* accipi possit pro siquidem, quoniam; de quo v. ad 7, 13, 6. [*sic non cum pr. exercitum geri* Bamb.]

Digitized by Google

finire senatusconsultum, ne per praetorem, sed per
9 *consulem, gereretur) aut consulem, qui non, quum*
exercitum ex Etruria transire in Galliam jussisset,
ipse Arimini obcurrerit, ut bello interesset, quod si-
10 *ne eo geri fas non esset. Non exspectare belli tem-*
pora moras et dilationes imperatorum. et pugnan-
dum esse interdum, non quia velis, sed quia hostis
11 *cogat. Pugnam ipsam eventumque pugnae spectari*
oportere. fusos caesosque hostes: castra capta ac di-
repta: coloniam liberatam obsidione: alterius colo-
niae captivos recuperatos restitutosque suis: debella-
12 *tum uno proelio esse. Non homines tantum ea vi-*
ctoria laetatos, sed Diis quoque inmortalibus per
triduum supplicationes habitas, quod bene ac felici-

Ita finire senatusconsultum] Videndum est, an melius sit *senatusconsulto. Senatum ita potuisse finire senatusconsulto*, non *finire senatusconsultum* quarto casu, nec *senatusconsultum ita finire* casu primo. Nam vix dici credo, *senatus ita finit senatusconsultum, ne* etc. aut *senatusconsultum ita finit, ne* etc. Cic. 15. Famil. 9. *Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et lege et senatusconsulto finisti.* Liv. 10, 13, 14. *Quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent. Senatusconsultum* oriri potuit e compendio *SC.* quod edd. quaedam habent. DUK. Mox *ne per praetorem, sed consulem*, pro *sed per consulem*, Lov. 5. et edd. ante Aldum. Sed v. ad 6, 28, 6.

§. 11. *Pugnam ipsam eventumque pugnae spectari oportere*] Uterque Pall. et antiqua ed. *spectari debere.* GEBH. *exspectari* Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. Sed v. ad 6, 33, 1. *spectare* Mead. 2. Deinde *deberi* Hearnii L. 1. *debere* Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et edd. ante Aldum. Mox *hostemque debellatum* Lov. 1. Male. *Debellare* saepe apud Livium pro bello finem inponere usurpatur. Liv. 2, 26, 6. *Proelio uno debellatum est.* c. 31, 2. *Eodem inpetu castra capta, debellatumque est.* 3, 70, 11. *Nolle inrumpere, antequam sciat debellatum et in sinistro cornu esse.* 7, 28, 3. *Prima itaque acie debellatum.* 9, 4, 3. *Tum Pontius, debellatum esse, respondit.* Ita 22, 14. 23, 13. 26, 37. 29, 14. 31, 22. 32, 28. 33, 20. et passim.

§. 12. *Quod bene ac feliciter, non quod male ac temere*] Pal. posterior *per triduum supplicationes habitas, quod male* (forte interponenda negativa, *quod non male*) *ac temere respublica*

Digitized by Google

ter, non quod male ac temere, respublica a L. Furio praetore gesta esset. Data fato etiam quodam Furiae genti Gallica bella.

XLIX. Hujus generis orationibus ipsius amico- 1
rumque victa est, praesentis gratia praetoris, absentis consulis majestas; triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. Triumphavit de Gallis in ma- 2
gistratu L. Furius praetor. In aerarium tulit trecenta viginti millia aeris, argenti centum septuaginta millia pondo: neque captivi ulli ante currum ducti, 3
neque spolia praelata, neque milites secuti. omnia, praeter victoriam, penes consulem esse adparebat. Ludi deinde a P. Cornelio Scipione, quos consul in 4
Africa voverat, magno adparatu facti. Et de agris 5

a L. Furio praetore gesta esset. GEBH. Immo potius librario ejus cod. fraudi fuit repetitio voculae *quod.* V. ad 9, 11, 11. Sollemnis autem est formula *bene, feliciter, prospere, fortiter rempublicam gerere.* Vide Brisson. de Form. 2. p. 206. Voces *ac feliciter, non quod male* perperam etiam desunt in Voss. et Lov. 1.

§. 2. *In aerarium tulit trecenta viginti millia aeris*] Pall. *Et in aerarium tulit.* GEBH. Ita et Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *centum triginta millia aeris* Gaertn. Mox *argenti centum millia quingenta,* omissa voce *pondo,* Hearnii L. 1. quae eadem vox etiam exsulat ab ejus N. ut et a Lov. 2. 6. Harl. et Mead. utroque. ejus loco *cōd* praeferunt Voss. et Lov. 4. *mōd.* Lov. 1. [*aeris, a. c. s. m. pondo* omittit Bamb. sed idem ∞ *d neque captivi.*] Paullo ante vox *praetor* deest in Lov. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Camp. Superius vero §. praecedenti *frequentes* in Lov. 6.

§. 4. *Quos consul in Africa voverat*] *proconsul* legendum censeo: neque enim consul in Africa fuit, ut liquet ex superioribus. GLAR. *consul* hic accipiendum est pro eo, qui cum consulari prorogato imperio esset, siquidem numquam consul in Africam venit Scipio. SIG. Immo *proconsul.* neque enim satisfacit explicatio Sigonii. Etiam Musetus codici suo adscripsit *proconsule.* J. FR. GRON. Sigonius hoc jam ad 28, 38, 4. ita explicuerat. Cum eo sentit Perizon. c. 8. Animadv. Hist. p. 309. DUK. V. superius etiam notata ad 26, 33, 4. Omnes codd. constanter *consul* legunt. Clericus *proconsul* ex virorum doctorum conjectura audacter in contextum recepit.

Digitized by Google

militum ejus decretum, ut, quot quisque eorum annos in Hispania aut in Africa militasset, in singulos annos bina jugera acciperet. eum agrum decemviri
6 adsignarent. Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum, quod bello Hannibalis adtenuatae vires ejus coloniae erant, C. Terentius Varro, T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio. hi colonos Venusiam adscripse-
7 runt. Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui procon-

§. 5. *In singulos annos bina jugera acciperet*] Ex agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum esset. Supra c. 4, 2. DUK. *singulos annos*, omissa perperam praepositione, Harl. Paullo ante *in Hispania aut Africa militasset* Mead. 2. Sed v. ad 6, 28, 6. *in Africa aut in Hispania militasset* Gaertn. *aut in Africa aut in Hispania militasset* Lov. 6. [*bina jugera agri* Bamb.]

Eum agrum decemviri adsignarent] Pal. alter *absignarent*. GEBH. Similiter errat Lov. 4.

§. 6. *Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum*] Pall. *Triumviri item creati*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.] Tum *ad supplendum Venusibus colonorum numerum* Voss. *ad supplendum Venusio colonorum numerum* Lov. 1. *ad supplendum Venusinorum colonorum numerum* Lov. 6. a m. 1. Mox *τὸ quod* deest in Lov. 2. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Ejus loco *quia* legunt Lov. 4. et 6. V. ad 38, 36, 4. Praeterea *fuerant*, pro *erant*, Mead. 2.

T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio. Ii colonos Venusiam adscripserunt] *Flamininus*, ut dixi, scribendum est. Item vet. lib. habent, *Hi colonos*. Pro *Venusia* Plutarchus edit in Quintio [p. 369.] *Narniam* et *Cossam*. διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις Ναρνειάν τε καὶ Κώσσαν ὁ Τίτος ἄρχων ἡρέθη καὶ οἰκιστής. de quibus post Livius. SIG. Seu Venusiae, ut ait Livius, seu Narniae et Cosae, ut putat Plutarchus, notante Sigonio, restituendae praefuerit hic Quintius, apparet omnino Titum fuisse, non Lucium, sive Plutarchum aspicias, sive priores Livii editiones, quibus accedit clare MS. Thuan. Itaque, ejecto *Lucio*, *Titum* reponere aequum censuimus. JAC. GRON. Recte Sigonius *Flamininus*, quem v. ad Livii 22, 33, 8. 25, 2, 2. et 31, 4, 5. Male autem ultima Gruteri editio ei praenomen *Lucii* dedit; pro quo recte, consentientibus omnibus scriptis, *Titi* praenomen Cl. Jac. Gronov. restituit. Voces *Cn. F.* omittunt Lov. 2. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Earum loco *C. F.* legunt Lov. 5. et edd. antt. *Co. Fulvius* Lov. 4. *consul Fulvius* Lov. 1. 6. et Voss. Tum *Hi colonos* etiam omnes nostri. Tandem

Digitized by Google

consul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit. quindecim millia Hispanorum eo proelio dicuntur caesa, signa militaria capta octo et septuaginta. C. Aurelius consul, quum 8 ex provincia Romam comitiorum caussa venisset, non id, quod animis praeceperant, questus est, *Non* 9 *exspectatum se ab senatu, neque disceptandi cum praetore consuli potestatem factam:* sed *ita triumphum decresse senatum, ut nullius, nisi ejus, qui triumphaturus esset, haud eorum, qui bello inter-*

conscripserunt Mead. 2. Praestat vulgatum. V. ad 4, 11, 7.

§. 7. *Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat*] Pall. *Hispaniam continebat*. GEBH. In eumdem errorem incidit etiam librarius Lov. 4. Praeterea praenomen Cornelii *C.* omittitur in Hearnii L. 1. at *consul Cornelius* exhibent Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. 1. *Co. Cornelius* Lov. 4. V. ad 22, 14, 13. Mox [*XII millia Hispanorum* Bamb.] *signa militaria capta octo et LXXX* Hearnii L. 1.

§. 8. *Venisset, ut id novit, quod animis praeceperat, questus est*] Vetus lectio, *non id, quod animis praeceperat*. GELEN. Vet. lib. *praeceperant*, id est, Romani. SIG. Lectionem, quae ante Gelen. exstitit, servat solus Lov. 5. *venisset, novit non id, quod animis* Voss. et Lov. 1. Sed *nouit* natum est ex vocibus sequentibus *non id*. Deinde *animis perceperat* Voss. et Lov. 1. *animus perceperat* Lov. 2. et 6. *animus praeceperat* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed recte *praeceperant* Sigonius, quod ex eo etiam adstruit Doujat. quia, si de uno locutio esset, dixisset *animo praeceperat*. Recte etiam *praeceperant*, non *perceperant*. V. ad 10, 26, 4. Caussam loco corrumpendo fuisse puto, quod non viderent librarii, quo *praeceperant* referendum foret. At Livium ita saepe, nullo praecedente nomine, numero plurali dixisse videbimus ad 34, 56, 11. Deinde *conquestus est* Gaertn. a manu 1. Id verbum Livio frequens esse confiteor, uni tamen cod. et quidem testimonium dictum revocanti, fidem habendam non puto. Locutionem *queri aliquid* supra inlustravi ad 29, 19, 5.

§. 9. *Ita triumphum decrevisse senatum*] Pall. uterque non absurde *decresse:* qualibus syncopis utitur et alibi Livius. GEBHARD. Hanc lectionem recepi, partim quia eamdem obfert etiam Lov. 4. partim quia, ut Gebhardus observat, et in hoc, et in aliis verbis similes contractiones captavit Livius. V. ad 2, 27, 8.

Haud eorum, qui bello interfuissent, verba audiret] *et eorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. a manu 1. Harl. Mead. uterque, et Gaertner. contra sensum Livii. Deinde *audirent* Voss. et Mead. 2. ut τῷ *senatus*, tamquam conlectivo,

Digitized by Google

10 *fuissent, verba audiret. Majores ideo instituisse, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent; ut veritas rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur.*
11 *Ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percun-*

addatur verbum plurale; de quo v. ad 4, 58, 4. Verum, quum reliqui omnes dissentiant, vide, num potius paucorum codd. librarii *audirent* dederint, ut conveniret praecedenti *interfuissent*. V. ad 31, 8, 10.

§. 10. *Majores ideo instituisse*] Quaedam de hoc supra dicta sunt ad 26, 21. et 28, 9. DUK. *Majores vero instituisse* Mead. 2. *Majores igitur instituisse* Gaertn. Tum *tribuni, centuriones*, media voce omissa, Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Denique *τὸ triumpho* exsulat a Lov. 2.

Ut virtutes rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice viderentur] Vet. lib. *videret*. Caeterum vox *virtutes* ineptum continet sensum. Itaque pro certo habeo, *veritas* esse reponendum, et, pro *videret*, *videretur* esse legendum. Instituisse enim majores ait, *ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent, ut veritas rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur*. Itaque subdit, neminem huic triumpho affuisse, quum percunctari senatus poterit, quid veri praetor vanique referret. l. 35, [2, 6.] *Nisi quod aut praetores ex provinciis scriberent, aut legati renunciarent, nihil ratum haberi debere*. SIG. Pall. uterque pro *veritas* continent *virtus*. Antiqua ed. *ut virtutes rerum gestarum* etc. *viderentur*. GEBH. *ut virtus* etc. *videretur* Lov. 2. 4. 6. a m. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *virtutes* etc. *videret* Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. Lectionem, quae ante Sigonium extitit, sine sensu esse, Sigonium autem mentem Livii adtigisse, sed verba non satis feliciter restituisse, neque emendationem ejus Livianam manum sapere, existimat Crevier. [*ut* * *rerum* etc. *haberetur*, p. r. *videret* Bamb.]

§. 11. *Neque ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, militem unum saltem fuisse*] Legendum, *Ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse*. GELEN. Pall. *Neque ex eo exercitu, q. c. G. pugnaverit, sine milite unum saltem fuisse*. GEBH. *Hec quem ex eo exercitu* Voss. et Lov. 1. *Nec ex eo exercitu* Mead. 2. Tum *si non milite una saltem fuisse* Voss. *si non militem unum saltem fuisse* Lov. 1. *si non milite unum saltem fuisse* Lov. 4. *milite unum saltem fuisse* Lov. 5. et Harl. *sine milite unum saltem fuisse* Lov. 2. 6. a m. 1. Mead. uterque, et Gaertn. *sive milite unum saltem fuisse* Lov. 6. a m. 2. Gelenii emendationem, si ex fide est codicis, verissimam puto.

Quid veri praetor vanive referret] Pall. *quid veri praetor inanisve referret*. GEBH. Barberin. et Petav. *quid veri prae-*

Digitized by Google

ctari posset senatus, quid veri praetor vanive referret? Comitiis deinde diem edixit: quibus creati sunt 12 consules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus. Praetores inde facti L. Quinctius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tappulus, Cn. Baebius Tamphilus.

tor inanisve referret. Cicero 2. de Divin. [62.] *Falsa et inania.* J. FR. GRON. Sed idem etiam Cic. 2. de Fin. 14. *Omnia vera diligimus* etc. *tum vana* etc. *odimus.* et 3. Tusc. 2. *Ut vanitati veritas, et opinioni confirmatae natura ipsa cedat.* Livius 34, 12, 4. *Saepe vana pro veris, maxime in bello, valuisse.* DUK. *inanive* Lov. 4. *iamne* Lov. 1. *namque* Gaertn. *vanique* Mead. 2. Reliqui constanter *vanive.* V. ad 1, 51, 6. [*adferret* Bamb.]

§. 12. *Comitiis deinde diem indixit*] Pall. *diem edixit.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Edicere comitia, concionem, delectum, senatum* Livio in usu fuisse, supra vidimus ad 3, 38, 13. Et ita *edicere diem*, nempe ad conveniendum militibus, 22, 11, 3. *His per magistrum equitum scriptis, Tibur diem ad conveniendum edixit.* 23, 31, 3. *Ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Cales ad conveniendum diem ediceret.* 28, 5, 2. *Larissam diem ad conveniendum exercitui edixit.* 29, 1, 3. *Diemque iis, qua equis armisque instructi atque ornati adessent, edixit.* 41, 17, 8. *Eodem et Q Petillius consul ad conveniendum exercitui diem edixerat.* Quin et, plane ut hoc loco, *edicere diem*, ubi de comitiis sermo est, 26, 18. 4. *Diemque comitiis consules edixerunt.* Sed *indicere diem concilio* habemus 27, 30, 6 et 36, 6, 6. Solent autem *indicere* et *edicere* etiam alibi commutari in Mstis. V. 2, 45, 8. 3, 38, 13. aliisque locis. *edixit* igitur tot codicum fide hic in contextum recepi.

P. Julius Appulus] Quidam hunc *P. Villium Tappulum*, quod plebejus, nec quicquam cum Julia gente conjunctus, nominant. Est autem is, qui ad finem l. 29. fit praetor, hic vero consul. GLAR. *A. Appulus*, medio nomine omisso, Harl. *Avilius Titus Appallus* Lov. 1. *Aulius Titus Appalus* Voss. *Julius Titus Apulus* Hearnii L. 1. *A. Julius Titus Apallus* Lov. 2. *A. Julius Titus Appallus* Mead. 2. *A. Villius T. Appalius* Gaertn. *A. Villius Titus Appallus* Mead. 1. *A. Villius Titus Appalus* Lov. 4. et 6. [*T. Appulus* Bamb.] *A. Julius Apulus*, vel *Appulus* primae edd. cum Lov. 5. pro quo Mogunt. *P. Julius Appulus*, Froben. anno 1535. *P. Villius Tappulus* ediderunt. Passim *Villius* in Mstis abiit in *Julius.* V. ad 40, 44, 1. In cognomine autem vel eodem, vel simili modo passim erratur. V. ad 31, 4, 3.

L. Villius Tappulus, C. Baebius Pamphilus] Baebium praetorem quidam *Pamphilum*, quidam *Tamphilum* libri habent: mihi autem nihil certi constat. *Tamphilus* quid sit, ignoro. Et eo tempore coeperunt Romani Graecas res mirari, ut quis ob-

Digitized by Google

1 L. Annona quoque eo anno pervilis fuit. frumenti vim magnam ex Africa advectam aediles curules M. Claudius Marcellus et Sex. Aelius Paetus
2 binis aeris in modios populo diviserunt: et ludos Romanos magno adparatu fecerunt: diem unum instaurarunt: signa aenea quinque ex multaticio ar-

iam Graecum nomen affectasse videri queat, ut sunt hominum varii mores, mira ingenia, diversae voluptates. GLAR. *Cn. Baebius Tamphilus* ex consulatu ejus Capitolino. SIG. Pall. *Publius Villius*, *Gn. Baebius Tamphilus*. Alter *Tamphylus*. Antiqua ed. *L. Julius Tappalus*, *C. Baebius Tamphilus*. GEBH. In prioris nominibus varie iterum peccarunt codd. sed monstra lectionum recenseri taederet lectorem. Deinde *Tansilus* Gaertn. *Tamphilus* omnes reliqui cum edd. antt. pro quo demum Mediol. anni 1505. dedit *Pamphilus*. Id mox Ascens. anni 1513. in contextum recepit, altera lectione in marginem rejecta. Licet vero Sigon. *Tamphilus* legendum docuerit, et ita ediderit, *Pamphilus* tamen recentiores servarunt usque ad ultimam Gruteri ed. V. ad 21, 6, 8. 32, 7, 5. 34, 45, 3. 39, 56, 4. 44, 17, 5. [*Cn. Boebilus* Bamb.]

§. 1. *Sex. Aelius Paetus*] Hic biennio post consul fuit anno V. ıɔLV. V. ad 32, 7. DUKER.

Binis aeris] Barthius admodum inepte *aereis*. V. Gronov. 4. de Pec. Vet. p. 355. DUKER.

Populo diviserunt] Lipsius 2. de Magnit. Rom. 12. scribit, Suetonium tenuem plebeculam, quae ad largitiones frumentarias admittebatur, *praeter morem antiquum* vocare *populum*. Non solus Suetonius, verum etiam Livius, eam hoc nomine vocat et hic, et c. 4, 6. hujus lib. et 33, 42, 8. quae omnia loca ipse Lipsius 1. Elect. 8. ex eo descripsit. Adde 30, 26, 6. *Magnam vim frumenti ex Hispania missam M. Valerius Falto et M. Fabius Buteo aediles curules quaternis aeris vicatim populo deseripserunt*. Qui locus videtur facere ad illustrandum Sueton. Caes. 41. et August. 40. Suetonium faecem hanc populi saepe appellare *populum*, etiam Casaub. ad illius Caesar. 41. et Aug. 42. adnotat, sed non addit, eum hoc *praeter morem antiquum* facere. Et Rualdus ad Plutarchum Animadv. 24. Livium quoque eadem significatione voce *populus* in hac re uti observat. DUKER.

§. 2. *Ex multaticio argento in aerario posuerunt*] Voces *in aerario* sibi suspectas esse, Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii monuit. Omnes tamen codd. eas constanter servant.

§. 3. *L. Terentio Masso*] *Massaliota* est Terentii cognomen. GELEN. Huc ducunt nos omnium codd. vestigia, quamvis errore infecta. *Massio Licca* est in Voss. *Massio Lioca* in Lov. 1. *Massio Licta* in Lov. 4. et 6. *Masioliota* in Lov. 2. *Massiolicta* in Hearnii L. 1. *Massioliota* in Harl. et Mead. 2. [Bamb.] *Massiliota* in Gaertn. Id autem verum esse, infra dicam ad 38, 42, 4. In contextum igitur hic et

Digitized by Google

gento in aerario posuerunt. Plebeji ludi ab aedili- 3
bus L. Terentio Massiliota et Cn. Baebio Tamphilo, quem praetorem designaverant, ter toti instaurati. Et ludi funebres eo anno per quatriduum in 4
foro, mortis M. Valerii Laevini caussa, a P. et M. filiis ejus facti: et munus gladiatorium datum ab

passim, ubi ejus mentio fit, recepi. Antiquissimae edd. praeferunt *Masso*. Frobenius anno 1535. ex sententia Gelenii substituit *Massaliota*, Gruterus in ed. postrema, quem recentiores omnes secuti sunt, *Massa*, ex sententia, sine dubio, Pighii; qui eum passim ita in Annal. vocavit. V. ad ann. ıɔLIII. p. 243. et ıɔLXVI. p. 298. Ipse tamen Pighius in indice ejusdem operis auctor est, *Massam* Baebiorum, *Massaliotam* Terentiorum cognomen esse. [*Tamphilo, qui p. r. design. erat* Bamb.]

§. 4. *Mortis M. Valerii Laevini caussa, a P. et M. filiis ejus facti*] *mortis Valerii Laevini caussa* Mead. 1. et Gaertner. *caussa mortis Valerii Laevini* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. *mortis caussa Valerii Laevini* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. [Bamb.] et edd. principes. Addito deinde praenomine *mortis caussa M. Valerii Laevini* Mogunt. et mox id, quod nunc in edd. exstat, Aldus vulgarunt. Ceterum, P. et M. Valerios Laevinos fuisse majores M. Laevini bis consulis filios, Pighius opinatur in Annal. ad ann. ıɔLXIII. p. 286. utrosque autem postea praeturam obtinuisse: et quidem Marcum praetorem memorari apud Livium 39, 56, 5. et 40, 1, 2. Publium vero 41, 8, 1. ubi perperam vulgo *C. Valerium* vocari dicit. Quin et tertius ejusdem M. Laevini bis consulis filius C. Valerius Laevinus memoratur 38, 9, 8. qui et ipse praetor refertur 40, 44, 7. Vix tamen haec simul stare possunt. Nam ex ordine, quo hic memorantur, Publium ante Marcum genitum fuisse credibile fit: et tamen Marcus praeturam obtinuit A. V. ıɔLXXI. Publius A. V. ıɔLXXVI. quin et Cajus utroque junior praeturam gessisse dicitur ıɔLXXIV. Jam autem verisimile non videtur, ambos fratres minores Marcum per quinquennium, Cajum per biennium ante Publium fratrem maximum ad praeturae honorem evectos esse. Quin et ipse Pighius postea sententiam mutasse videtur. Publium enim Marci et Caji fratrem non fuisse innuit; sed, quum hos Marci filios, Publii nepotes vocarit, illum Publii filium, Caji nepotem statuit in Ann. ad A. V. ıɔLXXVI. p. 345. et nos remittit ad ejus quaesturam, quam confert in A. V. ıɔLXVI. ubi p. 301. docet, eum filium fuisse P. Valerii, qui legatus M. Laevini propraetoris anno ıɔXXXIX. Tarentum, ad Hannibalem deficere volentem, servavit. Ex hac igitur sententia M. Laevinus bis consul tres habuit filios, Publium, Marcum, et Cajum: quorum primus vel moriens vel aliam ob caussam honores nullos adeptus est: secundus ultra praeturam non pervenit, tertius post praeturam etiam consulatum, sed subfectum, obtinuit A. V. ıɔLXXVII. Verum ita nondum, quod ad P. Valerium praetorem anni ıɔLXXVI.

Digitized by Google

5 iis. paria quinque et viginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta, decemvir sacrorum, mortuus. in ejus 6 locum M.' Acilius Glabrio subfectus. Comitiis aedi-

res ad liquidum perducta est. Non potest enim filius esse istius P. Valerii, qui legatus M. Laevini propraetoris fuit, quemadmodum Pighius statuit. Eum enim non ex familia Laevinorum, sed Flaccorum fuisse, pluribus docui ad 23, 32, 17. Certum itaque est, praetorem anni IDLXXVI. fuisse ex familia Laevinorum ob Livii locum 41, 8, 1. Sed praenomen et pater incerti sunt. V. etiam ad d. l. Livii.

Munus gladiatorium datum ab iis] *munus gladiatorum* Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. V. ad 39, 42, 9. Utrumque dici potest. eam itaque lectionem, pro qua stant plerique codd. sequor. [*datum ab his* Bamb.] Deinde *pugnaverunt* Lovel. 2. 6. Harl. et Mead. 2. Sed v. ad 21, 44, 7.

§. 5. *In ejus locum M. Attilius Glabrio subfectus*] Legendum *Acilius Glabrio*, non *Attilius*. GELEN. *M.' Acilius* ex consulatu ejus Capitolino. SIG. V. etiam Spanhem. de Praest. et Usu numism. Diss. 10. p. 26. Omnes quidem codd. vel praenomen una litera *M.* vel plene perscriptum *Marcus*, aut *Marchus* exhibent, sed librarios passim *M.* vel *Marcus* pro *M.'* vel *Manius*, quod minus notum erat, scripsisse, saepissime monui. V. ad 27, 25, 2. Nomen etiam in multis est *Attilius*, *Attilius*, *Accilius*, vel *Actilius*. Sed *Acilius* legunt Voss. Lov. 5. et edd. principes, quod Mogunt. primi in *Attilius* mutarunt. V. ad 35, 24, 5. Praeterea *in cujus locum* Lov. 2. et Mead. 2. Paullo ante *M. Aurelius Cotax vir mortuus.* ubi litera *X*, numeri denarii nota, male cum praecedenti *Cotta*, sive ut scribebant *Cocta*, coaluit, quum jungi deberet *τοῦ vir. sacrorum* etiam deest in Lov. 1. et Hearnii L. 1.

§. 6. *Statim accipere magistratum non possent*] *occipere* legendum est, quod est idem atque inire. Sic enim 41, [17. 6.] *Collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creavit.* Et 23, [31, 13.] *Creatur Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet.* SIG. Pall et antiqua ed. *accipere*, quod et Sigonius repudiat. Tacit. 6. Ann. 48. *Supremi Tiberio consules, Gn. Acerronius, C. Pontius magistratum occepere.* GEBH. *statim magistratum*, omissa media voce, unus Mead. 2. reliqui mei, et Hearnii L. 1. *statim accipere magistratum.* Sed viris doctis *occipere* emendantibus adsentior, quod verbum, quamvis apud Livium satis frequens, tamen librariis minus notum exstitit, et ubique ab iis in *accipere*, vel *coepisse* mutatum est. Ita 1, 7, 6. *Ex loco infesto agere porro armenta occepit* ubi v. Gebhard. c. 49, 1. *Inde L. Tarquinius regnare occepit.* 3, 19, 2. *Consul creatur, qui magistratum statim occiperet.* c. 55, 1. *Consules creati L. Valerius, M. Horatius, qui extemplo magistratum occeperunt.* 5, 9, 1. *Tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.* quibus aliisque locis plura notantur.

Nam C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, quum Hispaniam obtineret provinciam] Hic *proconsul* paulo superius [c. 49, 7.] dicitur, hic fit aedilis

Digitized by Google

les curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent. nam C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, quum Hispaniam ob-

curulis: ut minus mirum sit, praetorem in superioribus praelatum proconsuli. Sed scilicet praetura ac aedilitas magistratus erant, non autem proconsulatus, ut videtur: cujus exemplum est de Scipione ex Hispania redeunte, cum triumphum petere non auderet [28, 38.] item de L. Cornelio Lentulo, in hoc etiamnum libro [c. 20.] Caeterum de C. hoc Cornelio nusquam Livius mentionem fecit, quando in Hispaniam sit missus, cum tamen paulo ante [c. 49.] eum pugnasse cum hostibus Hispanis in Sedetano agro memoret. praeterea et L. Cornelium Lentulum rediisse ex ea provincia, et denegato triumpho ovasse, [c. 20.] ut apud me non sit dubium, huic libro aliquam deesse partem. GLAR. Multa affert hoc loco Glareanus, ut probet, aut huic libro partem deesse, aut Livium parum in scribendo vigilantem fuisse: quae quia, tota re diligenter inspecta, vana esse animadvertimus, ne quis in errorem ab eo impellatur, operae pretium me facturum esse duxi, si, qui per haec tempora in Hispania cum imperio deinceps fuerint, ex Livii sententia exposuero. †. „Glareanus, ut solet, Academicum agit, nihil asseverans de hoc loco." †. Anno ıɔxxxii. P. Cornelius Scipio consul Hispaniam sortitus est, ut ait Livius 21, [17, 1.] *Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.* Eodem anno Cn. Cornelius Scipio, Publii frater, in Hispaniam venit. ait enim [c. 32, 3.] *Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Asdrubalem misit.* Anno ıɔxxxiii. P. Scipio in Hispaniam venit, prorogato post consulatum imperio. Anno ıɔxxxviii. ambo fratres interfecti sunt, ut Livius 25, [36, 14.] *Anno sexto postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem est interfectus.* Anno ıɔxxxix. P. Scipio P. F. qui post Africanus dictus est, cum imperio extra ordinem pro consule missus est in Hispaniam, M. Junius Silanus propraetor ei ad res gerendas adjutor datus. Anno ıɔxliii. P. Scipio, L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita, Romam redit, et, quia sine magistratu res gesserat, triumphum non impetrat. Livius l. 28, [38.] Anno ıɔl. L. Lentulus proconsul, rediens ex Hispania, ob res bene per multos annos gestas, quia sine magistratu eas gesserat, triumphare non potest. permissum est, ut ovans urbem iniret. Haec cum scripserit Livius l. 31, [20.] dum anni ıɔl. res gestas exponit, tamen in eodem libro post [c. 49, 7.] subdit ita: *Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui consul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit.* Et paulo post [hoc cap.] ita: *Comitiis aediles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent. Nam C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, cum Hispaniam obtineret provinciam.* Et paulo post: *Et de altero aedile plebiscitum est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius aedilis curulis ad magistratum gerendum veniret, et L.*

Digitized by Google

7 tineret provinciam; C. Valerius Flaccus, quem praesentem creaverant, quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat: magistratum autem plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges, non licebat ge-
8 rere. Petente Flacco, ut legibus solveretur, sena-

Manlius Acidinus de provincia decederet multos post annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania jussit. Ex his verbis intelligi potest, L. Cornelio Lentulo, qui ovans ingressus est, C. Cornelium Cethegum, C. autem Cethego Cn. Cornelium Lentulum in citeriore Hispania successisse, L. autem Manlio Acidino post multos annos L. Stertinium in ulteriore. Anno ıɔLIII. sex praetores creati sunt, id est, cum quatuor antea crearentur, bini additi sunt, quorum alter citerionem, alter ulteriorem Hispaniam sortiretur. M. Helvius L. Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus Cn. Lentulo suffectus est, atque ita deinde praetores quotannis in Hispaniam missi sunt, nisi cum provincia graviore forte vexata bello consulare imperium desideravit. Anno ıɔLIIII. Cn. Cornelius Lentulus, qui pro consule obtinuit Hispaniam ante Cn. Sempronium Tuditanum, ovans urbem iniit. L. Stertinius ne triumphi quidem spem tentavit, l. 33, [27.] SIGONIUS. Sigonius recte ex Livio ordinat successionem eorum, qui Hispaniis praefuerunt: sed non tollit, quod in narratione Livii de L. Manlii Acidini et L. Cornelii Lentuli successoribus difficile et obscurum est. Hi Scipioni successerunt in Hispania 28, 38, 1. ubi quum quinque annos fuissent, senatus A. V. ıɔLII. (ita Pighius et Sigonius ipse in commentar. in Fastos; nam ad Livium alias rationes sequitur) decrevit, *uti consules cum tribunis agerent, ut plebem rogarent, cui juberent in Hispania imperium esse* 30, 41, 4. Rediit ex ea A. V. ıɔLIII. Lentulus, accepto successore Cn. Cornelio Cethego, 31, 20. et 49. et relicto in provincia Acidino, qui demum post annum, quam Lentulus redierat, A. V. ıɔLIV. ex Hispania decessit, 32, 7, 4. Haec ita tradita sunt a Livio, ut, quidquid dicat Sigonius, in iis desiderari possit illius diligentia. nam mutilatum esse quadam parte hunc librum, quod hic Glareanus, et Pighius ad A. V. ıɔLIII. p. 245. suspicati sunt, non credo. Primum enim non narrat, an, quod senatum decrevisse 30, 41, 4. scribit, factum fuerit. Deinde, si de successore Lentuli latum fuit, quod factum fuisse ex eo intelligitur, quod post decessionem illius Cethegum Hispaniam pro consule obtinuisse hoc loco, et cap. praecedenti dicit, non ostendit, cur, quum tam de Acidino, quam de Lentulo ex Hispania revocando eodem tempore SCtum factum fuisset 30, 41, 4. tamen Lentulo soli successor datus fuerit, non etiam Acidino, de cujus successore diu post, ac demum Lentulo jam consule creato, plebiscitum factum fuisse hic refert. Denique, quum hic et cap. praecedenti ex abrupto nominet Cethegum, cujus nullam ante mentionem fecerat, e quo Glareanus et Pighius maxime in eam, quam dixi, suspicionem venerunt, incertum relinquit lectorem, u-

Digitized by Google

tus decrevit, ut, si aedilis, qui pro se juraret, arbitratu consulum daret, consules, si eis videretur, cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. Datus, qui juraret pro fratre, L. Valerius Flaccus, 9 praetor designatus. tribuni ad plebem tulerunt, ple-

trum ille ex privato, an quum magistratum aliquem gereret, quod Pighius putat, qui quaestorem Lentuli fuisse conjicit, imperium in Hispania acceperit. Hoc tamen non magnum pondus vel ad confirmandam illius et Glareani suspicionem, vel ad reprehendendum Livium habet. Nam etsi apertius de Cethegi successione in locum Lentuli, et de ceteris, quae dicta sunt, exponere debuisset, tamen non magis debuit dicere, quis Cethegus fuerit, quam quis Stertinius, quem, quum nusquam antea nominasset, cum Cn. Cornelio Lentulo in Hispaniam missum in fine hujus cap. prodit. DUK. Cethegi praenomen *C.* omittunt Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Aldina priores.

§. 7. *C. Valerius Flaccus, quem praesentem crearant*] Iidem libri, scripti et editi, etiam Flacci praenomen omiserunt. Deinde *creaverant* legunt omnes Msti mei, et Hearnii L. 1. cum edd. usque ad Gruteri ultimam; cujus *crearant* substituentis lectionem recentiores omnes servarunt. Quamvis autem saepissime Livius his contractionibus in verborum praeteritis usus sit, priorem tamen lectionem revocavi, partim quia a scriptis recedere in his, quae arbitraria sunt, religio est, partim quia Livius etiam alibi hunc morem neglexit. V. ad 29, 37, 1.

Quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat] Id eo ait, quia et magistratui in leges jurandum est, se eas observaturum, neque violaturum. Et Diali Flamini jurare nefas erat. Gellius 10, 15. TURNEB. 27. Advers. 7. Rationem reddere conatur Plut. in Quaest. Rom. 43. Mox *magistratus autem* Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Aldo priores.

§. 8. *Ut, si aedilis, qui pro se juraret, arbitratu consulum daret, consules, si eis videretur*] Vitiose *ut sibi aedilis, q. p. s. j. arbitratu consulis daretur, consul, si eis videretur* legunt Voss. et Lov. 1. *sibi* et *daretur* etiam Lov. 5. et edd. ante Ald. Tum *consulis* quoque Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *daretur* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *cum Tito Romuleo populo*, pro *cum tribubunis plebis*, Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. V. ad 31, 6, 4.

§. 9. *L. Valerius Flaccus praetor*] Ita MS. Thuan. ita princeps editio cum aliis. Cur igitur posteriores cognomen omittunt? JAC. GRON. Ultima Gruteri ed. multis omissis vocabulis, dederat *L. Valerius scivit, ut perinde esset.* Perperam neglecta, etiam in Elzev. Heinsii, et Blavian. editionibus, interposuit iterum J. Fr. Gronov. sed simul revocare vocem *Flaccus*, quam etiam omnes codd. mei servant, oblitus erat. Mox *plebsque scivit* Voss. Lov. 2. 6. et Mead. 2. *plebesque statuit* Lov. 1. quod est ex glossa. Hinc vocula *ut* exsu-

Digitized by Google

besque scivit, ut perinde esset, ac si ipse aedilis
10 jurasset. Et de altero aedile scitum plebis est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius aedilis curulis ad magistratum gerendum ve-

lat a Mead. 2. quam interceperunt ultimae vocis prioris literae. V. ad 24, 16, 17. Tandem *ipse jurasset*, expulsa media dictione, Lov. 6.

§. 10. *Et de altero aedile plebiscitum est factum*] Pall. uterque *scitum plebis est factum*. GEBH. Lectionem illam Gronov. recepit, quae et in nonnullis meorum, Lov. 1. 5. 6. et Voss. exstat. [*scitum plebi* Bamb.] Supra 3, 67, 9. *Scita plebis injuncta Patribus*. 10, 22, 9. *L. Volumnio ex senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est*. Inserta etiam voce *scitumque plebis* restituit et inlustravit Gronov. ad Liv. 22, 26, 4. Inversis etiam vocibus *plebis etiam scitum* 35, 20, 9. *Plebis etiam scito permutatae provinciae sunt*. (* Val. Max. 4, 1. ext. 4.) Duabus etiam vocibus, nulla alia interposita, *plebis scitum* dixisse antiquos, videbimus ad 42, 21, 8. Insuper *aedili* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. V. ad 3, 31, 5. Mox *in Hispaniam ad exercitum ire*, subpressis duabus vocibus, Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *in Hispaniam cum imperio ad exercitum ire* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. reliquae ante Aldum. Consentit et Mead. 2. nisi quod insuper praeferat *in Hispania*. Praeterea Cornelii praenomen *C.* deest in Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Aldo prioribus.

§. 11. *Multos post annos plebes Cornelio Lentulo*] Libro 33, postea [c. 27.] hic Cornelius Lentulus redit ex Hispania, multa onustus praeda. Cum igitur hic sit annus secundus hujus belli, ipse sequente anno, hoc est, tertio, missus est in Hispaniam. Nam Cn. Sempronius post eum venit in Hispaniam anno quarto hujus belli, ut postea dicturus est Livius. Non igitur *multos post annos*, ut hic legitur, sed anno sequente venit in Hispaniam. Idem de Stertinio ex iisdem locis ostenditur. Quum autem praenomen omissum sit, certum sciri non potest, aliusne sit ab hujus anni consule, qui antea proconsul fuit in eadem provincia: quamquam triumphus hoc libro negatus dicitur. Solebant enim ex consulibus libenter facere proconsules, prorogato imperio, non magistratu. Libro tamen sequente Livius ejus rei ne verbo quidem meminit. Sed de his dubitatum est satis. GLAR. Hunc Pighius eum esse putat, qui A. V. 1211. consul fuerat. DUK. Dubitatio Glareani inde orta est, quod usus sit edd. quae perperam ita distinguebant: *de provincia. Multos post annos plebs*. Sed interpunctionem recte mutavit Frob. anno 1535. eam adoptans, quae postea semper servata est. Deinde *plebs* edidit J. Fr. Gronov. sed *plebes* est in Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quare id revocavi. Insuper Lentulo *Cn.* praenomen prima tribuit ed. Frob. anni 1535. Id ignorant Lov. 1. 5. 6. et Voss. *C.* dicitur in Lov. 2. 4. et Gaertn.

Digitized by Google

niret, et L. Manlius Acidinus decederet de provin- 11
cia multos post annos. plebes Cn. Cornelio Lentulo
et L. Stertinio pro consulibus imperium esse in Hispania jussit.

L. Stertinio proconsulibus imperium esse] *L. Tercinio consule proconsule imperium esse* Pall. uterque. GEBH. *Libio Tercino* Voss. et Lov. 1. *Libio Tercinio* Mead. 1. *Libio Tricinio* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. *Libio Tricino* Lov. 6. *L. Tertinio* Lov. 5. et ed. Camp. *L. Tercinio* Harl. [Bamb.] et edd. reliquae usque ad Froben. anni 1531. *L. Tercunio* Lov. 2. *L. Tarquino* Hearnii L. 1.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI SECUNDI.

Complura prodigia ex diversis regionibus nunciata referuntur: inter quae, in Macedonia in puppi longae navis lauream esse natam. T. Quinctius Flamininus consul adversus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque coëgit in regnum reverti. Ipse Thessaliam, quae est vicina Macedoniae,

In puppi longae navis lauream esse natam] Sic etiam Florus 2, 7, 7. *Nata in praetoria puppe laurus.* Vetustiores magis dicunt *enasci.* Livius c. 1, 10. hujus libri. *In Herculis aede capillum enatum.* Et *Lauream in puppi navis longae enatam.* Suet. Aug. 92. *Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam.* Val. Max. 1, 7, 12. *Palmam viridem Trallibus* etc. *inter coagmenta lapidum justae magnitudinis enatam.* DUK. Livius 42, 2, 4. *Priverni lana pulla terra enata.* 43, 13, 6. *Palmam in area enatam.* Et *Palmam enatam inpluvio suo.* Et ita ipse auctor Epit. Liv. 50. *Pro superiore ordine dentium enatum habuisse unum os continens dicitur.* Si quis etiam hic ita legendum censeret, existimare posset, primam literam vocis *enatam* ab ultima praecedentis *esse* interceptam fuisse: de quo v. ad 2, 44, 6. Praeterea *in puppe* Leid. Voss. et Berg. Tum *laurum* Leid. Exc. Pithoei, et ed. Camp. Verum Livius c. 1, 12. et *puppi* et *lauream* maluit. Paullo ante *ex diversis locis*, pro *regionibus*, ed. Camp. Mox perperam *Flaminius*, pro *Flamininus*, Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. et vett. edd. hic, et mox. Deinde *Acarnanibus*, pro *Athamanibus*, Berg. Norv. et edd. vett. *Acarnanis* Boend. *Acharnaniis* Leid. *Flamininus* et *Athamanibus* Frob. anno 1535. emendavit.

Consulis frater navali proelio etc. *Euboeam et maritimam oram cepit*] Voss. caret *τοῖς oram cepit.* Gud. major *τῷ cepit*, quasi ex praecedente membro intellectum velit *τὸ vexavit*, et *navali bello.* Sed Gudianus alter plenius *Lucius Quintius Flamininus frater consulis, Attalo rege et Rhodiis adjuvantibus, in Euboeam et maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit.* J. FR. GRON. Nihil mutant Berg. et Boend. nihil etiam ex suis Hearne notavit. At Gud. alteri in plerisque adsensus Leid. praefert *L. Quintius consulis frater, Attalo rege et Rhodiis adjuvantibus, in Euboeam et maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit.* quam lectionem recepi. Clericus, vulgatam et Gud. alterius lectiones confundens, edidit *L. Quintius Fla-*

Digitized by Google

sociis Aetolis et Athamanibus, vexavit. L. Quinctius Flamininus consulis frater, Attalo rege et Rhodiis adjuvantibus, in Euboeam et maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit. Achaei in amicitiam recepti sunt. Conjuratio servorum, facta de solvendis Karthaginiensium obsidibus, obpressa est; duo millia necati sunt. Praetorum numerus ampliatus est, ut seni crearentur. Cornelius Cethegus consul Gallos Insubres proelio fudit. Cum Lacedaemoniis et tyranno eorum Nabide amicitia juncta est. Praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

mininus consulis frater navali proelio etc. *in Euboeam et maritimam oram trajectus, Eretriam cepit.* Verum, hoc libro nullum memorari navale proelium L. Quinctii, recte observat Crevier. quare pro *navali proelio* ex Gud. majore legit *navali bello.* ultimam vero partem periodi formavit ad fidem Gud. alterius. Verum ne sic quidem locum sanum credit. Ipsum enim offendunt *τὰ in Euboeam et maritimam oram.* Deinde, quum Livius L. Quinctium duas Euboeae urbes Eretriam et Carystum expugnasse capp. 16. et 17. referat, se non magnopere repugnaturum testatur, si quis legendum esse crederet *Eretriam et Carystum cepit.* Mox *Graeci Achaei* perperam Voss.

Conjuratio servorum facta] Periodus haec sequenti *Praetorum numerus* etc. postponitur in Berg. Boend. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. aliisque Aldina antiquioribus. Mox etiam *Karthaginiensium obsidibus* Leid. Berg. et ed. Camp. quod recepi. Nam ita etiam Liv. c. 26, 5. *Obsides Karthaginiensium Setiae custodiebantur.*

Obpressa est] Addit MS. *duo millia necati sunt:* quod quid sibi velit, lector consideret. Sane Livius Cornelium praetorem de quingentis supplicium sumsisse scribit. DELRIUS. Eadem verba exstant in Leid. (qui tantum *τὸ' sunt* omisit) Voss. Berg. Boend. Norv. et edd. ante Aldum, qui ideo ejecisse videtur, quoniam Liv. infra c. 26, 16. narrat, L. Cornelium praetorem tantum de quingentis supplicium sumsisse. Verum auctorem Epitomarum saepius alibi a Livii narratione in diversa abire, viri docti observarunt: unde ea sola caussa verbis his expungendis subficere nequit. Mecum sentit Cl. Crevier. quare ejecta illa loco suo restitui.

Cornelius Cethegus consul] Mediam vocem non agnoscunt Norv. Boend. et antiquissimae edd. quam primus addidit Sigonius. *Gracchus* ejus loco legunt Voss. et Berg. quorum posterior vicissim omittit vocem *consul.*

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS SECUNDUS.

1 I. Consules praetoresque, quum Idibus Martiis magistratum iissent, provincias sortiti sunt. L. Cor-
2 nelio Lentulo Italia, P. Villio Macedonia; praetoribus, L. Quinctio urbana, Cn. Baebio Ariminum,
3 L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia evenit. Lentulus consul novas legiones scribere jussus: Villius

§. 1. *Consules praetoresque, quum*] Videtur Livius scripsisse *Consulibus praetoribusque, quum Idibus Martiis magistratum inissent, provincias sortitis, L. Cornelio Lentulo Italia.* Nam et nomen vulgo alterius consulis abest *L. Lentulo.* Sed, ut posuimus, integre Barberin. J. FR. GRON. De hac emendatione Gronov. v. ad 3, 22, 3.

L. Lentulo Italia] Pall. ambo *L. Cornelio Lentulo.* GEBH. *Proconsuli Lentulo* Lov. 4. V. ad 28, 16, 14. et mox §. 3. *P. Lentulo* Voss. Lov. 5. 6. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Mogunt. *Q. Lentulo* Lov. 1. et Mead. 2. *Q. Cornelio Lentulo* Lov. 2. Reliqui *P. Cornelio Lentulo.* Mox *A. Tito Julio* Lov. 2. Gaertn. et Mead. 2. *A. Tito Villio* Mead. 1. *P. Julio* Voss. Lov. 1. 5. 6. a m. 1. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. *Proconsuli Villio* Lov. 4. *P. Villio* Lov. 6. a m. 2. ut Froben. anno 1535. edidit. V. ad 31, 49, 12.

§. 2. *C. Bebio Ariminum*] *Cn. Baebio*, ut dixi. SIG. V. Sigon. ad 31, 49, 12. Omnes codd. *C.* servant. Sed v. ad 7, 3, 3. [*a praetoribus L. Quintio urbano* Bamb.] Mox iterum plerique codd. et edd. vett. eodem, ut modo, errore *L. Julio*, pro *L. Villio.* Deinde *obvenit*, pro *evenit*, Gaertn. Utrumque apud Liv. obcurrit. V. ad 7, 16, 3. Plures igitur codd. ut sequamur, ratio exigit.

§. 3. *A P. Sulpicio exercitum accipere*] Ita primus Aldus recte vulgavit. Priores legunt *a proconsule Sulpicio*, consentientibus Voss Lov 1. 4. 5. 6. et Hearnii L. 1. V. modo ad §. 1.

§. 4. *Succederet in Gallia. ubi is venisset*] Vet. lib. *in Galliam.* SIG. *in Gallia* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Ultima Grut. ed. interpunctione mutata dedit *succederet. in Gallia ubi is venisset*, adoptata Pighii emendatione, qui ita legendum monuit in Ann. ad ann. LIV. p. 246.

§. 5. *Omnes milites exauctorati domum dimitterentur*] Perperam Pall et antiqua ed. *ex auctoritate domum dimitterentur.* GEBH. Similiter errant Voss.

Digitized by Google

a P. Sulpicio exercitum accipere. in supplementum
ejus, quantum militum videretur, ut scriberet, ipsi
permissum. Praetori Baebio legiones, quas C. Au- 4
relius consul habuisset, ita decretae, ut retineret
eas, donec consul novo cum exercitu succederet. in 5
Galliam ubi is venisset, omnes milites exauctorati
domum dimitterentur, praeter quinque millia so-
ciûm. his obtineri circa Ariminum provinciam satis
esse. Prorogato imperio praetoribus prioris anni, 6
(Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hispania, Sicilia,
Sardinia stipendia per multos annos fecissent, agrum
adsignandum curaret; Q. Minucio, ut in Bruttiis 7

Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. 1. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 6. *Cn. Sergio*] Hic anno priore praetor urbanus fuerat 31, 6, 2. Quod autem nunc ei prorogatum imperium dicit, ut C. Calpurnio et C. Hostilio ex praetura urbana 25, 41. 26, 28. 27, 7. et 22. ex eo Gruchius c. 5. Refutat. ad poster. Sigonii disput. probari putat, imperium in magistratu insitum fuisse. Respondet ei Sigonius c. 6. de Lege Curiata, sed ita, ut tantum conjectura sententiam Gruchii impugnet. DUK. *L. Sergio* male plerique codd. [Bamb.] Sed praenomen omittunt Lov. 5. et edd. ante Aldum.

Agrum adsignandum curaret] Voss. *assignare*. Scribe *assignari*. per mensores puta. Sed et alia parte laborat haec periodos. Aut enim scribendum *Prorogata imperia praetoribus prioris anni, Cn. Sergio, ut militibus:* aut *Prorogato imperio praetores prioris anni, Cn. Sergius militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia stipendia per multos annos fecissent, agrum assignari curaret: Q. Minucius in Bruttiis idem.* J. FR. GRON. Omnes reliqui, praeter unum a Gronov. laudatum, codices vulgatum servant. Quare *adsignandum* non muto. Mox hoc cap. *Quaeque sublata ex delubro Proserpinae essent, reponenda cum piaculis curaret.* 42, 17, 5. *Petere institit ab eo rex* etc. *ut venenum dandum curaret.* Quod autem adtinet ad emendationes Gronovii in reliqua parte hujus periodi, earum prior inlustrari posset loco Livii ex 24, 44, 4. *Prorogata imperia provinciaeque, M. Claudio Sicilia* etc. *Lentulo propraetori provincia vetus.* et ita etiam alibi. Posteriori ejus emendationi nonnihil favent Voss. et Lov. 1. *Q. Minucius*, pro *Q. Minucio*, legentes. Existimari posset, olim per compendium scriptum fuisse *praett.* sive *pr. prioris anni*, idque postea *praetoribus*, pro *praetores*, redditum esse ab indoctis librariis: cui lectioni ut sequentia convenirent, alios ad voces

Digitized by Google

idem de conjurationibus quaestiones, quas praetor
8 cum fide curaque exercuisset, perficeret; et eos, quos
sacrilegii compertos in vinculis Romam misisset,
Locros mitteret ad supplicium; quaeque sublata ex
delubro Proserpinae essent, reponenda cum piaculis
9 curaret) feriae Latinae pontificum decreto instaura-
tae

Sergius et *Minucius* inter versus adscripsisse *Sergio* et *Minucio*. Quo recepto, ne quid ex priori lectione periret, ex ultimis syllabis τῶν *Sergius* et *Minucius* tandem datum esse *Sergio ut* et *Minucio ut*. Haec, inquam, pro Gronovii emendationibus adferri possent; neutra tamen earum placet. Non prima, quia ab omni plane codicum auxilio destituitur. Ita vero potius legerem *Prorogatum imperium praetoribus prioris anni*, ut praefert Lov. 2. *Prorogatum imperium* autem, licet de duobus pluribusve agatur, ut 24, 10, 3. *Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant.* 25, 3, 5. *Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium provinciaeque prorogatae.* 26, 1, 5. *Praetoribus prioris anni prorogatum est imperium.* et saepe alibi. Non altera placet, quia ea recepta incommodum est pronomen *idem* ibi, *Q. Minucius in Bruttiis idem de conjurationibus quaestiones perficeret.* Quum autem reliqui codd. per omnia in vulgatum consentiant, iis potius adhaereo, et tantum in fine §. 8. post voces *cum piaculis curaret* majorem distinctionem, quae vulgo recepta est, muto in minorem, ut tota oratio hoc modo cohaereat, *Prorogato imperio praetoribus prioris anni, feriae Latinae pontificum decreto instauratae sunt;* omnia vero media per parenthesin interjiciantur. Eam interpunctionem etiam in contextum recepi.

§. 8. *Reponenda cum piaculis curaret*] Non intelligo hic Pall. et antiquae ed. scripturam *reponenda caussa piaculi servaret.* GEBH. Eadem lectio apud me superest in plerisque codd. et omnibus Aldo antiquioribus excusis, quam scribarum aberrationi tribuo. primo *cũ*, sive *cum*, perperam mutatum est in *cã*, sive *caussa*. Hunc autem errorem frequentem esse, vidimus ad 4, 44, 10. Deinde pro *piaculiscuraret*, sola *c* mutata in *e*, et una litera transposita, dederunt *piaculiseruaret*. Recte autem *cum piaculis*. Supra enim 31, 12, 4. decretum erat: *Quae inventa pecunia esset, reponi: si quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia, si videretur, sicut ante pontifices censuissent, fieri caussa expiandae violationis ejus templi.*

§. 10. *Abs Suessa nunciatum est*] Haec forma verbi male convenit cum illis, quae sequuntur, *Formiani legati, Ostienses, Veliterni.* Optime autem conveniet, si scribas *nuntiarunt*. Nuntiarunt, inquit, ab Suessa, et Formiani legati, et Ostienses, et Veliterni. J. FR. GRON. Si placet conjectura Gronovii, id huic loco fraudi fuisse censendum est,

Digitized by Google

tae sunt; quod legati ab Ardea questi in senatu 9
erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut ad-
solet, datam non esse. Ab Suessa nunciatum est, 10
duas portas, quodque inter eas muri erat, de coelo
tactum; et Formiani legati aedem Jovis, item Osti-
enses aedem Jovis, et Veliterni Apollinis et Sanci
aedes, et in Herculis aede capillum enatum: et ex 11

quod librarii non viderent nomen, unde penderet verbum *nunciarunt*; de quo v. ad c. 9, 3. Codices nihil mutant, nisi quod *A Suessa* sit in Gaertn. *Ab Suessa* in Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et edd. ultima Gruteri antiquioribus. quod revocavi.

Et Veliterni Apollinis et Saturni aedes] Pro *Saturni*, *Sangi* reposuimus. Est autem *Sangus* Sabinorum numen. GELEN. Antiqua editio *Saturni*. GEBH. Gronov. postea anno 1665. *Sanci* edidit. V. ad 8, 20, 8. Omnes tamen nostri *Saturni* tuentur. [*Apollinis et Sangus aedes* Bamb.]

Et in Herculis aede capillum enatum] Valde oculatos fuisse oportet aedituos, qui observaverint, capillum in Herculis templo succrevisse. Si id prodigium in ipsius statua factum fuisse diceretur, multo verisimilior res esset, cui aliquo modo consentiret, quod legitur apud Plutarch. de Pythiae oraculis [p. 397.] *Κάγὼ τῶν ὁμοίων ἅμα συνανεμίμνησκον, οἷα δὴ τοῦ Ἥρωνος μὲν Σπαρτιάτου, ὅτι πρὸ τῆς ἐν Λεύκτροις αὐτῷ γενομένης τελευτῆς ἐξέπεσον οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἀνδριάντος· οἱ δὲ ἀστέρες ἠφανίσθησαν, ὃν Λύσανδρος ἀνέθηκεν ἀπὸ τῆς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας· ὁ δὲ αὐτοῦ τοῦ Λυσάνδρου λίθινος ἀνδριὰς ἐξήνθησεν ἀγρίαν λόχμην καὶ πόαν τοιαύτην τὸ πλῆθος, ὥστε κατακρύψαι τὸ πρόσωπον.* Equidem valde haereo super hac re, et ab audacia auxilium petii, atque scribendum divinavi *caprificum*, pro *capillum*, persuasus postremis Plut. verbis. Illius vero arbusti ea natura est. Martial. 10, [2.]

Marmora Messalae findit caprificus.

Juven. Sat. 10, [144.]

— — — ad quae
Discutienda valent sterilis mala robora fici.

V. etiam Plin. 16, 19. Sed longe magis blandiebatur, quod itidem in mentem venit *et in Herculis sede capillum enatum*. idque referri putabam ad *μελάμπυγον*, quo nomine fuit olim appellatus Jovis ille filius ex historia, quae a Suida [ea voce] et Plutarcho inprimis recensetur in libello De discrimine amici et adulatoris. Hae minutiores partes, pili, inquam (*capillos* honestiori vocabulo, quomodo etiam podicem *sedem* appellat Livius) in statuis effingi minime consueverunt: quibus cum Hercules, utpote fortis et bellicosus, aegre careret, ne *πύγαργος* et *λευκόπυγος*, hoc est mollis et effeminatus, existimaretur, voluit eos ex illa sui parte erumpere, maximum videlicet Romanis eo facto prodigium praebiturus. Expedit ad hanc rem exactius adhuc intelligendam consulere Paroemiographum

Digitized by Google

Bruttiis ab Q. Minucio propraetore scriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres
12 cum ternis pedibus, natos esse. Inde a P. Sulpicio proconsule ex Macedonia literae adlatae, in quibus inter cetera scriptum erat, lauream in puppi navis
13 longae enatam. Priorum prodigiorum caussa senatus censuerat, ut consules majoribus hostiis, quibus
14 Diis videretur, sacrificarent. ob hoc unum prodigium aruspices in senatum vocati, atque ex responso eorum supplicatio populo in diem unum edicta, et ad omnia pulvinaria res divinae factae.

in adagio *Μὴ σὺ μελαμπύγῳ περιπίπτοις*, et Joh. Zonar. in historia *περὶ τῶν Μολιονίδων*. Apud Suidam lege *λευκοπύγους δειλοὺς*, *ὡς μελαμπύγους τοὺς ἀνδρείους*. Ex adversa corporis parte, qua viri sumus, huc aliquo modo pertinet, quod scribit Artemidorus *ὀνειροκριτικῶν* l. 5. (* ubi docet,) quid significet penis usque ad extremum circulum pilis obsitus in somnis visus. Jam *sedem* pro natibus poni, res est protrita, et in nostro etiam idiotismo persaepe usurpata. Utitur vocabulo Plinius [24, 7.] *Lachryma sedis vitiis prodest, cum quid siccari excalefierive opus sit.* Itidem *capillus* ad omne genus pilorum quandoque transfertur. Gellius [12, 1.] *Nam si ovium lacte haedi, aut caprarum agni alerentur, constat ferme, lanam in his duriorem, in illis capillum gigni teneriorem.* Apulejus [3. Met. p. 136. ed. Elmenh.] *Conspicio quendam forficulis attondentem caprinos utres. Capillos eorum humi jacentes plusculos aufero.* Atque ibi non semel. Contraria menda inolevit in Plinii codd. l. 8, 42. *Majus augurium apud priscos plebejis Circensibus excusso auriga, ita ut si staret, in Capitolium cucurrisse equos, sedemque ter lustrasse.* nam *aedem* scribi debet. hoc amplius *ita ut sisteret*, pro sisteretur. Livius 42, [2, 4.] inter prodigia refert, Priverni lanam pullam e terra enatam. an idem de capillo in Herculis aede dici debet? ROB. TITIUS inedito l. 18. Locor. controv. 3. *item in Herculis aede* Lov. 2. Harl. et Mead. 2.

§. 11. *Equum cum quinque pedibus*] Reposuimus *equuleum cum quinque pedibus.* GELEN. *equum* servant omnes mei, et Oxonn. Hearnii. V. ad 31, 12, 7.

§. 12. *Inde a P. Sulpicio*] Prima vox deest a Lov. 2. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. [Bamberg.] tres priores a Lov. 1. Sulpicii praenomen a Lov. 5. et edd. ante Aldum. *Tà inter cetera* exsulant etiam a Voss. [inter *ceteras* Bamb.]

Lauream in puppi navis longae enatam] Pall. duo *lauream in puppim navis longe natam.* GELEN. V. ad Epit. hujus lib. *natam* etiam Lov. 4.

Digitized by Google

II. Karthaginienses eo anno argentum in stipen- 1
dium inpositum primum Romam advexerunt. id quia 2
probum non esse quaestores renunciaverant, expe-
rientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Ro-
mae mutua sumta, intertrimentum argenti supplevе-
runt. Petentibus deinde, ut, si jam videretur sena- 3
tui, obsides sibi redderentur, centum redditi obsi-
des. de ceteris, si in fide permanerent, spes facta.
Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides, 4
ut ab Norba, ubi parum commode essent, alio tra-
ducerentur, concessum, ut Signiam et Ferentinum

§. 13. *Ut consul majoribus hostiis*, etc. *sacrificaret*] Pall. *ut consules majoribus hostiis*, etc. *sacrificarent*. GEBH. Ex Barb. et Potav. caeterisque scribe: *ut consules majoribus hostiis, quibus Diis videretur, sacrificarent*. Uterque tum ad urbem erat, et utriusque alibi quoque facit eam curationem noster. Praecedenti libro [c. 5, 3.] *Senatusque decrevit, uti consules majoribus hostiis rem divinam facerent, quibus Deis videretur*. J. FR. GRON. Lov. 4. 6. a m. 2. et quidam alii eamdem lectionem firmant. [§. seq. *dicta* pro *edicta* Bamb.]

§. 1. *Argentum in stipendium inpositum primum Romam advexerunt*] *adduxerunt* Lov. 1. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Infra 44, 26, 10. *Interrogant, ecquid aurum secum adduxisset*. Verum ibi etiam *advexisset* scribendum conjicit Gronov. et hic plerique codd. *advexerunt* vindicant. Similiter *devehere* 36, 29, 5. *Lamiam pecuniam quum devexisset*. ubi etiam unus perperam *deduxisset*. Alterum igitur ex scribarum errore natum puto. V. ad 27, 38, 12.

§. 2. *Pecunia Romae mutua sumta*] *mutuo* Voss. Mead. 2. et Lov. 6. a m. 1. quod librariis non invidemus, quorum forte tempore ita vulgo loquebantur, quum Livius aliique optimi *pecuniam mutuam*, non *mutuo*, *sumere* dicere soliti fuerint. V. Gronov. 3. de Pecun. Vet. 1.

Intertrimentum argenti supplevеrunt] Pal. prior *indetrimentum argenti expleverunt*. Alter *interetrimentum argenti expleverunt*. Vulgata lectio tuetur se quoque consensu antiquae ed Infra 34, 7, 4. *In auro vero, in quo praeter manus pretium nihil intertrimenti fit, quae malignitas est?* GEBH. *detrimentum* Harl. *indetrimentum* Voss. Lov. 1. 2. 6 M. ad ambo. et Gaertn. Deinde *expleverunt* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Supra 30, 5, 5. *Quantum nox providentiae adimat, tantum diligentia expleant curaque*. Non displicet tamen vulgatum, quod servat Lov. 5. cum omnibus excusis.

§. 3. *Centum redditi obsides*] V. Sigonium ad Livii 30, 37, 6. et quae ad eum locum notavi.

Digitized by Google

5 transirent. Gaditanis item petentibus remissum, ne praefectus Gades mitteretur, adversus quod iis, in fidem populi Romani venientibus, cum L. Marcio
6 Septimo convenisset. Et Narniensium legatis, querentibus ad numerum sibi colonos non esse, et inmixtos quosdam non sui generis pro colonis se ge-

§. 4. *Concessum, ut Signiam et Ferentinum transirent*] Hoc anno, qui est ab urbe condita DLI, concessum esse aït, ut obsides Carthaginiensium Signiam transferrentur Norba: at sequenti anno hoc eodem in libro [c. 26,5.] aït: *Carthaginiensium obsides Setiae custodiebantur.* Puto ergo hoc loco *Setiam*, pro *Signia*, reponendum. Nam de Setia propter seditionem, in eo oppido propter obsides excitatam, dubitari non potest. De Signia non ita certa historia est. SIG. Pal. 1. continet *Signam et Ferentium.* alter *Signiam et Ferentium.* GEBH. *Signam* etiam Voss. et Lovel. 1. 2. 4. 6. *Siginam* Gaertn. Deinde *Frentium* Mead. 1. *Ferentium* in margine; quod etiam superest in Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Ferentum* in Gaertn. Sed de *Ferentino* v. viros doctos ad 9, 16, 1. et 10, 17, 9. De Sigonii conjectura dubito. Potuit enim primo concessum esse, ut obsides transirent Signiam et Ferentinum; deinde vero, antequam eo traducti essent, pro Signia placuisse Setia: cujus mutatae sententiae Livius non dedita opera lectorem certiorem fecerit, sed inferius demum data occasione paullo occultius meminerit.

§. 5. *Adversus quod iis, in fidem populi Romani venientibus, cum L. Marcio Septimo convenisset*] Dubitari potest, utrum his verbis significetur, Gaditanis, quo tempore in fidem populi Romani venerunt, cum Marcio convenisse, ut praefectum Romanum acciperent, quae Sigonii sententia est 1. de Ant. Jur. Prov. 5. nam *remissi* fere dicuntur, quae jure exigi possunt: an, quum convenisset, ne acciperent, et imperatores Romani in Hispania deinde, adversus quod iis cum Marcio convenerat, praefectos Gades mittere coepissent, iis petentibus, ne hoc deinde adversus pacta cum Marcio fieret, concessum. Si quis ita accipiendum putabit, *remissum* idem erit, quod datum, concessum; quam significationem itidem admittit verbum *remittere.* Liv. 35, 17, 5. *Nabidi dominationem in patriam suam, et patriam Lacedaemonem, remissam.* Et ibid. c. 45, 4. *Multa homines, ne bellarent, voluntate remittere, quae vi et armis cogi non possint.* Adde Gronov. 4. Obs. 2. Non posset esse dubia sententia hujus loci, si de conditionibus, quibus Gaditani in fidem Romanorum venerunt, constaret. Sed de ea re nihil aliud proditum invenio, quam quod Livius 27, 37. scribit, *Gaditanos Romanis deditos.* et Cic. pro Balbo 15. *L. Marcium foedus cum Gaditanis fecisse, quod magis fide illius populi et justitia Romanorum, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur.* E quo loco videtur colligi posse, eos nec praefectum cum praesidio Romano, quod civitatem in fide erga Romanos contineret, nec praefectum, qui

Digitized by Google

rere, earum rerum caussa tresviros creare L. Cornelius consul jussus. creati P. et Sex. Aelii (Paetis 7
fuit ambobus cognomen) et C. Cornelius Lentulus. quod Narniensibus datum erat, ut colonorum numerus cogeretur, id Cosani petentes non impetraverunt.

ibi ex legibus Romanis jus diceret, accepisse. Hoc quidem nequaquam probabile est, eos, quum sua voluntate deditionem ad Romanos fecissent, in conditionibus illius haec esse voluisse, ne suis legibus uterentur. Nam et alia foederata oppida suis legibus vivebant, et Cic. pro Balbo c. 19. diu post hoc tempus dicit, *C. Caesarem, quum in Hispania praetor esset, jura ipsorum permissu statuisse.* DUKER.

Cum L. Martio Septimio convenisset] Vet. lib. *L. Marcio Septimo*, ut ante dixi. SIG. *Septimio* servant Lov. 2. 4. 5. et Mead. uterque. *Septino* Lov. 6. Tota ea vox deest in Hearnii L. 1. Sed v. supra ad 25, 37, 2.

§. 6. *Earum rerum caussa triumviros creare*] *tresviros*, praeter Hearnii L. 1. etiam omnes mei, nisi quod *trisviros* sit in Lov. 5. quomodo etiam praeferunt edd. antiquissimae, aliae deinde *treviros*, quaedam etiam *triumviros*, quod tamen in nullo cod. obvium habui. V. viros doctos ad Cic. 2. Agrar. 14.

§. 7. *Et C. Cornelius Lentulus*] *et consul Cornelius* Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. 1. de quo errore passim in Mstis obvio v. ad 22, 14, 13. [*et C. Lentulus* Bamb.] *et Cn. Cornelius* Mead. 1. et Gaertn. quemadmodum etiam Cl. Jac. Perizon. in margine Livii emendavit. Ratio forte est, quia circa haec tempora nullus C. Cornelius Lentulus memoratur; indicari vero putabat Cn. Cornelium Lentulum, cui plebs pro consule imperium in Hispania esse jussisse dicitur 31, 50, 11. Verum is jam potuit, in Hispaniam profectus esse: potuit etiam exstitisse C. Cornelius Lentulus, licet ejus nulla alia apud Livium mentio obcurrat, quod vel [brevi] post mortuus sit, vel aliam ob caussam ad honores non pervenerit. Paullo ante *Praetores et sex alii*, pro *P. et Sex. Aelii*, Lov. 4. et Mead. 2. *Praetores et sex aliis* Voss. et Lov. 1. *P. et Sestius*, omisso *et Aelii*, Hearnii L. 1. quae eadem vox etiam deest in Harl. et Mead. 1. Praeterea *Paetus* Gaertn. et Hearnii L. 1. Male. V. ad 1, 3, 7. et 7, 2, 6.

Quod Narniensibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur, id Cosani etc.] Plutarchus [in Quinct. p. 369.] utramque deductam coloniam a T. Quintio tradit, ut ante dixi. De Cossanis sequenti hoc anno perfectum scribit Livius [33, 24.] verum non a Quinctio. SIG. Continent Pall. et antiqua ed. *ut colonorum numerus cogeretur.* GEBH. MSS. Andreas, et omnes antiquae usque ad Moguntinam *cogeretur*. Primus mutavit Frobenius: qua auctoritate, ipse viderit. Mihi quidem oppido illud elegantius. *Cogitur* numerus, qui conficitur, hic quidem partim, ut infra loquitur, cogendo redire in coloniam, qui alio dissipati erant, partim ad-

Digitized by Google

1 III. Rebus, quae Romae agendae erant, perfe-
2 ctis, consules in provincias profecti. P. Villium, in Macedoniam quum venisset, atrox seditio militum, jam ante irritata, nec satis in principio com-
3 pressa, excepit. duo millia ea militum fuere, qui ex

scribendo novos, si quae familiae interierant. Sic *cogere militem*, *pecuniam*, *stipendium*, est cujusque rei definitum numerum conficere: sic *cogitur pecus*, ne quod exerret. Nec aliunde *agmen cogi* dixerunt, quod, qui hoc faciebant, operam dabant, ne quis resisteret, ac deficeret numerum. Sed, inquit vir doctus, obstant verba l. 33, [24, 8.] *Cosanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur, mille adscribi jussi.* Sed hoc arripuisse videtur corrector iste, ut illud mutaret. Caeterum utrobique idem dicit Livius. Nam quum sic praesens augetur colonorum numerus, ut deficientium loca suppleantur, idem nihil aliud, quam cogitur: Adde 31, 49, 6. et 37, 46, 10. J. FR. GRON. *cogeretur* etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. Tum voculam *id*, quae abest a Gaertn. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. vett. primus addidit Froben. anno 1535. consentientibus reliquis scriptis. [*datum, ut colonorum numerus augeretur* Bamb.] Deinde *eo sani*, pro *Cosani*, Lov. 1. et Mead. 2. *Sani* Lov. 4. *Samnii* Lov. 2. *Consani* Lov. 5. 6. et Mead. 1. *Compsani* Harl. *Consani* vel *Compsani* edd. principes, nisi quod *ideo Sani*, pro *id Cosani*, sit in Rom. anni 1472. ac Parm. ejus loco *Cossani* dederunt Frob. anno 1531. et alii usque ad Gronov. qui substituit *Cosani*. V. ad 22, 11, 6.

§. 2. *P. Villium, in Macedoniam quum venisset.*] Pall. *P. Villius in Macedoniam quum venisset.* GEBH. Plerique meorum, licet librariorum culpa corrupti, eidem tamen lectioni favent. Vel enim legunt *P. Villius*, vel *Proconsul Villius*, vel *Proconsul Julius*, vel *A. Titus Vilius*, vel *A. Titus Julius*, vel *P. Julius*. [*P. Villius* Bamb.] Solus omnium Lov. 5. facit cum editis. Utroque modo commode legi potest. Pronius tamen librariis fuisse puto, ut *Villium* mutarent in *Villius*, ad proxime sequentia referentes, quam *Villius* in *Villium*, quod ad remotius pertineret: unde etiam vulgatum servo. Mox *irrita*, pro *irritata*, Voss. et Lov. 6. a m. 1. quomodo etiam librarii supra errarunt 4, 6, 10. et contrario modo 5, 12, 6. Plura v. ad 10, 37, 2. [*in princ. expressa* Bamb.] Deinde *accepit*, pro *excepit*, Lov. 1. et 6. Sed solent ea verba passim confundi. V. ad 10, 18, 9. Supra 23, 18, 15. *Ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt, viaque et alius militaris labor excepit.*

§. 3. *Ea militum fuit, qui ex Africa.*] Syncera lectio *MM ea militum fuere*, etc. GELEN. Sic [*duo millia militum fuere*] voluit ex MSS. Gelenius: non, ut interpolaverunt, *duo millia ea militum*. J. FR. GRON. *militum fuere*, vocibus prioribus omissis, Hearnii N. *ea militum fuit* Harl. et Lov. 5. *ea militum fuere* omnes reliqui mei, et Hearnii L. 1. Ceterum *duo millia militum fuere*, quemadmodum Gronovius Gelenium voluisse testatur, edidit Cl. Crevier. Verum

Digitized by Google

Africa post devictum Hannibalem in Siciliam, inde anno fere post in Macedoniam pro voluntariis transportati erant. id voluntate factum negabant: *Ab* 4] *tribunis recusantes in naves inpositos. sed utcumque, seu injuncta, seu suscepta foret militia, et eam ex-*

Gronovium deceperunt minus emendate a posterioribus descriptae Gelenii adnotationes, quum prima apud Froben. editio praeferat, ut hoc loco exhibetur. Neque aliter habent plures proximae edd. usque ad Paris. anni 1573. quae diu post Gelenii mortem vulgata τὸ *ea* prima omisit. Quum igitur reliqua hujus loci ad mentem Gelenii emendata sint a Froben. etiam *ea*, quod itidem Frob. anno 1535. jubente Gelenio receperat, in contextu Livii servavi. Eodem modo pronomen *hi* usurpatur 5, 34, 7. *Adlatum est, advenas quaerentes agrum ab Salyum gente obpugnari. Massilienses erant hi.* ubi vide. Praeterea *quae ex Africa* etc. *pro voluntariis pronunciata erant* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *quae ex Africa* etc. *pro voluntariis transportata erant* [Bamb.] ed. Frob. anni 1535. quod postea servatum est usque ad Gronov. qui *qui* et *transportati*, ut primae edd. et pauci Msti legunt, revocavit.

Inde anno fere post in Macedoniam pro voluntariis transportata] Pall. *pronunciata*. Antiqua ed. *transportati*. GEBH. V. ad verba proxime praecedentia. Ceterum ultima Grut. ed. legit *inde anno fere in Macedoniam*, omissa voce *post*, quam itidem neglexerunt Elzev. Heinsii, Blavian. plures Gronoviorum, Doujatii, et Clerici edd. sed recte restituit Hearnius, testatus eam in Msstis suis superesse; quod etiam de Victor. suo adfirmat Crevierius. Consentiunt insuper mei, ex quibus tamen Voss. et Lov. 1. legunt *inde anno post*, omisso τῷ *fere*.

§. 4. *Sed utcumque, seu invita, seu suscepta foret militia*] Pall. *sed utrumque, seu injuncta, seu suscepta*. GEBH. Oxoniensis clare: *seu injuncta, seu suscepta foret militia*. Probo: est enim verbum onerum munerumque fungendorum. 5, [2, 8.] *Hoc neque importunos decemviros injunxisse servitutis, ut perennem militiam facerent.* Tacitus in vita Agricolae [13.] *Ipsi Britanni delectum, tributa, et injuncta imperii munera impigre obeunt.* Plinius utrumque verbum etiam conjungit 6. epist. 16. *Quo libentius suscipio, deposco etiam, quod injungis.* J. FR. GRON. Duo tantum ex codd. meis, et tertius a m. 2. vulgatum servant. *seu invicta* praefert Mead. 1. sollemni scribarum errore, qui passim *iūctus*, sive *junctus* et *uictus* commutarunt. V. ad Epit. Liv. 68. et hinc etiam *iniūctus*, sive *injunctus*, et *inuictus* supra 8, 34, 2. 9, 16, 14. et alibi. Ambae hae voces desunt in Lov. 4. culpa librarii ob *toū seu* repetitionem. V. ad 9, 11, 11. Reliqui omnes praeferunt *seu injuncta*; quod recte Gronov. recepit et inlustravit. Supra 2, 43, 3. *Venisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariae Patribus injungendae.* 3, 35, 7. *Comitiorum illi habendorum munus consensu injun-*

Digitized by Google

haustam, et finem aliquem militandi fieri aequum
5 *esse. Multis annis sese Italiam non vidisse. consenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia. Confectos jam se labore, opere, exsangues tot ac-*
6 *ceptis vulneribus esse.* Consul, *caussam postulandae missionis probabilem, si modeste peteretur, videri,* dixit. *seditionis nec eam, nec ullam aliam sa-*
7 *tis justam caussam esse. Itaque si manere ad signa, et dicto parere velint, se de missione eorum ad senatum scripturum. Modestia facilius, quam pertinacia, quod velint, impetraturos.*

gunt. c. 67,9. *Auxilium tribunicium, provocationem ad populum, scita plebis injuncta Patribus.* 5, 4, 3. *Laborem etiam novum pro portione injungi.* 26, 36, 3. *Si quid injungere inferiori velis.* 45, 36, 3. *Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.* De verbo *injungere* plura v. apud Gronov. ad 8, 32, 15. 40, 51, 2. et 1. Obs. 18. in prima ed. Adde, quae notarunt viri docti ad Justin. 3, 5, 8. et 42, 5, 10.

Et finem aliquem militandi fieri aequum esse] *Tò et* exsulat a Voss. et Lov. 1. quod probari posset, mutata distinctione: *militia, et* (id est, etiam) *eam exhaustam. Finem aliquem militandi fieri.* Praestat tamen, ut vocula servetur. *et eam exhaustam, et finem* idem est ac si dedisset *quum eam exhaustam, tum finem.* Librarii hic particulam secundo loco omiserunt, quam saepissime priori omittere solent. V. ad 2, 44, 3. Insuper *finem aliquam* Lov. 4. et Mead. 2. V. ad 4, 2, 4.

§. 5. *Confectos jam se labore et opere*] Sine copula Pall. uterque, et antiqua ed. *labore, opere.* Justinus 12, 8. *Exercitus omnis, non minus victoriarum numero, quam laboribus fessus, lacrimis eum deprecatur, finem tandem belli faceret; aliquando patriae reditusque meminisset; respiceret militum annos, quibus vix aetas ad reditum sufficeret: ostendere alius caniciem, alius vulnera, alius aetate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta.* GEBH. Copulam expunxi. Non adparet enim vel in ullo meorum Mstorum, vel in edd. ante Ascens. anni 1513. V. ad 4, 68, 3. [3, 68, 4.]

§. 6. *Probabilem, si modeste peteretur, videri, dixit*] *Tò videri* omittunt Lov. 2. et Harl. Male. Prudentiae enim consularis erat, ut non *probabilem esse,* sed *probabilem videri,* diceret. Verbum est sollemne in sententiis judicum, similibusque aliis. V. Briss. 5. de Form. p. 482. Mox §. seq. *parere vellent* Voss. et Lov. 1.

§. 1. *Thaumastos eo tempore Philippus summa vi obpugnabat*] *Thaumacos* habent scripta exemplaria. Sic etiam Stephanus

Digitized by Google

IV. Thaumacos eo tempore Philippus summa vi 1
obpugnabat aggeribus vineisque; et jam arietem
muris admoturus erat. ceterum incepto absistere eum 2
coëgit subitus Aetolorum adventus, qui, Archidamo
duce inter custodias Macedonum moenia ingressi,
nec die, nec nocte finem ullum erumpendi, nunc
in stationes, nunc in opera Macedonum, faciebant.
et adjuvabat eos natura ipsa loci. namque Thaumaci 3
a Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti loco alto
siti sunt, ipsis faucibus inminentes, quas Coela vo-
cant: Thessaliaeque transeunti confragosa loca in- 4

appellat. GELEN. Strabo l. 9, [434.) Θάυμακοὺς vocat, Plinius 4, 9. *Thaumacias*, si codices amborum non errant. Ceterum nusquam tam eleganter, atque hoc loco, describuntur. GLAR. Thaumàcia oppidum ad sinum Maliacum. Stephan. et caeteri. SIG. Pal. prior *Theumatos*. Alter *Thaumagos*. Antiqua editio, et inferius Palat. prior *Thaumagos*. Caeterum Pall. pro *oppugnabat* continent *expugnabat*. GEBH. *Thaumastos*, quod in multis ante Gelenium edd. erat, servant Harl. et Hearnii L. 1. *Thaumatos* Lov. 4. 6. et Mead. 2. *Chaumacos* Lov. 1. *Thaumagos* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. ann. 1472. ac Parm. [*Thaumachos* Bamb.] Reliqui recte *Thaumacos*. Similiter ferme variant codd. infra hoc cap. V. etiam ad 36, 14, 12. Tum *summa vi pugnabat* Lov. 1. et 6. *summa vi expugnabat* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 21, 57, 6.

§. 2. *Nec die, nec nocte finem ullum*] Alio ordine *nec nocte, nec die* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Quorum ultimus superius legit *absistere coëgit*, omissa media voce.

§. 3. *Namque Thaumaci a Pylis*] Pal. prior, et antiqua ed. *Thaumagi a Pyleis*. Alter Pal. *Thaumagiti a Pyleis*. GEBH. *a Peribeis* Lov. 6. *a Pyleis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Mediol. anni 1505. quae *a Pylis* recte restituit. Intelliguntur enim Thermopylae. Infra 36, 15, 12. *Ideo Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur.*

Ipsis faucibus inminentes, quam Coelen vocant] Vet. lib. *quas Coelen*. SIG. Antiqua ed. *in ipsis faucibus imminentes, quas Coele vocant*. GEBH. Sigonius *quas*. Alterum elegantius. Sic 31, [36, 4.] *Elephantis, quo auxilio tum primum Romani usi sunt*. 33, [8, 7.] *Cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant*. 38, [47, 3.] *Ex decem legatis, quod consilium imperatoribus majores dederunt*. Pompejus ad Cic. 8. ad Attic. [ep. 1. post ep. 12.] *Ex quibus tamen*

Digitized by Google

plicatasque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem est, repente, velut maris vasti, sic inmensa panditur planities, ut subjectos campos terminare
5 oculis haud facile queas. Ab eo miraculo Thaumaci adpellati. nec altitudine solum tuta urbs, sed quod, saxo undique absciso, rupibus inposita est.
6 Hae difficultates, et quod haud satis dignum tanti

non amplius quatuordecim cohortes contrahere potui, quod Brundusium praesidium misi. ubi vulgo *quas* subjiciunt. Cicero apud Quintilianum 9, 3. *Data Lupercalibus, quo die Antonius Caesari.* J. FR. GRON. Si de integra regione ageretur, egregie stabilitam hanc lectionem pronunciarem; ut κόιλην sumerem, quomodo Συρία κόιλη, et alias. Hic non Lamia dicitur fuisse appellata κοίλη, sed fauces innuit Livius, Graecos interpretari solitos κοῖλα, ut et σεvὰ paulo post: quod verum est, et sic Graeci hujus locum dixerunt κοῖλα Λαμίας. Itaque non possum oculos avertere a Thuan. et Voss. et S. Victoris, in quibus est *coele*, pro *coela*; sive *quae coela*, sive *quas coela vocant* scripserit. Lib. praeced. c. 47, 1. *Est sinus Euboïcus, quem coela vocant.* JAC. GRON. *in ipsis faucibus inminentes* omnes mei, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. (* Et ita locum laudat Valla in Operib. p. 481.) Praepositionem vero prima expunxit Mediol. anni 1505. Deinde *quas Corde vocant* Hearnii L. 1. [*quam Coelē vocant* Bamberg.] Voces *Coelen vocant* exsulant a Lov. 1. *quas Coele*, vel *Coele vocant* omnes reliqui, quibus utor, codd. et, ut Doujatius auctor est, Reg. ac Colbert. Et ita legunt antiquissimae edd. quas vidi, Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Proximae *quas Coelae vocant.* Ascens. *quas Coelas vocant* anno 1513. substituit, Frob. deinde anno 1535. *quam Coelen vocant.* Clericus Cl. Jac. Gronovii conjecturam *quas Coela vocant* recepit, sed eam male J. Fr. Gronovio adscribit. Similiter Mediol. anno 1505. editum vidi. Doujatius admodum fluctuat. Vel enim vulgatam supplebat voce *regionis*, ut sit *faucibus regionis, quam Coelen vocant.* Vel cum Mstis suis legebat *quas Coele*, vel potius *Coela vocant.* vel tandem malebat *quam Coelen vocant Thessaliae, quae transeunti confragosa loco.* Mihi ex junctis Gronovii et Doujatii conjecturis legendum videtur *faucibus inminent, quas Coela vocant. Thessaliae quae transeunti.* Ita loco conrumpendo id caussam dederit, quod Periz. supra notavit ad 28, 12, 13. Vel, mutata insuper distinctione, *faucibus inminent, quas Coela vocant Thessaliae. quae transeunti.* Et ita jungendum erit *quae confragosa loca transeunti.* Posterior haec conjectura nuper etiam placuit Cl. Crevier. qui tamen jungebat *quae*, scil. Thessalia, (ea vox proxime praecesserat) *panditur.*

§. 4. *Sic inmensa panditur planities*] Pal. prior, et antiqua ed. *sic universa panditur planicies.* GEBH. Eamdem lectionem obserunt Voss. Lov. 1. 5. [Bamb.]

Digitized by Google

laboris periculique pretium erat, ut absisteret incepto Philippus, effecerunt. hiems quoque jam in- 7
stabat, quum inde abscessit, et in Macedoniam in hiberna copias reduxit.

V. Ibi ceteri quidem, data quantacumque quiete 1
temporis, simul animos corporaque remiserant. Phi- 2
lippum quantum ab assiduis laboribus itinerum pu-

et edd. antt. *immersa planities* Mead. 1. Paullo ante *inplicitasque flexibus vallium vias*, pro *inplicatasque*, Lov. 1. Et ea forma Livium potius usum esse, dictum est ad 6, 21, 7. Ab altera tamen non plane eum abhorruisse, docet codicum reliquorum in ea lectione servanda consensus. [*inplicatas* sine *que* Bamb.]

§. 5. *Saxo undique abscisso rupibus inposita est*] *saxo undique absciso* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 31, 34, 4. Tum vocem *rupibus* glossema sapere, praecedentibus *saxo undique absciso* interpretandis additum, monet Crevier. Ea in omnibus Mstis superest. An legendum *saxi undique abscisi rupibus*? ut per *saxum* intelligatur mons saxeus. Vel potius distinguendum, *sed quod*, *saxo undique absciso*, *rupibus imposita est*. *To est* non adparet in Lov. 4. Mead. utroque, et Gaertn.

§. 6. *Et quod haud satis dignum* etc. *pretium erat*] *eo quod haud satis dignum pretium erant* Mead. 1. et Gaertn. *erant* etiam Lov. 2.

§. 1. *Data quantacumque quiete temporis*] Legendum *quanticumque*. 22, 51, 1. *Diei quod reliquum esset*, *noctisque insequentis quietem daret*. JAC. GRON. 27, 31, 3. *Ludorum*, *qui reliqui erant*, *celebritatem quantaecumque*, *de Romanis tamen*, *victoriae partae fama auxerat*. Omnes tamen codd. in vulgatum conspirant. Crevier. etiam Gronov. conjecturam probavit.

§. 2. *Quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat animi*] Legendum *laxaverat animum*. GELENIUS. Pall. *laxaverat animus*. antiqua ed. *lassaverat animus*. GEBH. Remissus labor itinerum et proeliorum non tam animum reficit, quam membra; quae exercitio illo et contentione fatigantur. Et de corpore velle intelligi Livium, ostendunt proxima: alios enim docet, membris simul animoque avide quietem sumsisse; regem, quantum corpore cessarit, tanto magis exercitam mentem habuisse. Matteam plane lectionis hic insipidi sustulerunt librarii, quam bonum factum ut nos Livio studiosisque regustandam demus. Quae nunc obtinet a Sigismundo Gelenio est, ante se vulgatum fuisse testato, *laxaverat animi*. Andreas *laxaverant animis*. Barberin. Naud. Petav. Oxon. Voss. cum Aldina *laxaverat animus*. Scribe, me auctore, *Philippum quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus*, *tanto magis intentum in universum eventum belli curae angunt*. Latinos eleganter *annum*,

Digitized by Google

gnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum in universum eventum belli curae angunt, non hostes modo timentem, qui terra marique urguebant;
3 sed nunc sociorum, nunc etiam popularium animos, ne et illi ad spem amicitiae Romanorum deficerent,

ut Graeci ἐνιαυτὸν, pro tempore anni, ὥρα ἔτους, seu pro qualibet ejus parte, dicere, varie est observatum. Hic igitur *annus*, illa pars, qua cessatur ab armis, hibernum nempe. Noster 5, [2, 4.] *Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos et res invisere suas.* Sic Statius *piger annum*, non quidem militiae, sed foro et caussarum patronis, dicit id tempus anni, quo res sunt prolatae. Ad Marcellum [4. silv. 4, 39.]

Certe jam Latiae non miscent jurgia leges,
Et pacem piger annus habet, messesque reversae
Dimisere forum.

J. FR. GRON. *laxaverat animos* Harl. [*animum* Bamb.] *laxaverat animis* Gaertn. *lassaverat atus* Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. de quo errore supra v. ad 10, 5, 6. *laxaverat atus*, vel *animus*, reliqui mei cum Hearnii L. 1. N. codicibus Doujatii, Crevierii Victor. et plerisque edd. pro quo *laxaverat animi* prima exhibuit ed. Mogunt. Doujatius codd. lectionem *laxaverat animus* placere posse putabat, si *laxare* capiamus neutrali significatione, quae vim habet passivam: ut Philippus ab expeditionum labore, quae assidue per aestatem fatigaverant, animum per hiemem relaxasse dicatur, ita tamen ut de futuro totius belli casu anxius cogitaret. Verum recte Gronov. docuit, τῷ *animus* hic locum non esse; assiduos enim itinerum pugnarumque labores Philippi non animum, sed corpus fatigasse. Non dubito igitur, quin recte conjecerit *laxaverat annus*. quam conjecturam qui propter codicum dissensum probare non audent, ingeniosam tamen et admodum probabilem esse agnoscunt. Nihil certe facilius et frequentius in Mstis est, quam ut librarii voces *atus* et *aūs* sive *atmus* et *aūus*, id est *animus* et *annus*, confundant. Exempla v. ad 2, 18, 11. 3, 6, 5. c. 39, 9. 4, 58, 10. 5, 5, 9. 6, 39, 6. et 21, 2, 4. Adde Cel. Burm. ad Quinctil. 1. Instit. 1, 13. et quae notavi ad Silii 1, 187. *Annus* autem pro certa parte anni poni, docuerunt Barth. et Markl. ad Statii 1. silv. 3, 8. Broekh. ad Tibull. 1, 1, 17. et Cel. Burm. ad Val. Flacc. 3, 401. et ad Gratii Cyneg. vers. 58.

In universum eventum belli curae angunt] Nihil quidem moveo, sed tamen video, Livium plerumque aliter loqui. 7, 11, 1. *Tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit.* 32, 17, 9. *Nec eam ignominiam ad unius modo expugnandae moram urbis, sed ad summam universi belli pertinere ratus.* 36, 7, 1. *In universi belli cogitationem regem atque eos, qui aderant, avertit.* Et ibidem §. 16. *De ratione universi belli quid sentirem.* Tacit. 2. Hist. 42. *In eventum totius belli certabant.* Adde Gronov. ad 10, 5, 8. DUK. *in versum eventum belli* Voss. et Lov. 1. sed literae *uni* vel *ūi* facile ob similitudinem praece-

Digitized by Google

et Macedonas ipsos cupido novandi res caperet. itaque et in Achajam legatos misit, simul qui jus- 4
jurandum (ita enim pepigerant, quotannis juraturos in verba Philippi) exigerent: simul qui redderent Achaeis Orchomenon, et Heraeam, et Triphyliam;

dentium et sequentium intercidere potuerunt.. Tum *agunt* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. errore scribarum, de quo v. ad 29, 6, 7. [mox *timenti* Bamb.]

§. 4. *Redderent Achaeis Orchomenon, et Heraeam, et Triphyliam; Eleis Alipheram, contendentibus*] Achaei Philippi, Elei Romanorum foederi erant adscripti, ut l. 29, [12, 14.] tradit. Itaque absurdum est dictu, Eleos a Philippo Alipheram contendisse. Hac ego ratione ductus pro *Eleis* restituendum puto *illis*, ut item Achaeos intelligamus, hoc sensu: Cum fidem sociorum suorum suspectam haberet Philippus, misit in Achajam legatos, qui jusjurandum exigerent, et Achaeis Orchomenon, et Heraeam, et Triphyliam redderent. Illis Alipheram postulantibus responderi jussit, numquam eam urbem ad Triphyliam attinuisse: proptereaque non Achaeis, sed sibi ipsi restituendam esse, quae una esset ex iis, quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent. Rem autem ita esse ostendit, cum addit: *Et cum Achaeis quidem per haec societatem firmabat.* Hanc eandem sententiam edidit etiam l. 28, [8, 6.] *Reddidit*, inquit, *Achaeis Heraeam, et Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod suorum jus esse finium satis probabant, restituit.* Ut mirer, cum satis aperte rem eo loco expresserit, cur eandem etiam hoc loco iteraverit. SIG. Pall. *Orthomeon, et Therean, et Triphyliam, Eleis Aliphera.* Neque aliter antiqua ed. GEBH. Absurdum est dictu, Eleos a Philippo *Alipheram contendisse*, non solum quia Elei Romanorum foederi erant adscripti, ut observat Sigonius, sed etiam quia ipsa phrasis importuna est, *contendere urbem*, pro repetere vel vindicare. Sed legerat apud Cicer. 2. in Verr. [53.] *Et propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione contenditur.* Id huc congruere existimavit: itaque reposuit *illis Alipheram contendentibus.* Sed ne reliquus quidem sensus sic accipi patitur. Ita enim interpretatur: Illis Achaeis Alipheram postulantibus responderi jussit, numquam eam urbem ad Triphyliam attinuisse: proptereaque non Achaeis, sed sibi ipsi restituendam esse. Emendationem in contextum receperunt: sed interpretationem nemo consideravit. Quid enim sibi ipsi? Utrum Philippo? nempe petit restitui sibi, quam cum maxime possidet. an Alipheraeis? atqui neque factum illud, neque voluit Philippus, neque illis verbis illum sensum expressisset Livius. Aliphera Megalopolitarum erat, una ex illis urbibus, quae ad condendam Megalopolin ex concilio Arcadum contributae fuerant. Ante complures annos eam ceperant Aetolorum auxilio duce Phyllida Elei: ab his Philippus, urgente bello Romano, ut Achaeos, quorum corporis erant Megalopolitae, sibi con-

Digitized by Google

5 Eleis Alipheram, contendentibus, numquam eam urbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis, quae ad condendam Megalo-
6 polim ex concilio Arcadum contributae forent. Et cum Achaeis quidem per haec societatem firmabat. Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide.
7 nam quum eum maximae invidiae sibi esse cerneret,

ciliaret, reddidit eam veteribus dominis. Id pridem dixerat Livius 28, [8, 6.] quem frustra in suam sententiam Sigonius adducit, *Reddidit inde Achaeis Heraeam et Triphyliam: Alipheram autem Megalopolitis, quam suorum fuisse* (antequam scilicet ab Eleis et Aetolis caperetur) *finium satis probabant, restituit.* Jam prope manibus tenes, non posse aliter apud Livium legi, quam hoc modo: *simul qui redderent Achaeis Orchomenon, et Heraeam, et Triphyliam, Megalopolitis Alipheram, contendentibus, numquam eam urbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis, quae ad condendam* etc. Verba illa quae Sigonius putavit esse responsum aut frustrationem Philippi, sunt Megalopolitarum, jus suum explicantium. Itaque *contendentibus* est dictantibus, adseverantibus, magna contentione allegantibus, non esse eam partem Triphyliae, ut communi Achaeorum cum caetera Triphylia traderetur, sed suae privatim ditionis esse. Quum in antiquissimo scripto aliquot literae vocis *Megalopolitis* evanuissent, ex restante cauda ejus librarii fecerunt *Eleis.* J. FR. GRON. *Hortomenon* Lov. 2. *Ortomenon* Hearnii L. 1. *Orthomeon* Lov. 4. *Orthomenon* Lov. 6. et Mead. ambo. *Orchomemon* Hearnii N. Deinde *Cherean* Voss. et Lov. 1. *Theroam* Lov. 2. *Theroan* Harl. *Thoream* Lov. 6. *Thereum* Lov. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. *Therean* Hearnii N. [*Theraeam* Bamb.] Tum *Triphylum* Hearnii L. 1. *Triphylian* Voss. et Hearnii N. [*Triphilia* Bamb.] Hinc *Celeis* Hearnii L. 1. [*Neleis* Bamb.] Tandem *Aliphera* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Mogunt. Non tantum cum Gronovio *Megalopolitis*, quod etiam Crevier. probat, sive *Megalepolitis* scribendum videtur, verum etiam, quum Livius Graeca terminatione *Orchomenon* dixerit, Graeca itidem terminatione dicendum *Heraean*, *Triphylian* et *Aliphera*n, quod multi codd. velle videntur.

§. 5. *Quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent*] Andreas Romae *Megalepolim* Mediolani mutatum est. Pet. *Megalempolim.* Voss. *Megalepolin.* Significant *Megalenpolin.* Quippe et Graecis saepius, Stephano, Polybio, Plutarcho ἡ Μεγάλη πόλις. Polybius 2, [64.] Μετὰ τὴν τῆς Μεγάλης πόλεως ἅλωσιν. Plutarch. in Philopoem. [p. 358.] προσπεσὼν τῇ Μεγάλῃ πόλει. Iterum Polyb. 4, [7.] Καὶ συνῆγε τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν. Apud Strabonem bis habetur versus Comici,

Digitized by Google

multis criminibus oneratum in vincula conjecit, ingenti popularium gaudio. Bellum, si quando umquam ante alias, tum magna cura adparavit, exercuitque in armis et Macedonas, et mercenarios milites: principioque veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturae erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quae ad Antigo- 8 9

Ἐρημία μεγάλη ἐσΘ' ἡ Μεγαλοπόλις.

Posteriore loco [16, 738.] legitur *Μεγάλη πόλις*. Quin et hoc libro infra c. 22, 9. Voss. *Megalipolitani*, et mox *Megalipolitanos*. ut videatur *Megalepolitani* et *Megalepolitanos* voluisse, etsi l. 28. omnes *Megalopolitis*, ut et Graeci, qui et in nummis fere *Νεοπολιτῶν*, et *Νεοπολίτης*. J. FR. GRON. *Megalepolim* Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Megalēpolim* Lov. 1. *Megalempolim* Mead. 2. et Gaertn. *Megalenpolin*, ut Gronov. voluit, Lov. 4. [*Megalin Poline* Bamb.] V. etiam infra ad 35, 36, 10. et 36, 8, 3. (* 38, 32, 6.) et Gronov. ad 42, 29, 7. et 2. Obs. 12, 309. Urbes autem, quae ad condendam Megalopolin ex concilio Arcadum contributae sunt, enumerat Pausan. Arcad. 27. ubi Aliphera etiam inter eas memoratur, et ipsa saepius *Μεγάλη πόλις* dicitur, sed incolae *Μεγαλοπολῖται*, regio *Μεγαλοπολῖτις*.

§. 6. *Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide*] Omittunt duo ista vocabula *sibi conciliavit* Pall. et antiqua ed. referentes ad praecedens *firmabat*. GEBH. Eaedem voces desunt etiam in omnibus meis scriptis, et edd. quas vidi, Ascensiana anni 1513. antiquioribus: cum illis etiam praepositio *cum* omittitur in Lov. 1. Non sine caussa igitur locum de menda suspectum habent viri docti, cujus sensum esse constituunt, Philippum puniendo Heraclide Macedonum amorem redemisse: id tamen non recte *cum Heraclide* pro per Heraclidem efferri. Neque enim, quemadmodum *σὺν Θεῷ*, *cum Deo*, pro adjuvante Deo, dicitur, ita hic *cum Heraclide* accipi potest pro adjuvante Heraclide, quasi nihil referat, nolens an volens adjuvet: quae est Doujatii sententia: neque etiam, quod idem censet, hic agnoscendam puto Livii Patavinitatem. Ut autem locus pristinae integritati restituatur, meliores codices exspectandi sunt, nisi quis legere vellet *Macedonum animos sibi conciliavit caussa Heraclidis*. Voces autem *cū* et *cā*, sive *cum* et *caussa*, saepissime in Mstis confundi, vidimus ad 4, 44, 10. Verum nondum mihi satisfacio. [Bamb. *Macedonum animos, cum Heracliden amicum maximae invidiae sibi esse cerneret. Multis criminibus oneratum in vincla* etc.]

§. 7. *Nam cum eum maximae invidiae sibi cerneret esse*] Vox *eum* exsulat a Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Sed ea ob ductuum similitudinem a voce praecedenti facile elidi potuit.

§. 8. *Bellum, si quando umquam ante alias, cum magna cu-*

Digitized by Google

10 neam fauces sunt, (Stena vocant Graeci) misit. Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, quum situm omnem regionis adspexisset, maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse praeter amnem
11 Aoum. is inter montes, quorum alterum Aeropum, alterum Asnaum incolae vocant, angusta valle fluit, iter exiguum super ripam praebens. Asnaum Athenagoram cum levi armatura tenere ac communire jubet:

ra adparavit] Pal. pr. *tum magna cura*. Amplius alter Pal. *tum magna cura apparuit*. GEBH. *tum magna cura* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. quomodo etiam Cl. Dukerus ex conjectura emendabat, docens Cic. post *si umquam, si umquam alias* saepe inferre *tum*, vel *tunc*. Tot igitur codicibus subnixam lectionem recepi. [*cum magna cura* Bamb.] Praeterea *ante* deest in Mead. 2. Male. 2, 22, 7. *Numquam ante alias publice privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.*

§. 9. *Ad Antigoniam fauces sunt* (*Sthena vocant Graeci*) *misit*) *Antigoniam* omnes in Epiro tradunt. *Stena* autem scribendum est. Plutarch. in Quintio [p. 370.] *Καὶ τὰ Στενὰ φυλάττοντι πολὺν ἤδη χρόνον*. SIG. *ad Antigoneant* Voss. *ad Anthigoneam* Mead. 1. *ad Antegoneam* Harl. *ad Antigonean* Lov. 1. *ad Antigoneam* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. quod recepi. Infra 43, 23, 4. *Quum erupissent ab Antigonea armati*. Macedoniae etiam urbs *Antigonea* memoratur 44, 10, 8. *Legentes oram Antigoneam perveniunt*. Et *Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem*. V. ad 31, 43, 5. Deinde *Scenta* Voss. *Stenta* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Stenna* Lov. 5. et edd. antt. *Stena* Ascens. anni 1513. pro quo quum Curio *Sthena* dedisset, Ascensii lectionem Sigonius revocavit, nulli tamen ante Jac. Gronovium eam veram esse persuadere potuit. De hoc loco v. Palmer. Graec. ant. 2, 3, 251.

§. 10. *Maxime idoneum locum credidit esse*) Adjecimus duas voces *maxime idoneum ad muniendum locum*. GELEN. Duae hae voces constanter ab omnibus meis exsulant. [*locum reddidit* Bamb.]

Praeter amnem Aoum] Plinius l. 3, 23. *Aoum* ponit inter Dyrrhachium ac Apolloniam, atque antiquitus Aeanta dictum perhibet. Strabo l. 7, [316.] eadem de Aoo, sed Apolloniam super eo esse ad stadia distantem decem. Ptolemaeus [3, 13.] *Apsum* eo in loco ponit, quemadmodum et hic noster author priore lib. [c. 27.] de Sulpitii in Macedonia gestis. Strabo loco praedicto hos quidem separat, sed propinquos facit. Quod si hac descriptione hi amnes indicantur, necesse est, supra Antigoniam, quae ad Oricum est, in jugis prope Pindi nasci ac defluere septentrionem occasumque versus, et ea juga Aeropum ac

Digitized by Google

bet: ipse in Aeropo posuit castra. Qua abscisae 12
rupes erant, statio paucorum armatorum tenebat;
quae minus tuta erant, alia fossis, alia vallis, alia
turribus muniebat. Magna tormentorum etiam vis, 13
ut missilibus procul arcerent hostem, idoneis locis
disposita est. tabernaculum regium pro vallo, in
conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus,
suisque spem ex fiducia faceret, positum.

VI. Consul, per Charopum Epiroten certior fa- 1

Asnaum dici. GLAR. *Acum* Voss. et Lov. 1. et 6. *Apsum* Gaertner. Malc. De duobus his fluminibus Apso et Aoo v. Palmer. in Graec. Antiq. 1, 23. et 26. ubi etiam de loco agit a Philippo munito, de quo etiam v. eumdem 2, 3, 252. De Aoo v. etiam ad 33, 4, 1.

§. 11. *Alterum Aeropum, alterum Asnaum incolae vocant*] *Mororum* Lov. 1. *Merorum* Voss. et Hearnii L. 1. *Meropum* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et ed. Camp. *Meroum* reliqui typis excusi usque ad Mogunt. qui *Aeropum* dederunt: quomodo nonnulli codd. omnesque edd. mox hoc eodem §. praeferunt. Ut litera prima *M* voci adhaeserit ex ultima praecedentis. V. ad 37, 29, 8. Mox autem in quibusdam Mstis ei adhaesit ex similitudine vocis praecedentis *in*. Alibi *Aeropi* mentio non obcurrit, nisi si admittenda sit conjectura Ortelii, qui in Thesaur. Geogr. v. *Asnaus* apud Arrian. 1. de Exp. Alex. M. 18. pro *Ἀλέξανδρον τὸν Ἀερόπου* legendum censet *τὸν Ἀέροπον*, atque hunc montem intelligit. Quae lectio si vera est, etiam hic quadrisyllabos legendum erit *Aëropum*. Deinde *Assuavum* et mox *Assueeuum* Hearnii L. 1. Nihil hic mutant Voss. et Lov. 1. sed mox legunt *Asneum*. Utrobique *Asanum* Lov. 6. *Asuaum* Gaertn. Sed neque hunc alibi memoratum inveni. Mox *super ipsam*, pro *super ripam*, Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *super ipa* Voss. unde intelligitur, primo posteriori vocis literam initialem a praecedentis finali elisam esse, postea vero alios locum ulterius corrupisse. [*tenere et communire* Bamberg.] Deinde *ipse enim Meropo* Voss. *ipse enim in Europo* Hearnii L. 1. *ipse enim in Aeropo* Lov. 1. 5. et edd. usque ad Aldum, qui additam vocem primus expunxit. [*Meropo* Bamb.]

§. 12. *Qua abscissae rupes erant*] *abscisae* Voss. Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 31, 34, 4.

Statio paucorum armatorum tenebat] V. Gronov. ad 24, 3, 9. et 27, 17, 17. DUKER.

Quae minus tuta erant, alia fossis] Pall. *qua instituta erant*. GEBH. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. 6. et Mead. ambo. *qua instituta erat* Lov. 4. *qua restituta erant* Gaertn. [*qua minus tuta* Bamb. *alia vallo* idem.]

§. 13. *In conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus, suisque spem ex fiducia faceret*] *in conspectu maximo tumulo*

Digitized by Google

ctus, quos saltus cum exercitu insedisset rex, et ipse, quum Corcyrae hibernasset, vere primo in
2 continentem trajectus, ad hostem ducere pergit. quinque millia ferme ab regiis castris quum abesset, loco munito relictis legionibus, ipse cum expeditis progressus ad speculanda loca, postero die consilium

Harl. et Gaertn. *in conspectu maximo in tumulo* Lov. 2. *in conspectu maxime tumulo* Voss. Lov. 1. et Mead. 1. [Bamb.] Male. V. ad 22, 24, 5. Deinde *ut terrorem sui hostibus, suisque spem faceret* Harl. Paullo ante *procul terrerent hostem* Gaertn. Tum *deposita est* Lov. 2.

§. 1. *Consul per Charopum Epirotem*] Plutarch. in Quint. [p. 370.] τὸν Χάροπα vocat, itemque is, qui de viris Illustribus scripsit [c. 51.] Veteres lib. habent etiam *Charopem*. SIG. Pal. alter *per Charopem*. GEBH. Χάροπα non modo Plutarchus in Quintio, sed etiam pluribus locis vocat Polybius. Scio ut *Harpax* Plauto in Pseudolo reddatur *Harpagus*, ut φύλαξ φύλακος, ut Θρᾷξ *Thraca palus, Arabs Arabo rore*. Tamen quia video fideliter ubique nostrum Graeca nomina ex Polybio expressisse, neque adeo differre, nisi ubi corruptus est, quod aliquot exemplis ostensum, adsentior Sigonio, tertia potius declinatione quoque *Charopem*, et alibi *Charopis, Charope* dixisse. Neque meis auribus durius accidit *Charops*, quam *Pelops*. Nec in Archonte primo eorum, qui denis annis praefuerunt, id mutavit Vellejus [1, 2. et 8.] Scripti partis hujus Livii, qui in bibliothecis videntur hactenus, admodum antiqui non sunt, ut mirum non sit, in talibus omnes esse depravatos. J. GR. GRON. De hoc nomine aliquid dictum est ad Thucyd. 2, 80. Hic sequendos puto libros scriptos Livii et auctores Graecos. DUK. In uno tantum ex Pall. se *Charopem* invenisse Gebhard. testatur, et talem etiam cod. Sigonius versasse videtur. Omnes mei, et Gronovii Msti in terminationem secundae declinationis servandam conspirant; quamvis in prima syllaba dissentiant. *Claropum* est in Lov. 1. *Carropum* in Gaertn. *Caropum* in L. 1. et 6. V. Cl. Arentzen. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. 51. Reliqui omnes *Charopum*. Deinde *Epiroten* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Et ita legendum, vel *Epirotam*, ut apud Aur. Vict. de Viris Ill. c. 33.

Vere primo in continentem trabeatus ad hostem ducere pergit] Vox *trabeatus* prodigii similis est. Vet. lib. *tralatus*, quod placet, ut sit e Corcyra in continentem, id est, in Epirum cum transtulisset sese. Paulo post [c. 16, 2,] *Corcyram transvectus*. SIG. Pall. *vere primo continentem trabeatus*. Vet. ed. *in continentem trabeatus*. GEBH. Et hoc [*tralatus*] ab Sigonio est. Nam vulgares ante *trabeatus*, quod monstrum et calamo exarati fere servant. Venetae membranae coenobii Antoniani expresse *in continentem trajectus*. Id quod pro Liviano vendito. 21, [56, 9.] *Exercitus Placentiam est perductus, inde Pado traje-*

Digitized by Google

habuit, utrum per insessum ab hoste saltum, quam- 3
quam labor ingens periculumque proponeretur, transitum tentaret; an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intraverat, circumduceret copias. Hoc consilium per multos dies agi- 4
tanti nuncius venit, T. Quinctium consulem factum,

etus Cremonam. Infra hoc l. 32, [17, 3.] *Hac summa redemti in Boeotiam inermes trajecti*. Et sic Andreas praecedenti lib. c. 45, 8. *Ab Delio, qui ex pacto trajecti eo fuerant*. At Aldina et posteriores *transvecti*. Si tamen malis *transvectus*, non valde repugnabo: praesertim cum exarati manu codices hujus partis plerumque pro hac voce *travectus* habeant, quae scriptura facilius potuit in *trabeatus* corrumpi. Sic infra c. 16, 2. *Cum duabus quinqueremibus Corcyram travectus*. J. FR. GRON. Aldus Manutius 3. Quaesit. per Epist. 3. corrupta hujus loci scriptura deceptus scribit, consules in bello trabeis usos esse, quod nusquam legi puto. DUK. *trabeatus* superest in Lov. 1. 4. 5. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *trabatus* in Voss. et Lov. 1. [*travectus* Bamb.] *trajectus* in Lov. 6. et Harl. Ita auctor Epit. Liv. 32. *L. Quinctius Flamininus* etc. *in Euboeam et maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit*. Id autem dictum puto active pro quum trajecisset. Multa enim participia passiva temporis praeteriti activa significatione usurpari, docuit Cel. Burm. ad Vell. Pat. 2, 97, 4. et, quem ibi laudavit, Periz. ad Sanctii Minerv. 1, 15. num. 4. Livium autem ab eo non abhorruisse, constat ex participio *juratus*, quo utitur pro eo, qui juravit. Infra hoc libro c. 22, 7. *Juratus se eum sua manu interemturum*. V. etiam ad 26, 33, 14. ubi quaedam exempla Gronov. laudavit.

§. 2. *Postero die concilium habuit*] Gronov. ad 44, 2, 5. monuit, *consilium* scribendum esse; intelligi enim legatos, tribunos militum, quosque, quoties aliquid deliberandum incidebat, advocabat imperator; id autem non *concilium*, sed *consilium*, vocari. Et ita legunt etiam Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et alii: neque aliter praeferunt edd. vett. usque ad Modianam, quae prima *concilium* substituit. Recte igitur Crevier. ex mente Gronov. *consilium* revocavit, quod etiam Dukerus verum esse monuit.

§. 4. *Hoc consilium per multos dies agitanti nuncius venit*] *agitante* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et ed. Rom. princeps. Sed frustra. Supra 1, 7, 1. *Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures*. 9, 33, 2. *Novus exercitus domo adcitus Etruscis venit*. 24, 14, 5. *Tempus venisse eis libertatis*. 29, 12, 3. *Nuncius regi venit, Romanos Dyrrhachium venisse*. 32, 28, 9. *Quinctio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset*. (*35, 5, 4.) 36, 9, 1. *Antiocho legati ab Larissa venerunt*. (*41, 12. 5.) V. Nic. Heins. ad Nas. 4. Her. 113. [*agitanti ei* Bamb.]

§. 5. *Et quia recto itinere nequierit*] Copula primum adparuit

Digitized by Google

sortitumque provinciam Macedoniam, maturato iti-
5 nere jam Corcyram trajecisse. Valerius Antias in-
trasse saltum Villium tradit, quia recto itinere ne-
quierit, omnibus a rege insessis, secutum vallem,
6 per quam mediam fertur Aous amnis; ponte raptim
facto, in ripam, in qua erant castra regia, trans-
gressum acie conflixisse: fusum fugatumque regem,
7 castris exutum: duodecim millia hostium eo proelio
caesa, capta duo millia et ducentos, et signa mili-
taria centum triginta duo, equos ducentos triginta.
aedem etiam Jovi in eo proelio votam, si res pro-

in Heinsii Elzevir. quam quidem recentiores omnes servarunt; quum tamen illam ignorent non tantum priores typis, sed et omnes manu exarati codd. et sine ea sensus constet, iterum inducendam judicavi.

§. 6. *In qua erant castra regia*] Pall. et ant. ed. *castra regis*. GEBH. Non aliter Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1535. Passim *regis* et *regiis* in Mstis confunduntur. V. ad 24, 21, 5. 29, 32, 1. 30, 5, 6. c. 8, 3. 32, 11, 2. c. 37, 1. [c. 23, 12.] 35, 47, 6. 36, 17, 13. c. 19, 2. 37, 16, 7. c. 23, 7. 40, 21, 9. Similiter *quaestoris* et *quaestoriis*. V. ad 4, 54; 8. *colonis* et *coloniis*. ad 5, 33, 9. (* 41, 5, 9.) *censoris* et *censoriis*. ad 7, 22, 11. *imperatoris* et *imperatoriis*. ad 9, 18, 5. *subsidiaris* et *subsidiariis*. ad 9, 32, 11. *collegis* et *collegiis*. ad 10, 24, 2. *Gallis* et *Galliis*. ad 21, 23, 2. *patris* et *patriis*. ad 23, 8, 4. *praetoris* et *praetoriis*. ad 27, 47, 5. *sacrilegis* et *sacrilegiis*. ad 31, 12, 2. *Lacedaemonis* et *Lacedaemoniis*. ad 34, 29, 2. *Martis* et *Martiis*. ad 38, 17, 18. (* *convivis* et *conviviis* ad 40, 7, 4. *reliquis* et *reliquiis* ad 40, 57, 8. *veneficis* et *veneficiis* ad Epit. 48.) Ratio est, quod olim loco duplicis *ii* scriberetur *I* majusculum; quod non observantes librarii in *i* simplex minusculum converterunt. Eaedem voces tamen etiam ibi confunduntur, ubi illa erroris origo statui nequit. Ita *eques regius* et *regis*. V. ad 31, 35, 6. Similiter *domus nobiles* et *nobilium*. V. ad 6, 36, 12. *castra Romana* et *Romanorum*. ad 7, 7, 2. *Spectaculum gladiatorium* et *gladiatorum*. ad 39, 42, 9. Ceterum *castris*, *praesidiis regis* etiam alibi dixit Livius, nisi librarii aberrarint. V. ad 44, 6, 9.

§. 7. *Et signa militaria centum triginta et duo, equites ducentos triginta*] Legendum *equos CCXXX*, non *equites*. GELEN. *equos* etiam omnes mei praeter Lov. 5. qui editis *equites* exhibentibus consentit. Praeterea voces *et duo* desunt in Hearnii N. *centum triginta duo* legunt omnes codd. mei cum Hearnii L. 2. [*CXXXII* Bamb.] cen-

Digitized by Google

spere gesta esset. Ceteri Graeci Latinique auctores, quorum quidem ego legi annales, nihil memorabile a Villio actum, integrumque bellum insequentem consulem T. Quinctium accepisse tradunt. 8

VII. Dum haec in Macedonia geruntur, consul 1
alter L. Lentulus, qui Romae substiterat, comitia censoribus creandis habuit. Multis claris petenti- 2
bus viris, creati censores P. Cornelius Scipio Africanus et P. Aelius Paetus. hi, magna inter se concordia, et senatum sine ullius nota legerunt, et por- 3
toria venalium Capuae Puteolisque, item Castrorum

tum XXXII omnes excusi usque ad Paris. qui *et duo* dederunt. Id recentiores servarunt. Sed codices sequor.

Aedem etiam Jovi in proelio votam] *aedem Jovis eo proelio votam* Voss. *aedem Jovis etiam in eo proelio votam* Gaertn. *aedem etiam Jovi in eo proelio votam* Lov. 2. [*Jovi in* omittit Bamb. relicto spatio vacuo.] *aedem etiam Jovis in eo proelio votam* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad Mog. qui *Jovis* mutavit in *Jovi*. Postea ultima Grut. ed. insuper ejecit pronomen *eo*: quod revocavi. Nec displicet etiam *Jovis* ob codd. fidem. Nam eodem modo *vovere aedem Jovis* et *Jovi* dici posse puto, quo *dedicare aedem Jovis* et *Jovi*. V. ad 5, 23, 7. (* V. tamen Sigon. ad 42, 7, 2.)

§. 2. *Et P. Aelius Paetus*] Pall. utrique appellatur *Cajus*. GEBH. Similiter Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed *P. ALLIVS*, vel *AELIVS* vocatur in Fastis Capitol. Ceterum *et proconsul Aelius* est in Lov. 1. 6. et Voss. V. ad 28, 16, 14. *et consul Aelius* Lovel. 4. quod ex praenomine *Cajus* corruptum esse, patet ex illis, quae notantur ad 22, 14, 13. [*P. Scipio* Bamb. *ii* pro *hi* idem.]

Senatum sine ullius nota legebant] Vet. lib. *legerunt*. Recte. Sequitur enim *locarunt*. SIG. Pall. et antiqua ed. *regebant*. GEBH. Similiter legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. usque ad Frob. qui anno 1535. *legebant* substituit. V. ad Epit. Liv. 18. *gerebant* corruptius, pro *regebant*, literis transpositis, est in Lov. 1. V. ad. 27, 40, 2.

§. 3. *Portoria venalium Capuae Puteolisque*] Legendum *venalicium Capuae*, non *venalium*. GELEN. Vet. lib. *venalium*. SIG. Similiter omnes mei. V. Cel. Burm. de Vectig. c. 5. p. 55. [*venalicium* Bamb.]

Item Castrorum portorium] Pall. et antiqua ed. *castrum portorium*. GEBH. Quae aut quo loco castra illa, quae Livii aetate oppidum erant, fuerint, non scio. Cluverius, Ortelius, et Cellarius tacent. Sigon. 2. de ant. jur. Ital. 5. *Castrorum Portorium*

Digitized by Google

portorium, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt: colonosque eo trecentos (is enim numerus finitus ab senatu erat) adscripserunt, et sub
4 Tifatis Capuae agrum vendiderunt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus, ex Hispania decedens, prohibitus a P. Porcio Laeca tribuno plebis, ne ovans rediret, quum ab senatu impetrasset, privatus urbem ingrediens mille ducenta pondo argenti, tri-
5 ginta pondo ferme auri in aerarium tulit. Eodem anno Cn. Baebius Tamphilus, qui ab C. Aurelio consule anni prioris provinciam Galliam acceperat,

inter colonias recenset, quasi hoc nomen oppidi fuerit. Sed ex praecedenti *portoria*, et ex eo, quod Livius dicit *portorium fruendum locarunt*, nemo non intelligit, *portorium* non esse nomen loci. DUK. Quum Capua, Puteoli, Tifata fuerint in Campania, ibidem etiam *Castra*, quorum portorium fruendum locatum est, quaerenda existimo. An igitur intelligendum castellum, ad ostium Vulturni tempore belli Punici secundi munitum? de quo Livius 25, 20, 2. *Ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum.* Quemadmodum ibi Livius *ubi nunc urbs est*, ita hic *quo in loco nunc oppidum est*. Eo nunc non colonia deducitur, sed trecenti coloni adscribuntur, anno demum seq. lex lata est, ut eo colonia deduceretur. Infra hoc lib. c. 29. Id quod tandem factum est triennio postea. Infra 34, 45. Ceterum Buleng. de Vectig. 6. ex hoc loco docentem, fuisse portoria rerum venalium et castrorum, refellit Cel. Burm. de Vectig. c. 5. p. 51. [*Castrum portorium* Bamb.]

Is enim numerus finitus etc. *erat*] *Τὸ enim* non conspicitur in Voss. Supra 10, 39, 4. *Papirius, novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnavit.* ubi etiam multi *enim* interponunt. Vide, quae ibi notantur. Verum uni hic cod. fidem habere temerarium foret.

§. 4. *A M. Porcio Lecca*] *Laeca* ex vetustis argenteis nummis. SIG. Pall. utrique appellatur *P. Portius Lecca*. GEBH. *Lecca*, quod etiam servant Lov. 4. Harl. et Mead. uterque, demum adparuit in Ascens. ed. anni 1513. Priores *Leca*, quomodo, vel *Laeca*, est in reliquis scriptis, ut Sigon. recte restituit; quem etiam v. ad 33, 42, 1. *Corvo*, pro *Laeca*, est in Hearnii L. 1. Praeterea Porcii praenomen *M.* unus servat Lov. 5. editis adsensus; reliqui omnes cum Hearnii L. 1. *a P. Porcio.* quod recepi: infra enim *P. Porcius Laeca* triumvir epulo, et mox praetor creatur 33, 42. Pighius quidem duos Porcios Laecas, alterum *Marci*, alterum *Publii* praenomine vocatos, circa haec tempora statuit, quorum Marcum anno ıɔLıv. Publium anno ıɔLv. tribunos plebis, ambos etiam antea quaestores fuisse

Digitized by Google

temere ingressus Gallorum Insubrium fines, prope cum toto exercitu est circumventus: supra sex mil- 6
lia et sexcentos milites amisit. tanta ex eo bello, quod jam timeri desierat, clades accepta est. Ea res 7
L. Lentulum consulem ab urbe excivit. qui, ut in provinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, praetorem multis probris increpitum provincia decedere, atque abire Romam jussit. Neque 8
ipse consul memorabile quidquam gessit, comitiorum caussa Romam revocatus; quae ipsa per M. Fulvium et M.ᵐ Curium tribunos plebis inpediebantur,

putat. Attamen ipse ad annum DXL. p. 225. notat, duos Porcios Laecas ejusdem temporis a Livio nominari, Marcum et Publium, eorum autem hunc tribunum plebis et praetorem recenseri. Verum *P. Porcius Laeca* non recenseetur apud Livium tribunus plebis, nisi hic *P. Porcio*, pro *M. Porcio*, legamus.

Privatus urbem ingrediens] Cur *privatum* dicat, docet Gruchius c. 4. Refut. ad poster. Sigonii disput. DUKER.

Mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri] Suspecti sunt mihi numeri. Fuerat multos annos cum Lentulo in Hispania, et multa fortiter ac feliciter gesserat: Lentulus autem in aerarium tulit *argenti quadraginta quatuor millia pondo, auri duo millia quadringenta*, 31, 20, 7. Confirmat suspicionem, quod a duobus libris apud Hearne abest *mille*. DUKER. Hearnii est N. qui, ut et Lov. 4. et Mead. 2. omittunt τὸ *mille*. Sed *L. et ducenta pondo* legit Hearnii L. 1. *mille et ducenta pondo*. Voss. et Lov. 6. a m. 2. Reliqui nihil mutant. [Bamb. omittit *ducenta*, relicto post *ingrediens* vacuo spatio.]

§. 5. *C. Bebius Pamphilus*] *Cn. Baebius Tamphilus*, ut supra. SIG. V. ad 31, 49, 12. [*Cn. Baelius Pamphilus* Bamb.]

§. 6. *Supra sex millia et sexcentos milites amisit*] *circa millia* Voss. a m. 1. *supra millia* a m. 2. simul cum Lov. 1. et 6. *supra sex millia sexcentos* Harl. Mox *tanti ex eo bello, qui timeri* Voss. *tanta ex eo bello, quae jam timeri* Lov. 1.

§. 8. *M. Fulvium et M. Curium tribunos plebis*] *M.ᵐ Curium* lege ex Plutarcho in Quintio [p. 369.] Τῶν δὲ περὶ Φούλβιον καὶ Μάνιον δημάρχων ἐνιεαμένων. Quamquam vulgo mendose legitur Μάλλιον, pro Μάνιον, ut saepe alias. *Manius* certe praenomen Curiis familiarissimum est. SIG. Curio *Marci* praenomen tribuunt Hearnii L. 1. [Bamberg.] et omnes mei, nisi quod nullum ipsi det Lov. 4. Solent haec praenomina passim a librariis commutari. V. ad 27, 25, 2. Adde, quae notantur ad 45, 38, 11. *Furius*, pro *Curius*, est

Digitized by Google

9 quod T. Quinctium Flamininum consulatum ex
10 quaestura petere non patiebantur. *Jam aedilitatem praeturamque fastidiri: nec per honorum gradus, documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum, sed, transcendendo media,*
11 *summa imis continuare.* Res ex campestri certamine in senatum venit. Patres censuerunt, *Qui honorem, quem sibi capere per leges liceret, peteret, in*

in Hearnii L. 1. Deinde *tribunum plebis* Lov. 5. et ed. Camp. *Titum Romuleum plebis* Voss. et Lov. 1. *et T. Romuleum tribunos plebis*, duplici lectione juncta, Lov. 6. et Harl. V. ad 31, 6, 4.

§. 10. *Jam aedilitatem praeturamque fastidiri*] Plutarchus Quintium ad consulatum pervenisse ait, non aedilitate solum et praetura, sed etiam tribunatu plebis omissis; neque intelligit, Quintium, quia patricius erat, tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuisse. Propterea de eo nihil Livius. ille autem ita [in Quinct. p. 369.] *τὰς διὰ μέσου καὶ συνῃθεῖς τοῖς νέοις ἀρχὰς ὑπερβάντα, δημαρχίαν, καὶ στρατηγίαν, καὶ ἀγορανομίαν.* Idem in Apophthegm. [p. 197.] SIG. *aedilitatem, praeturam fastidiri* sine copula Mead. 1.

Transcendendo media] An *medio?* id est, eo quod medium est inter summa et ima. J. FR. GRON. Huic conjecturae favet Gaertn. *transcendendo medios* obferens, ubi ultima littera *τοῦ medios* repetita est ex prima vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. De ipsa locutione dictum est ad 1, 53, 3. Sed reliqui vulgatum tuentur. V. ad 40, 49, 1.

§. 11. *Res ex campestri certamine in senatum venit*] Pall. *in senatum pervenit.* GEBH. Pariter Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Verum *in arbitrium senatus venire* dixit 33, 34, 10. [Re Bamb.]

Quem sibi capere per leges liceret] Nondum latis legibus annalibus, quae magistratus ordine geri jusserunt. V. Gruch. 1. de Comit. Rom. 3. DUKER.

§. 12. *Sex. Aelius Paetus*] Noris. ad Cenotaph. Pis. 3, 9. scribit, ex eo, quod in Fastis apud Gruter. CCXCIII. anno U. C. IDLIV. *P. ALLIVS. PAETVS* et anno U. IDLV. *SEX. ALLIVS. PAETVS* consules nominantur, ac deinde anno U. IDLIX. *SEX. ALLIVS. PAETVS. CATVS.* censor, inferri, hanc gentem prius *Alliam* nuncupatam, et Sextum hunc omnium primum *Ailium* appellatum fuisse. Quam recte id hinc inferatur, alii existimabunt. Mihi *Allius* vel fabri, vel illius, qui lapidem descripsit, error esse videtur pro *Ailius.* Hoc ex eo conjicio, quod in lapide, eo loco, quo nomina consulum A. U. IDLII. scripta fuerant, rupto, haec supersunt *L. N. LENTVLVS. P. AI.* Nam hi sunt *Cn. Cornelius L. F. L. N. Lentulus* et *P. Aelius Paetus*, quos illius anni consules memorat Livius 30, 40. et 44. Nec intelligo, quam rationem habeat, quod Sextum primum omnium *Ailium* ap-

Digitized by Google

eo populo creandi, quem velit, potestatem fieri aequum esse. In auctoritate Patrum fuere tribuni. 12
Creati consules Sex. Aelius Paetus et T. Quinctius Flamininus. Inde Praetorum comitia habita. creati 13
L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui aediles plebis fuerant. ab iis ludi plebeji instaurati: et epulum Jovis fuit ludorum caussa. Et ab aedilibus curulibus C. Vale- 14

pellatum dicit. Nam quod idem, qui in A. U. ıɔlv. *Allius*, deinde in A. U. ıɔlıx. *Ailius* scribitur, id magis ad confirmandum, quod de vitio scripturae in Fastis dixi, quam ad stabiliendam illius sententiam valere arbitror. Hoc quoque satis ambiguum et obscurum est, quod eos, qui *Allii*, ac deinde *Ailii*, ut ait, erant, postea *Aelios* dictos fuisse, et Livium in fine l. 31. et l. 32. *Sex. Aelium Catum* vocare dicit. Nam facile, qui hoc legit, credere potest, ei a Livio cognomen *Cati* addi, quod nusquam in Livio legitur. Verum est, nomen Sexti, qui *Catus* dictus fuit, in Livio non *Allius*, nec *Ailius*, sed *Aelius* scribi, quod virum doctissimum dicere voluisse puto: sed nomen hujus gentis non hic demum, verum jam 8, 15. 9, 7. 10, 9. 23. et multis aliis locis ante hunc ita in Livio scriptum legitur. DUK. In eadem, in qua Norisius, opinione, gentem *Aeliam* primum *Alliam*, et quidem ab alliorum cultu, adpellatam, id autem nomen postea tenuiore pronunciatione in *Ailiam*, ac deinde in *Aeliam* mutatum esse, fuit etiam Pighius in Annal. ad A. U. ıɔlıı. p. 236. Similiter etiam sive Ursin. sive Patin. in numm. Famil. in gente Aelia, ubi etiam profertur nummus, in cujus altera parte legitur *C. ALLI.* in altera *BALA.* cui similem edidit Beger. in Thes. Brand. tom. 2. p. 530. Utrum tamen ad gentem *Alliam*, sive *Aeliam*, pertineat, obscurum puto. Certe plures *Allieni* sive *Allienii* memorantur apud Glandorp. in Onom. et Pighium in Ann.

§. 13. *M. Porcius Cato*] Apud Ciceronem [de Sen. 4.] hic ipse Cato ait, consulibus Cethego Tuditanoque praetorem se factum, eumque gessisse magistratum, quo anno Livius eum quaestorem fuisse scribit l. 29, [25, 10.] anno secundi belli Punici quintodecimo, ac hoc demum anno, qui tertius est belli Macedonici, praetorem factum. Porro postea in eodem dialogo [c. 13.] tanquam oblitus eorum, quae antea dixerat, Cato: *Sodalitates autem* (inquit) *me quaestore constitutae sunt, sacris Idaeis Magnae Matris acceptis.* Constat autem ex eodem Livio [29, 14.] Idaeam matrem susceptam iisdem jam dictis consulibus, anno, inquam, quintodecimo secundi belli Punici. Ego priorem Ciceronis locum corruptum puto: quod ideo annotandum duximus, ne argutulus quispiam hunc ex illo emendare tentet. GLAR. Difficultati, a Glareano hic et ad 29, 25, 10. motae circa dissensum Livii et Cic. in designando tempore et

Digitized by Google

rio Flacco flamine Diali et C. Cornelio Cethego ludi
15 Romani magno adparatu facti. Ser. et C. Sulpicii Galbae pontifices eo anno mortui sunt. in eorum locum M. Aemilius Lepidus et Cn. Cornelius Scipio pontifices subfecti sunt.

2 VIII. Sex. Aelius Paetus, T. Quinctius Flamininus consules, magistratu inito, senatum in Capitolio quum habuissent, decreverunt Patres, *ut provincias Macedoniam atque Italiam consules compararent*

annis magistratuum a Catone gestorum, diu viri docti satisfecerunt notis ad Cic. de Senect. 4.

C. Aelius] Vetus lectio *C. Helvius*. GELEN. Priscam lectionem servant plerique codices; at insuper praenomen *C.* omittunt Voss. Lov. 1. 6. et Mead. ambo. Praenomine nomini coalescente *Celius* est in Gaertn. [*Caelius* Bamb.] V. ad 38, 35, 2. *C. Helius* Hearnii L. 1. Sed *C. Helvius* vocatur Nepoti in vit. Cat. 1. *Aedilis plebis factus est cum C. Helvio*. ubi Magius, vitiosis Livii exemplaribus ablatus, *C. Aelius* perperam substituere conabatur. Neque rectius ad eumdem locum notavit Bosius, *Helvius* cognomen esse gentis *Ebutiae*, gentem *Helviam* et cognomen gentis *Aebutiae Helva* vel *Elva* inperite confundens. V. infra ad c. 26, 2.

§. 14. *Et C. Cornelio Cethego*] *Cnaei* praenomen ei tribuunt Lov. 2. 4. 5. Mead. 1. Gaertn. et edd. ante Aldum. Sed *Cajus* dicitur supra 31, 49, 7. et 50, 6. Et ita vocandum infra docet Sigon. hoc lib. c. 27, 5.

§. 15. *Ser. Sulpicius et L. Galba pontifices*] Lege *Ser. et C. Sulpicii Galbae pontifices*. Servius creatus pontifex fuerat anno CCCCLVII. Cajus vero CCCCLVIII. SIG. Recte ita emendat Sigonius e duobus locis Livii infra scriptis. Idem vir summus et merito in principibus eruditorum nostrae memoriae numerandus Henr. Norisius Cenotaph. Pisan. 2, 7. scribit, se numquam legisse, *duos ejusdem familiae* in idem collegium sacerdotum cooptatos, ac deinde, veterem hujus loci lectionem a Sigonio jure repudiatam referens, addit, certum esse *L. Galbam* fuisse e gente Sulpicia, *cui tantum Galbae cognomen proprium fuerit*. Haec ita scripta sunt, ut, quia antea dixerat, se numquam legisse, duos ejusdem familiae in idem collegium cooptatos, satis appareat, eum existimasse, *L. Galbam tantum* ex familia Galbarum gentis Sulpiciae, *Ser. Sulpicium* autem ex alia ejusdem gentis familia, quae multae erant, fuisse. Si ita sensit, accidit ei, quod saepius mihi, quam illi. Nam certissimum est, utrumque horum ex eadem familia Galbarum gentis Sulpiciae fuisse. Ita enim scribit Livius 30, 26, 10. in A. U. 1DL. *In ejusdem* [Q. Fabii Maximi] *locum pontifex Serv. Sulpicius Galba* inauguratus est. Et eodem lib. c. 39, 6. *L. Manlius Torquatus pontifex eo anno* [A. U. 1DLI.] *mortuus est. in locum ejus*

Digitized by Google

inter se, sortirenturve. Utri eorum Macedonia evenisset, in supplementum legionum tria millia militum Romanorum scriberet, et trecentos equites. item sociorum Latini nominis quinque millia peditum, quingentos equites. Alteri consuli novus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni consuli prorogatum imperium est; vetitusque aut ipse provincia decedere prius, aut veterem exercitum deducere, quam cum legionibus novis consul venisset.

suffectus C. Sulpicius Galba. Tres *Sulpicios Galbas* circa haec tempora memorat Livius. primum P. Sulpicium Galbam bis consulem 25, 41. et 31, 4. 5. et anno U. ıoı. dictatorem 30, 24. secundum Ser. Sulpicium Galbam aedilem curulem, legatum ad Attalum et pontificem. 27, 21. 29, 11. 30, 26. tertium C. Sulpicium Galbam pontificem 30, 39. Ex his *Servius* et *Cajus* hoc anno mortui sunt. *Servium* Pighius ad A. U. ıoıiii. fratrem *Publii* vocat, ex conjectura opinor. DUK. Lectio vulgata merito Sigonio displicuit. Partim enim *Lucii* praenomen in gente Sulpicia inusitatum fuit. V. ad 40, 28, 8. Partim lectio illa in nullo exstat codice. Prima etiam editionum, quae eam exhibent, est Mogunt. antea edebatur *Ser. Sulpicius et Galba pontifices:* quod servant fere omnes codd. et mei, et Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] nisi quod *Furius Sulpicius et Galba* sit in Lov. 1. *Ser. Sulpicius et Galbae* in Lov. 4. Sed verum recte Sigonius deprehendit. Saepe librarii, ubi Livius duorum vel magistratuum vel sacerdotum aut praenomina aut nomina, quae utrique eadem erant, numero plurali extulit, errarunt. V. ad 4, 48, 1. 6, 22, 1. et 25, 3, 13. Ceterum recte Sigonius quidem duos Sulpicios Galbas hoc tempore pontifices fuisse docet, in edendo tamen anno, quo sacerdotium hoc adepti sunt, gravissimum errorem commisit. In posterioribus Scholiorum Sigonii editionibus dicuntur anni *CDLVII.* et *CDLIII.* in iis, quae Sigonius curavit, *CDLVII.* et *CDLVIII.* ut hic edidimus. At veri anni fuerunt *IↃXLVII.* et *IↃXLVIII.* nempe secundum rationes chronologicas, quas Sigonius in Livio sequi solitus est.

§. 3. *Ne aut ipse provincia decederet*] Scribendum *vetitusque aut ipse provincia decedere.* GELEN. Lectionem a Gelenio exactam perhibent quoque Pall. *utque aut ipse provincia decederet prius, aut veterem deduceret exercitum.* Antiq. ed. *neque aut ipse provincia decederet prius, aut veterem deduceret exercitum.* GEBH. Lectio, quae Gelenio displicuit, et superest in Lov. 5. et Harl. primum adparuit in edd. Ascens. Antiquiores enim, quas vidi, legunt *neque aut ipse provincia decederet.* quod in nullo cod. obvium fuit. Sed *ut aut ipse provincia decederet* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo. *ut aut ipse provincia decedet* Gaertn. *uti ipse aut provincia decederet* Lov.

Digitized by Google

4 Sortiti consules provincias. Aelio Italia, Quinctio
5 Macedonia evenit. Praetores, L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Sardi-
6 niam, C. Helvius Galliam est sortitus. Delectus inde haberi est coeptus. nam, praeter consulares exercitus, praetores quoque jussi scribere milites erant.
7 Marcello in Siciliam quatuor millia peditum sociûm Latini nominis, et trecentos equites; Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum,
8 ducentos equites: ita ut hi praetores ambo, quum in provincias venissent, veteres dimitterent pedites
9 equitesque. Attali deinde regis legatos in senatum consules introduxerunt. Hi, regem classe sua co-

6. *uti aut ipse provincia decederet* Hearnii L. 1. Mox *aut veterem deduceret exercitum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Harl. et edd. antt. *aut veterem exercitum deducet* Gaertn. *aut veterem exercitum deduceret* Aldus. *aut veterem exercitum deducere* primus substituit Frob. anno 1535. *dedacere exercitum* Bamb. qui §. 1. omittit *consules* post *Flamininus.*]

§. 4. *Sortiti consules provincias. Aelio Italia*] Scribe *Sortitis consulibus provincias, Aelio Italia, Quintio Macedonia evenit.* Sic magis frequentat noster. J. FR. GRON. At vide, quae notantur ad 3, 22, 3. Gronovio nulli codd. adsentiuntur.

§. 5. *Praetores, L. Cornelius Merula*] *Titus Cornelius* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 1. *T. Cornelius* Mead. 2. Harl. et Gaertn. [Bamb.] Praenomen omittitur in Hearnii L. 1. At, *Titi* praenomen in gente Cornelia hoc tempore usurpatum fuisse, non notavi. Et cap. etiam praec. *L. Cornelius* vocatur, ubi quidem nonnulli codd. solito scribarum mendo *Lelius Cornelius*: verum ipse hic error *L. Cornelius* scribendum docet. Ceterum, quum mox sequatur *est sortitus*, vide, num praestet *Praetorum L. Cornelius Merula urbanam.* De locutione egimus ad 22, 40, 6. Error tum ortus erit, quod per compendium scriptum fuerat *Praett.* V. ad 24, 23, 1. et mox hoc cap. ad §. seq.

§. 6. *Praeter consulares exercitus*] *praeter consularem exercitum* Voss. Lov. 5. 6. a m. 2. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Uni quidem consulum, cui Italia obveniret, novus omnis exercitus decretus est: alter tamen in veteris supplementum magnum satis militum numerum scribere jussus est. Et hinc Livius etiam *consulares exercitus* dicere potuit. *post consularem exercitum* Lov. 1. Paullo ante *Dilectus* Lov. 4. Mead. 1. et Gaertner. [Bamb.] V. ad 37, 51, 7.

Digitized by Google

piisque omnibus terra marique Romanam rem juvare, quaeque imperarent Romani consules, inpigre atque obedienter ad eam diem fecisse, quum exposuissent, *Vereri* dixerunt, *ne id praestare ei per Antiochum regem ultra non liceret. vacuum namque praesidiis navalibus terrestribusque regnum Attali Antiochum invasisse. Itaque Attalum orare Patres conscriptos, si sua classe, suaque opera uti ad Macedonicum bellum vellent, mitterent ipsi praesidium ad regnum ejus tutandum: si id nollent, ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliquis copiis redire paterentur.* Senatus legatis ita responderi jussit, *Quod rex Attalus classe copiisque aliis duces Roma-*

Praetores quoque jussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam] Sic jam ab Andrea. Sed filum orationis flagitat *Marcellus*: et mox, *Cato in Sardiniam*, non *Catoni*. J. FR. GRON. *Marcello* et *Catoni* confianter etiam omnes codd. quam tamen lectionem ferri non posse, Gronov. consentio. At propius est, ut vitium non in his, sed in praecedentibus, quaeramus, et cum Cl. Crevierio legamus *praetoribus quoque jussi scribere milites erant Marcello in Siciliam. jussi erant* nempe consules. (*An consules praetoribus soliti scribere milites, an ipsi praetores sibi? forte excidit verbum, quod Marcello et Catoni respondet, *dederunt* vel *adjudicarunt*.) Ita mutatio minima, aut potius nulla erit, et errori caussam dederit compendium scribendi *praett.* quod non *praetores*, sed *praetoribus*, erat reddendum. V. ad §. prace.

§. 7. *Quatuor millia peditum sociûm Latini nominis, et trecentos equites*] *sociûm et Latini nominis* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Moguntina priores. Mox *ex eodem genere militum mille pedites* Lov. 1. 4. 5. Voss. et edd. ante Aldum. *ex eodem genere militum mille duo millia peditum* Hearnii L. 1. [*militum* ∞ ∞ *peditum* Bamb.] Tum *CCC equites*, pro *ducentos*, Mead. 2.

§. 8. *Ita ut praetores ambo*] Pall. et Antiq. ed. *ita ut hi praetores ambo*. GEBH. Pronomen, quod tuentur et codd. omnes, et edd. antt. demum exsulavit ab ed. Francof. anni 1678. Id jam recte Gronov. in contextum revocavit. [*ita uti p. r.* Bamb.]

§. 9. *Terra marique Romanam rem juvare*] *rem Romanam* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Mox τὸ *consules* omittit Lov. 2. [*li regem* Bamb. qui §. 11. *si sua classis, opera.*]

§. 12. *Id gratum senatui esse*] Membranae, *id gratum senatui*

Digitized by Google

13 *nos juvisset, id gratum senatui esse. Auxilia nec ipsos missuros Attalo adversus Antiochum, socium et amicum populi Romani: nec Attali auxilia reten-*
14 *turos, ultra quam regi commodum esset. Semper populum Romanum alienis rebus, arbitrio alieno, usum, et principium et finem in potestate ipsorum, qui*
15 *ope sua velint adjutos Romanos, esse. Legatos ad Antiochum missuros, qui nuncient, Attali naviumque ejus et militum opera adversus Philippum com-*

fore. Nempe crediderunt, pro accepto beneficio repraesentandam, non promittendam esse gratiam: itaque mutarunt, cum acciperent *gratum esse* pro placere, voluptatem adferre. At sensit auctor, ejus rei memorem fore senatum gratiis opere reque referendis. Perinde ut 4, [48, 11.] *Suadendo, monendo, pollicendoque, gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore.* hoc est, et singulos Patres, et universum senatum gratiam relaturos. J. FR. GRON. Vellem, Gronov. addidisset, in quibus membranis *gratum senatui fore* reperisset, ut de meritis codicis constare posset. Msti undecim mei (nam Lov. 3. ab hoc demum cap. incipit) et Hearnii L. 1. ac N. constanter *esse*; quod reduxi. Si enim auctor sensisset, quod Gronov. existimat, omnino dixisset *gratum senatum fore.* Verum *id gratum senatui erit* non aliter accipi potest, quam id senatui placebit, ipsi voluptatem adferet. Et eo sensu etiam locum Livii, quem laudavit, intelligendum contendo. Cic. 3. ad Q. Fratr. 1, 4. *Id mihi pergratum perque jucundum erit.* Paullo ante *classibus aliisque copiis* Lov. 3.

§. 13. *Auxilia nec ipsos missuros* etc. *nec Attali auxilia retenturos*] Cl. Crevier. posterius illud *auxilia* omnino vacare, et videri e margine in contextum inrepsisse pronunciat. Superest tamen in omnibus scriptis et editis.

§. 14. *Et principium et finem in potestate ipsorum*] *in potestatem* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Ven. anni 1498. et aliis. Et eo ducunt reliqui Msti Lov. 1. 3. et Voss. qui praeferunt *et potestatem.* Certe nullus tuetur *in potestate*, quod demum etiam vidi in edd. Tarvisinis. V. ad 2, 14, 4.

§. 15. *Uti. Populo Romano gratum eum facturum et senatui, si Antiochus regno Attali*] Scribe et distingue sic *uti populum Romanum. Gratum eum facturum senatui, si regno* etc. GELEN. Scripti et vett. ed. *et senatui.* Sustulit particulam Gelenius. Fortassis *adversus Philippum communem hostem utenti populo Romano gratum eum facturum et senatui.* Buslid. *futurum.* unde Rubenius: *Gratum ei futurum et senatui.* J. FR. GRON. *populo Romano* superest in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. utroque. *populo*, omissa voce sequenti, in Lov. 6. Reliqui per

Digitized by Google

munem hostem uti populum Romanum. Gratum 16
eum facturum et senatui, si regno Attali abstineat, belloque absistat. Aequum esse, socios et amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem servare.

IX. Consulem T. Quinctium, ita habito delectu, 1
ut eos fere legeret, qui in Hispania aut Africa meruissent spectatae virtutis milites, properantem in provinciam prodigia nunciata atque eorum procura-

compendium exhibent *po. Ro.* quomodo etiam legunt edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. quod qua ratione exponendum foret, nescientes librarii reddiderunt *populo Romano*, et retulerunt ad sequens *Gratum*; quum reddendum esset *populum Romanum*, et ad praecedentia pertineret. Saepissime eos ita lapsos esse, videbimus ad 39, 47, 10. Deinde *futurum* etiam Voss. Lov. 1. 6. Hearnii L. 1. et duo codd. Crevierii. Solent haec vocabula saepe numero a librariis confundi. V. ad 2, 1, 4. 8, 3, 1. 9, 5, 11. c. 33, 7. 22, 39, 7. 35, 39, 3. 36, 43, 9. 37, 5, 1. Quum autem vocula *et*, quam Gelenius sustulit, in omnibus scriptis constanter exstet, [Bamb. omittit *et*] non displicet Rubenii conjectura *Gratum ei*, nempe populo Romano, *futurum et senatui*. Minus certe a vulgato recedimus, si invitis codd. *eum* in *ei*, quam *uti* in *utenti* mutamus. *eum* non visebatur in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *si Antiochus regno* Lov. 1. Harl. et Gaertn. Sed recte Gelenius mediam vocem expunxit, quam non tantum nesciunt reliqui codd. sed etiam edd. Camp. et Rom. anni 1472.

§. 1. *Ut eos fere legerent, qui* etc.] *To eos* non adparet in Voss. et Lov. 1. Et sane pronomen demonstrativum ante pronomen relativum saepius omittitur. V. ad 23, 15, 4. hic tamen illud tuentur reliqui codd. omnesque excusi. Paullo ante *dilectu*, pro *delectu*, Lov. 1. 3. 4. et Voss. [Bamberg.] V. ad 37, 51, 7.

Eorum procuratio Romae retinuerunt] Comparet in Pall. *Romae tenuerunt*. GEBH. Melius Oxoniensis et Voss. *Romae tenuerunt*. 44, 19, 4. *Et ne quid profectionem suam teneret*. Ita namque fuit in scripto, et habent antiquiores editiones: ubi recentissimae *retineret*. Jam alibi par mendum notavimus. J. FR. GRONOV. Lectionem veterum edd. servat Lov. 5. Reliqui omnes, quos adhibui, cum Hearnii L. 1. et N. *tenuerunt*. Supra 3, 29, 6. *Confestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Volscii falsi testis tenuissent*. c. 70, 4. *Dissipasset hostes, ni suo proprio eum proelio equites exceptum aliquamdiu tenuissent*. 7, 8, 5. *Diu non perlitatum tenuerat dictatorem*. 36, 43, 1. *Livium Deli per aliquot dies adversi venti tenuerunt*. ubi iterum *retinuerunt* perperam Voss. V. ibidem notata. 37, 6, 2. *Ne teneret se obpugnatio Hypatae*. c. 50, 7. *Si qua res eum teneret*. 39, 4, 10. *Ubi a prima luce*

Digitized by Google

2 tio Romae tenuerunt. De coelo tacta erant via publica Vejis, forum et aedes Jovis Lanuvii, Herculis aedes Ardeae, Capuae murus et turres et aedes,
3 quae Alba dicitur. coelum ardere visum erat Arretii. terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desederat. Suessae Auruncae nunciabant agnum cum duobus capitibus natum, et Sinuessae porcum huma-
4 no capite. Eorum prodigiorum caussa supplicatio unum diem habita. et consules rebus divinis operam dederunt; placatisque Diis, profecti in provincias

usque ad noctem diu anceps proelium tenuerit. c. 41, 5. *Quem quatuor non minus menses quaestiones veneficii tenuerunt.* 40, 37, 8. *Dum consules novos delectus Romae tenet.* 41, 10, 11. *Ne quid se Romae teneret, quo minus ab urbe exiret.* 44, 17, 8. *Latinas primo quoque tempore fieri placere, neque consulem, cui eundum in Macedoniam esset, teneri.* c. 27, 5. *Tenente ad Enipeum Perseo Romanos, ne urbibus sociis opitulari possent.* [l. 40,] 30, 7. *Romanus intra vallum suos continuit, et illi eodem loco aciem instructam tenuerunt.*

§. 2. *De coelo tacta erant via publica Vejis, forum et aedes Jovis Lanuvii*] Vet. lib. *Lavinii.* SIG. Ita etiam Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Solent hae voces saepissime confundi a scribis. V. ad 3, 29, 6. Utra autem hic verior scriptura fuerit, incertum est. Praeterea *De coelo tacta erat* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. Vulgato tuendo facit locus Livii 27, 11, 2. *In Albano monte tacta de coelo erant signum Jovis arborque* etc. c. 37, 2. *Minturnis aedem Jovis et lucum Maricae; item Atellis murum et portam de coelo tacta.* V. ad 1, 31, 7. Deinde *villa publica* ad oram Livii sui scribendum conjecit Ampliss. Cuper. Sed adversantur omnes Msti. Insuper *et aedis Jovis* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 4, 25, 3.

§. 3. *Terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desederat*] Pall. *duûm jugerum.* GEBH. Similiter Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *duûm* pro *duorum* etiam supra est 3, 25, 4. 10, 5, 12. et alibi. An tamen vera sit lectio, non constat. Praeterea *caverna ingenti descenderat* scribarum errore, qui eodem modo variant apud Suet. in Caes. 2. ut ibi Cel. Burm. monuit. Similiter commutantur *considere* et *conscendere.* V. ad 31, 26, 2. *Desidere* in hac re utitur etiam Cic. 1. de Div. 35. *Multis locis labes factae sint, terraeque desederint.* et c. 43. *Delata etiam ad senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset.* Eodem

Digitized by Google

cias sunt. Aelius cum C. Helvio praetore in Gal- 5
liam: exercitumque ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, praetori tradidit; ipse novis legionibus, quas secum adduxerat, bellum gesturus. neque memorabilis rei quidquam gessit. Et T. Quin- 6
ctius alter consul maturius, quam priores soliti erant consules, a Brundisio quum transmisisset, Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus octingentis. Ab Corcyra in proxima Epiri quinque- 7
remi trajecit: et in castra Romana magnis itineribus contendit; inde Villio dimisso, paucos moratus dies, 8

modo *considere* Liv. 30, 2, 12. *Terra campestri agro in ingentem sinum consedit.* et c. 38, 8. *In Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit.*

Suessae aruspices nunciabant] Reposuimus *Suessae Auruncae.* GELEN. *Suessae nunciabant*, media voce exsulante, Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn. *Suessae nunciatum* Harl. *Suessae Aruncae nunciabant* Lov. 4. et Mead. 2. *Suessae auruspices nunciabant* Lov. 3. *Suessae aruspices nunciabant* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Hearnii L. 1. quod recte Gelenius mutavit. Lectio haec nata est ex interpolatione eorum, quibus displicebat *nunciabant* sine addito nomine poni: quod et aliis locis corrumpendis caussa exstitit. V. Gronov. ad 32, 1, 10. et 38, 1, 4. Plura alia notantur ad 34, 56, 11.

Porcum humano capite] Nolim adfirmare, nusquam alibi ita loqui Livium: sed certum est, eum plerumque his addere praepositionem *cum.* 27, 4, 11. *Tusculi agnum cum ubere lactenti natum.* Et, *Tarquiniis porcum cum ore humano genitum.* Ibidem c. 11, 5. *Cum elephanti capite puerum natum.* 30, 2, 11. *Equuleus Reate cum quinque pedibus natus.* Sic 31, 12. ter. 32, 1. bis. 32, 29. et alibi. Itaque non temere quis suspicetur, hic quoque scriptum fuisse *porcum cum humano capite.* Cur perire potuerit *cum*, apertum est. DUK. Simile exemplum, ubi *cum* vel *quum* eamdem ob caussam in multis Mstis intercidit, v. infra ad 32, 15, 4.

§. 4. *Supplicatio unum diem habita*] *in unum diem* Lov. 2. 6. a m. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Male. V. ad 10, 21, 6. Mox *placatisque Deis* Lov. 3. 4. Voss. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 10, 40, 13. [*in provintias profecti* Bamb.]

§. 5. *Cum C. Helvio praetore*] Praenomen omittunt omnes, praeter Lov. 5. cum editis id servantem, codd. nostri, et Hearnii L. 1. [Bamb.] quorum plerique etiam *Elbio*, pro *Helvio*, legunt.

§. 6. *Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus quingentis*] *octingentis* legendum videtur pro *quingentis*, ex paul-

Digitized by Google

dum se copiae ab Corcyra adsequerentur, consilium habuit, utrum recto itinere per castra hostium
9 vim facere conaretur: an, ne tentata quidem re tanti laboris ac periculi, per Dassaretios potius Ly-
10 cumque tuto circuitu Macedoniam intraret. Vicissetque ea sententia, ni timuisset, ne, quum a mari longius recessisset, misso e manibus hoste, si (quod

lo ante [c. 8.] ordinatis copiis, quae cum consule in Macedoniam mitterentur. GLAR. Pall. et antiqua ed. *equitibus quingentis.* GEBH. Nec aliter ostentant omnes mei, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Vascos. qui Glareani conjecturam primus recepit, quam posteriores omnes servarunt. [*equitibus* c† Bamb.] Paullo ante *Brundisio* Lov. 4. et Mead. 1. V. ad 42, 17, 2. [*tramisisset* Bamb.]

§. 8. *Utrum recto itinere per castra hostium viam facere conaretur*] Iterum cum Oxoniensi et Voss. malo: *per castra hostium vim facere conaretur.* Etsi non ignorem summi poëtae [2. Aen. 494.] *Fit via vi*, idemque opportune alibi Livius. 27, [15, 16.] *Veritus ne inter cunctationem suam consul aliquam vim faceret.* 36, [16, 3.] *Satis fidens, numquam ea vim Romanum exercitum facturum.* J. FR. GRONOV. Vulgatum *viam facere* retinent Lov. 6. a m. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *vim facere* Lov. 1. 3. 4. 5. et Mead. 2. cum Crevierii Victor. *iter facere* Lov. 2. et 6. a m. 2. Utraque locutio *facere viam* et *facere vim* proba est, neque in alterutra est, quod quemquam obsendere possit. De priori v. ad 22, 50, 9. Posteriorem Livio ex codd. et edd. antt. restituit Gronov. 21, 32, 10. *Luce prima subiit tumulos ut ex aperto utque interdiu vim per angustias facturus.* et 37, 11, 10. *Unam viam salutis esse ratus, si vim facere per fauces portus posset.* Et solent etiam alibi hae voces a librariis confundi. V. ad 4, 51, 4. 5, 32, 4. 24, 20, 10. et 36, 16, 3. Utraque etiam lectio defendi potest ex Plut. in Flaminino p. 370. Ἔγνω προσβαλὼν ἀνὰ κράτος διὰ τῶν ἄκρων βιάσασθαι τὴν πάροδον. Haec omnia effecerunt, ut existimem legendum esse, *per castra hostium vi viam facere conaretur.* Praeter Virgil. cujus locum laudavit Gronovius, ita etiam loquitur Livius 4, 38, 4. *Quacumque incedunt, vi viam faciunt.* Ut τὸ *vi* interceptum sit ab initio vocis sequentis. Eadem conjectura etiam Cel. Dukero in mentem venit. Paullo ante *consilium habuit* Lov. 1. *concilium habuit* Lov. 6. a m. 2. et ita edidit Modius, quod recentiores servarunt usque ad Gronov. qui recte *consilium* legendum monuit ad 44, 2, 5. et etiam edi curavit.

§. 9. *Per Dassaretios potius Lyncumque*] Quidam, ut antea etiam [ad 31, 33, 6.] admonuimus, *Lingum* restituerunt, cum Sabellico *Lychnidum* alibi [ad 27, 32, 9.] restitutum nec mihi hoc loco displicet. *Lingum* postea [32, 13, 2.] Livius montem facit. GLAR. *per Dassaritios potius Lycumque* ut supra obsendi [ad 31,

Digitized by Google

antea fecerat) solitudinibus silvisque se tutari rex voluisset, sine ullo effectu aestas extraheretur. Utcumque esset igitur, illo ipso tam iniquo loco adgredi hostem placuit. sed magis fieri id placebat, quam, quomodo fieret, satis expediebat. 11

X. Dies quadraginta sine ullo conatu sedentes 1 in conspectu hostium absumserant. Inde spes data

33, 6.] ex Plutarcho et vet. lib. SIG. Pall. *Luncumque*. Antiqua ed. *Lyncumque*. GEBH. *lucum* Hearnii L. 1. *lucumque* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Harl. *Lūcumque* Mead. ambo. *Luncunque* Lov. 4. *Lyciumque* Lov. 1. *Lyncumque* Lov. 5. [Bamb.] *Lycumque* Gaertn. *Lychnidumque* etiam emendandum censet Palmer. in Graec. ant. 1, 35. p. 194.

§. 10. *Misso e manibus hoste*] *emisso* Lov. 2. Ita Livium locutum esse, vidimus ad 22, 3, 10. Livium etiam verbis cum praepositione *e* compositis eamdem praepositionem in regimine addidisse, videbimus ad 37, 30, 9. Unum tamen testem nunc audire nimis temerarium fore videtur: praesertim quum et alterum probum et Livio usitatum sit. Ut enim hic *mittere e manu*, ita *mittere ex animo* 30, 3, 4. *Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat*. ubi vide.

Si, quod antea fecerat, solitudinibus silvisque se tutari] Pall. *sicut antea fecerat, solitudinibus silvisque tutari*. GEBHARD. *sicut antea fecerat* etiam Lov. 1. 4. et Mead. 2.

§. 11. *Quam, quomodo id fieret, expediebat*] Pall. *sed magis fieri id placebat, quam, quomodo fieret, satis expediebat*. GEBH. Tolle τὸ *id*, quod nec priscae editiones agnoscunt. Dein scribe *expediebatur*, vel *expediebant*. J. FR. GRON. Omnia haec verba perperam omittuntur in Voss. et Lov. 1. Pronomen *id*, quod Gronov. expunxit, in nullo adparet Msto meo. Idem etiam ignorat Hearnii L. 1. Ex editionibus vero id prima exhibuit Froben. anni 1535. Eadem etiam ed. consentiente Hearnii N. [Bamb.] admisit *expediebant*, quod Vascos. iterum mutavit. *expediebatur*, alteram Gronovii conjecturam, Clericus recepit, non monito lectore, quod se tamen facturum promiserat. Interim codd. omnes servant *expediebat*, quod etiam revocavi, quum verum videatur. Referendum enim est ad solum Quinctium consulem, eodem modo ut praecedentia *timuisset* et *recessisset*.

§. 1. *Dies quadraginta* etc. *sedentes* etc. *absumserant*] Haec veterum est edd. lectio; quae etiam exstat in Lov. 5. et Mead. 1. quum autem Ven. anni 1498. *absumserat* operarum errore exhibuisset, postea *sedens absumserat* emendarunt Mogunt. quod Ald. ejusque traduces servarunt; donec Froben. daret *Diesque quadraginta* etc. *sedentes* etc. *absumserant*. Idem praeferunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] Gronovius deinde copulam recidit, quod etiam praeferendum videtur: ita tamen ut hic sensus in-

Digitized by Google

Philippo est, per Epirotarum gentem tentandae pa-
2 cis: habitoque consilio delecti ad eam rem agendam, Pausanias praetor, et Alexander magister equitum, consulem et regem, ubi in artissimas ripas Aous cogitur amnis, in conloquium adduxerunt.
3 Summa postulatorum consulis erat, praesidia ex civitatibus rex deduceret. iis, quorum agros urbesque populatus esset, redderet res, quae comparerent.
4 ceterorum aequo arbitrio aestimatio fieret. Philippus *aliam aliarum civitatium conditionem esse* respondit.

cipiatur. Quare hic potius novi capitis initium statuendum censui, quemadmodum Crevierium etiam fecisse video.

§. 2. *Habitoque concilio delecti*] Ita primum Froben. anno 1535. edidit. Priores praeferunt *habitoque consilio*, probantibus Lov. 5. et 6. idque verius videtur. Indicat enim Livius, Philippum duces suos convocasse, et cum iis consultasse, quinam de pace cum Romanis tentanda mitterentur. Hos autem regum *consilium* vocari, docuit Gronov. ad 44, 2, 5. Eam itaque lectionem revocavi. [*concilio* Bamb.]

Pausanias et Hypselus ex Alexandri Magnetis equitibus] Vetus lectio *Pausanias praetor et Alexander magister equitum*. Sic enim reddit *Strategum* et *Hipparchum*. GELEN. Corruptus locus, quem utcunque constituit Gelenius. Pal. prior, *ad eam rem agendam Pausali. Hii populus Ro. ex Alexander* (ad marginem al' *ex Alexandri*) *magnis equitibus*. Posterior, *ad eam rem agendam. hi populus Romanus ex Alexandri magnis equitibus*. Antiqua ed. *Pausanias et Hyspellus ex Alexandri magni equitibus*. GEBH. Similes et corruptiores adhuc lectiones, quas recenseri nihil adtinet, in codd. meis, et Hearnii L. 1. restant, ex quibus tamen nihil aliud colligas, quam Gelenium veram Livii manum restituisse. Mox *in angustissimas ripas* Gaertn. ex interpretis glossa. [*in* ante *conloquium* omittit Bamb.]

§. 3. *Ceterorum aequo arbitrio aestimatio fieret*] *ceterorumque* Gaertn. *ceterarum* Lov. 6. Praecesserat nempe *res*, *quae comparerent*. Sed v. ad h. l. c. 29, 5.

§. 4. *Aliam aliarum civitatum*] In prioribus Livii libris ex fidissimis Msfis edidimus semper *civitatium*. Et ita in l. 33, ex unico et optimo cod. exhibet Mogunt. ed. non semel; similiter etiam passim est in primis edd. ultimorum quinque Livii librorum, qui et ipsi ope unici Msfi servati sunt. V. ad 33, 20, 11. et 41, 22, 7. Licet igitur in hac parte operis Liviani membranae et pleraeque edd. ubique *civitatum* legant, attamen ibi quoque *civitatium* dedi, ut Livius sibi constaret. In eo mihi praeivit editio Mediol. anni 1480.

§. 5. *Arbitrio, quo vellent. populorum*] Lege *quorum vellent*.

Digitized by Google

Quas ipse cepisset, eas liberaturum. Quae sibi traditae a majoribus essent, earum hereditaria ac justa possessione non excessurum. si quas quererentur bel- 5 *li clades eae civitates, cum quibus bellatum foret; arbitrio, quo vellent, populorum, cum quibus pax utrisque fuisset, se usurum.* Consul, *Nihil ad id* 6 *quidem arbitro aut judice opus esse,* dicere. *Cui enim non adparere, ab eo, qui prior arma intulisset, injuriam ortam? nec Philippum ab ullis bello lacessitum, ipsum priorem vim omnibus fecisse.* Inde 7

J. FR. GRON. *quo* fortassis defendi potest quibusdam locis, in quibus pronomina non dissimili ratione ponuntur. Liv. 31, 29, 9. *Praetor Romanus conventus agit, eo imperio evocati conveniunt.* Ibid. c. 36, 4. *Ante prima signa locatis elephantis, quo auxilio tum primum Romani usi sunt.* Cicero 1. de Off. 45. *Ea Posidonius collegit permulta.* In his pronomina etiam secundo casu efferri possunt. DUK. Gronovii conjectura placuit etiam Cl. Crevierio. Vide tamen, an vulgatum defendi possit hoc colore, quod pronomen relativum saepe casu respondet voci, vel praecedenti, vel sequenti, licet oratio requirat, ut alio ponatur. Ita 4, 39, 9. *Quibus poterat sauciis secum ductis.* 1, 29, 4. *Raptim, quibus quisque poterat elatis.* pro *quos,* et *quae.* Simile quid accidit etiam nominibus substantivis, ut videbimus ad 40, 20, 3. Certe probare nequeo facinus audax Clerici, qui Gronovii conjecturam in contextum recepit, idque, contra fidem datam, non monito lectore.

§. 6. *Nihil ad id quidem arbitrio aut judice opus esse*] An non potius *arbitro*? J. FR. GRONOV. Mei nihil mutant. Sed ita est in Hearnii L. 1. cujus fide id recepi. Mox *qui primo arma intulisset,* pro *prior,* Voss. [Ante *Qui enim* Bamb.]

Nec Philippum ab ullis bello lacessitum, priorem] Lege cum vett. libris, *lacessitum, ipsum priorem.* Non otiosum est, quod omittitur vulgo, pronomen. V. ad 22, 25, 19. Meminerís etiam τὸ *nec* sensu dividere in *et non*: ut crebro poëtae. Sensus enim, cui etiam non apparere, Philippum non ab ullo, vel a nemine, etc. J. FR. GRON. Pronomen *ipsum*, a Gronov. additum, superest etiam in Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. antt. [abest a Bamb.] Id primus Frob. anno 1535. omisit. Recte etiam Gronov. monet, *nec* dissolvendum esse in *et non*; ut sit, et Philippum non bello ab ullis lacessitum. Ita supra 7, 9, 1. *Neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent.* Pro et cepissent, non inventis. 38, 25, 3. *Nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset.* pro et regressus esset, non ullo, vel nullo Gallorum. 45, 8, 5. *Nec interrogatus, nec accusatus quum responderet.*

Digitized by Google

quum ageretur, quae civitates liberandae essent, Thessalos primos omnium nominavit consul. ad id vero adeo accensus indignatione est rex, ut exclamaret, *quid victo gravius imperares, T. Quincti?*
8 atque ita se ex conloquio proripuit. et temperatum aegre est, quin missilibus, quia diremti medio am-
9 ni fuerant, pugnam inter se consererent. Postero

pro et interrogatus et accusatus quum non responderet. Alia exempla v. ad 4, 29, 6. 28, 41, 8. Adde Glarean. ad Liv. 6, 1, 12. Gronov. in pr. ed. not. ad 37, 17. et Cel. Burm. ad Grat. Cyn. vers. 507. et Nemes. Cyn. vers. 258. Neque id tantum in vocula *nec*, sed in aliis etiam negationibus, ut *nemo*, *nullus*, *negare*, ac similibus obtinere, infra videbimus ad 42, 36, 6.

§. 7. *Thessalos primos omnium nominavit consul*] Nihil amicitiae Romanorum cum Thessalis hactenus exhibuit Livius: nisi quis ob oppida quaedam in Thessalia, quae vel Aminander, vel Aetoli suae ditionis esse contendant, hos nominasse illorum nomine consulem Romanum putet. GLAR. Vet. lib. *Thessalonicam primam omnium*. SIG. *Thessa primam* Lov. 1. et ita etiam Voss. a m. 2. quum antea scriptum fuisset *Thessam primam*. sed *Thessalos primum* Lov. 2. et Gaertn. *Thessalos primam* Lov. 3. *Thessaliam primam* Lov. 6. Vulgatum verum est. V. ad 34, 14, 6.

Adeo accensus indignatione est rex] Ita primus edidit Aldus, consentientibus omnibus Mstis, nisi quod *incensus* sit in Lov. 5. quemadmodum legerunt Aldo antiquiores excusi. Solent ita variare librarii. V. ad 9, 28, 5. Tum *accensus .... tione*, vacuo spatio relicto, Lov. 3. Tota vox *indignatione* abest a Gaertn. *indignatione accensus est* alio ordine legit Lov. 6. Mox *imperaret T. Quintius* Lov. 1. 6. et Voss. *imperare T. Quintius* Lov. 3. [mox *ita ex conl.* omisso *se* Bamb.]

§. 8. *Quia dirempti medio amne fuerant*] *direpti* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. V. ad 37, 32, 7. *directi* Lov. 3. V. ad 9, 8, 12. Adde ad 24, 49, 6. [*quibus diremti* Bamb.] Praeterea *medio amni* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quorum fide id recepi. Ita enim supra extulit etiam Livius 21, 5, 15. c. 27, 3. 23, 17, 10. c. 19, 9. 28, 33, 1. ubi etiam vide. Id etiam codicum ope restitui Livio 23, 14, 13. et 25, 32, 9. Plura similia nomina, casum sextum eodem modo formantia, v. ad 28, 45, 11.

§. 9. *Postero die per excursiones ab stationibus*] *Postremo die* Voss. et Lov. 1. V. ad 9, 7, 11. Deinde *per excursationes* Lov. 2. Sed vox *excursio* apud Liv. passim obcurrit; eamque reliqui Msti etiam hic defendunt: at *excursatio* me alibi apud eum invenire non memini. Vulgo pro hac voce laudatur Val. Max. 2, 3, 3. Verum ei controversiam movent Msti. Nam *excursatibus*, pro *excursationibus*, ibi praefert cod. Traject. alter: quomodo etiam Gronov. scribendum

Digitized by Google

die per excursiones ab stationibus primo in planitie, satis ad id patenti, multa levia commissa proelia sunt: deinde recipientibus se regiis in arta et 10
confragosa loca, aviditate accensi certaminis eo quoque Romani penetravere. Pro his ordo, et mi- 11
litaris disciplina, et genus armorum erat, aptum urguendis regiis: pro hoste loca, et catapultae bal-

conjicit in pr. ed. not. Livii ad 38, 23. quum in cod. Andino *excusatibus* reperisset. Unus etiam eorum, quos viri docti consuluerunt, *excursitationibus*, plures vero *excursionibus*. V. ibidem doctiss. Torren. Praeterea *in faucibus* Lov. 1. *in stationibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Mox *τὸ sunt* deest in Lov. 1. *commissa sunt proelia* exhibent Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. Insuper §. seq. *aviditate accensa certamini*, pro *accensi*, Harl. [*Pro iis ordo* Bamb.]

§. 11. *Genus armorum erat ad amplum proelium gerendum: contra illis loca*] Scripsimus *genus armorum erat aptum urgendis regiis: pro hoste loca.* Ceterum quia duarum vocum, scilicet *urgendis regiis*, loco vestigia magis literarum, quam literae apparebant in exemplari vetusto, veriti ne, quantum ad eas voces attinet, non satis assecuti simus germanam lectionem, asteriscum apposuimus. Inspiciat locum, cui scripti codicis copia dabitur. Alterum exemplar (nam duobus usi sumus) hic nihil adjuvit, quod in eo primus et secundus libri atque initium tertii desiderarentur. GELEN. In veteribus libris aliquot, *aptum proelium jungendis.* in aliis *proelium gerendum.* ego *aptum proelium gerentibus.* Nam duas illas voces *urgendis regiis*, quas intulit Gelenius, ne ipse quidem certas habet, verum asterisco notandum locum censet. SIG. Quam potuit sanare, sategit, hunc locum, Gelenius. Luxatissimus est in Pal. priore, *Pro hiis ordo, et militaris disciplina, et genus armorum erat amplum. Carior hiis robusta loca.* Neque melius sperandum a posteriore: *Pro his ordo, et militaris disciplina, et genus armorum erat amplum.* (al' *ad proelium* habet in ora) *vigendis. Carior his robusta loca.* Vetus ed. *et genus armorum erat ad amplum proelium gerendum. contra illis robusta loca.* GEBH. Utcumque Gelenius modeste de hac correctione loquatur, nihil tamen hic alienum puto. Certe Sigonianum commentum, *genus armorum erat aptum proelium gerentibus* (sine contumelia tanti viri dictum volo) hieme, non modo Gallica, sed etiam Sarmatica, frigidius judico. Hoc satis notum est, credo, non inepte fuisse unquam armatos Romanos ad proelium gerendum: ad hoc genus certaminis aliquid ipsis commodi fuisse in armatu suo explicandum erat. Olim vulgo, *ad amplum proelium gerendum. contra illis loca.* Barberinus, *erat amplum jungendis carior his robusta loca.* Petav. *amplum coingendis cariores his robusta loca.* Voss. *erat ad proelium ca-*

Digitized by Google

listaeque, in omnibus prope rupibus, quasi in mu-
12 ris, dispositae. Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis, quum etiam, ut in proelio justo, aliquot cecidissent, nox pugnae finem fecit.

1 XI. Quum in hoc statu res esset, pastor quidam, a Charopo principe Epirotarum missus, deducitur

riora his robusta loca. Ubi licet corruptissimis in verbis satis apparent vestigia Gelenianae lectionis. Si quid ei addendum, forte est: *erat urgendo cominus.* Ex *cominus* factum facile *cariora his:* scimusque, quoties ad manum ventum esset, iis ipsis, quae recenset Livius, ordine, et disciplina, et genere armorum omnibus nationibus Romanos praestitisse. Infra [c. 17, 12.] *Sed ad loca angusta, haud late patente intervallo muri, genus armorum pugnaeque hosti aptius erat.* J. FR. GRON. Varia lectionum monstra exstant in Mstis, quos ego et Hearnius adhibuimus. *genus armorum erat ad proelium jungendis canora his robusta loca* Lov. 3. *genus armorum erat ad proelium in gerendis cariora hiis robusta loca* Hearnii L. 1. *genus nummorum erat amplum jungendis carior iis ro hoste loca* ejusdem N. *genus armorum erat amplum uigendis carior hiis ro hoste* Lov. 4. *genus armorum erat amplum vigendis carior hiis id hoste loca* Mead. 1. in contextu. *erat ad proelium cariora pro hoste loca* in margine. *genus armorum erat ad proelium contra pro hoste loca* Mead. 2. *genus armorum erat ad proelium iũgendis cariora loca* Gaertn. *g. a. erat ad proelium cariora his loca* Lov. 6. *g. a. erat ad. pluriũ cariora hiis ro hosta loca* Lov. 1. *g. a. erat ad proelium cariora his ro hosta loca* Excerpta Voss. apud me. *g. a. erat ad proelium canora pro hostè loca* Lov. 2. *g. a. erat ad proelium. contra pro hoste loca* Harl. Variant etiam edd. *g. a. erat ad amplum proelium gerendum cariora illis rohostea loca* Rom. anni 1472. et Parm. *g. a. erat ad amplum proelium gerendum contra illis robusta loca* Camp. et Lov. 5. [*amplum tegendis corporibus* Bamb.] Lectio quam notis suis in capite adposuit Gelenius, exstat in reliquis. Conjecturam Gronovii probat Cl. Crevierius, emendationem Gelenii Jac. Perizonius; qui *tots urguendis regiis* inlustrandis margini adscripsit locum Livii h. lib. c. 12, 5. *Ab hoste, et a fronte et ab tergo urguente, circumventi sunt.* At *tots pro hoste* Liv. 39, 30, 3. *In eo tumultuario certamine et loca sua et genus pugnae pro hoste fuere.* et 44, 38, 4. *Recognoscat, agedum, mecum, si videtur, quam multa pro hoste, et adversus nos fuerint.* Mox *prope* abest a Lov. 1. 6. et Voss. Sed vide ad 38, 45, 3.

§. 12. *Quum etiam, ut in proelio justo, aliquot cecidissent*] *aliqui cecidissent* Lov. 1. 3. 5. 6. et Voss. sollemni scribarum aberratione. V. ad 6, 24, 2. Tum hoc lib. cap. seq. §. 3. c. 35, 2. 34, 26, 13. 35, 40, 4. 36, 12, 6. 37, 38, 4. c. 44, 2. 38, 18, 6. Epit. Liv. 60. Adde Oudendorp. ad Front. I, 1, 10. [*illinc* omittit Bamb. *facit* pro *fecit* idem.]

Digitized by Google

ad consulem. Is *se in eo saltu, qui regiis tunc one-* 2
ratus castris erat, armentum pascere ait: *omnes*
montium eorum amfractus callesque nosse. Si secum 3
aliquos mittere velit, non iniquo nec perdifficili aditu
supra caput hostium deducturum. Haec, Charopus 4
renunciari jubet, *ita crederet, ut suae potiùs omnia,*

§. 1. *Quum in hoc statu res esset*] Pall. *in hoc statu rex esset*. GEBH. Ita et Lov. 4. V. ad 36, 9, 9. *res essent* Gaertn. Ceterum ex illis, quae Gronov. ad 3, 68, 3. et variis aliis locis notavit, videri posset, praepositionem *in* delendam esse. Verum quum omnes codd. in eam conservandam conspirent, nihil etiam mutandum puto. V. quae notantur ad 35, 8, 2. Ex illis autem exemplis, quae ibi a me, et a Gronov. d. lib. 3. laudata sunt, patet, Livium saepius quidem *res essent* hoc sensu dixisse, interdum tamen etiam *res esset*. Quare unum cod. non audiendum arbitror. Mox *Arapo* Lov. 1. *Caropo* Lov. 3. 5. et Gaertn. *Chaeropo* Lov. 5. quomodo, vel sine diphthongo *Cheropo*, praeferunt edd. usque ad Ascens. qui *Charopo* dedit in margine anno 1513. idque mox Moguntini in contextum admiserunt.

§. 2. *Qui regiis tunc oneratus castris erat*] Pal. pr. *qui regis tunc oneratur castris*. ad marginem *qui regis tunc ornatur castris*. ut etiam praefert Pal. posterior. GEBH. *regis* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. V. ad c. 6, 6. [*Ipse*, pro *Is se*, Bamb.] Deinde *ornatus castris* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Solent hae voces in Mstis commutari. V. ad 10, 14, 12. 31, 43, 2. 37, 50, 5. (*39, 3, 6.) Adde N. Heins. ad Claud. 4. Cons. Hon. 591. Cel. Burm. ad Petron. c. 55. p. 272. et viros doctos ad Curtii 6, 6, 7. *oneratur castris*, τοῦ *erat* omisso, Lov. 4. Harl. et Mead. 2. Illud *erat* deest etiam in Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. Verum quid est *saltus oneratus*, aut *ornatus castris*? vel quis umquam ita locutus est? Non displicet, quod Cl. Dukerus sibi in mentem venisse dixit, *occupatus castris erat*. [*regiis tum teneretur castris* Bamb.] Mox etiam *aït* exsulat a Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *aït armentum pascere*, vocabulo transposito, Lov. 2. et 6. [*armentum pascere solitum*, omisso *aït*, Bamb.]

Omnes montium eorum amfractus callesque nosse] Pall. uterque *confractus*. GEBH. Similiter errarunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 3. *Si secum aliquot mittere velit*] Pall. cum antiqua ed. *aliquos mittere*. GEBH. *aliquot* primus Aldus dedit, probantibus Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed omnes reliqui scripti, et excusi antiquiores *aliquos*, quod iterum Gronov. recepit. [*aliquos cos. mittere velit*, *se non iniquo* Bamb.]

Supra caput hostium deducturum] Scribo *educturum*. Est enim hoc nonnumquam in altum ducere: ut *molem* vel *turrim educere* dicimus. J. FR. GRON. Silius 10, 561.

Digitized by Google

5 *quam illius, potestatis essent.* Quum magis vellet credere, quam auderet, consul, mixtumque gaudio ac metu animum gereret, auctoritate motus Charo-
6 pi, experiri spem oblatam statuit: et, ut averteret rem a suspicione, biduo insequenti lacessere hostem, dispositis ab omni parte copiis, succedentibusque
7 integris in locum defessorum, non destitit. Quatuor

Sublimem eduxere pyram, mollesque virenti
Stramine composuere toros.
15, 387.

— — — — — *ulta sepulcri*
Protinus exstruitur, coeloque educitur ara.

Et ita forte scribendum conjeci 2, 50, 10. *Eduxit via in editum leniter collem.* ubi vulgo editur *duxit.* unus vero cod. praefert *edixit.* Solent autem *educere* et *deducere* in Mstis commutari. V. ad 3, 62, 5. Si itaque ullum in membranis praesidium foret, conjecturam hanc probare non dubitarem. Nunc vetantibus scriptis nihil muto. Paullo ante *nec difficili aditu,* pro *nec perdifficili,* Lov. 4. Male. V. ad 40, 21, 3. [*super caput hostium eos deducturum. Haec ubi eos audivit, percunctatum ad Charopum mittit, satisne credendum super tanta re agresti censeret. Charopus renunciari jubet* etc. Bamb.]

§. 4. *Ita crederet, ut suae potius omnia, quam illius, potestatis essent*] Obscurus est sensus, tametsi intelligitur. *Suae potestatis* ambiguitatem facit, sed ad Quintium referenda puto. GLAR. Pall. et antiqua ed. *quam ullius potestatis essent* GEBH. Non injuria Glareanus obscurum ait esse horum verborum sensum. Potest autem sensus non unus dari. Vel, huic homini ita fidat, ut ipsum potius in potestate suorum, quos cum illo erat missurus, habeat, quam suos ei secure committat, atque in potestatem dedat. Vel, quam mihi crederes, si ego me ducem fore promitterem, tam huic, licet, credas. Hoc videtur confirmare Plutarchus [in Flaminino p. 370.] γνώσην δὲ τῆς πίσεως παρείχοντο καὶ βεβαιωτὴν Χάροπα τὸν Μαχάταν. Parum enim certum notorem vademque dedisset suae fidei pastor, qui ultro moneret, ne nimium illi fideretur. Is sensus videtur requirere, ut legamus: *ut si suae.* Cicero [13. ad fam. 21.] *Mihi ita fideliter praesto fuit, ut si esset a me manumissus.* Nam quod Quinctius nihilominus eum vinctum tribuno tradidit, providentiam decuit ducis: non hoc prohibet tamen, quo minus suam pro illo fidem interposuerit Charops. Denique possunt et sic accipi, ut videatur Charops non quidem diffidentia, sed spe certa eventus, et voluntate pastoris, et quo major fides fieret Quinctio, ultro hominem offerre ad vincula et quamvis arctam custodiam, dum promissa praestaret. J. FR. GRON. Doujatius fatetur, Plutarchum quidem innuere, pastores fidei suae vadem Charopem dedisse; aliud tamen Livium sensisse, ex verbis ejus constare putat. Velle enim, Charopis nomine Flaminino renunciatum esse, ut huic pastori fideret, sed tamen rem totam

Digitized by Google

millia inde lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit. Equites, quoad loca patiantur, ducere jubet: ubi ad invia equiti ventum sit, in planitie aliqua locari equitatum; pedites, qua dux monstraret viam, ire: ubi, ut polliceretur, super caput 8
hostium perventum sit, fumo dare signum: nec ante clamorem tollere, quam ab se signo accepto pugnam

ipse potius in potestate haberet, quam pastoris potestati committeret. Quod autem objiciat Gronov. Charopem parum certum futurum fuisse fidei pastoris illius adfirmatorem, si monuisset, ne ipsi nimium crederetur, ex eo nihil aliud sequi existimat, quam Charopem se prudenter in hac re gessisse, qui nec occasionem rei gerendae, quae se offerre videbatur, celatos voluerit Romanos, quibus favebat, nec tamen in re ancipiti fidem suam obstringere. Haec ille. Cujus sententia probari posset, si Charops alium ad Quinctium nuncium misisset, quam eumdem illum pastorem, cujus opere id clam monuisset. Verum quum unius tantum illius pastoris mentio fiat, per quem haec Charops Quinctio *renunciari jussit*, verisimile non videtur, pastorem illa verbis Charopis renunciando fidem suam apud Quinctium dubiam facere voluisse. Praeferenda igitur videtur illa verborum expositio, quam ex Plutarcho eruit Gronov, cum quo propterea legendum puto *ut si suae*, de quo v. ad 22, 50, 9. Praeterea *ullius* Lov. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. V. ad 25, 11, 3.

§. 5. *Quum magis vellet credere, quam auderet, consul*] Ultima vox exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertner. [Bamb.] Sed, eadem transposita, *Consul quum magis v. c. q. auderet* exhibet Harl. Mox *gaudio et metu* omnes mei [Bamberg.] praeter unum Lov. 5.

§. 6. *Et ut averteret rem a suspicione*] Vocula *et* non adparet in Voss. et Lov. 1. Sed v. ad 41, 6, 5. Tum *ab suspicione* Voss. et Lov. 2. ac 4. [Bamb.] Mox *τὰ succedentibusque integris in locum defessorum* desunt in Lov. 1. [*defensorum* Bamb.] Deinde *deficit*, pro *destitit*, Voss. et Lov. 1. quod ex glossa receptum est.

§. 7. *Quatuor millia* etc. *tradidit*] Hoc sic Plutarch. in Quintio [p. 370.] ἐκπέμπει χιλίαρχον ἕνα, πεζοὺς ἔχοντα τετρακισχιλίους, καὶ ἱππεῖς τριακοσίους. SIG. *tradidit* Lov. 2. et 3. V. ad 28, 30, 4. et mox hoc cap. §. 9. [*Quatuor millia* omittit Bamb.]

§. 8. *Ubi, ut polliceatur*] Scripti et editi veteres *polliceretur*. Quod cur mutarent, ratio non erat. Sed alia hic levicula corrigenda erant: nimirum *arbitrari possent*, et *interdiu cibi quietisque sumere tempus*. Pro *posset* et *sumeret*. Denique iidem libri veteres *si fides exstaret*, non *exstet*. J. FR. GRON. Primus est Froben. qui anno 1535. *polliceatur* edidit. *polliceretur*, ut ante eum vulgabatur, servant Lov. 5. 6. et Crevierii Victor. *pollicetur* reliqui omnes codd. in quem er-

Digitized by Google

9 coeptam arbitrari posset. Nocte itinera fieri jubet, (et pernox forte luna erat) interdiu cibi quietisque sumeret tempus. ducem promissis ingentibus oneratum, si fides exstet, vinctum tamen tribuno tradit.
10 His copiis ita dimissis, eo intentius Romanus undique instat capi stationes.

1 XII. Interim die tertio quum verticem, quem petierant, Romani cepisse ac tenere se fumo significarent; tum vero, trifariam divisis copiis, consul valle media cum militum robore succedit:
2 cornua dextra laevaque admovet castris. nec segnius hostes obviam eunt: et, dum, aviditate certaminis provecti, extra munitiones pugnant, haud

rorem inciderunt librarii, quod, quum scriptum fuisset *pollic'etur*, compendiariae scripturae notam non animadverterint. V. ad 40, 14, 3. *polliceatur* itaque, quod in nullo cod. obcurrit, mutavi. [*polliceatur* Bamb.] In eo vero Gronovio adsentiri nequeo, quod *arbitrari possent* legat. *posset* enim omnes defendunt codd. et scripti et editi, idque ad tribunum militum referendum est, cui soli Quinctius jus dedit arbitrandi, utrum pugna coepta esset, et ita jubendi, ut milites adtributi clamorem tollerent. [*nec antea* Bamb. *signo recepto* idem.]

§. 9. *Nocte itinera fieri jubet*] Ultimam vocem expungendam Jac. Perizon. censuit in margine Livii, ut *τὸ fieri* pendeat ex praecedentibus *Equites, quoad loca patiantur, ducere jubet.* Id tamen invitis libris, qui hic omnes vocem illam tuentur, non necessarium judico. V. ad 31, 11, 9. Contra *sumere tempus*, ut Gronov. emendavit, pro *sumeret*, est in Lov. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. In his autem codd. ultima litera vocis *sumere* intercidere potuit ob primam sequentis. V. ad 23, 8, 9. vel in illis Mstis, qui *sumeret* tuentur, ex ejus principio adscita esse. V. ad 40, 7, 8. Utrum vero, *sumeret*, an *sumere*, legatur, non modo perinde est, quod ad sensum adtinet, verum utrumvis etiam exemplis Livianis defendi potest. V. ad 29, 14, 10. Quum ergo pro utraque lectione stent etiam codd. eligat quisque, quod malit. [*ut pernoctem* pro *et pernox* Bamb.] Deinde *si fideles exstet* Voss. *si fidelis exstet* Lov. 1. 3. et 6. Reliqui mei *si fides exstet*, nisi quod Lov. 5. habeat *si fides exstaret*, quod etiam praeferunt edd. ante Frob. cui anno 1535. *exstet* reponenti ob tot codicum consensum faveo. Mox vero edidi *tradit*, quia id jubent non tantum omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. verum et veteres typis descripti ante Basil.

Digitized by Google

paullo superior eſt Romanus miles, et virtute, et scientia, et armorum genere. Poſtquam, multis vul- 3
neratis interfectisque, recepere se regii in loca, aut munimento, aut natura tuta, verterat periculum in Romanos, temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum anguſtias progreſſos. neque inpunita temeri- 4
tate inde recepissent sese, ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam coepta, amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugam ef- 5
fusi sunt: pars magis, quia locus fugae deerat, quam quod animi satis eſſet ad pugnam, quum subſtitiſſent, ab hoſte, et a fronte et ab tergo urguente, circumventi sunt. Deleri totus exercitus potuit, 6

anni 1539. quae *tradidit* admisit. V. paullo ante ad §. 7.

§. 10. *His copiis ita dimissis, eo intentius Romanus undique instat capere stationes*] Pall. et antiqua ed. *undique instat capi stationes*. GEBH. Omnes scripti et veteres cusi ante Moguntinum *instat capi stationes*. Vulgatae architecti τὸ *Romanus* de milite acceperunt: at Livius, ut alibi, designat consulem: ille inſtat capi, id eſt urget milites, ut eorum opera capiantur stationes, et ex iis pellatur hoſtis. Notum eſt illud Afri [in Andr. 1, 1, 110.] *Ego illud negare factum, ille instat factum*. Plautus Mercatore [2, 1, 18.] *Instare factum Simia*. Hoc eſt, perſtare, urgere dicendo et iterando, factum esse. Sic *ille instat capi*, perſtat jubendo et adigendo militem, ut capiantur. J. FR. GRON. *instat capi* etiam omnes Mſti, quibus utor. Verum τοῦ *capere* non Mogunt. editio, sed quam Ascens. anno 1513. curavit, auctor exſtitit. Recte autem Gronov. *Romanus* exponit consul Romanus. V. ad 4, 10, 6. [*Iis copiis* et *capit* Bamb.]

§. 2. *Et virtute, et scientia, et armorum genere*] *et genere armorum* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. qui §. 1. *petiebant*, et *tenere*, omisso *se*.]

§. 3. *Loca, aut munimento, aut natura tuta*] *et munimento et natura tuta* Lov. 5. et ed. Campani. [*verteret* Bamb.] Mox *provectos*, pro *progressos*, Gaertner.

§. 5. *Pars, quia magis locus fugae deerat*] Transpositae particulae. Scribe, *pars magis, quia locus fugae deerat, quam* etc. Et hoc quoque Mureto visum. J. FR. GRON. Colum. 1, 3. *Nec magis quia superbum videbatur, tantum loci detinere, quam quia flagitiosum* etc. Nullus tamen meorum codd. a vulgato vocabulorum ordine discedit.

Digitized by Google

si fugientes persecuti victores essent: sed equitem angustiae locorumque asperitas, peditem armorum
7 gravitas inpediit. Rex primo effuse ac sine respectu
8 fugit: dein, quinque millium spatium progressus, quum ex iniquitate locorum, id quod erat, suspicatus esset, sequi non posse hostem, substitit in tumulo quodam, dimisitque suos per omnia juga val-
9 lesque, qui palatos in unum conligerent. Non plus duobus millibus hominum amissis, cetera omnis mul-

[Initio *Sparsi in fugam* Bamb. mox *pars quia magis.*]

§. 6. *Si fugientes persecuti victores essent*] Clarius erit, si legas *fugientem*. J. FR. GRON. Omnes mei vulgatum servant. Mox *equitem angustiae locorum, peditem* etc. mediis omissis, Harl. Supra 28, 1, 6. *Inpediebant autem et asperitates viarum, et angustiae saltibus crebris inclusae.* 43, 21, 6. *Pauciores propter angustias viarum et asperitatem duxit.* 44, 5, 10. *Quos et ipsos locorum asperitas hostiliter vexavit.* Praeterea *impedivit* Lov. 1. *impedit* Gaertn.

§. 8. *Quum ex iniquitate locorum*] *quum iniquitate locorum* Lov. 1. 3. 6. a m. 1. et Voss. Verba vero *dein quinque millium spatium progressus* librariorum socordia omittuntur in Voss. et Lov. 1.

§. 9. *Non plus duobus millibus hominum amissis*] Plutarchus sic [in Quinct. p. 371.] ἔπεσον δὲ δισχιλίων οὐ πλείους. SIG. Mox *in unum quum convenissent* Lov. 2. 3. 5. Harl. et edd. ante Froben. anni 1535. V. ad 6, 19, 7.

§. 10. *Castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu*] Ant. Perizon. in margine Livii conjicit *difficilia aditu*, quod etiam pro varia lectione ostentat margo ed. Basil. anni 1539. Ita *vadum transitu facili* Val. Max. 3, 2, 23. *Spatium, quo scopulus et insula dividebatur, in vadum transitu facili redegit.* Ubi alii vel *facile*, vel *facilem* legunt. *castra aditu difficili* eodem modo dicitur, quo *virgo eximia forma* 26, 50, 1. *Adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia forma, ut* etc. V. ad 1, 9, 11. *saxum adscensu aequo.* V. ad 5, 47, 2. *unus eximiis honoribus.* V. ad 6, 11, 3. et similia passim.

§. 2. *Rex primo die ad castra Pyrrhi pervenit. locus, quem ita vocant, est in Triphylia terrae Melotidos*] *Triphylia* in Peloponneso est. *Melotis* quae sit regio, haud equidem me legisse memini. Vide, num legendum *est in Tymphalia terrae Estiaeotidis.* Et certe Ptolemaeus *Tymphaliam* hoc ponit itinere, Strabo autem [7, 326.] *Tymphaeos.* Quamquam Plinius [4, 2.] *Tymphaeos* Aetolis attribuere videtur, sed id nihil nos impedit, longe enim porrendebantur Aetoli. *Tricca* quoque ad idem facit, cujus paulo post mentio. Denique Quintius, qui Philippum regem sequitur, *Eginium* venit postea, quod

Digitized by Google

titudo, velut signum aliquod secuta, in unum quum convenisset, frequenti agmine petunt Thessaliam. Romani, quoad tutum fuit insecuti, caedentes spo- 10
liantesque caesos, castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu, diripiunt: atque ea nocte in suis castris manserunt.

XIII. Postero die consul per ipsas angustias, 1
qua se inter valles flumen insinuat, hostem sequitur. Rex primo die ad Castra Pyrrhi pervenit. locus, 2

oppidum Strabo l. 7, [327.] *Tymphaeis* attribuit. Hunc locum perpendendum lectori censeo. GLAR. *Pyrrhi Castra* locum esse celeberrimum, non longe a Lacedaemone, constat inter omnes. Nam et ipse l. 35, [27, 14.] ita ait: *Et Nabis, recepto Gytheo, cum expedito exercitu inde profectus, cum praeter Lacedaemonem raptim duxisset, Pyrrhē, quae vocant, Castra occupavit.* Et Polybius l. 5, [19.] ubi de alio Philippi bello ita ait: *Ὁ δὲ Φίλιππος τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὰς Ἀμύκλας. αἱ δ' Ἀμύκλαι καλούμεναι τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι σάδια. τῇ δ' ἐπιούσῃ πορθῶν ἅμα τὴν χώραν εἰς τὸν Πυῤῥου καλούμενον κατέβη χάρακα.* Quae cum ita sint, merito dubitari poterit, cur, cum de proelio ad fauces Epiri facto Livius scribat, primo die fugatum regem ad Castra Pyrrhi in Triphyliam pervenisse, (est autem Peloponnesi regio Triphylia) postero autem in montes Epiri, Macedoniae Thessaliaeque interjectos, dicat. Neque enim hac oratione quicquam esse potest absurdius. Difficilis et magna haec quaestio est, nec, nisi haec verba tollantur, explicari potest, *Locus, quem ita vocant, est in Triphylia terrae Melotidis.* Cur autem inducenda censeam, est, quod ea ex albo, ut saepe fit, in historiam conjecta ab inscio librario puto. Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi caussa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneso est, splendor illum ipsum, Liviana verba non satis attendentem, decepit. Neque enim dubitandum est, quin ejus nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnavit, de quo hoc loco intelligendum sit. Nam de eo, qui est ad Lacedaemonem, intelligi nullo modo potest. Accedit, quod, si haec verba Livii essent, l. 35. ubi iterum Pyrrhi Castra nominat, non dixisset, *quae vocant*, cum satis hic locum esse hujus nominis docuisset. Puto praeterea legendum *in montem Lyncon.* Nam *Λύγκος* oppidum est Epiri, auctore Stephano, quo nomine mons etiam forte praeditus est. Veteres habent *Lyricon.* SIG. Pall. *terra Melotidis.* GEBH. An *Molottidis*, aut *Molossidis*, ut vocat 8, 24. an potius *Elidis*, ubi Triphyliam constituit Eustath. ad Dionys. vers. 409? Minime. Nam in Epirotis res gesta. FREINSHEM. ad Curtii 4, 7, 2. Sigonius hoc membrum [*in Triphylia terra Melotidis*] delet. Fortassis: *est Stym-*

Digitized by Google

quem ita vocant, est in Triphylia terrae Melotidis. inde postero die (ingens iter agminis, sed metus urguebat) in montem Lingon perrexit. ipsi montes Epiri sunt, interjecti Macedoniae Thessaliaeque.
3 Latus, quod vergit in Thessaliam, oriens spectat: septen-

phaliam inter et Elimiotidem. Nam *Elis* cum sua *Triphylia* hinc longe. Livius 45, [30, 6.] *Quartam regionem Eordaei et Lyncestae et Pelagones incolunt: juncta his Atintania, et Stymphalis, et Elimiotis.* Στυμφαλίας Γυρτώνην habet Ptolemaeus [3, 13.] Diodorus l. 20, [746.] Polysperchonta, cum reduceret Herculem Alexandri filium, castra opposita Cassandro habuisse περὶ τὴν καλουμένην Στυμφαλίαν. J. FR. GRONOV. Freinshem. ad Curt. legit *Molottidis*, vel *Molossidis*; quia, ait, in Epirotis res gesta. Ea ipsa ratio non patitur, *Triphyliam*, quae in Peloponneso erat, cum *Molosside* Epiri jungi. DUK. [*locus que ita vocant*, mox *Triphilia* Bamb.] Pall. codicum scripturam, a Gebhardo indicatam, Grut. in ultima ed. expressit: sed eam in nullo meorum inveni; *terrae* etiam legit Hearnii L. 1. quare priscam lectionem reduxi. Praeterea *Thermolotidis* Gaertn. *Themolotidis* Lov. 2. *Themolitidis* Harl. *terrae Molotidis* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. [*Moloditis* Bamb.] *terrae Melotodis* Lov. 6. Doujatius, vestigiis Gronovii insistens, propius vulgatum legit *est in Stymphalia terra Elymiotidis*, atque addit, licet Stymphalii saepe numero distinguantur ab Elymiotis, potuisse tamen Stymphaliam tamquam minorem illis adscribi quasi adpendicem. Ejus sententiam si quis probare malit, attamen legendum erit *terrae Elimiotidis*. Praeterea Palmer. in Graec. ant. 2, 9. nullam hic *Stymphaliam*, vel *Stymphalitidem* fuisse contendit, sed loca scriptorum, qui ejus meminerunt, corrupta, et pro *Stymphalia* ac *Stymphalis* legendum esse *Stymphaea* ac *Stymphaeis*; alio autem nomine etiam *Tymphaeam* vocari. An igitur hic refingendum *est in Tymphaea*, vel *est in Stymphaea terrae Elimiotidis. Terra Elimiotis*, ut *terra Erythraea* 36, 45, 7. [§. 1. *quas inter valles* Bamb.]

Inde postero die ingenti itinere agminis (et metus urguebat) in montem Lingon perrexit] Pall. et Antiqua ed. *ingens iter*. Praeterea Pall. *in montem Linco perrexit*. Antiqua ed. *in montem Lynchon*. GEBH. Lege *die (ingens iter agminis, sed metus urgebat) in montem*. J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii in contextum recepi. nam *ingens iter agminis* legunt Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. Crevierii Victor. et edd. Rom. princeps, Camp. et Rom. anni 1472. Prima autem litera voculae *sed*, vel, ut etiam scribitur, *set*, quam pro *et* Gronov. reponebat, intercepta esse potuit a litera ultima vocis praecedentis. V. ad 30, 3, 7. Solent insuper *τὰ sed* atque *et* in Mstis saepe commutari. V. ad 21, 26, 6. Deinde *in monte Lirico* Voss. *in Linco* Lov. 1. *in montem Licido*

Digitized by Google

septentrio a Macedonia objicitur. Vestiti frequentibus silvis sunt. juga summa campos patentes aquasque perennes habent. Ibi, stativis, rex, per 4
aliquot dies habitis, fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset. inclinavit sententia, suum in Thes- 5

Lov. 2. in contextu, *in montem Lyrico* in margine. *in monte Lineo* Lov. 3. *in montem Linco* Lov. 4. 6. et Mead. 2. *in montem Licyco* Harl. *in montem Lycico* Mead. 1. *in montem Licito* Gaertner. *in montem Lynchon* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *in montem Lyncon* Hearnii L. 1. N. et plures ex edd. antt. *in montem Lingon* demum in edit. Mog. obcurrit. [*in montes Lyncon* Bamb.] Insuper *pervenit*, pro *perrexit*, Lov. 2. in contextu. Mox autem in verbis sequentibus vocem *montes* ignorant omnes codd. [Bamb.] praeter solum Lov. 5. editis adsentientem. Cl. Crevierius existimat, et ipsam orationis structuram, numerorumque in eadem re varietatem, et nomen montis parum notum arguere depravatam hoc loco scripturam: ad quam corrigendam frustra sine libris adgrederetur.

§. 3. *Latus, quod vergit in Thessaliam, oriens spectat; septentrio a Macedonia objicitur*] Pal. pr. *sperat*. posterior *separat*. GEBH. Hoc genus loquendi me nusquam invenisse fateor. *Regio spectat orientem*, et *regio objicitur orienti* usitata sunt. Suspicionem loci corrupti praestare potest, quod in quibusdam apud Hearnium est *septemtrioni*. DUK. *oriens separat* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. a m. 1. *oriens sperat* Lov. 4. *orientis spectat* Gaertner. [*spectat* omittit Bamb. vacuo spatio relicto.] Tum [*septemtrio* Bamb.] *septentrio Macedoniae objicitur* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *septentrioni Macedonia objicitur* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et vett. edd. Vulgatum, quod in nullo cod. inveni, demum obvium fuit in ed. Frob. anni 1535. Si per codices liceret, legerem *orientem spectat, et septentrioni a Macedonia objicitur*. Quin et in verbis superioribus scribendum, sed timide, conjicio *in montem Pindum perrexit*. Certe in multis conveniunt descriptio haec Livii, et illa Strab. 9, 434. Ἡ δὲ Πίνδος ὄρος μέγα, πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Μακεδονίαν, πρὸς ἑσπέραν δὲ Περραιβοὺς μετανάστας ἀνθρώπους ἔχουσα, πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δόλοπας· ἄντη δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας. Triccam Pindo vicinam fuisse, innuit Strabo ibid. p. 437. neque eam longe a monte, quem hic Livius describit, remotam fuisse, sequentia docent. Mox *Vestita frequentibus silvis juga summa campos* etc. Lov. 6. *Vestiti frequentibus silvis. super juga summa campos* Voss. *Vestiti frequentibus silvis. sub juga summa campos* Hearnii L. 1.

§. 4. *An reverti in Thessaliam posset*] Vox *posset* inceptam affert sententiam. Mallem *praestaret*. Nam cum esset scriptum pstet, factum est ab inscio *posset*. *Praestaret* autem pro praestantius esset. SIG. Pro insulto Sigonii *praestaret* Pall. et ant.

Digitized by Google

saliam agmen demittere, Triccamque proximis limitibus petit: inde obvias urbes raptim peragravit.
6 Homines, qui sequi possent, sedibus excibat: oppida incendebat: rerum suarum, quas possent, ferendarum secum dominis jus fiebat: cetera militis
7 praeda erat. nec, quod ab hoste crudelius pati pos-

ed. habent *posset*. GEBH. Ita [*praestaret*] quidem Sigonius de conjectura: nam vetus omnis lectio, *fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset*. Inepta, ut caussatur ille, sententia. Nihil profecto minus: est enim hoc an reverti auderet, an commode et sine magno periculo reverteretur. Neque enim poëtarum solum est, quod observavit Guilhelmus Canterus [2. Nov. lect. 2.] verbum *posse* venustatis magis, quam necessitatis caussa aliis jungere: ut *posse* aliquem *facere* vel *dicere*, pro fecisse, vel dixisse, usurpent. Noster 43, [10, 6.] *Hic tam multiplex undique objectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent*. Potuissent utique, si ducem Romano nomine dignum habuissent, nisi incompositi, longo agmine effusi, infrequentes venissent: et erat omnis ille terror vanus adversus vere aestimantes. Sed hoc vult dicere *ne sustinerent*. Infra hoc lib. [c. 40, 2.] *Concionem Argivorum postulabat rex, ut id sciri posset*. Id est, ut sciretur, cognosceretur. Sic Plautus: *Possum ex te hodie scire?* J. FR. GRON. V. Barth. ad Calp. Ecl. 3, 41. Broekh. ad Tibull. 1, 11, 31. ad Prop. 1, 1, 15. Cel. Burm. ad Ovid. 17. Her. 209. Phaedr. 1, 15, 6. et Snakenb. ad Curtii 7, 1, 28. [ante *per aliquos dies* Bamb. mox *an perverti in Thess.*]

§. 5. *Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret*] Quo *suum*? Forte, *citum in Thessaliam agmen demittere, Triccamque*. J. FR. GRON. Etsi, quia alibi in Livio legitur *inclinat animus ut*, et *inclinat sententia ut*, hic quoque videtur suppleri posse *ut*, quemadmodum quum *moneo, rogo, peto, suadeo*, et alia adjunctum habent subjunctivum omisso *ut*; tamen, quia nondum scio, illius ellipsin etiam in hac phrasi usitatam esse, interim cum Gronovio sentiam, verbum melius in infinitivo poni. Livius 28, 25, 15. *Inclinavit sententia, quod tutius censebant, universos ire. demittere* quoque sine dubio verum est. Viri docti hunc errorem scribarum in compluribus locis Livii emendarunt. *suum* plane friget. DUK. [*suum in Thess. agmen demitteret* Bamb.] Gronovianum *demittere* non nihil juvant Voss. Lov. 1. 3. et Mead. ambo, *dimittere*, non *dimitteret*, legentes. V. ad 37, 49, 1. At ejus loco *demittere* legendum esse, inde constat, quod stativa in monte haberet, ex quo in Thessaliam erat descendendum. Solent autem passim *demittere* et *dimittere* commutari a librariis. V. ad 7, 23, 6. (* *suum*, quid si *statim*?)

Trictam proximis limitibus petit] In Thessalia *Triccam*, non *Trictam*, reperio, etsi quidam *Triccam* scribunt. SABELL. *Tricphovamque* Hearnii L. 1. *Tri-*

Digitized by Google

sent, reliqui quidquam fuit, quam quae ab sociis patiebantur. Haec etiam facienti Philippo acerba 8
erant, sed e terra, mox futura hostium, corpora saltem eripere sociorum volebat. ita evastata sunt 9
oppida, Phacium, Iresiae, Euhydrium, Eretria, Palaepharus. Pheras quum peteret, exclusus, quia res

etamque Voss. et Lov. 3. *Tricamque* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. *Tricam*, sine copula. Lov. 2. [*Triceamque* Bamb.] *Trictam* Lov. 5. cum pluribus edd. antt. *Triccam* aliae post Sabellicum. Sed τὸ *que* primus addidit Froben. anno 1535.

§. 6. *Ferendarum secum dominis jus fiebat: cetera militis praeda erat*] *dominis jus fiebat*, id est, *sinebat*, Gaertn. Tum *cetera militibus praeda erat* Lov. 6. V. ad 22, 8, 7.

§. 7. *Quam quae ab sociis patiebantur*] Supervacuum τὸ *quae*, aut mutandum in *tum*. Nec fuit, inquit, reliqui quicquam, quod ab hoste possent pati crudelius, quam tum patiebantur a sociis. J. FR. GRON. Facile adsentior summo Gronovio 26, 6, 4. 28, 43, 3. et 35, 1, 2. pronomen relativum praecedente *quam* delenti. Hic dubito, an retineri possit. Quod hic scriptum est, idem est, ac si esset, *nihil crudelius*, vel *nihil ultra crudeliter* ab hoste pati potuerunt, *quam quae* ab sociis patiebantur. Haec autem recte dici, ex aliis locis Livii patet 9, 6, 11. *Haec frementibus hora fatalis ignominiae advenit, omnia tristiora experiundo factura, quam quae praeceperant animis.* 10, 13, 14. *Quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.* 9, 1, 5. *Quid ultra fieri ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus?* 26, 30, 8. *Quid ultra, quam quod fecerit*, etc. *facere hostiliter Marcellum potuisse?* 28, 39, 1. *Etsi nihil ultra malorum est P. C. quam quod passi sumus.* Adde 23, 7. 27, 36. 29, 28. 31, 40. 32, 2. 5. et 34, 49. Nec tamen cum Tan. Fabro sentio, in Justino 34, 4. pro eo, quod ibi omnes libri habent, *non minori scelere, quam filium occidi jusserat, a filio interfectus est*, melius legi censenti *quam quo filium o. j.* DUK. *quamquam ab sociis* Lov. 2. *quam quod ab sociis* Lov. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quam ab sociis*, ut Gronov. conjecit, Lov. 3.

§. 8. *Haec etiam facienti Philippo acerba erant*] Pall. *fatente Philippo*. GEBH. Similiter Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 9. *Ita evastata sunt oppida*] Pall. *ita evasta oppida sunt* GEBH. Nec aliter Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. De hoc genere erroris v. ad 10, 37, 2. *oppida sunt* etiam reliqui mei Lov. 2. 5. 6. et Gaertn. [Bamb.] cum edd. vett. usque ad Froben. anni 1535.

Phacium, Iresiae, Euhydrium, Eretria, Pala, Epharus] *Phacium* et *Pala* oppida uno fere loco leguntur pro *Philacium* credo et *Pella*. quamquam haec conjectura est. adde quo plures *Philacem* debent. Tu vide igitur, utra vera sit lectio. Ego

Digitized by Google

egebat mora, si expugnare vellet, nec tempus erat,
10 omisso incepto, in Macedoniam transcendit. Nam
etiam Aetolos adpropinquare fama erat. qui, au-
dito proelio, quod circa amnem Aoum factum erat,

enim utramque in medio relinquo. Illud non ignoro, *Philacen* in Emathia *Pellae* proximam esse. SABELL. Quidam [pro *Pachium*] emendarunt *Phacium*. Sed in his nominibus non est ingens vis, quod pleraque ignobilia vel bello vel vetustate interiere. *Eretria* quidem in Phthiotide a Ptolemaeo [3, 15.] ponitur, de qua hic loqui eum puto. Est et in Euboea satis celebris, at nihil ad hunc locum. *Phaerae* autem in Thessalia sunt, de quibus hic intelligitur, quamvis multae alibi. *Sperchios* oppidum in Doride aït Plinius 9, 7. *Sperchiae* ad sinum Maliacum. De *Macra*, quam *Comen* vocatam aït, nescio, num quicquam apud authores reperias. Conqueritur etiam jure de his locis Sabellicus. GLAR. *Phacum* Lov. 6. *Phatium* Lov. 2. *Phacani* Hearnii L. 1. *Pachium*, quod notis praescripsit Glarean. operarum errore vulgatur in edd. Ascensii annorum 1513. et 1516. Sed *Phacium* etiam infra memoratur 36, 13, 3. De hoc oppido v. Cellar. 2. Geogr. Ant. 13. p. 680. Tum *Ire* Lov. 1. *Irestae* Lov. 6. *Yrresiae* Hearnii L. 1. *Iresiae* edd. vett. Hinc *Euchidrium* Voss. Lov. 1. 3. 5. Hearnii N. et edd. usque ad Frob. anni 1531. *Euchidrum* Lov. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Euhydrum* Mead. 1. *Eucridum* Lov. 2. *Eucrorum* Hearnii L. 1. [*Euhidrium* Bamb.] Deinde *Eretrium* Lov. 1. *Ere*, *Tapala*, *Epharis* Hearnii L. 1. Ex duabus posterioribus vocibus *Pala Epharus*, quomodo etiam est in Lov. 5. Mead. utroque, et Gaertn. unam fecit Frobenius, *Palaepharus* anno 1531. edens, cujus loco Paris. anno 1573. *Palaephatus* substitutum est, quod recentiores omnes servarunt. Sed *Palaepharus* legunt Lov. 1. 3. 4. *Palaephariis* Voss. *Palaforus* Hearnii L. 1. *Pharus*, prioribus syllabis omissis, Lov. 2. At *Palaepharus* urbs nulla memoratur. Doujatius scribendum conjecit vel *Phaestus* vel *Pharsalus*. Earum *Phaestus* remotior est ab Eretria et Pheris, inter quas media memorantur, quam ut convenire possit; altera *Pharsalus* longius a vestigiis codd. recedit. Cum Ortelio igitur in Thesauro geogr. in voce *Palaepharus* legendum censeo *Palaepharsalus*, [et ita Bamb.] cujus urbis Liv. etiam infra meminit 44, 1, 5. De ea v. viros doctos ad Front. 2, 3, 22. et Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 686. Ceterum antiquam scripturam *Palaepharus* reduxi. [*agebat* pro *egebat* Bamb.]

Nec tempus erat, omisso incepto] In Voss. erat *eo misso incepto*. J. FR. GRON. *eo omisso incepto* in Lov. 3. *misso eo incepto* in Lov. 1. *Tà omisso incepto* desunt in Gaertn. Paullo ante *Phera* Voss. *Pheram* Lov. 6. In verbis sequentibus *Macedoniam transcendit*, omissa praepositione, Lov. 2. et Harl.

§. 10. *Circa Sperchias et Maeran (quam vocant) Comen*] Mirum est, quanta sit in propriis nominibus variatio. Cujus rei pauca exempla subjiciam. In exemplaribus quibusdam *Sperchias* pro *Partaias*; *Cymine* pro *Cumyne*; *Angea* pro *Angeia*;

Digitized by Google

proximis prius evastatis circa Sperchias et Macran (quam vocant) Comen, transgressi inde in Thessaliam, Cymines et Angeas primo inpetu potiti sunt. a Metropoli, dum vastant agros, concursu oppida- 11

Themna pro *Theuma*; *Calathana* pro *Celatana*; *Acharra* pro *Acharrea*; *Pheca* pro *Perecha*; *Lisine* pro *Licinas*; *Stimon* pro *Strimon*; *Cercetius* pro *Cercio*; *Eginium* pro *Deginium*; *Phanocea* pro *Phanorhea*; *Japolis* pro *Jampholis*. nec, cum varia voce tradantur, quia non usque adeo celebrata sint nomina apud alios auctores, facile perspici potest, utra verior sit lectio. Verum quia illa, quae secundo loco referuntur, ex vetustiore sunt codice deprompta, ideirco vero proximiora habenda sunt. SABELL. Ad sinum Maliacum urbs est, quae *Σπερχία* dicitur a Ptolemaeo et Stephano. SIG. *circa Sparthias* Lov. 6. *circa Sparchias* Voss. et Lov. 1. ac 3. *circa Sparcias* Hearnii L. 1. *circa Perchias* ejusdem N. *circa Perthias* Lov. 2. *circa Parthias* Mead. ambo, et Gaertn. *circa Partheias* Harl. *circa Pthias* Lov. 4. *Σπερχείαν* Thessaliae Phthiotidis urbem memorat Ptolem. 3, 13. ex quo etiam patet, non longe a fluvii *Σπερχείου* ostio et Thebis Phthiotidis remotam fuisse. Eam tamen hic cum Sigonio intelligi non posse, recte Doujatius vidit; quia Aetoli demum, postquam proxima circa Sperchias et Macran Comen evastassent, in Thessaliam transgressi dicuntur. Existimat igitur Doujat. intelligi *Sperchion*, Doridis urbem, memoratam Plinio, 4, 7. ad quem locum Harduin. Doricam et Thessalicam urbem confudisse videtur. Contra Ortel. in Thes. Geogr. *Sperchias* et *Macran Comen* Macedoniae loca, et quidem Sperchias circa *Acum* vel *Aoum* amnem credit. Verum eui persuadebit, Aetolos, audito proelio, quod circa Aoum factum erat, in Macedoniam prius profectos esse, et ita in Thessaliam transcendisse? Verisimilior est Doujatii sententia: eam tamen veram praestare nequeo. Deinde *Mactanē, quam vocant, Comen* Lov. 1. *Macramem, q. v. Comen* Lov. 2. *Macram amnem q. v. Comen* Hearnii L. 1. *Macrane q. v. Comen* ejusdem N. *Macranē q. v. Comen* Mead. ambo. *Macranen q. v. Comen* Lov. 5. 6. et Gaertn. *Macranem q. v. Comen* Lov. 3. 4. *Machranem q. v. Comen* Voss. *Macran q. v. Coman* Harl. *Macranen*, vel *Macranem q. v. Comen* edd. ant. Primus deinde Frob. anno 1531. dedit *Macran q. v. Comen*. [*Macrant* Bamb.]

Cymines et Angeas primo inpetu potiti sunt] Ita quidam emendarunt, cum in vetustioribus codicibus *Cymenes* esset ac *Augeias*: sed vix haec apud authores reperias, aut saltem non obvia. *Augeam* quidem in Chalcidica ponit Ptolemaeus [3, 13.] nihil ad hunc locum: sicut hic paulo post *Callitheras*, ille [ibid.] in Bisaltia ad Strymonem prope fluvium, aeque nihil ad rem nostram. *Cypharam* autem credo Ptolemaeo [ibid.] dici *Cyparam*. Sed commentarium non scribo: admonemus obiter lectorem, ut his tantum det fidei, quantum merito dandum: haec enim omnia emendare operosum videtur. GLAR. *Cyminos* Gaertn. *Cymmes* Voss. [*Cymenes* Bamb.] Deinde *Angeras* Harl. *Angias* Gaertn.

Digitized by Google

norum ad tuenda moenia facto, repulsi sunt. Callithera inde adgressi, similem inpetum oppidanorum
12 pertinacius sustinuerunt: compulsisque intra moenia, qui eruperant, contenti ea victoria, quia spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Theuma inde et Calathana vicos expugnant diripiuntque.
13 Acharras per deditionem receperunt. Xyniae si-
14 mili metu a cultoribus desertae sunt. Hoc sedibus suis extorre agmen in praesidium incidit, quod Athamanum, quo tutior frumentatio esset, duceba-

Anageias Lov. 6. *Angeias* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. [Bamb.] et edd. antt. *Angeas*, quod nunc vulgo editur, sed in nullo apud me cod. est, primae habuerunt edd. Tarvis. utraque, et plures Venet. *Augeias* Ascens. 1513. et aliae in margine. Ceterum in terminationem hujus vocis *as* consentiunt omnes omnino scripti et editi. Vide igitur, num *Cymines* et *Angeas* vel *Angeias* sint genitivi more Graecorum formati. Livium certe *potiri* aliquoties cum casu secundo construxisse, vidimus ad 25, 14, 5.

§. 11. *Callithera inde adgressi*] *Calitera* Lov. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Callitera* Lov. 4. Καλλιτέραι urbs Bisaltiae memoratur Ptolem. 3, 13. sed quam huc non pertinere recte judicant viri docti. Paullo ante *a Metrapoli* Hearnii L. 1.

§. 12. *Theuma inde et Calathana vicos expugnant*] *Teuma* Lov. 1. 3. 4. [Bamb.] *Theumam* Hearnii L. 1. Deinde *Celathana* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Hearnii N. [*Celathara* Bamb.] *Celectana* Gaertn. *Calana* Hearnii L. 1.

§. 13. *Achorras per deditionem receperunt*] Ita Gronov. anno 1665. edidit; incertum tamen, utrum dedita opera, an librariorum aberratione. Omnes enim priores habent *Acharras*, idque servant Voss. Lov. 4. 5. 6. et Mead. 2. Neque multum hinc abeunt alii. *Acharas* habent Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. *Atharas* Gaertn. *Achartas* Hearnii N. *Acharras* igitur, licet aeque ignotum atque *Achorras*, ex Mstorum et edd. fide reposui, quod et Doujat. fecit. Praeterea *acceperunt* Voss. et Lov. 1. 3. 6. Male. *recipere* enim pro capere, accipere Livio usurpari, videbimus ad 39, 23, 11.

Xyniae desertae sunt] *Xynia*, inquit Stephanus, urbs Thessaliae. SIG. *Ryniae* Voss. et Lov. 1. *Riniae* Lov. 3. *Xiniae* Lov. 6. *Ximiae* Lov. 2. *Xime* Gaertn. Et ita iidem codd. infra §. seq. iterum exhibent. Male. V. ad 39, 26, 2.

§. 14. *Quod Athamanum, quo tutior frumentatio esset, duceba*tur] Buslid. *quod Taumacum*. Unde Rubenius: *quod Thaumacos*. Ego suspicabar *Ithomen*. Strabo l. 9, [637.] Χωρίον ἱδρυμένον μεταξὺ τεσσάρων φρουρίων, Τρίκκης τε καὶ Μητροκά-

Digitized by Google

tur: incondita inermisque multitudo, mixta inbelli turba, ab armatis caesa est. Xyniae desertae diripiuntur. Cyphara inde Aetoli capiunt, opportune Dolopiae inminens castellum. Haec raptim intra 15
paucos dies ab Aetolis gesta. Nec Amynander at- 16
que Athamanes, post famam prosperae pugnae Romanorum, quieverunt.

XIV. Ceterum Amynander, quia suo militi pa- 1
rum fidebat, petito ab consule modico praesidio, quum Gomphos peteret, oppidum protinus nomine

λεως καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων· τῆς δὲ Μητροπολιτῶν ἐστι χώρας ἡ Ἰθώμη. J. FR. GRON. *quod Niatumacum* Lov. 6. *quod Athamaū* Lov. 5. *quod Athaumanum* Mead. 1. *quod Athaumatum* Harl. *quod Athamaticum* Hearnii L. 1. *quod Atheumacum* ejusdem N. *quod Atheumatum* Lov. 2. *quod Athaumacum* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. [*quod ad Thauma cum quo* Bamb.] *quod Taumacum* Lov. 1. *quod Thaumacum* Voss. et Victor. apud Crevierium. Id Doujatio non displicebat, neque, licet Livius hoc lib. c. 4, 1. et 36, 14, 12. *Thaumaci* numero plurali dixerit, mutandam opinatur in *Thaumacos*, quia mire variant haec nomina oppidorum Graecorum; et modo plurali, modo singulari numero; interdum feminino, alias masculino, vel neutro genere efferuntur. Deinde suspicatur, retineri posse *praesidium Athamanum*, quod, quo tutior frumentatio esset, eo ducebatur, nempe ad oppidum Xynias. Tandem hanc iterum suspicionem rejecit, quia paullo post Athamanum ita Livius mominit, ut neget quidem eos quievisse; sed, quid gesserint, non indicet. Verum non ea, qua par erat, cura ad Livium adtendit, qui in principio cap. seq. late res ab Amynandro Athamanum rege gestas describit. Mihi Rubenii conjectura *Thaumacos* non displicet: Gronoviana enim *Ithomen* longius a Mstorum et editionum vestigiis recedere videtur. [*mixta ex inbelli turba* Bamb.]

§. 15. *Cyphara inde Aetoli capiunt*] *Cyfera* Voss. *Cyphera* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii L. 1. ac N. [*Cyphaera* Bamb.] *Apheram* Lov. 6. Mox *Delopiae* Hearnii L. 1. Tum *gesta sunt* Lov. 3. [*Hae raptim* Bamb.] Tandem §. seq. *quierunt*, pro *quieverunt*, Harl. V. ad 37, 11, 5.

§. 1. *Oppidum protinus nomine Phecam*] Hoc oppidum libro priore [c. 41, 8.] *Phecadum* nominavit. SIG. *Phocam* Hearnii L. 1. *Perhetam* Lov. 2. *Perecam* Lov. 4. et Mead. 2. *Perhecam* Harl. *Pereccham* Gaertn. *nomine per haec amsitum* Voss. et Lov. 1. [*Phaecam*, mox *Gamphos* Bamb.] Paullo ante *Amynander qui suo militi* Harl. V. ad 36, 33, 5. *quia Amynander suo militi* Lov. 5. et edd. ante Aldum. [*ab Themania* Bamb.]

Digitized by Google

Phecam, situm inter Gomphos faucesque angustas, quae ab Athamania Thessaliam dirimunt, vi cepit.
2 inde Gomphos adortus, et per aliquot dies summa vi urbem tuentes, quum scalas ad moenia erexisset,
3 eodem metu perpulit ad deditionem. Haec traditio Gomphorum ingentem terrorem Thessalis intulit. dedidere deinceps sese, qui Argenta, quique Pherinum, et Thimarum, et Lisinas, et Stimonem, et Lampsum habent, aliaque castella juxta ignobilia.

§. 2. *Eodem metu perpulit ad deditionem*] Quum prius et primum omnino in illa expeditione oppidum, quod erat Pheca, vi fuerit captum, non metu deditum, haud aliter interpretari haec queas, quam ejusdem rei, ne scil. istidem vi caperentur, metu ad deditionem redactos esse praesidiarios alterius oppidi. Verum durius hoc est, tum sine ulla prorsus necessitate sero positum, longeque nimis remotum ab eo, unde ortus esset ille *idem metus*, si ista fuisset auctoris sententia. Sed et solet de *eodem metu* loqui Livius, quando ii, de quibus proxime egit, deditionem fecere, quam plerumque fit metu. Veluti 33, 38, 9. *Deditio est facta. Idem metus tum incolentes alias Chersonesi urbes in deditionem dedit.* 43, 19, 5. *Admoto exercitu omnes extemplo dediderunt sese. Qua spe celeriore deditione erectus, postquam animadvertit, quantus agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem metu* (quo scilicet priores ad se dedendos fuerant compulsi) *in potestatem redigit.* 32, 13, 13. *Acharras per deditionem receperunt. Xyniae simili metu a cultoribus desertae sunt.* Hic vero nullus similis metus praecessit, quippe non metu dedito, sed vi capto priore oppido. Nec ea etiam res aut vis metum incussisse videtur illis, qui Gomphos tuebantur, quum aliquot dies summa vi restiterint, nec, nisi erectis jam ad moenia scalis, sese dediderint. Quid plura? Legendum puto: *eo demum metu*, hoc est, metu erectarum jam ad moenia scalarum, seu quem fecerant denique erectae jam scalae, ante quas erectas nulla alia res tantum illis metum incutere poterat, ut deditionem facerent. Medii vocabuli duae posteriores literae in membranis plerumque omitti, et transversa tantum virgula superius ducta notari solent, quae oscitantiam librarii facile potuit fugisse. PERIZON. Animadv. Hist. c. 2. p. 65. *eodem* servant omnes mei. Conjecturam autem Perizonii referens Cl. Crevierius addit, se etiam supra 1, 5, 6. pro *eodem pervenit*, scribendum monuisse *eo demum pervenit*; ubi Lipsius et Gebh. una litera *m* facili errore in duas *in* divisa, malebant *eo dein pervenit*. At praeferenda nunc est Crevier. sententia, quum plane, quemadmodum conjecit, invenerim in Flor. et Lov. 3. quorum consulendorum si antea copia facta fuisset, ita etiam edi curassem. Praeterea *pepulit* Lov. 2. Sed v. ad 24, 35, 5. [*cum jam scalas .. rexisset* Bamb.] Paullo an-

Digitized by Google

Dum Athamanes Aetolique, submoto Macedonum metu, in aliena victoria suam praedam faciunt, Thessaliaque a tribus simul exercitibus, incerta quem hostem, quemve socium crederet, vastatur; consul faucibus, quas fuga hostium aperuerat, in regionem Epiri transgressus, etsi probe scit, cui parti, Charopo principe excepto, Epirotae favissent; tamen, quia ab satisfaciendi quoque cura imperata enise facere videt, ex praesenti eos potius, quam ex praeterito,

te *tuentes urbem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamberg.] *continentes urbem* Gaertn.

§. 3. *Haec deditio Gomphorum ingentem*] Pall. et ant. ed. *Haec traditio Gomphorum*. GEBHARD. Scripti omnes *Haec traditio Gomphorum*. Quid opus fuit mutare? 37, [9, 7.] *Legationes finitimas ab Eleunte, et Dardano, et Rhoeteo, tradentes in fidem civitates suas, benigne audivit*. J. FR. GRON. *Haec traditio* etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. Infra 34, 29, 9. *Miserat ad legatum Romanum traditurus urbem*. Mox, *Tradidit Quinctio urbem. Priusquam Gythium traderetur*. c. 30, 1. *Traditione oppidorum maritimae orae conterritus*. Mox, *Postquam id quoque traditum Romanis audivit esse*. 36, 14, 2 *Deditio sine cunctatione facta, traditumque praesidium regium*. Mox, *Legati tradentes urbes suas obcurrerunt*.

Qui Argenta, quique Pherinum, et Thimarum, et Lisinas, et Stimonem, et Lampsum habent] *qui Argentea* Lov. 6. et Hearnii L. 1. Tum *quique Ferimium* Voss. et Lov. 6. *quique Ferinum* Hearnii L. 1. *quique Fermum* Gaertn. *quique Pherimium* Lov. 1. et 3. *quique Pherinium* Lov. 2. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] Hinc *et Timarum* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo. [Bamb.] *et Tinatrum* Harl. a m. 1. *et Tinatum* a manu 2. *et Thyrmarum* Hearnii L. 1. Deinde *et Hernias* Voss. *et Licimas* Lov. 1. *et Licinas* Lov. 2. 3. 4. et Hearnii L. 1. *et Lycinas* Lov. 5. *et Liximas* Lov. 6. *et Lichinas* Gaertn. [*et Ligynas* Bamb.] Hinc *et Strimonem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *et Strymonem* Lov. 5. [Bamb.] *et Stermonem* Lov. 6. Denique *Lapsum* Gaertn. et Lov. 3. *Lapresum* Lov. 1.

§. 4. *A tribus simul exercitibus*] *To simul* deest in Gaertn. et Lov. 6. a m. 1. Alii eamdem vocem transponunt. Nam *ab tribus exercitibus simul* legit Voss. *simul a tribus exercitibus* edd. ante Frob. anni 1535. [*ab tribus* Bamb. mox *crederent*] Paullo ante *Acharnanes*, pro *Athamanes*, Voss. et Hearnii L. 1.

§. 6. *Ex praesenti eos potius, quam ex praeterito, aestimat*] *quam praeterito* Voss. et Lov. 1. recte reliquis vulgatum servantibus. Livium enim praepositiones iterare solitum fuisse, idque in hac orationis compositione, vidimus ad 4. 58, 4. [*eos* omittit Bamb.] Paullo ante *quia ad se-*

Digitized by Google

aestimat habitu, et ea ipsa facilitate veniae animos
7 eorum in posterum conciliat. Missis deinde nunciis Corcyram, ut onerariae naves in sinum venirent Ambracium; ipse, progressus modicis itineribus, quarto die in monte Cercetio posuit castra, eodem
8 Amynandro cum suis auxiliis adcito; non tam virium ejus egens, quam ut duces in Thessaliam haberet. ab eodem consilio et plerique Epirotarum voluntarii inter auxilia accepti.

1 XV. Primam urbium Thessaliae Phaloriam est ad-

tisfaciendum quoque cuncta imperata Gaertner. et Mead. 1. in margine.

Et ipsa facilitate veniae animos] Scribendum ex Pall. utroque, et ant. ed. *et ea ipsa facilitate.* GEBH. A Curione est. Scripti et editi ab Andrea ad Froben. usque *et ea ipsa facilitate.* J. FR. GRON. *et ipsa facilitate*, quod in uno meorum Lov. 2. obvium fuit, ante Curionem receperunt Frob. anni 1535. Bas. anni 1539. Vascos. et Gryph. Sed recte Gronov. ex Mstis, et edd. antt. emendavit *et ea ipsa facilitate*, quod reliqui codd. nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. tuentur. Pariter *is ipse*, pro *ipse*, emendat Gronov. ad 27, 23, 7. [Mox §. 7. *Corcyra* Bamb.]

§. 7. *In monte Cercetio posuit castra*] Plinius 4, 8. hos Thessaliae montes *Cercetos* vocat, Ptolemaeus [3, 13.] *Cercetesios*. quidam etiam novi codices *Bercetesios* habent. GLAR. Plinius montium *Cercetorum* meminit in Thessalia, Ptolemaeus montis *Certesesii*. *Cerceticum* tamen esse legendum, docet Steph. qui ait: *Πιαλία, πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὲρ τὸ Κερκετικὸν ὄρος. τὸ ἐθνικὸν Πιαλιεύς*. SIG. Prisca ed. *in monte Cercetio.* Pall. contra *in monte Certio.* GEBH. *in monte Certie* Voss. et Lov. 6. *in monte Certio* Lov. 2. 3. et Hearn. L. 1. *in monte Cercio.* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *in monte Cercie* Lov. 1. *in monte Cerucio* Gaertn. [§. 8. *ab eo consilio* Bamb.]

§. 1. *Primam urbium Thessaliae Phaleriam*] Id nominis non memini me legere in Thessalicarum urbium numero: etsi quidam *Phaleron* in Thessalia esse dicant, alii per *a Phalaron* in Thessalia esse dicant. Strabo etiam l. 9. [435.] ubi de Achillis ditione, *Phalarae* meminit. Fortasse autem, quod diruta fuit, memoria excidit. De *Rage* etiam nullam invenio apud authores mentionem. GLAR. Vet. lib. *Phaleram.* ex Cosmographis *Phalaram* scribendum est, ut supra etiam admonui [ad 27, 30, 3.] SIG. Sigonius *Phalaram.* Sed vulgatam lectionem tuetur Pall. nec non prisca ed. GEBH. Si est eadem, quam appellavit 27. [30, 3.] non dubito, quin et hic *Phalara* dixerit, et *captis Phalaris*, et *Phalara incensa et direpta.* Stephanus *Φάλαρα πόλις Θεσσαλίας, πλησίον [illegible] Φαλα[illegible]*

Digitized by Google

greſſus. duo millia Macedonum in praesidio habebat, qui primo summa vi reſtiterunt, quantum arma, quantum moenia tueri poterant: sed obpugna- 2
tio continua, non die, non nocte remiſſa, (quum consul in eo verti crederet ceterorum Theſſalorum animos, si primi vim Romanam non suſtinuiſſent) vicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaloria, le- 3
gati a Metropoli et a Piera dedentes urbes venerunt. venia eisdem petentibus datur. Phaloria incensa ac direpta eſt. Inde Aeginium petit. quem locum quum 4

πόλις Θετταλίας· ταύτην Πιαλὸς Φαλωρίαν καλεῖ, τὸ ἐθνικὸν Φαλωρίτης. Denique et Phalachthia Thessaliae Ptolemaeo [3, 13.] J. FR. GRON. Non poteſt eſſe eadem, quae 27, 30, 3. *Phalara.* Nam, hanc ad sinum Maliacum esse, ibi dicit Livius: ea, de qua hic agit, prima ex Epiro in Thessaliam venientibus erat, quam 36, 13, 6. *Phaloriam* vocat. V. Cellar. Geogr. ant. 2, 13, 678. DUK. *Phaloriam* Lov. 2. Harl. et Gaertn. quomodo iidem codd. etiam mox §. 3. bis praeferunt, quibus ibidem consentit Mead. 1. Hi ergo persuaserunt, ut ita edi curarem. Similiter legendum existimavit Doujatius, docens scripturam hanc minus a vulgato abire, quam si legatur *Phalara;* propius etiam distare a Metropoli Thessaliotidis urbe, quae mox sequitur, in qua etiam regione Phaloria sita creditur. Ejus etiam meminit Livius 39, 25, 3. [*Primam urbem Thessaliae* Bamb.]

§. 2. *Non die, non nocte remissa*] *non nocte, non die remissa* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum. V. ad 21, 11, 5. *non nocte, nec die* Lov. 6. V. ad 40, 15, 5.

§. 3. *A Metropoli et a Piera*] *Metropolis* una eſt in Thessalia. Porro autem *Pialiá* legendum, quae, ut aït Stephanus, eſt in Thessalia, ut dixi paullo ante, non *Pieria*, quae in Boeotia eſt. SIG. V. etiam Sigon. ad 36, 14, 6. *a Pyrea* Harl. et Lov. 1. *a Pirea* Lov. [?] 1. et 6. *a Pyrhea* Gaertn. *a Pieria* Mead. 2. Mox *venia eisdem petentibus data* Harl. [Initio *Pholoria* Bamb. qui verba seqq. *legati* etc. *Phaloria* omittit.]

§. 4. *Inde Aeginium petit*] Hoc in Illyrio ſtatuit Stephanus. SIG. *Aeginium* Tymphaeorum seu Stymphaeorum memorat Strabo 7, 327. Tymphaci autem sunt populi Epiri. Contra *Aeginium* Theſſaliae urbem agnoscit Livius 36, 13, 6. At *Aeginium* in Pieria, quae Macedoniae regio eſt, recenset Plin. 4. H. Nat. 10. *Aeginum* Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Aegimum* Lov. 3. Mox *quem locum vel modico* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. 2. omiſſa particula *quum* vel *cum*, quae intercepta eſt a praecedentis vocis *locum* syllaba ultima. V. ad 32, 9, 3. Ex his tamen codd. Lov. 2. 6. et Voſſ. quorum librarii eam deeſſe non poſſe animadverterant, in seq. illam addiderunt, legen-

Digitized by Google

vel modico praesidio tutum ac prope inexpugnabilem vidisset, paucis in stationem proximam telis con-
5 jectis, ad Gomphorum regionem agmen vertit. degressusque in campos Thessaliae, quum jam omnia exercitui deessent, quia Epirotarum pepercerat agris, explorato ante, utrum Leucadem, an sinum Ambracium onerariae tenuissent, frumentatum Ambraciam
6 in vicem cohortes misit. et est iter a Gomphis Ambraciam, sicut inpeditum ac difficile, ita spatio
7 perbrevi. Intra paucos itaque dies, transvectis a mari commeatibus, repleta omni rerum copia sunt
8 castra. Inde Atracem est profectus. decem ferme millia ab Larissa abest: ex Perrhaebia oriundi sunt:

tes *inexpugnabilem cum vidissent*. Praeterea *agmen convertit* Voss.

§. 5. *Digressusque in campos Thessaliae*] *degressusque* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertner. quam lectionem recte ex Pall. probavit Gebhard. ad 4, 17, 11. Et ita Sigonius anno 1572. edidit, quum in prima ed. anni 1555. vulgatum servasset. Plura v. ad d. l. Livii. Mox *qui Epirotarum* Voss. Lov. 1. 3. a manu prima, 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Aldum, sollemni scribarum varietate; de qua v. ad 36, 33, 5.

Utrum Leucadem ac sinum Ambracium] Lectio haec, ex aberratione typographorum in ed. ultima Gruteri nata, per omnes recentiores propagata est, licet nullo modo admitti queat; quum classis simul Leucade et in sinu Ambracio esse non possit. Antea recte edebatur *Leucadem, an sinum Ambracium*. quomodo etiam praeferunt Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. *Leucade, an sinum* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. 2. Mox *τὸ in vicem* deest in Lov. 6. a m. 1. [§. 7. *dies* omittit Bamb.]

§. 8. *Inde ad Ragen est profectus*] Non est nauci illa *Rage*. Scribe *Inde Atracem est profectus*. Strabo l. 9, [440.] *ὑποκεῖται δ' αὐτῆς Ἄτραξ ἐν τεσσαράκοντα σαδίοις τῷ ποταμῷ [Πηνειῷ] πλησιάζουσα καὶ αὐτή. Τὴν δ' ἀνὰ μέσον ποταμίαν εἶχον Περῥαιβοί*. Vides, ut mox Livius: *ex Perraebia oriundi sunt: sita est urbs super Peneum amnem*. Eam frustra obsedit Quintius. Unde 33, [4, 1.] *Philippus acceptae ad Aoum fluvium in angustiis cladi, ter a Macedonum phalange ad Atracem vi pulsos Romanos opponebat*. Hoc nomen suspicari queas corruptum esse et inferius c. 17, 4. *Consul interim omnium spe longiorem atrocioremque oppugnationem habuit*. Venit aliquando in mentem: *longiorem Atracis oppugnationem ha-*

Digitized by Google

sita eſt urbs super Peneum amnem. Nihil trepida- 9
vere Theſſali ad primum adventum Romanorum. Et
Philippus, sicut in Theſſaliam ipse progredi non
audebat, ita, intra Tempe stativis positis, ut quis-
que locus ab hoſte tentabatur, praesidia per occa-
siones submittebat.

XVI. Sub idem fere tempus, quo consul adver- 1
sus Philippum primum in Epiri faucibus caſtra po-
suit, et L. Quinctius, frater consulis, cui classis 2
cura maritimaeque orae imperium mandatum ab se-
natu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram
transvectus, poſtquam profectam inde claſſem au- 3
divit, nihil morandum ratus, quum ad Zamam in-

buit: vel *ad Atracem*. Sic olim jam prior editio noſtra. Poſtea et eruditum Horrionem [ad 33, 4, 1.] *Atracem* pro *Rage* reponendum observaſſe vidimus. J. FR. GRON. *ad Raghen* Gaertn. *ad Rhagen* Lov. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. antt. pro quo ed. Ven. anni 1498. *ad Ragen*, adspiratione omissa, dedit. [*ad Rhagem* Bamb.] *ad Thagen* Lov. 2. *ad regem* Voſſ. et Lov. 1. ac 3. quomodo etiam peccatur 36, 10, 2. proxime verum *ad Racen* Mead. 1. Sed verum Gronov. vidit. De hac urbe v. Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 680. Mox *Perrenia* Lov. 4. et 6. *Perreuia* Voſſ. Lov. 1. *Pereuia* Gaertn. *Perheuia* Harl. et Mead. 1. *Perhieuia* Lov. 3. *Pertenia* Lov. 2. *Parthenia* Mead. 2. At vulgatum verum eſt. [*super Peneium amnem* Bamb.]

§. 1. *In Epiri faucibus castra posuit*] Ita primus edidit Aldus. Edd. priores cum omnibus codd. Mſtis [etiam Bamb.] legunt *posuit castra*. Praecedens vox *primum* deeſt in Lov. 2.

§. 2. *Cum duabus quinqueremibus Corcyram transvectus*] *travectus* Voſſ. Lov. 1. et Mead. 2. Et ita in quibusdam suorum Gronov. inveniſſe videtur. Certe hunc locum laudans ita eum adfert supra hoc lib. c. 6, 1. *provectus* Gaertn.

§. 3. *Quum ad Zammam insulam adsecutus esset*] Nemo, quod sciam, hoc tractu *Zàmmae* meminit: ego propemodum ausim reponere *Zacynthum*. Eſt enim inter Corcyram et Maleam, ad quam mox pervenit. GLAR. L. Quintium scribit Corcyra profectum classem ad Zamnam insulam esse assecutum. Quaeſtio exiſtit, quae sit haec insula, quae a Corcyra ad Maleam navigantibus occurrat? Glareanus mendose esse pro *Zacyntho* ait, ego pro *Same*. In veteribus enim libris eſt *Zamam*, non *Zamnam*. †. „Glareanus *mendose* adver„bium non ponit: hic identidem „addit, ac demit Glareani verbis, „quod vult: quod non decet.“

sulam adsecutus esset, dimisso L. Apustio, cui suc-
4 cesserat, tarde inde ad Malcam, trahendis plerum-
que remulco navibus, quae cum commeatu seque-
5 bantur, pervenit. A Malea, jussis ceteris, quan-
tum maxime possent maturate, sequi, ipse tribus
quinqueremibus expeditis Piraeeum praecepit, acce-
pitque naves ibi relictas ab L. Apustio legato ad
6 praesidium Athenarum. Eodem tempore duae ex
Asia classes profectae, una cum Attalo rege; (eae

†. De hac insula Pomponius [2, 7.] *In Iönio Prote, Hyria, Cephallenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, Ithaca.* Et Plinius 4, 12. *Cephallenia, Zacynthos, Ithaca, Dulichium, Same. Cephallenia quondam Melaena dicta. Same diruta a Romanis adhuc tamen oppida tria habet.* Et Virgilius 3, [271.]

Dulichiumque, Sameque, et
Neritos ardua saxis.

Alii *Samen* urbem Cephalleniae est scripserunt. SIG. Pall. *desecutus.* GEBH. *ad Cāmam* Voss. et Lov. 1. *ad Zammam* Lov. 5. [Bamb.] *ad Gamam* Lov. 6. *ad Caniam* Hearnii L. 1. *ad Ammam* ejusdem N. Quo minus adsentiri possim Sigonio, *ad Samen*, vel potius *ad Samem* emendanti, et in contextum recipienti, illud obstat, quod Livio *Same* non sit una Echinadum, a Cephallenia diversa, ut multis placuit, sed potius Cephalleniae urbs, ut constat ex 38, 29. et hinc neque aliam ejus emendationem probandam puto 36, 42, 4. Nisi quis per *Samen* intelligat Cephalleniam, quae alio nomine *Samus* et *Same* dicta esse creditur. V. Cellar. 2. Geogr. ant. 14. p. 800. An tamen Livius eam antiquo hoc nomine obscure adpellare voluerit, qui passim alibi *Cephalleniam* vocaverit, merito dubitari potest. Si igitur haec scriptura rejiciatur, quid ejus loco reponendum sit, non subeurrit. Praeterea *desecutus* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, et Gaertn.

Dimisso Lucio, cui successerat] Nisi quum de duobus fratribus veteres loquebantur, solis praenominibus numquam usi sunt. Quod quum ita sit, *dimisso L. Apustio* Livium scripsisse crediderim. SABELL. Pall. *dimisso Libio.* GEBH. *dimisso Libio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *dimisso Livio* Lov. 5. [Bamb.] et edd. Camp. et Rom. anni 1472. pro quo Mediol. anni 1480. et Tarvis. *dimisso Lucio*, quod supereſt in Harl. Mox §. seq. *ad Maleum* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Ascens. anni 1513. *ad Maleō* Lov. 5. [*ad Malaeum* Bamb.] Deinde §. 5. *a Maleo* omnes codd. cum iisdem excusis. [*a Malaeo* Bamb.]

§. 5. *Jussis ceteris, quantum maxime possent maturate, sequi*] Pall. et ant. ed. *jussis caeteris, quantum maxime possent, maturare sequi.* GEBH. Ita et Lov. 1. 4. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. Mediol.

Digitized by Google

quatuor et viginti quinqueremes erant) Rhodia altera, viginti navium tectarum: Agesimbrotus praeerat. Hae circa Andrum insulam classes conjunctae 7
Euboeam, inde exiguo distantem freto, trajecerunt. Carystiorum primum agros vastarunt: deinde, ubi 8
Carystus, praesidio a Chalcide raptim misso, firma visa est, ad Eretriam accesserunt. Eodem et L. Quin- 9
ctius cum iis navibus, quae Piraeei fuerant, Attali regis adventu audito, venit, jussitque, ut, quae

anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae; quod non displicebat Gronov. ad 39, 45, 5. *quantum maxime possent, maturarent sequi* Lov. 3. quod et ipsum probari posset. *jussis maturarent*, pro *ut maturarent*. V. ad 10, 41, 8. Quamvis autem pro vulgato etiam stent reliqui codd. nihilominus alterutra harum lectionum praeferenda videtur. Et quidem earum prior minimum a vulgato distat. [*mature* Bamb.] Mox *praecipit* Lov. 3. 4. et Harl. qui simul etiam *accipit*. sed *praeripit* Gaertn. [*praecedit* Bamb.]

§. 6. *Eae quatuor et viginti quinqueremes erant*] *et quatuor* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. [*ea quatuor* Bamb.] Tum *viginti navium tecta* omnes codd. mei cum edd. ante Aldum. Hinc *Hagestimbrottus* Voss. *Agessimbrotus* Lov. 3. [*Hagesimbrotus* Bamb.]

§. 7. *Euboeam, inde exiguo distantem freto, trajecerunt*] *exiguo distante freto* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. usque ad Frob. anni 1531. Sed v. ad 6, 3, 8.

§. 9. *Jussitque, ut, quae ex sua classe venissent naves, Euboeam peterent*] Locutionem notandam monuit Cl. Crevier. Verbo enim *jubere* subjungi fere verbum infiniti modi. Sibi igitur in mentem venisse testatur, *jussitque, ut quaeque ex sua classe venissent naves, Euboeam petere*. In eo consentit Lov. 6. quod legat *jussitque, ut quaeque*. Similiter quidem *ut quaeque* legunt Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Verum iidem simul *jussit* vel *jussis*, omisso τῷ *que*, praeferunt: ut in illis tantum τὸ *que* in alium locum rejiciatur. At omnes constanter *peterent*. Quae de hoc genere loquendi monuerunt Borrich. et Cellar. nullus non novit. Sane, τῷ *jubere* frequentius apud vetustiores atque optimos scriptores verbum infinitum jungi, certissimum est. Apud eosdem tamen quaedam, quamvis rariora, obcurrunt exempla, eidem verbum finitum cum *ut* vel expresso, vel per ellipsin omisso addi. Non laudabo nunc locum Livii 23, 21, 4. cum enim ex codd. auctoritate aliter legendum esse, adsentior. Verum ita loquitur 42, 39, 6. *Legatis vel cum tribus venire, jubebant, vel obsides daret*. 44, 2, 5. *Quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset*. Plaut. Amph. 1, 1, 50. *Jubet, sententiam ut dicant suam*. Sticho 2, 2, 71. *Jube famulos rem divinam mihi adparent*. Te-

Digitized by Google

ex sua classe venissent naves, Euboeam peterent.
10 Eretria summa vi obpugnabatur. nam et trium junctarum classium naves omnis generis tormenta machinasque ad urbium excidia secum portabant, et agri adfatim materiae praebebant ad nova molienda
11 opera. Oppidani primo haud inpigre tuebantur moenia: deinde fessi vulneratique aliquot, quum et muri partem eversam operibus hostium cerne-
12 rent, ad deditionem inclinarunt. sed praesidium erat Macedonum, quos nos minus, quam Romanos, metuebant: et Philocles regius praefectus a Chalcide nuncios mittebat, se in tempore adfuturum, si
13 sustinerent obsidionem. Haec mixta metu spes ultra, quam vellent, aut quam possent, trahere eos tem-

rent. Eun. 4, 4, 24. *Jube mihi denuo respondeat.* Heaut. 4, 4, 15. *Jube maneat.* Ad. 5, 7, 16. *Jube nunc jam dinumeret viginti minas.* Caesar, sive Hirtius 8. Gall. 52. *Quod ne fieret, consules amicique Pompeji jusserunt.* ubi quidem alii, invitis codd. et editis, pro *jusserunt*, reponunt *intercesserunt*; pauci Msti, et typis exarati legunt *suaserunt*; plurimas tamen et meliores membranas *jusserunt* praeferre, Cl. Oudend. testatur. Virg. Ecl. 5, 15.

— — *tu deinde jubeto certet Amyntas.*

Ovid. 1. Am. 4, 29. *Bibat ipse, jubeto.* El. 11, 19. *Rescribat multa, jubeto.* 1. Art. 509. *Ista jube faciant.* Medic. fac. 58.

Lenta jube scabra frangat asella mola.

4. Fast. 259.

Mater abest: Matrem, jubeo, Romane, requiras.

Horat. 1. Sat. 4, 121. *Jubebat, ut facerem quid.* Ex inferioris aetatis scriptoribus, unde plura adferri possent, alia laudare abstineo. V. Cel. Burm. ad Nason. 8. Met. 752. Adsentior itaque Cl. Dukero supra ad 23, 21, 4. ubi variant codices, praeferendum esse infinitivum; ubi in conservando subjunctivo conspirant, eorum consensum non spernendum esse. [*venit jussis ut quaeque ex* etc. Bamb.]

§. 10. *Machinasque ad urbium excidia secum portabant*] *urb'* Lov. 4. *urbis* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *exscidia* iterum Clericus aliique, adversantibus scriptis et editis. V. ad 5, 15, 9. Paullo ante *jam et trium*, pro *nam*,

Digitized by Google

tempus cogebat. deinde, postquam Philoclem repul- 14
sum trepidantemque refugisse Chalcidem acceperunt,
oratores extemplo ad Attalum, veniam fidemque ejus
petentes, miserunt. Dum in spem pacis intenti se- 15
gnius munera belli obeunt, et ea modo parte, qua
murus diratus erat, ceteris neglectis, stationes ar-
matas obponunt; Quinctius, noctu ab ea parte,
quae minime suspecta erat, impetu facto, scalis ur-
bem cepit. Oppidanorum omnis multitudo cum con- 16
jugibus ac liberis in arcem confugit: deinde in de-
ditionem venit. Pecuniae aurique et argenti haud 17
sane multum fuit: signa, tabulae priscae artis, or-
namentaque ejus generis plura, quam pro urbis
magnitudine aut opibus ceteris, inventa.

XVII. Carystus inde repetita; unde, priusquam 1

Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 9, 17, 5.

Agri adfatim materiae praebebant] *materiam* Lov. 2. ut 38, 19, 6. *Saxa adfatim praebituram asperitatem ipsam locorum credebant.* Sed reliqui stant pro vulgato, et Livius etiam passim *τὸ adfatim* cum casu secundo construxit. Supra 10, 25, 7. *Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum.* 23, 5, 15. *Jam pecuniae adfatim est frumentique.* 27, 17, 7. *Armorum adfatim erat captorum Karthagine.* 34, 26, 10. *Auxilia, quorum adfatim erat.* c. 37, 5. *Ad obsidionem sustinendam copiarum adfatim esse.*

§. 11. *Primo haud inpigre tuebantur moenia*] *nec impigre* Harl. *ut impigre* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. *primo impigre* Mead. 2. *Inpigre* est strenue. Delenda igitur cum uno hoc cod. negatio. Mox *dein fessi*, pro *deinde*, Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. [Bamb.] V. ad 3, 3, 6. [*partem versam* Bamb.]

§. 12. *Philocles regius praefectus a Chalcide nuncios mittebat*] *Philocles praefectus* Lov. 1. et Voss. *Philodes regis praefectus* Lov. 6. V. ad 31, 35, 6. Tum *Chalcide*, pro *a Chalcide*, Lov. 2. Harl. et Gaertn. Mox *τὸ si* deficit in Lov. 1. [*sustineret* Bamb.]

§. 13. *Ultra, quam vellent, aut quam possent*] *quam vellent, aut possent* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. [§. 14. *Chalcidem* omittit Bamb.]

§. 15. *Et ea modo parte, qua murus dirutus erat*] *Τὸ et* deest in Lov. 2. *ex ea modo parte, qua* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. V. ad 26, 45, 1. *et ea modo, qua* Harl. Praeterea *murus diruptus*

Digitized by Google

e navibus copiae exponerentur, omnis multitudo,
2 urbe deserta, in arcem confugit. Inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. oppidanis extemplo vita ac libertas concessa est: Macedonibus treceni nummi in capita statutum est pretium, et ut armis traditis abirent. Hac summa redemti, in
3 Boeotiam inermes trajecti. Navales copiae, duabus claris urbibus Euboeae intra dies paucos captis, circumvectae Sunium Atticae terrae promontorium,
4 Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrocioremque obpugnationem habuit: et ea, qua minimum credi-
5 disset, resistebant hostes. nam omnem laborem in

erat Lov. 2. V. ad 9, 45, 17. [*noctu* et mox *facto* omittit Bamb. *signata, ornamenta*, mediis omissis, praefert idem.]

§. 1. *E navibus copiae exponerentur*] Praepositio deest in Lov. 1. et Harl. *ex navibus* legunt Lov. 2. 3. 6. et Voss. [*repetit* Bamb.]

§. 2. *Trecenti nummi in capita statutum est pretium*] Pall. *treceni in capita statutum precium est*. Ant. ed. *trecentorum in capita statutum est precium*. GEBH. Thuan. plane *treceni*. 22, 52, 2. *In capita Romana trecenis nummis quadrigatis*. JAC. GRON. *trecentorum in capitá* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *trecenti in capita* Lov. 4. *trecē nummi in capita* Lov. 1. *treceni in capita* Voss. Lov. 6. a m. 1. et Mead. 2. *nummi treceni in capita* Lov. 2. 6. a m. 2. Harl. et Mead. 1. *treceni nummi in capita* Lov. 3. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *treceni nummi capita* Gaertn. *nummi triceni per capita* editiones prioribus proximae. *nummi treceni per capita* ed. Mog. *treceni nummi in capita* Aldus. *trecenti nummi in capita* Vascos. quod, paucis exceptis, recentiores servarunt usque ad Crevier. qui *treceni* restituit; quod etiam ob codd. Mstorum auctoritatem probavi. [*trecēni*, omisso *nummi*, Bamb.] Solent autem numeri cardinales et distributivi in Mstis confundi. V. ad b. lib. c. 28, 11. Quod tamen viri docti moneant, sermonis proprietatem postulare, ut *treceni*, pro *trecenti*, legatur, aliter judico, et salva sermonis proprietate *trecenti* servari posse puto. Numerus enim distributivus indicat, cuique captivorum Macedonum trecentos nummos libertatis pretium statutos esse: id autem aeque indicatur numero cardinali si addantur voces *in capita*, *in singulos*, vel similes. Verum, ut dixi, *treceni* probavi, partim fide codicum motus, partim quia Livius, licet numero distributivo utatur, tamen in-

Digitized by Google

muro diruendo crediderat fore: si aditum armatis in urbem patefecisset, fugam inde caedemque hostium fore, qualis captis urbibus fieri solet. cete- 6
rum postquam, parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati, illud principium velut novi atque integri laboris fuit. nam 7
Macedones, qui in praesidio erant et multi et delecti, gloriam etiam egregiam rati, si armis potius et virtute, quam moenibus, urbem tuerentur, conferti, pluribus introrsus ordinibus acie firmata, quum 8
transcendere ruinas sensissent Romanos, per inpeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id consul aegre passus, nec eam ignominiam ad 9

terdum *in capita*, vel *in singulos* addere solet. V. ad 39, 38, 11. Praeterea *statutum pretium est* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 3. *Sunium Atticae terrae promontorium*] *Esunnium* Voss. *Esūmum* Lov. 1. *Esumium* Lov. 3. *Esuraum* Hearnii L. 1. Sed litera prima huic voci ex fine praecedentis adhaesit. *Sumium* Lov. 4. 5. Harl. Hearnii N. et edd. principes. Paullo ante *inermes in Boeotiam trajecti* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

Cenchreas Corinthiorum emporium] Stephanus oppidum et navale Corinthiorum esse scribit, itemque caeteri. SIG. *et Caporium*, pro *emporium*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Male. Ita *Cynus emporium urbis Opuntiorum* supra habuimus 28, 6, 12. Mox *petunt* Lov. 2. et Harl.

§. 4. *Longiorem atrociorem-que obpugnationem habuit*] Gronov. supra ad c. 15, 8. *longiorem Atracis*, vel *ad Atracem obpugnationem* verisimiliter legendum censuit: quae conjectura etiam Crevierio placuit. Omnes tamen codd. vitiosam lectionem retinent, ac nihil variant. *atrox* etiam *obpugnatio* supra est 21, 11, 6. *Obpugnatio eos aliquanto, quam ante, atrocior adorta est.* An igitur legendum *atrocioremque Atracis obpugnationem habuit?* Ut vox *Atracis* exciderit, partim quod librarii nescirent, quid ea notaret, partim ob vocem praecedentem. Mox *etenim ea, qua minimum credidisset* Lov. 2. [*et aequam minimum* Bamb.]

§. 5. *Si aditum armatis in urbem patefecisset*] *in urbem fecisset* Hearnii L. 1. Paullo ante *crediderat in diruendo muro fore* Lov. 6. *in muro crediderat diruendo fore* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 6. *Parte muri arietibus de-*

Digitized by Google

unius modo expugnandae moram urbis, sed ad summam universi belli, pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet,
10 purgato loco, qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrem ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promovit:
11 et cohortes in vicem sub signis, quae cuneum Macedonum, (phalangem ipsi vocant) si possent, vi
12 perrumperent, emittebat. Sed ad loca angusta, haud late patente intervallo diruti muri, genus ar-
13 morum pugnaeque hosti aptius erat. ubi conferti hastas ingentis longitudinis prae se Macedones ob-

cussa] Sic quoque 33, 17, 9. et 37, 6, 1. Nec ullo loco quidquam variae lectionis ex MSS. adnotatur. Credo tamen, iis magis convenire *discutere*, ut 21, 12, 2. et apud alios. *decutere* est summas partes dejicere 1, 54, 6. et 25, 7, 8. *discutere* disjicere, et, ut Livius paullo post dicit, diruere murum, ita ut aditus per ruinas patefiat. DUK. V. tamen, quae dixi ad 21, 12, 12. [§. 9. *oppugnandae moram*, mox *ad summum* Bamb.]

§. 10. *Purgato loco, qui strage semiruti muri cumulatus erat*] Quis purgandi ritus sit, explicare Caelium Rhodig. 11. Antiq. lect. 22. eumque videndum ad hunc locum, monit Godelev. Verum recte observat Rob. Titius in inedita parte Locor. controv. l. 24, 24. Caelium loqui de illa purgatione, quae etiam vocatur expiatio, eamque huc non pertinere, quum Livius loquatur de purgatione ruderum et caementorum. Eodem sensu hac voce etiam usum Plinium 18, 16. *Solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur autumno.* et Suet. in Vesp. 8. *Ruderibus purgandis manus primus admovit.* Similiter *repurgare itinera* dixit Liv. 44, 4, 11. *Per invia transgressus, praemissis, qui repurgarent iter, Attalum et Misagenem praesidio esse saltum aperientibus jubet.*

Turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem] *turrem* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Ita supra formavit 23, 37. ubi v. ad §. 5. Tum *multiplici tabulatione* Lov. 3. et Gaertn. Male. 21, 11, 7. *Catapultis ballistisque per omnia tabulata dispositis.* 28, 6, 2. *Turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum.* Silius 14, 300.

Turris multiplici surgens ad sidera tecto
Exibat, tabulata decem cui crescere Grajus
Fecerat.

Vox *tabulatio* obcurrit quidem apud probos scriptores; eadem

Digitized by Google

jecissent, velut in constructam densitate clipeorum testudinem Romani, pilis nequidquam emissis, quum strinxissent gladios; neque congredi propius, neque 14
praecidere hastas poterant: et, si quas incidissent, aut praefregissent, hastilia fragmento ipso acuto, inter spicula integrarum hastarum, velut vallum explebant.
Ad hoc et muri pars adhuc integra utraque tuta prae- 15
stabat latera: nec ex longo spatio aut cedendum, aut inpetus faciendus erat; quae res turbare ordines solet. Accessit etiam fortuita res ad animos eorum 16
firmandos. nam quum turris per aggerem parum densati soli ageretur, rota una in altiorem orbitam

tamen Livium uti, non memini. [*promovit* omittit Bamb. §. 12. idem *ad loci angustias.*]

§. 14. *Et, si quam incidissent, aut praefregissent, hastile fragmento ipso* etc. *velut vallum explebat*] Pall. *et, si quas incidissent aut praefregissent, hastilia fragmento ipso acuto* etc. Antiqua ed. ita distinguit et legit, *et si qua incidissent aut perfregissent hastilia, fragmento ipso acuto inter spicula integrarum hastarum velut vallum explebant.* GEBH. *perfregissent* Lov. 5. Hearnii L. 1: et edd. ante Frob. anni 1535. Malc. V. ad 27, 33, 2. Insuper *et, si qua incidissent, aut p. hastilia, fragmento ipso* etc. *velut vallum explebant* Voss. Lov. 2. 5. Harl. et Gaertn. cum iisdem edd. Neque dissentiunt Lov. 1. et 3. nisi quod perperam *hostilia* legant. *et, si quam incidissent, aut praefregissent, hastilia fragmento ipso* etc. *velut vallum explebant* Lov. 4. et 6. Similiter Mead. ambo, praeterquam quod praeferant *et, si quas incidissent*, ut etiam in Pall. Gebhardus reperit: quam lectionem recepi, quum vulgata, quae vel Froben. vel Gelen. auctorem habet, in nullo Mso obvia fuerit. [*hastile* etc. *explebat.* Bamb.]

§. 15. *Ad hoc et muri pars adhuc integra utraque tuta praestabat latera*] Pall. *et muri pars utraque integra.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *Ad haec* Lov. 6. V. ad 21, 52, 10. [*Ad hoc* etc. *praestabat* omittit Bamb.]

§. 16. *Accessit etiam forte res*] Lege *fortuita res.* GELEN. Pall. *Accessit etiam fortiter res.* GEBHARD. *forte res*, ut olim edebatur, servant Lov. 2. 5. 6. Harl. et Mead. 1. *fortiter res*, ut legunt Pall. Gebhardi, fuit in Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. *Accessit etiam fortuito res* Gaertn. ut 2, 28, 1. *Omnia temere ac fortuito ageret.* Non tamen Gelenio *fortuita* reponenti adversabor.

Quum turris per aggerem] V. Lipsium 2. Poliorcet. 4. DUK.

§. 16. *Rota una in altiorem or-*

Digitized by Google

depressa ita turrim inclinavit, ut speciem ruentis hostibus, trepidationemque insanam superstantibus armatis praebuerit.

1 XVIII. Quum parum quidquam succederet, consul minime aequo animo comparationem militum
2 generis armorumque fieri patiebatur: simul nec maturam expugnandi spem, nec rationem procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hi-
3 bernandi ullam cernebat. itaque relicta obsidione, quia nullus in tota Acarnaniae atque Aetoliae

bitam depressa]*demissa* Gaertn. Tum *spem ruentis*, pro *speciem*, Lov. 3. 6. et Voss. sollemni scribarum aberratione. V. ad 3, 9, 13. Dein *trepidationem insanam*, omissa copula, Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tandem *tribuerit* Voss. [*trepidationemque* etc. *praebuerit* omittit Bamb. vacuo spatio relicto]

§. 1. *Quum parum quidquam succederet, consul minime aequo animo*] Probe ad hunc modum antiq. ed. Pall. tamen *Quum parum quicquam succederet consuli*. GEBH. *succederet consuli* etiam Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Error inde ortus est, quod per compendium *cos* vel *cons* scriptum fuerit. V. ad 10, 10, 2. Et quidem eo potius *consuli*, quam *consul*, librarii dederunt, ne *succedere* sine casu usurparetur. Ita tamen Cic. 2. ad Q. Fr. 14. *Si ex sententia successerit, bene erit opera posita*. ad Brut. Epist. 9. *Sine exercitu tuo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore*. [*armorum* sine *que* Bamb.]

§. 2. *Nec stationem procul a mari*] Lege *nec rationem*. GELEN. Distinguendum post *rationem*, ut ita intelligatur: Ipse consul nullam rationem hybernandi cernebat, ut in locis procul a mari et evastatis belli cladibus. GLAR. Contra ac docti emendarunt, libri nostri omnes *nec stationem procul a mari, et in evastatis belli cladibus loci hibernandi ullam cernerat*. GEBHARD. *nec stationem* servant Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui viri doctis, *nec rationem* emendantibus, consentiunt; nisi quod *nec regionem* legat Lov. 3. Librarios autem voces *Ratio* et *Regio* nonnumquam confudisse, docet Giphan. in Indice Lucret. v. *Proverbia*. Mox *et evastatis*, omissa praepositione, Lov. 6. [*et ne evastatis* Bamb.]

§. 3. *Itaque rejecta obsidione*] Lege *relicta obsidione*. GELEN. Libri nostri omnes *rejecta obsidione*. GEBH. Media vox deest in Voss. et Lov. 1. Reliqui etiam mei constanter *rejecta*. Mox *tota* deest in Gaertn. Deinde *et cetera*, vel *cet'a ad hibernandum* Voss. Lov. 1. et Harl. *et t'ra ad hibernandum* Lov. 6. Vocula *et* non adparet in primis edd. Sed in cod. ex quo editiones procuratae sunt, intercepta est a lite-

Digitized by Google

ora portus erat, qui simul et omnes onerarias, quae commeatum exercitui portabant, caperet, et tecta ad hibernandum legionibus praeberet, Anticyra in Phocide, in Corinthium versa sinum, 4 ad id opportunissime sita visa: quia nec procul Thessalia hostiumque locis abibant; et ex adverso 5 Peloponnesum exiguo maris spatio divisam, ab tergo Aetoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem ac Boeotiam habebant. Phocidis primo inpetu Pha- 6 noteam sine certamine cepit. Anticyra haud mul-

ris ultimis vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. Ascensius deinde anno 1513. *simul et tecta ad hibernandum* dedit; qui hic captasse videtur, id quod Livio familiarissimum est, repetitionem *τοῦ simul*, quae vox modo praecessit. Verum partim nulli codices hanc lectionem probant, partim ex omnibus illis exemplis, quae ad 3, 50, 12. et 27, 15, 14. laudata sunt, patet, Livium in hac locutione *simul, simul* simpliciter, numquam *simul et, simul et* dixisse. Alibi vero Livium aliosque *simul et, et* usurpasse, vidimus ad 26, 43, 6. [§. 4. *hostium locis* Bamb.]

§. 5. *Locridem et Boeotiam*] Ita primum Parisienses ediderunt anno 1573. Priores *ac Boeotiam*. Nihil interest, utro modo legamus. Priscam nihilominus lectionem revocavi, quam probant Msti. [*spatio diviso et ab tergo* Bamb. mox *habebat*.]

§. 6. *Phocidis primo inpetu Phanoceam sine certamine cepit*] *Πανοπεὺς δ' ὁ νῦν Φανοτεύς, ὅμορος τοῖς περὶ Λεβαδίαν τόποις, ἡ τοῦ Ἐπειοῦ πατρίς.* Id est, *Panopeus autem, qui nunc Phanoteus, vicinus iis, qui circa Lebadiam locis, Epei patria.* Haec Strabo l. 9, [423.] Quamquam non *Phanoteus*, sed *Phanopeus* legendum puto, reclamantibus omnibus et Graecis et Latinis, quae nos vidimus, exemplaribus. *π* enim in *φ* mutatum est, idque in principio verbi, non *π* in *τ*, perhibet Strabo. Ergo *Panopea* in accusativo legendum puto hoc in loco, cujus Iönicus accusativus est *Πανοπῆα* apud Homerum in Boeotia [vers. 27.] Nisi quis Livium ab accusativo masculino Graeco formasse existimet foemininum nomen, quod aliquando fecisse Latinos invenimus, ut ostendit *cratera*. GLAR. *Phanoteam* legendum esse, quemadmodum est in veteribus libris, ostendit Stephanus: *Φανοτεύς*, inquit, *τόλις Φωκίδος. λέγεται καὶ Φανότη, καὶ Φανότεια.* Glareano tamen placet *Panopea*. SIG. Legendum ex Pall. *Phanoteam*, ut etiam Sigonius monuit. GEBH. *Phanoceam* Lov. 5. 6. et Harl. *Phanotheam* Lov. 3. *Phanoteam* reliqui codd. mei cum Hearnii L. 1. *Panopeam* recepit Froben. anno 1531. *Phanoteam* quadriennio postea. Dein Vascos. *Panopeam* revocavit, quod in reliquis edd. supersest, exceptis tamen Sigonianis, usque ad ultimam Gruteri, qui Sigonium se-

Digitized by Google

tum in obpugnando praebuit morae. Ambrysus in-
7 de Hyampolisque receptae. Daulis, quia in tumulo excelso sita est, nec scalis, nec operibus capi
8 poterat. lacessendo missilibus eos, qui in praesidio erant, quum ad excursiones elicuissent, refugiendo in vicem insequendoque, et levibus sine effectu certaminibus, eo neglegentiae et contemtus adduxerunt, ut cum refugientibus in portam permixti in-
9 petum Romani facerent. Sex alia ignobilia castella Phocidis terrore magis, quam armis, in potestatem venerunt. Elatia clausit portas: nec, nisi vi coge-

cutus *Phanoteam* vulgavit. De hoc oppido v. Palmer. 6. Graec. ant. 15. p. 673. Cellar. Geogr. ant. 2, 13, 725. Vales. ad Exc. Peiresc. p. 24. et Cel. Burm. ad Ovid. 3. Met. 19. [*morae praebuit.* Bamb.]

Ambrysus inde Hyampolisque receptae. Daculisia quia] Lege *Daulis*, pro *Daculisia*. GELEN. Duo priora hic nomina ubique obvia sunt: quamvis Strabo loco jam dicto [9, 424.] duas faciat Hyampoleis: alteram Phocensium, de qua hoc loco intelligimus: alteram in Parnaso monte. *Daculisiam* non temere reperias apud scriptores, pro quo *Daulis* quidam restituerunt. GLAR. De Ambryso v. Palmer. Graec. ant. 6, 13, 642. de Hyampoli ibid. 6, 15, 657. [*Ambrussū inde Hiampolisque* Bamb.] Deinde *Daculisias* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Daulisias* ejusdem N. pro quo recte Gelen. *Daulis*. De ea v. Palmer. ibid. 6, 12, 638. [*Daulias* Bamb.]

§. 8. *Cum refugientibus in portam permixti inpetum Romani facerent*] Ex eo, quod sequitur, sex alia ignobilia castella in potestatem venisse, quidem colligi potest, Daulidem quoque captam fuisse; sed haec verba incertum relinquunt, quo effectu impetum Romani fecerint: nam multi impetus sine effectu sunt. Suspicor, vel aliquid excidisse, vel legendum esse *impetu eam Romani caperent*, permixti scilicet cum fugientibus, ut 42, 54, 5. *Terga dederunt, fugientesque per patentem portam hostes acceperunt. Impetu urbem capere* Livius et alii saepe dicunt. V. Gronov. ad 1, 57, 3. Nec difficilius permutari possunt *facerent* et *caperent*, quam *capti* et *facti*, item *captus* et *factus*, 22, 5, 6. et *cepimus* ac *fecimus* in Terent. Heaut. 2, 3, 25. DUK. *cum fugientibus in porta commixti* Lov. 3. [*ut* omittit Bamb. ante *sequendoque* idem.]

§. 9. *Et alia ignobilia castella Phocidis*] Pall. et antiqua ed. *Sex alia*. GEBH. Quidquid est apud me editionum ante Curionem vel Gryphium cum scriptis *Sex alia ignobilia castella*. J. FR. GRON. Pariter legunt omnes mei. Non vero vulgatae lectionis vel Curio, vel Gryphius

Digitized by Google

rentur, recepturi moenibus videbantur aut ducem, aut exercitum Romanum.

XIX. Elatiam obsidenti consuli rei majoris spes 1
adfulsit, Achaeorum gentem ab societate regia ad
Romanam amicitiam avertendi. Cycliadam, princi- 2
pem factionis ad Philippum trahentium res, expule-
rant. Aristaenus, qui Romanis gentem jungi vole-
bat, praetor erat. Classis Romana cum Attalo et 3
Rhodiis Cenchreis stabat, parabantque communi
omnes consilio Corinthum obpugnare. Optimum 4
igitur ratus est, priusquam eam rem adgrederentur,

auctor existit, sed *Et alia* jam ante eos receperant Frob. anni 1535. Basil. anni 1539. et Vascos. [*Et alia* Bamb.]

Recepturi moenibus videbantur aut ducem, aut exercitum Romanum] Non satis adsequor, cur dicat *aut ducem, aut exercitum Romanum*. certe dux solus sine exercitu vel sine praesidio se Elatiae moenibus non commissurus erat. Eamdem difficultatem etiam sibi natam Cl. Dukerus testatur. Videant igitur alii. Interim codices, quibus utor, nihil hic varietatis exhibent, nisi quod *recepturi Romanum*, sex mediis vocibus omissis, legant Voss. et Lov. 1. An legendum *recepturi moenibus videbantur Romanum*? ut τὰ *aut ducem, aut exercitum* tamquam interpretatio dubitantis scribae, quo sensu *Romanus* accipiendum esset, primo margini adscripta fuerint, postea vero in contextum inrepserint.

§. 1. *Ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi*] Pall. *in Romanam amicitiam avertendi*. Prior tamen *advertendi*. GEBH. *in Romanam amicitiam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. Aldo priores. Utraque locutio ferri potest. V. ad 6, 23, 8. Deinde *advertendi* Lov. 2. 3. et Harl. sollemni scribarum lapsu. V. ad d. l. Livii. Paullo ante Cl. Ant. Perizon. *Eam obsidenti*, pro *Elatiam obsidenti*, ad marginem Livii legendum conjecit, non alia, ut videtur, de caussa, quam quod vox *Elatia* modo praecessit. Sed v. ad 31, 43, 2.

§. 2. *Cycliadem, principem factionis*] *Cycliadan*, vel *Cycliadam* legendum, supra conjeci ad 31, 25, 3. Et posterior quidem lectio hic superest in Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. atque edd. omnibus usque ad Paris. anni 1573. Et eo etiam ducit scriptura, quamvis depravata, Voss. et Lov. 1. qui *Excladiam* praeferunt.

Aristhenus, qui Romanis] Polyb. [Exc. legat. num. 41. et alibi] *Aristaenum* scribit, Ἀρισταῖνον. SIG. *Triscenus* Voss. *Tristenus* Lov. 1. et 3. *Aristhenus* unus Lov. 5. *Aristaenius* Lov. 6. a m. 1. Reliqui *Aristaenus*. V. infra ad c. 32, 11. Mox *publi-*

Digitized by Google

legatos ad gentem Achaeorum mitti, pollicentes, si ab rege ad Romanos defecissent, Corinthum iis
5 contributuros in antiquum gentis concilium. Auctore consule, legati a fratre ejus L. Quinctio, et Attalo, et Rhodiis, et Atheniensibus, ad Achaeos mis-
6 si. Sicyone datum iis est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achaeos. terrebat eos Lacedaemonius, gravis et as-
7 siduus hostis: horrebant Romana arma: Macedonum beneficiis et veteribus et recentibus obligati erant: regem ipsum suspectum habebant pro ejus
8 crudelitate perfidiaque: neque ex iis, quae tum ad tempus faceret, aestimantes, graviorem post bellum
9 dominum futurum cernebant. neque solum, quid in

eae rei praeerat, pro *praetor erat*, Lov. 1. 3. et Voss. Deinde §. seq. *cum Attalo, et Rhodiis, et Atheniensibus, et Achaeis stabat* Lov. 2. et 6.

§. 4. *In antiquum gentis concilium*] *consilium* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. a m. 1. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. et quaedam aliae. Verum indicatur communis conjunctorum populorum respublica, quod *concilium*, non *consilium*, vocari, docet Gronov. ad 44, 2, 5. [§. 5. *datum est iis* Bamb.]

§. 6. *Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achaeos*] Vocula *non* perperam deest in Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Deinde *habitus inter Achaeos animorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Aldum, nisi quod vocem *animorum* in ed. Rom. principe, et Oxoniensi Mſto L. 1. deesse Hearnius moneat. [*terrebat Nabis Lacedaemonius* Bamb.] Mox *terrebant Romana arma*, pro *horrebant*, Lov. 6.

§. 7. *Macedonum beneficiis et veteribus et recentibus obligati erant*] Pall. uterque, nec non antiqua editio *et veteribus ejus orae gentibus obligati*. GEBH. Similiter Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. quas vidi, ante Froben. anni 1531. omnes. *et veteribus ejus regentibus obligati* Voss. et Lov. 1. *et veteribus ejus origentibus obligati* Mead. 1. *et veteribus ejus originibus obligati* Lov. 2. et Harl. in margine. *et veteribus eorum originibus obligati* Gaertn. [*pro ejus crud. perf.* omittit Bamb.

§. 8. *Perfidiaque: ex iis, quae tum ad tempus faceret, aestimantes*] Iidem codices *neque ex iis, quae tum ad tempus faceret, aestimantes*. prior *extimantes*. GEBH. MSS. *perfidiaque: ne-*

Digitized by Google

senatu quisque civitatis suae, aut in communibus conciliis gentis pro sententia dicerent, ignorabant: sed ne ipsis quidem secum cogitantibus, quid vel- 10
lent, aut quid optarent, satis constabat. Ad homines ita incertos introductis legatis potestas dicendi facta est. Romanus primum legatus L. Calpurnius, 11
deinde Attali regis legati, post eos Rhodii disseruerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta 12
est. postremi Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. Ii fere atrocissime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, invecti sunt. Et illa quidem concio sub occasum 13
solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumto, dimissa est.

que ex iis, quae tum ad tempus faceret, aestimantes. Colebat tum temporis Achaeos Philippus, et quaedam ipsis oppida, ut supra dictum est [c. 5.] restituerat. Illi vero regem non ex simulata ad tempus benignitate, sed ex insita crudelitate ac perfidia aestimantes, si victor foret, nihil ab illo boni exspectabant. J. FR. GRON. E codicibus meis unus Lov. 5. *τὸ neque* ignorat, reliqui cum Hearnii L. 1. et N. constanter eam vocem servant. Potuit autem intercidere ob vocis praecedentis syllabam ultimam.

§. 10. *Potestas dicendi data est*] Lege *potestas dicendi facta est*, non *data est*. GELEN. Similiter omnes mei, excepto solo Lov. 5. qui *data est* retinet. Sed id ex alterius expositione ortum videtur. Paullo post §. seq. vox *legati* exsulat a Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss.

§. 12. *Auditi sunt. Fere atrocissime in regem*] Lege *Ii fere atrocissime*. GELEN. Libri omnes nostri *auditi sunt. Fere atrocissime in regem*. etc. GEBH. *Τὸ Ii* ab Gelenio est. Priores et nostri scripti carent. Nec addendum censeo, sed potius demendum *τὸ sunt*: ut sit, *postremi Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt, fere atrocissime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, invecti*. J. FR. GRON. Pronomen *Ii* in nullo etiam meorum adparet. Vel Gronov. adsentior, vel lego *postremi Athenienses* etc. *auditi fere atrocissime in regem* etc. *invecti sunt*. [ante *potestas dicendi* Bamb.]

§. 13. *Sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumto*] *sub occasu solis* Harl. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 2, 55, 1. Vox *tot* exsulat a Voss. Praeterea *die absumta* legit Lov. 6.

Digitized by Google

1 XX. Postero die advocatur concilium; ubi quum per praeconem, sicut Graecis mos est, suadendi, si quis vellet, potestas a magistratibus facta esset, nec quisquam prodiret; diu silentium aliorum alios
2 intuentium fuit. neque mirum, si, quibus sua sponte, volutantibus res inter se pugnantes, obtorpuerant quodammodo animi, eos orationes quoque insuper turbaverant, utrimque quae difficilia essent, promendo admonendoque, per totum diem habitae.
3 Tandem Aristaenus praetor Achaeorum, ne tacitum concilium dimitteret, *Ubi*, inquit, *illa certamina animorum, Achaei, sunt, quibus in conviviis et circulis, quum de Philippo et Romanis mentio incidit,*

§. 1. *Suadendi, si quis vellet, potestas*] Mediae tres voces absunt a Lov. 5. et edd. antt. Eas Ascens. demum anno 1513. inseruit; quae etiam in reliquis omnibus scriptis supersunt. Paullo ante *sicut Graecus mos est* Harl.

§. 2. *Quibus sua sponte, volutantibus res inter se pugnantes, obtorpuerant quodammodo animi*] Pall. *res inter se pugnantes obtorpuerant quodammodo*, excluso τῷ *animi*. GEBH. *quibus sua sponte volutatibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. a m. 1. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et multae edd. antiquae. *quibus sua sponte volentibus* Lov. 2. et 6. a manu sec. Sed recte *sua sponte volutantibus* ed. Rom. anni 1472. quod, deinde a sequentibus in *voluntatibus* mutatum, Ascens. anno 1535. revocavit. *Volutare* autem vel intellige agere de re cum aliis, nempe in conviviis et circulis, ut mox addit. Ita 34, 36, 4. *Has conditiones quamquam ipse volutaverat in secreto cum amicis.* vel animo perpendere; quod dixit *volutare in animo* 28, 18, 11. 40, 13, 4. 42, 11, 5. *secum animo volutare* 40, 8, 5. *volutare animum cogitationibus* 9, 17, 2. *corde volutare* Virg. 1. Aen. 50. Deinde *res inter se repugnantes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Tum vox *animi* deest etiam in Lov. 4. et Mead. 2. *animis* perperam legunt Voss. et Lov. 3. [Bamb.] *animos*, et *eorum* pro *eos* Lov. 1. Mox etiam *invicem*, pro *insuper*, Lov. 6. [*eos si orationes* Bamb. *per diem totum habita. Et tandem* idem.]

§. 3. *Vix manibus temperabatis*] Sic scripsi. Male vulgatas occupat editiones *temperatis*. GEBH. *temperabas* Voss. *temperabatur* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. [*temperatis* Bamb.] Reliqui *temperabatis*; neque aliter typis excusi usque ad Froben. qui anno 1535. substituit *temperatis*. Paullo ante *in commitiis et circulis* Voss. et Lov. 1. *in con-*

Digitized by Google

vix manibus temperabatis? Nunc in concilio, ad eam 4
rem unam indicto, quum legatorum utrimque verba audieritis, quum referant magistratus, quum praeco ad suadendum vocet, obmutuistis. Si non cura 5
communis salutis, ne studia quidem, quae in hanc aut illam partem animos vestros inclinarunt, vocem cuiquam possunt exprimere? quum praesertim nemo 6
tam hebes sit, qui ignorare possit, dicendi ac suadendi, quod quisque aut velit, aut optimum putet, nunc occasionem esse, priusquam quidquam decernamus. Ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili foedere defendendum. Haec adhortatio praetoris non modo 7

ciliis et circulis Gaertn. *in conviviis et in circulis* Harl. Quod probari posset, si plures codd. consentirent. Livium enim praepositiones ita repetisse, vidimus ad 6, 28, 6. Et ita etiam *de Philippo et de Romanis* praefert Lov. 6.

§. 4. *Quum referant magistratus, quum praeco ad suadendum vocet*] Tria priora verba perperam desunt in Voss. et Lovel. 1. *quum referat magistratus* legit Harl. At supra hoc cap. est: *Suadendi potestas a magistratibus facta esset.* Male etiam *ad persuadendum* Gaertn. Paullo ante *ad eam unam*, omissa voce *rem*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. a m. 1. et Mead. ambo. *ad eam unam rem* Lov. 6. a m. 2. et Harl. *ad unam eam rem* Gaertn. Tum *legatorum utrorumque* Lov. 6. Deinde *audiveritis* Harl.

§. 5. *In hanc aut illam partem animos vestros inclinarunt*] *in hanc aut in illam partem* edd. quas adhibui, vetustissimae: de qua praepositionis repetitione modo dictum est ad §. 3. Froben. deinde anno 1535. vulgati auctor exstitit, ac praepositionem posteriori loco omisit. Recte, ut videtur: ita enim legunt omnes codd. [*aut in illam partem* Bamberg.] Paullo ante *cura salutis communis* alio verborum ordine Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] omnesque ante Aldum typis descripti.

§. 6. *Pro bono atque utili foedere defendendum*] Prorsus existimo, scripsisse Livium *fore defendendum*. Nulla enim in hac adhortatione foederis fit mentio, sed tantum decreti, quod, qualecumque fuerit, omnibus, etiam iis, quibus ante displicuerit, pro bono atque utili fore defendendum dicitur. Neque necessario foedus isto decreto erant juncturi. Si enim Romanorum, et qui cum illis sentiebant, amicitiam societatemque tantum recusassent, nihil decrevissent novi. Et potuissent facile, quippe qui a-

Digitized by Google

quemquam unum elicuit ad suadendum; sed ne fremitum quidem aut murmur concionis tantae, ex tot populis congregatae, movit.

1 XXI. Tum Aristaenus praetor rursus: *Non magis consilium vobis, principes Achaeorum, deest, quam lingua: sed suo quisque periculo in commune consultum non vult. Forsitan ego quoque tacerem, si privatus essem. nunc praetor video, aut non dandum concilium legatis fuisse, aut inde sine responso*
2 *eos dimittendos non esse. Respondere autem, nisi ex vestro decreto, qui possum? Et quando nemo vestrûm, qui in hoc concilium advocati estis,*

nimis incerti erant, et sententiis inter se dissidebant, mediam viam ex Cleomedontis consilio sequi, ut neque Romanis, neque Philippo se adjungerent, sed quiescerent, atque armis omnino abstinerent, quod ipse Philippi legatus suaderet. JAC. PERIZON. *fore defendendum* probat etiam Crevier. et locutionem alio Livii exemplo inlustrat ex 38, 59, 11. *fore erubescendum*. *To fore* cum participiis futuri activi et passivi optime jungi, adversus Vallam 1. Elegant. 26. multis ex Livio aliisque scriptoribus exemplis docet Sanctius 1. Minerv. 14. p. 113. et 3, 10, 466. V. et Voss. 5. Gramm. 16.

§. 7. *Haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicuit*] Pal. alter *quemquam virum elicuit*. GEBH. *Nec adhortatio* Lov. 1. 3. et Voss. Saepius hae voces a librariis commutatae sunt. V. ad 3, 50, 10. 8, 23, 17. 9, 30, 10, 10, 10, 3. c. 35, 11. c. 36, 7. Broekh. ad Prop. 4, 1, 6. Eleg. 2, 5. et Cel. Burmann. aliosque ad Gratii Cyneg. 300. et 461. Ratio est similitudo ductuum in literis *H* et *N*. V. Longol. ad Plinii 10. ep. 52. Hinc etiam commutantur *Hunc* et *Nunc*. V. ad 4, 16, 3. et 9, 9, 9. *Hos* et *Nos*. V. ad 5, 52, 3. *Hominum* et *Nominum*. V. ad 24, 18, 8. Vel *Nec* pro *Haec* dederunt librarii, quod negationem orationi deesse existimarent, nescientes *non modo* poni pro *non modo non*; de quo v. ad 25, 26, 10. Quod autem *quemquam virum elicuit* in uno suorum invenerit Gebhard. librariorum culpam esse puto; quos interdum ita lapsos esse, vidimus ad 7, 26, 1. *quemquam elicuit*, omissa media voce, Mead. 2. Male. Locutionem *quisquam unus* supra inlustravi ad 3, 12, 4. Mox *aut nuncium concionis tantae* etc. *monuit* Voss. *monuit*, pro *movit*, etiam Lov. 1. De hac scribarum aberratione v. ad 35, 35, 5.

§. 1. *Forsitan ego quoque tacerem*] *ego quoque facerem* Harl. et Gaertn. cujus erroris caussa est similitudo literarum *T*. et *F*. Hinc in scriptis confunduntur *Ferreus* et *Terreus*. V. Pier. ad

Digitized by Google

pro sententia quidquam dicere vult, aut audet; orationes legatorum, hesterno die dictas, pro sententiis percenseamus; perinde ac non postulaverint, quae e re sua essent, sed suaserint, quae nobis censerent utilia esse. Romani Rhodiique et Attalus societatem amicitiamque nostram petunt: et in bello, quod adversus Philippum gerunt, se a nobis adjuvari aequum censent. Philippus societatis secum admonet et jurisjurandi: et modo postulat, ut secum stemus; modo, ne intersimus armis, contentum ait se esse. Nulline venit in mentem, cur, qui nondum socii sunt, plus petant, quam socius? Non fit hoc neque modestia

3 4 5 6

Virg. 2. Georg. 341. et Bentl. ad Horat. Epod. 2, 18. *Fingere* et *Tingere*. V. N. Heins. ad Ovid. 19. Her. 41. et Claud. Cons. Olyb. 99. *Fractus* et *Tractus*. V. ad Livii 23, 35, 1. *Fremens* et *Tremens*. V. ad Silii 17, 263. *Fundere* et *Tundere*. V. N. Heins. ad Ovid. 5. Met. 58. *Confectus* et *Contectus*. V. ad Livii 19, 38, 5. [*nunc praetori video*, mox *aut non sine responso* Bamb.]

§. 2. *Respondere autem, nisi ex vestro decreto, qui possum? Et quando nemo vestrum*] Pal. alter *quid possum? Et quoniam nemo vestrum*. GEBH. *Respondere autem, sine vestro decreto, quid possum?* Harl. *quid possum* etiam Lov. 2. 6. et Gaertn. *quid possum sibi* Lov. 3. *quid possumus* Mead. 1. *nisi ex vestro decreto possum* Lov. 1. Deinde *Et quoniam nemo vestrum* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. V. ad Epit. Liv. 57. *Et quia nemo vestrum* Gaertn. V. ad 38, 12, 9. Mox *vocati estis* Gaertn. [*hesterno die pro sententiis dictas* Bamb.]

§. 3. *Perinde ac si non postulaverint*] Ita J. Fr. Gronov. edidit, consentientibus uno illorum codicum, quos consului, Lov. 3. et edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1535. edidit *perinde ac non postulaverint*. Et hanc lectionem firmant decem meorum codicum, cum Hearnii L. 1. quos secutus sum. Supra 2, 58, 1. *Numero etiam addito, perinde ac duo ante fuerint*. 28, 38, 10. *Africamque ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant*. [*postulaverant* et §. 4. *gerant* Bamb.]

§. 5. *Societatis secum admonet et jurisjurandi: et modo postulat, ut secum stemus*] Gronov. in pr. ed. notarum auctor est, Petav. praeferre *societatis secum admonet et jusjurandum*: Barber. vero et Naud. *societatem secum admonet et jusjurandum*: id vero qui probat, intelligere debere verbum substantivum. Verum nulli meorum a vulgato in diversa discedunt, praeter solos Lov. 5. et Gaertn. qui legunt *societatis secum admonet et jusjurandi*. quomodo etiam ex editionibus, quas vidi,

Digitized by Google

7 *Philippi, neque inpudentia Romanorum. Achaei portus et dant fiduciam postulantibus, et demunt. Philippi praeter legatum videmus nihil. Romana classis ad Cenchreas stat, urbium Euboeae spolia prae se ferens: consulem legionesque ejus, exiguo maris spatio disjunctas, Phocidem ac Locridem pervagantes vi-*
8 *demus. Miramini, cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma caperemus adversus*
9 *Romanos, modo egerit: qui, si ex eodem foedere ac jurejurando, cujus nobis religionem injiciebat, rogemus eum, ut nos Philippus et ab Nabide ac Lacedaemoniis et ab Romanis defendat, non modo praesidium, quo nos tueatur, sed ne quid respondeat qui-*

praeferunt Camp. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae. V. ad 1, 32, 8. Ex hac scriptura illae, quas Gronov. invenit, ortae videntur. Et hinc nihil mutandum putó. Praeterea idem Gronov. expunxit posterius *et*, et in pr. ed. not. monet, se in nullo id scripto invenisse: hinc sensu, ut inquit, dictante scribendum conjectat *et jurisjurandi: non postulat, ut secum stemus; modo ne* etc. quae quum in posterioribus curis omiserit, etiam repudiasse videtur. Et recte. Ex Aristaeni enim oratione hac patet, primo legatum Philippi petiisse, *ut Achaei pro rege arma caperent adversus Romanos*, §. 8. deinde *ut quiescerent, abstinerentque armis*, §. 33. Oportuit igitur particulam *et* contextui restituisse; quod feci, quia eam superesse videbam in Voss. Lov. t. 2. 3. 5. 6. et aliis. [*postulat, secum stemus* Bamb. §. 6. *Non sit hoc* idem.]

§. 7. *Achaei portus et dat fiduciam postulantibus, et demit*] Verius ob ea, quae sequuntur, *dant* et *demunt* legitur. Paulum enim infra [hoc cap.] de Peloponneso queruntur Achaei, quod nulli sit rei apertior oportuniorque, quam navali bello. SABELL. Obscure dictum, sed ad priora referendum puto. Quamquam quomodo Achaei portus Romanis dent fiduciam, demant vero Macedonibus, ut quidam exponunt, non adeo planum mihi videtur. Notavit hunc quoque locum Sabellicus. GLAR. Obscurissimi loci sensum, Glareano, ut profitetur, ignotum, libet paucis exponere. Quod Romani, inquit, qui socii nobis non sunt, plus petant a nobis, quam socius ipse Philippus, id neque impudentia fit eorum, neque modestia hujus: Achaei, inquit, portus fiduciam Romanis dant ad postulandum, qui classem habent victricem; Philippo vero demunt,

Digitized by Google

quidem nobis, sit inventurus. non, Hercle, magis, 10
quam ipse Philippus priore anno, qui, pollicendo se adversus Nabidem bellum gesturum, quum tentasset nostram juventutem hinc in Euboeam extrahere; post- 11
quam nos neque decernere id sibi praesidium, neque velle inligari Romano bello vidit, oblitus societatis ejus, quam nunc jactat, vastandos depopulandosque Nabidi ac Lacedaemoniis reliquit. Ac mihi quidem 12
minime conveniens inter se oratio Cleomedontis visa est. Elevabat Romanum bellum, eventumque ejus eumdem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat. Cur igitur nostrum ille auxilium 13
absens petit potius, quam praesens nos veteres socios simul ab Nabide ac Romanis tueatur? Nos, dico?

cujus nihil praeter legatum videmus. Ergo portus dant fiduciam classem habenti, demunt non habenti. SIG. Uterque Pall. cum vetusta ed. *Achaei portus et dat fiduciam postulantibus, et demit.* GEBH. Non satisfacit interpretatio Sigonii. Sententia requirit *Sui exercitus*, vel *Suae vires*, aut quid tale. J. FR. GRON. Gronovio consentio, et puto hic vitium latere, cui auxilium ab integrioribus membranis expectandum est. Ceterum *dat* et *demit* constanter omnes, quibus utor, codd. [Cod. Bamb. omisso *Achaei*, sed vacuo spatio relicto, *Fortuna et dat fiduciam postulantibus et demit.* Ita ut legendum sit: *Non fit hoc* etc. *Romanorum*, *Achaei. Fortuna* etc.]

Urbium Euboeae spolia prae se ferens] Pall. uterque *prae sese ferens.* GEBH. In his codd. altera syllaba τοῦ *sese* male duplicata, vel ex prima syllaba vocis sequentis repetita est. Omnes nostri tuentur vulgatum.

Exiguo maris spatio disjunctas] Pall. uterque *dijunctas.* Monui quoque ad Ciceronem. Emendo sic infra 37, 33, 7. *Dijunxerant ab exercitu.* Nam vet. ed. exhibet *dejunxerat.* Pall. *devinxerat.* GEBH. *dijunctas* etiam Voss. Lov. 2. 4. et Mead. 1. [Bamb.]

§. 9. *Non modo praesidium, quo nos tueatur*] *quo tueatur nos* Voss. Lov. sex, Harl. Mead ambo, et edd. ante Aldinam. [*nos* omittit Bamb. ante *atque ab Romanis* idem.] Mox §. seq. *non, Hercule, magis*, pro *Hercle*, Voss. Lov. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 11. *Neque velle inligari Romano bello vidit*] *indelegari* Lov. 3. *alligari* Lov. 2. et 6. V. ad 35, 46, 10. Mox *Cleomedontis oratio*, mutato vocabulorum ordine, Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead.

Digitized by Google

quid ita passus est Eretriam Carystumque capi? quid ita tot Thessaliae urbes? quid ita Locridem Phoci-
14 *demque? quid ita nunc Elatiam obpugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus super Aoum amnem, aut vi, aut metu, aut voluntate, relictoque, quem insidebat, saltu,*
15 *penitus in regnum abiit? Si sua voluntate tot socios reliquit hostibus diripiendos, quid recusare potest, quin et socii sibi consulant? si metu, nobis quoque*
16 *ignoscat timentibus. si victus armis cessit, Achaei*

ambo, et edd. ante Froben. anni 1535. *Tó oratio* deest in Gaertner. Similiter in Voss. et Lov. 1. qui insuper *via est* legunt, pro *visa est*. [*postquam neque*, omisso *nos*, Bamb. *populandosque* idem.]

§. 13. *Quam praesens nos veteres socios simul ab Nabide ac Romanis tueatur*] *tuetur* sufficere censeo. J. FR. GRON. Omnes legunt *tueatur*, praeter Voss. in quo a m. 1. erat *tuebatur*. Praeterea *nos socios veteres* Voss. Lov. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. Aldo priores.

§. 14. *Relictoque, quem insidebat, saltu penitus in regnum abiit*] *relicto, quem insidebat* Voss. et Harl. quod si placet, mutanda est hoc modo interpunctio: *cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus, super Aoum amnem? aut vi, aut metu, aut voluntate, relicto, quem insidebat, saltu in regnum abiit. Si sua voluntate.* Copula *que* vel in reliquis codd. repeti potuit ex voce sequenti, vel in duobus modo memoratis ab eadem intercepta esse. Sed prius mihi verius videtur. Praeterea *abit* Lov. 2. 4. et Mead. 2. [Bamb.] V. ad 26, 28, 2. [*aut vi aut metu* omittit Bamb. mox §. seq. *qui recusare* pro *quid* idem.]

§. 16. *Achaei nos Romana arma sustinebimus*] Consensu scripti elidunt *τό nos*. Et certe non est Livii. 30, [30, 29.] *Annibal peto pacem*. 34, [22, 13.] *De hac re vos consulo, staturus eo, quod plures censueritis*. ubi et scripti quidam corrupte: *quod vos plures*. 37, [45, 11.] *Romani ex iis, quae in Deorum immortalium potestate erant, ea habemus, quae Dii dederunt*. 38, [14, 7.] *Neque Romani bonae voluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus*. 39, [37, 10.] *Quid Capua capta feceritis Romani*. J. FR. GRON. Ex omnibus codd. quos adhibui, unus tantum Lov. 5. editis adhaerens *Achaei nos* legit. Reliqui pronomen omiserunt. Et solet Livius innumeris locis pronomina primae et secundae personae *ego*, *nos*, *tu*, *vos* omittere. Supra 1, 10, 6. *Haec tibi victor Romulus regia arma ferò*. 2, 12, 9. *Hostis hostem occidere volui*. 6, 6, 15. *Te, Ser. Corneli, praesidem hujus publici consilii collegae fecimus*. c. 18, 8. *Ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, repente nullus fui; et vidistis in*

Digitized by Google

arma Romana sustinebimus, Cleomedon, quae vos Macedones non sustinuistis? An tibi potius credamus, Romanos non majoribus copiis nec viribus nunc bellum gerere, quam antea gesserint, potius quam res ipsas intueamur? Aetolos tum classe adjuverunt: nec duce consulari, nec exercitu bellum gesserunt: sociorum Philippi maritimae urbes in terrore ac tumultu erant: mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt, ut Philippus Aetolos, nequidquam opem Romanorum inplorantes, depopularetur. 17

vincula duci universi eum, qui a singulis vobis vincula depuleram. 7, 13, 7. *Cur veteranus dux* etc. *compressis, quod ajunt, manibus sedeas.* c. 30, 6. *Campani* etc. *haud parva accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.* Et eodem cap. §. 9. *Eo ventum est, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus.* 9, 34, 4. *Duo exercitus Aventinum insedistis.* 22, 14, 14. *Ut vir cum viro congrediaris.* 26, 50, 4. *Juvenis juvenem adpello.* 28, 27, 14. *Fasces imperatoris vestri ad eos Romanus exercitus detulistis.* c. 42, 21. *Duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam commisisti.* 29, 17, 7. *Ex iis, quae Locrenses aut ab illis passi sumus, aut a vestro praesidio nunc cum maxime patimur.* 36, 7, 10. *Duo maximi reges adversus unum populum geretis bellum.* 37, 54, 18. *Rhodii quam forti fidelique opera vos adjuverimus.* 39, 37, 10. *Quid Achaei Lacedaemonitis bello victis fecerimus.* 40, 46, 9. *Id vos velle etiam homines credamus.* 42, 34, 2. *Sp. Ligustinus tribus Crustuminae ex Sabinis sum oriundus.* 45, 22, 9. *Si omnes Rhodii aeque noxii essemus.* Ita et Virg. 1. Aen. 595.

— — *coram, quem quaeritis, adsum*
Troius Aeneas.

Apud Ovidium aliosque etiam innumera obcurrunt exempla. V. Gronov. ad 34, 32, 3. Praeterea *Romana arma* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*Romana* omittit Bamb.]

An tibi potius credamus, etc. *potius quam res ipsas intueamur*] Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii vocem *potius* primo posteriori, postea tamen priori delendam censebat. Verum Cl. Crevierius eam repetitam arbitratur, ut clarior procedat oratio, et quia τὸ *quam* longiusculo intervallo distat a priori illo *potius*; et simili pleonasmo *magis* vel *potius* comparativis addi. Omnes mei τὸ *potius* utroque loco tuentur.

§. 17. *Nec duce consulari, nec exercitu bellum gesserunt*] Crevierius, quum posterius hoc bellum adversus Philippum non consulares, sed consules duces gerant, legendum putat vel *nec duce consule, nec exercitu consulari*, vel *nec duce, nec exercitu consulari*, ita ut ex sensu in prio-

Digitized by Google

18 *Nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per sexdecim annos velut intra viscera Italiae toleraverunt, non praesidium Aetolis bellantibus miserunt, sed ipsi duces belli arma terra marique simul*
19 *Macedoniae intulerunt. Tertius jam consul summa vi gerit bellum. Sulpicius, in ipsa Macedonia congressus, fudit fugavitque regem; partem opulentis-*
20 *simam regni ejus depopulatus: nunc Quinctius tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis, exercituque fretum, castris exuit: fugientem in Thes-*

re membro suppleatur *consule*. Codices mei nihil mutant, nisi quod *nec duce consuli* legat Gaertn.

Sociorum Philippi maritimae etiam urbes] Dele *etiam*. GELEN. Pall. et antiqua editio *maritimae etiam urbes*. GEBH. Scripti et veteres editi *maritimae et iam urbes*. Delevit particulam Gelenius. Forte: *Sociorum Philippi maritimae tantum urbes in terrore ac tumultu erant*. J. FR. GRON. Illud *etiam* supereſt quoque in omnibus meis. [*maritimae tum urbes* Bamb.] Mox *tuta ab armis Romanis fuerunt* Lov. 2. 3. 6. Mead. ambo. [Bamb.] *tuta ab Romanis fuerunt* Harl.

§. 20. *Quinctius tenentem castra Epiri*] Ego non *castra*, sed *claustra*, legi; quod ex proximo loco [supra hoc cap.] poteſt intelligi. *Epiri* aït *claustrisque illis*. SABELL. *claustra* legunt omnes mei, praeter solum Lov. 5. qui, ubique priscis edd. adhaerens, hic etiam iisdem consentit, ac *castra* praefert. De errore hoc scribarum v. ad 9, 32, 1.

Natura loci, munimentis, exercituque fretum, castris exuit] Pall. et antiqua ed. *natura loci, munimentis exercitus fretum*. GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *munimentisque exercitus fretum* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *munimentisque exercituque fretum* Harl. *munimentis, exercitu fretum* Lov. 5. ubi tamen ultimam literam *τοῦ exercitus* excidiſſe ob primam vocis sequentis suspicandi locus eſt. V. ad 4, 33, 11. Nullus itaque codd. meorum vulgatum tuetur; quod demum inveni in Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquis recentioribus. [*sociasque urbes ejus* Bamb.]

§. 21. *De crudelitate, avaritia, et libidine regis*] Copulam ignorant Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum: quod cur repudiatum sit, justam rationem non video. V. ad 3, 68, 4. et saepe alibi. Mox corruptissime *quae int' antiqua scelera insuper inferosque Deos sint admissa* Lovel. 1. [*sint admissa* Bamb.]

§. 22. *Multo minus, quam quae Clunii Abydenique, qui procul a nobis absunt*] Quia Eleuntа reperio ante Abydum ab eo captam, videat, quaeso, lector,

Digitized by Google

saliam persecutus, praesidia regia sociasque ejus urbes prope in conspectu regis ipsius expugnavit. Ne 21
sint vera, quae Athenienses modo legati de crudelitate, avaritia, libidine regis dixerunt: nihil ad nos pertineant, quae in terra Attica scelera in superos inferosque Deos sunt admissa: multo minus, quae 22
Ciani Abydenique, qui procul a nobis absunt, passi sunt: nostrorum ipsi vulnerum, si vultis, obliviscamur; caedes direptionesque bonorum Messenae in 23
media Peloponneso factas; et hospitem Cyparissiae

an *Eleuntii* recte legi possit: nam ego nihil statuo. SABELL. Recte Sabellicus *Elaeuntii* restituit. Sed alii ante *quae* posuere *quam*, quod mihi displicet. Neque enim Achaei minus curare debebant Atheniensium querelas, quam vel Elaeuntiorum, vel Abydenorum. GLAR. Antea legebatur *Clunii Abydenique*. Sabellicus, cujus in hac re ingenium admiratur Glareanus, restituendum putavit *Eleuntii Abydenique*. Quorum sententiam ego vix probare possum. † „Glareanus „Sabellico, ut viro doctissimo, „subscribit; de ejus vero laude „*οὐδὲν γρύ*." †. Nam cum commemoret eos Aristaenus, qui bello crudelia a Philippo passi sunt, inter quos Athenienses et Abydeni fuerunt, nescio cur potissimum Elaeuntios nominare possit, quos ipse per deditionem receperit. Etenim libro priore [c. 16, 5.] ita Livius ait: *Inde progressus ad Chersonesum Elaeunta et Alopeconnesum tradentibus ipsis recipit*. Quamobrem ego reponendum puto, pro *Clunii*, *Ciani*. Primum quia gravissime omnium vexati a Philippo sunt, auctore Polybio; quorum excidii saepe etiam meminit per hos libros Livius: ut paulo post [c. 33, 16.] *Cium*, *suae ditionis urbem*, *funditus delesse*. Deinde quia vicinior est vox *Clunii Clanis*, quam *Elaeuntiis*. Nam si *l* in *i* et *v* in *a* verteris, confecta vox erit. Cianos etiam cum Abydenis conjungit Polybius, ut supra ostendi [ad 31, 31, 4.] SIG. Sigonius conjectat supponendum *Ciani*. In Pall. comparet *multo minus quam Elatii Abydenique*. GEBH. *quam* mihi sententiae hujus loci repugnare, et delendum esse videtur. Nam non vult Aristaenus, multo minus ad Achaeos pertinere scelera in Attica admissa, quam quae Ciani Abydenique passi fuerant; sed contra, multo minus ad Achaeos pertinere, quae hi, quam quae Athenienses passi fuerant: Ciani enim Abydenique, ait, *procul a nobis absunt*: Athenienses autem non ita longe ab Achaeis remoti erant. DUK. Recte vocem *quam*, eadem ratione permotus, et quod non adpareat in ed. Rom. principe, ex contextu ejecit etiam Cl. Crevier, quae exsulat quoque a Lov. 5. 6. Harl. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. cujus loco perperam sequens *quae* omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn. Deinde *Elatii*

Digitized by Google

Garitenem contra jus omne ac fas inter epulas prope ipsas occisum; et Aratum patrem filiumque Sicyonios, quum senem infelicem parentem etiam adpellare solitus esset, interfectos; filii etiam uxorem libidinis caussa in Macedoniam asportatam: cetera studia virginum matronarumque oblivioni dentur: ne sint cum Philippo res, cujus crudelitatis metu obmutuistis omnes: (nam quae alia tacendi advocatis in concilium caussa est?) cum Antigono, mitissimo ac justissimo rege, et de nobis omnibus optime merito, existimemus disceptationem esse: num id postu-

Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. qui nonnihil Sabellico *Elaeuntii* reponenti favere videntur; ut et *Elei* exhibentes Lov. 2. et 6. *Clunii* est in solo editionum adsecla Lov. 5. *Clavi* in Lov. 1. et 3. *Elavi* in Hearnii N. [*Clam* in Bamb.] *Clani* in Voss. et Hearnii L. 1. ex quo facillime fit *Ciani*, ut Sigonius optime conjecit, *l* mutato in *i*; quae elementa saepissime in Mstis commutari, vidimus ad 2, 23, 3. [*procul ab nobis* Bamb.]

§. 23. *Hospitem Cyparissiae Garitenem*] Κυπαρισσίης oppidum Messenae. Steph. SIG. *Gratitenen* Voss. *Graritenen* Lov. 1. *Garitenen* Lov. 3. et 4. [*Cyparissi Jegaritelen* Bamb.] Mox *et armatum patrem*, pro *Aratum*, perperam plerique codd. cum vetustissimis edd. [Bamb. qui mox *appellares oblitus esset*.]

§. 24. *Pyli ejus uxorem libidinis caussa in Macedoniam apportatam*] At suprà [27, 31, 8.] Polycratiam asportatam dixit: quare plane apparet *Polycratiam*, non *Pyli*, legendum esse. SABELL. Pall. *Fili ejus uxorem libidinis causa in Macedoniam asportatam*. Antiqua ed. *Pyli ejus uxorem libidinis causa in Macedoniam apportatam*. GEBHARD. *Pilionis libidinis caussa* Lov. 6. a m. 1. sed vox *uxorem* interponitur a m. 2. *Pelliconis uxorem libidinis caussa* Lov. 2. *Pilis ejus uxorem libidinis caussa* Gaertn. *Pili ejus uxorem l. c.* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. et primae edd. quibus proximae Sabellici conjecturam in contextu exhibent. Pro qua tandem Frob. anno 1535. dedit *filii etiam uxorem*, ut nunc vulgo exstat; ad quam lectionem proxime accedunt Lov. 1. *Pili etiam uxorem*, et Mead. 2. *filii ejus uxorem* exhibentes. [*interfectos*, . . . *ejus uxorem* Bamb.] Deinde *apportatam*, vel *adportatam* Lov. 1. 3. 5. 6. Voss. et edd. vett. *asportatam* editio Mogunt. quod etiam superest in reliquis codd.

§. 25. *Ne sint cum Philippo res, cujus crudelitatis metu obmutuistis omnes*] *obticuistis* Gaertn. quod ex glossa interpretis natum videtur. Praeterea *sint cum Philippo res* constanter scripti, nisi quod *sine cum Philip-*

Digitized by Google

laret facere nos, quod tum fieri non posset? Penin- 26
sula est Peloponnesus, angustis Isthmi faucibus con-
tinenti adhaerens; nulli apertior neque opportunior,
quam navali bello. si centum tectae naves, et quin- 27
quaginta leviores apertae, et triginta Issaici lembi
maritimam oram vastare, et expositas prope in ip-
sis litoribus urbes coeperint obpugnare, in mediter-
raneas scilicet nos urbes recipiemus? tamquam non
intestino at haerente in ipsis visceribus uramur bel-
lo? Quum terra Nabis et Lacedaemonii, mari Ro- 28
mana classis urguebunt; unde regiam societatem et

po res legat idem Gaertn. Si tamen libri addicerem, mallem cum Cel. Dukero *ne sit cum Philippo res*; quia frequentius dicitur hoc sensu *est mihi res cum illo*, quam *sunt mihi res cum illo*. Mox *quod cum fieri* Lov. 4. et Gaertn. *quo cum fieri* Voss. Lov. 1 3. Mead. ambo. *cum fieri*, praecedenti voce omissa; Lov. 2. *quod jam fieri* Lov. 6. Aliquid latet. Certe quam vim illud *tum* hoc loco habere possit, neque Duker. neque ego capimus. An legendum, *quod tuto fieri non posset?* [*quod reri non posset* Bamb. unde *tueri* conjicit Goeller.]

§. 26. *Nulli apertior atque opportunior, quam navali bello*] Pall. *neque oportunior*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quorum auctoritate id recipiendum putavi. De simili abundantia negationis v. ad 3, 11, 6. c. 26, 5. 4, 7, 5. et c. 58, 5. (* 34, 1, 5.) Ad haec *nulli aptior* Lov. 3. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu. V. ad 31, 22, 8. *aperta bello*, ut *corpora aperta jaculo* 28, 16, 21. [*Paene insula* Bamb.]

§. 27. *Et centum triginta Isiaci lembi*] Tu vide, ne *Asiatici* Livius scripserit. SABELL. Vocem *centum* expunxit Frob. anno 1535. quam tamen servant Lov. 4. 5. 6. et Mead. 2. cum Hearnii N. *centum et triginta*, vocula transposita, legunt Lov. 2. et Mead. 1. *et centum et triginta* Gaertn. Reliqui lectionem Frob. probant. Deinde *Isiaci* vett. edd. adsentiens Lov. 5. *Isaci* Lov. 3. *Ysaci* Hearnii L. 1. *Hisaci* Lov. 6. *Hissaci* Voss. et Lov. 1. *Hisfaci* Mead. 2. *Hiffaci* Lov. 4. Tota vox omittitur in Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *Issaici*, ut hodie editur, primus dedit Frob. eodem anno. Et ita Harl. et Hearnii N. *Issaei viginti lembi classi Romanorum adjuncti* memorantur 31, 45, 10. ubi v. Sigon. *Issaei lembi* obcurrunt etiam 42, 48, 8. Mox *prope* exsulat a Voss. et Lov. 1. Sed v. ad 38, 45, 3. [*scilicet nos urbes* omittit Bamb. vacuo spatio relicto.]

§. 28. *Egregie enim Dymas priore bello sumus tutati*] *Hymes* Mead. 2. *Himas* Hearnii L. 1. *Bimas* Lov. 6. *Bymas* Voss. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Bimas* Lov.

Digitized by Google

praesidia Macedonum inplorem? an ipsi nostris armis ab hoste Romano tutabimur urbes, quae obpugnabuntur? egregie enim Dymas priore bello sumus
29 *tutati. Satis exemplorum nobis alienae clades praebent: ne quaeramus, quemadmodum ceteris exem-*
30 *plo simus. Nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id, quod optandum vobis ac summa ope pe-*
31 *tendum erat, fastidire. metu enim videlicet compulsi in aliena terra, quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugiunt, ut portubus vestris recipiantur, ut commeatibus utan-*
32 *tur. Mare in potestate habent; terras, quascumque adeunt, extemplo ditionis suae faciunt. Quod rogant, cogere possunt: quia pepercissè volunt, com-*
33 *mittere vos, cur pereatis, non patiuntur. Nam quod Cleomedon modo, tamquam mediam et tutissimam*

1. 2. 3. 4. 5. Hearnii N. et edd. ante Mogunt. quae recte dedit *Dymas*. Per *prius bellum* intelligendum est illud, quod Romani tempore belli Punici secundi cum Philippo gesserunt. V. supra hoc cap. §. 12. Eo autem bello *Dymas* a Romanis expugnatas esse, suo loco Livius memorare neglexit, quod nunc data occasione hic facit, et cap. seq. *Dymaeis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, quum redimi eos, ubicumque servirent, Philippus jussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam reddiderat.* Ejusdem rei mentionem fecit etiam Paus. in Achaïc. 17. *Ταύτην [Δύμην] Φίλιππος ὁ Δημητρίου πολεμῶν μόνην τῶν Ἀχαϊκῶν ἔσχεν ὑπήκοον, Καὶ ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ Ὀυλυμπικὸς ἡγεμὼν καὶ οὗτος Ῥωμαίων ἐπέτρεψε τῇ στρατιᾷ διαρπάσαι τὴν Δύμην.* Nomen ducis Romani Ὀυλυμπικὸς vitiosum esse, viri docti viderunt. An tamen rite curatum sit vulnus, admodum dubito. Kuhnius legendum putat ὁ Λούκιος, et intelligit L. Quinctium Flamininum, fratris T. Quinctii legatum, *cui classis cura, maritimaeque orae imperium mandatum ab senatu erat*, ut Livius testatur supra c. 16, 2. At de eo cogitandum non esse, ex hoc Livii loco constat, quis calamitatem Dymaeorum *priori bello* accidisse testatur. Priori autem bello duces Romanorum adversus Philippum fuerunt Valerius Laevinus, Sulpicius Galba, et Sempronius Tuditanus. Pro Ὀυλυμπικὸς igitur legendum conjicio Σουλπίκιος. Paullo ante *mari classis Romana*, trajectis vocibus, Voss. Lov. sex. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.]

Digitized by Google

vobis viam consilii, ut quiesceretis abstineretisque armis, ostendebat; ea non media, sed nulla via est. Etenim, praeterquam quod aut accipienda, aut ad- 34
sperhanda vobis Romana societas est, quid aliud quam nusquam gratia stabili, velut qui eventum exspectaverimus, ut fortunae adplicaremus nostra consilia, praeda victoris erimus? Nolite, si, quod om- 35
nibus votis petendum erat, ultro obfertur, fastidire. Non, quemadmodum hodie utrumque vobis licet, sic semper liciturum est. nec saepe, nec diu eadem occasio erit. Liberare vos a Philippo jamdiu magis 36
vultis, quam audetis. Sine vestro labore et periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis classibus exercitibusque mare trajecerunt. Hos si socios 37
adspernamini, vix sanae mentis estis: sed, aut socios, aut hostes habeatis, oportet.

et edd. ante Aldum. Deinde *Macedonum praesidia* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. qui ante *rectam societatem*, et §. seq. *clades alienae.*]

§. 30. *Summa ope petendum erat*] *sŭope petendum*, id est, *summopere*, Gaertn. *summo opere petendum* Hearnii N. Solent voces *ope* et *opere* in Mstis commutari. V. ad 8, 16, 4. c. 37, 8. 9, 13, 9. 29, 17, 2. et saepe alibi [*nobis ac summa repetendum* Bamb.] Mox §. seq. *sub umbra vestri auxilii* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. ambo. *sub umbra nostri auxilii* Lov. 5. 6. Harl. et edd. ante Aldum; quae cum codd. posterioribus etiam *societatem nostram* et *portubus nostris* leguntur. [*compulsi et deprensi in aliena terra*, mox *vestri auxilii*, et *portibus vestris* Bamb.]

§. 32. *Quia pepercisse volunt*] Pall. nec non vetus ed. *quia pepercisse vobis volunt*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. vett. *quia pepercisse nobis volunt* Lov. 3. 6. et Gaertn. Additum pronomen primus Frob. anno 1535. omisit, cum quo stat Mead. 1.

§. 33. *Abstineretisque armis*] *ab armis* Lov. 6. Utroque modo, vel addita, vel omissa praepositione, Livium locutum esse, dictum est ad 4, 59, 8. Ratio igitur postulat, ut plurium praeferamus unius testimonio. [§. 34. *Enim praeterquam* Bamb. *aut spernenda* idem.]

§. 36. *Liberare vos a Philippo jamdiu magis votis, quam armis audetis*] Pall. *magis vultis, quam audetis*. GEBH. Omnes membranae: *Liberare vos*

Digitized by Google

1 XXII. Secundum orationem praetoris murmur ortum aliorum cum adsensu, aliorum inclementer
2 adsentientes increpantium. et jam non singuli tantum, sed populi universi, inter se altercabantur: tum inter magistratus gentis (damiurgos vocant: decem numero creantur) certamen nihilo segnius, quam
3 inter multitudinem, esse. quinque relaturos se de societate Romana ajebant, suffragiumque daturos: quinque lege cautum testabantur, ne quid, quod adversus Philippi societatem esset, aut referre ma-
4 gistratibus, aut decernere concilio jus esset. Hic quoque dies jurgiis est consumtus. Supererat unus justi concilii dies: (tertio enim lex jubebat decretum fieri) in quem adeo exarsere studia, ut vix pa-
5 rentes ab liberis temperaverint. Rhisiasus (Pellenensis erat) filium damiurgum, nomine Memnonem, ha-

a Philippo jamdiu magis vultis, quam audetis. Voss. *magis votis, quam audetis.* Ex *voltis* fortasse. J. FR. GRON. *votis optastis, quam sine vestro labore* Lov. 6. *votis quam audetis* Lov. 1. et 3. cum Hearnii L. 1. Reliqui cum ejusdem Hearnii N. eamdem servant lectionem, quam Gronov. in membranis suis invenit; nisi quod solus Lov. 5. faveat editis antiquis. [*vos libertatem*, omisso *in*, Bamb. qui idem mox *mare* omittit, et *mentis sanae* exhibet.]

§. 2. *Damiurgos vocant*] Pall. et hic, et paullo post *Damiurgos.* GEBH. Non aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. qui etiam mox *Damiurgum* praeferunt. Eorum fidem secutus sum, quum et infra ita editum videam 38, 30, 4. ubi vide.

§. 3. *Ne, quod adversus Philippi societatem*] Vitium aliquot recentiorum editionum. Repone *ne quid, quod adversus.* J. FR. GRON. Ita prima exhibuit Heinsii Elzev. Ultima Gruteri *ne quid adversus.* Omnes priores cum codd. meis, quotquot videre contigit, ut et Oxoniensibus *ne quid, quod adversus*, quod recte, a J. Fr. Gronovio moniti, receperunt Hearnius et Crevierius. [*ne qd qduersus* Bamb.] Tum *societatem Philippi* Lov. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum. Vox *Philippi* non adparet in Voss. et Lov. 1. Paullo ante *relaturos de societate Romana se ajebant* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, (Bamb.) et eaedem edd. *τὸ se* et *ajebant* omisit Harl. Tum *lege cautum testabantur* Gaertn. [*aut ferre* pro *referre* Bamb. et mox *his quoque diesi*]

bebat, partis ejus, quae decretum recitari, perrogarique sententias prohibebat. Is, diu obtestatus 6
filium, ut consulere Achaeos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret, postquam parum proficiebant preces, ju- 7
ratus se eum sua manu interemturum, nec pro filio, sed pro hoste, habiturum, minis pervicit, ut poste- 8
ro die conjungeret iis se, qui referebant. qui quum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie adprobantibus relationem, ac prae se ferentibus, quid decreturi essent; Dymaei ac Megalopo- 9
litani, et quidam Argivorum, priusquam decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium, neque mirante ullo, neque inprobante. Nam Megalo- 10
politanos, avorum memoria pulsos ab Lacedaemoniis, restituerat in patriam Antigonus: et Dymaeis,

§. 4. *Parentes ab liberis temperaverint*] *temperarint* Lov. 2. 6. a m. 2. Harl. et Gaertn. Paullo ante *adeo omnium exarsere studia* Lov. 6.

§. 5. *Perrogarique sententias prohibebat*] *prorogarique* Voss. Lov. 2. 3. 6. Mead. 2. et Gaertn. Similiter variant codd. eap. seq. §. 1. et in Epit. Liv. 48. Caussam v. ad 9, 10, 7. *promulgarique* Lov. 1. *rogarique* Harl. et edd. quas vidi, omnes ante Ald. praeter edd. Camp. et Rom. anni 1472. quae simul cum Lov. 5. non tantum has voces, sed et quinque praecedentes ignorant. De verbo *perrogare* in hac re v. Cortium ad Plinii 4, 22, 3. Supra 29, 19, 10. *Perrogari eo die sententiae non potuere.* (Initio *Risias* Bamberg.).

§. 6. *Neu pertinacia sua*] *ne pertinacia sua* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad. Liv. 34, 35, 9.

§. 9. *Dymaei ac Megalopolitani*] *Megalipolitani* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quomodo etiam quidam eorum mox *Megalipolitanos* praeferunt. Ex ea autem scriptura *Megalepolitani* et *Megalepolitanos* scribendum, Gronov. supra conjecit ad 32, 5, 5. Vide, quae eo loco notantur.

Neque morante ullo, neque inprobante] Vetus lectio est *neque mirante.* GELEN. Similiter omnes mei, nisi quod *jurante* legat Lov. 6. Deinde *nec improbante* Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum. V. ad 9, 9, 14.

§. 10. *Megalopolitanos, avorum memoria pulsos* etc.] Cl.

Digitized by Google

captis nuper direptisque ab exercitu Romano, quum redimi eos, ubicumque servirent, Philippus jussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam, red-
11 diderat. Jam Argivi, praeterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credunt, privatis etiam hospitiis familiarique amicitia plerique inligati Philippo
12 erant. Ob haec concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem jubendam, excesserunt: veniaque iis hujus secessionis fuit, et magnis et recentibus obligatis beneficiis.

Crevier. recte vidit, Livium non satis adcuratam temporum rationem habere videri, quum id factum dicit *avorum memoria.* Cleomenem enim Lacedaemoniorum regem Megalopolim cepisse et diruisse, teste Polyb. 2, 55. et 5, 93. Adde Pausan. Messen. 29. et Arcad. 27. Antigonum autem, Philippi decessorem, paullo ante mortem restituisse. Philippum itaque, qui etiamnum in medio robore virium erat, et eversam et restitutam Megalopolim vidisse. [in fine §. *sed etiam reddiderant.* Bamb.]

§. 11. *Hospitiis familiarique amicitia plerique inligati Philippo*] Pall. uterque perperam *allegati.* Superius c. 21, 11. *Posteaquam nos neque decernere id sibi praesidium, neque velle illigari Romano bello vidit.* 36, 11, 1 *Quum patrem, primo allegando, dein coram ipse rogando, fatigasset, invitum se gravioris fortunae conditioni illigantem.* Ibid. c. 40, 14. *De injuria tribuni, bello alieno se illigantis* etc. GEBH. *auspiciis* Gaertn. V. ad 21, 2, 5. Tum *alligati* Lov 4. 6. et Mead. 2. V. ad 35, 46, 10. *obligati* Lov. 3. *Philippo illigati* Gaertn.

§. 12. *Quod inclinaverat ad Romanam societatem ineundam*] Pall. *ad Romanam societatem jubendam.* GEBH. Barberin. Naud. Petav. Oxon. *ad Romanam societatem jubendam.* Phrasis e comitiis populi Romani petita, quorum loco Graecis populis hujusmodi concilia erant. Sic 33, [2, 6.] *Rogatio inde a Plataeensi Dicaearcho lata recitataque de societate cum Romanis jungenda, nullo contradicere audente, omnium Boeotiae civitatum suffragiis accipitur jubeturque.* J. FR. GRONOV. *uniendam* Voss. *uniandam* Lov. 3. *ineundam* Lov. 1. 5. et Gaertn. Reliqui recte *jubendam.* Ita *jubere foedus* Cic. 2. Agrar. 22. *Hoc quia vos foedus non jusseritis.* V. ad 3, 30, 6. Alibi etiam *inisse* et *jussisse* commutantur. V. ad 4, 40, 6.

Et magnis et recentibus colligatis beneficiis] Lege *obligatis.* GELEN. Ita et omnes mei praeter Lov. 5. vetustis edd. adhaerentem. *beneficiis obligatis* Gaertn.

§. 1. *Ceteri populi Achaeorum, quum sententiae perrogarentur*] Omnes membranae *quum sententias perrogarentur.* Quod

Digitized by Google

XXIII. Ceteri populi Achaeorum, quum sententias perrogarentur, societatem cum Attalo ac Rhodiis praesenti decreto confirmarunt: cum Romanis, quia injussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est. in praesentia tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit, et exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri; captis Cenchreis, jam urbem ipsam Quinctio obpugnante. Et hi quidem e regione portae, quae fert Sicyonem, posuerunt castra. Romani ad

ipsum perperam sprevisse editores existimo. 22, [60, 5.] *T. Manlius Torquatus interrogatus sententiam ita loquutus fertur.* 36, [7, 1.] *Annibal nominatim interrogatus sententiam.* 37, [14, 5.] *Ibi C. Livius is enim est primus rogatus sententiam.* Neque sane quum in consilio vel concilio omnium ordine rogantur sententiae, minus ipsi perrogantur sententias, quam in coetu persalutantur, quum omnes ordine salutantur. Voss. *sententias perrogarent.* J. FR. GRON. Vulgatum quidem, fateor, nihil habet vitii: ne tamen facile probem, caussa est, quod in nullo ex meis, nisi in Lov. 5. perpetuo editionum adsecla, invenerim. Supererat etiam in Victor. apud Crevier. At contra *sententia promulgaretur* servat Lov. 1. *sententiis rogarentur* Gaertn. *sententiae rogarentur* Harl. *sententiae prorogarentur* Lov. 2. et 6. *prorogarent* a m. 2. *sententias prorogarent* Voss. et Lov. 3. *sententias perrogarent* Hearnii L. 1. *sententias perrogarentur* Lov. 4. Mead. ambo, et Hearnii N. [*perrogaretur* Bamb.] Propterea id non tantum verum judico, sed eidem etiam in contextu locum dedi. Cicero 1. ad Att. 13. *Primum igitur scito, primum me non esse rogatum sententiam.* Mox *cum Romanis ac Rhodiis* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. a m. 1. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb. sed *ac Rhodiis prae* in rasura.] et edd. Rom. princeps, Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *cum Rhodiis*, mediis omissis, Lov. 2. 3. et 6. a m. 2. *societatem Rhodiis* Mead. 1.

§. 3. *Tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit*] Pal. prior *ad Quintium mitti.* alter *ad T. Quintium.* GEBH. L. Quinctius simul cum Attalo et Rhodiis legatos ad Achaeos miserant supra c. 19, 5. Nunc igitur vicissim Achaei ad L. Quinctium, non ad T. Quinctium, legatos mittendos censent. Et ita etiam legunt omnes mei, nisi quod in paucis sit *ad Lelium Quinctium*, sollemni errore, de quo v. ad 29, 7, 2. et in uno Mead. 2. pronomen omittatur. [*tris legatos* Bamb.]

Exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri] Voss. *Achaeorum Corinthum*, sine media praepositione. Juxta bene. Idem mox *Et hi*, non *ii*. melius. Achaei scilicet. Denique idem *Romani Cenchreas*, deleta et hic praepositione. Sed et inter-

Digitized by Google

Cenchreas versam partem urbis, Attalus, traducto per Isthmum exercitu, ab Lechaeo, alterius maris portu, obpugnabant; primo segnius, sperantes seditionem intus fore inter oppidanos ac regium prae-
5 sidium. postquam uno animo omnes, et Macedones tamquam communem patriam tuebantur, et Corinthii ducem praesidii Androsthenem, haud secus quam civem et suffragio creatum suo, imperio justo patiebantur; omnis inde spes pugnantibus in vi, et ar-
6 mis, et operibus erat. undique aggeres haud facili
7 aditu ad moenia admovebantur. Aries ex ea parte, quam Romani obpugnabant, aliquantum muri diruerat. in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis quum Macedones concurrissent,

punctione vulgo peccatur. Nam *τὰ posuerunt castra* recte dicuntur de Achaeis, qui tum primum adventabant: at male intelliguntur ad *τὰ Romani et Attalus*, qui jam pridem id fecerant, et nunc in opere oppugnandae urbis erant, captis ante Cenchreis. Cum his igitur ambobus connectendum *τὰ oppugnabant* hoc modo: *Romani Cenchreas versam partem urbis, Attalus traducto per Isthmum exercitu ab Lechaeo, alterius maris portu, oppugnabant; primo segnius.* J. FR. GRON. *Corinthum admoveri* etiam Lov. 1. et 6. [*Cenchriis* Bamb.] Tum *Et hi quidem* Lov. 2. 3. 6. Hearnii L. 1. ac Victor. Crevierii. *Et hii quidem* Lov. 4. et Gaertn. [*Et ii* Bamb.] Deinde *Romani Cenchreas versam partem* Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertner. [Bamb.] *Romani Cenchreas versum partem* Lov. 2. et Harl. *Romani Cenchreas, Attalus* etc. reliquis mediis omissis, Hearnii L. 1. Cl. Crevier. veretur, ne praepositiones utroque loco omissae sint ab emendatoribus, qui, ignari Livium praepositiones *ad, ab* urbium nominibus adjungere solere, orationem ejus ad vulgares plebejae Grammaticae regulas exigere voluerunt. Primo tamen loco supprimi praepositionem non aegre patiebatur, secundo retentam cupiebat. Si quid codicum consensui tribuendum, praecipue posteriori loco praepositio erit expungenda: utrobique tamen servatam malo. Recte autem vulgata distinctio *alterius maris portu. obpugnabant primo segnius* Gronov. displicuit. Sed ea demum in postrema Gruteri editione adparuit. Priores enim post *portu* minimam distinctionem pro maxima habent.

§. 5. *Haud secus quam civem et suffragio creatum, suo impe-*

Digitized by Google

atrox proelium inter eos ac Romanos ortum est. Ac 8
primo multitudine facile expellebantur Romani: adsumtis deinde Achaeorum Attalique auxiliis, aequabant certamen: nec dubium erat, quin Macedonas Graecosque facile loco pulsuri fuerint. Transfuga- 9
rum Italicorum magna multitudo erat; pars ex Hannibalis exercitu metu poenae a Romanis Philippum secuti, pars navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honoratioris militiae transgressi. hos desperata salus, si Romani vicissent, ad rabiem magis, quam audaciam, accendebat. Promontorium 10
est adversus Sicyonem, Junonis quam vocant Acrae-

rio justo patiebantur] Habent Pall. *et suffragio creatum suo imperio juste patiebantur*. GEBHARD. Suspicor Livium edidisse: *et Corinthii ducem praesidii Androsthenem haud secus quam civem et suffragio creatum suo imperatorem justum patiebantur*. J. FR. GRON. Palatinis Gebhardi consentiunt Lov. 1. 3. 4. Voss. et Mead. ambo. *suffragio creatum suo imperio uti juste patiebantur* legunt Lov. 2. et Harl. *suffragio creatum suo imperio uti justi patiebantur* Gaertn. *suffragio creatum suo imperio uti justo patiebantur* Lov. 6. a m. 1. Nihil melius subcurrit, quam quod Gronovio in mentem venit. [*imperio in se uti patiebantur* Bamb.]

§. 6. *Omnis inde spes pugnantibus in vi*] Scribe *oppugnantibus*. J. FR. GRON. Contrario errore *obpugnando*, pro *pugnando*, edebatur supra 25, 6, 22. [*et operibus ierant* Bamb.]

Undique aggeres haud facili aditu] Ἀσύνδετον hic satis durum et ingratum est. Lenius fluaret oratio, si liceret legi *et undique*. DUK. Codices nihil mutant, nisi quod *unde*, pro *undique*, legant Voss. et Lov. 1. Mox §. seq. *aliquantulum muri* Harl. sed v. ad. 7, 36, 5. [*muri diverberat* Bamb. mox *procedendum armis* et *concurrerent*.]

§. 9. *Pars ex Hannibalis exercitu metu poenae a Romanis Philippum secuti*] *metu poenae ad Romanos* Mead. 1. sed *ab Romanis* in margine; quod etiam praefert Lov. 2. Deinde *Philippum secuta* omnes codd. mei, [Bamb.] et edd. ante Frob. anni 1535. *pars secuti* syllepsis est Livio familiarissima. v. ad 27, 1, 12. ut tamen dubitem, utrum ea etiam hic Livius usus sit, consensus codicum caussa est, alteram lectionem tuentium. Mox *ad rabiem magis, quam ad audaciam*, repetita praepositione, Lov. 1. quod non displiceret, si plures codd. accederent, quia Livio familiaris admodum est locutio. V. ad 4, 58, 4.

§. 10. *In altum excurrens: trajectus inde Corinthum, septem*

Digitized by Google

am, in altum excurrens: trajectus inde Corinthum,
11 septem millia ferme passuum. eo Philocles, regius et
ipse praefectus, mille et quingentos milites per Boe-
otiam duxit. praesto fuere ab Corintho lembi, qui
12 praesidium id acceptum Lechaeum trajicerent. Au-
ctor erat Attalus, incensis operibus, omittendae ex-
templo obpugnationis. Pertinacius Quinctius in in-
cepto perstabat. is quoque ut pro omnibus portis
disposita vidit praesidia regia, nec facile erumpen-
tium inpetus sustineri posse, in Attali sententiam
13 concessit. ita irrito incepto, dimissis Achaeis, redi-
tum

millia ferme passuum]*occurrens* Voss. et Lov. 1. *procurrens* Lov. 6. quod ex glossa interpretis inrepsisse videtur. Supra 26, 42, 8. *Ab intimo sinu peninsula excurrit.* 36, 15, 8. *Excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra.* 44, 11, 3. *Nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit.* [*Promuntorium* etc. *Acream* Bamb.] Deinde *trajectus est inde* Lov. 2. et 6. [*traictos inde* Bamb.] Tum *septem millia ferme militum* Voss. *septem millia ferme militum passuum* Lov. 1. *septem milia ferme milium passuum* Lov. 3. Puto librarios duas lectiones conjunxisse *septem millia ferme passuum* et *septem ferme millium passuum.* V. ad 3, 44, 4. Illa autem lectionis diversitas ex eo nasci potuit, quia per notas scriptum fuerat *VII M. ferme P.* unde *τὸ M.* alii *millia*, alii *millium* reddiderunt. V. ad 42, 12, 9. Utrumque ferri potest. Et quidem *trajectus septem millia* dictum est per adpositionem. V. ad 40, 36, 8. quam lectionem servo ob reliquorum codd. auctoritatem. [*septem fere milium passuum* Bamb.]

§. 12. *Pertinacius Quinctius a Misnepio perstabat*]Restituimus *in incepto perstabat.* GELEN. Nemo, quod sciam, ejus loci meminit, eorum etiam, qui res Corinthiacas scripsere. Strabo autem l. 8, [379.] *Ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σισύφειόν ἐστιν, ἱεροῦ τινός ἢ βασιλείου λευκῷ λίθῳ πεπηγμένου.* Id est, *sub ipsa vero Pirene Sisyphium est, sive sacellum quoddam, sive regale domicilium, niveo constructum lapide.* Quare ego *Sisyphium* legere malim. Quidam *in incepto* legunt: *Quintius in incepto perstabat.* Sed judicet candidus lector. GLAR. Pall. uterque vitiosissime *pertin. Quintius anusini ne epio perstabat.* Antiqua ed. *a Mismisnepio.* Glareanus olim divinabat *a Sisyphio.* GEBH. Et hoc ex egregiis Gelenii est, de quo frustra dubitat Patricius Claronensis. Antea legebatur absurde *Quintius a Misnepio perstabat.* Andreas *Quintius a Mismisnepio.* MSS. *Quintius anu-*

Digitized by Google

tum ad naves est. Attalus Piraeeum, Romani Corcyram petierunt.

XXIV. Dum haec ab navali exercitu geruntur, 1
consul, in Phocide ad Blatiam castris positis, primo conloquiis rem per principes Elatiensium tentavit: postquam, nihil esse in manu sua, et plures va- 2
lidioresque esse regios, quam oppidanos, respondebatur, tum simul ab omni parte operibus armisque urbem est adgressus. Ariete admoto, quantum inter 3
turres muri erat prorutum, quum ingenti fragore ac strepitu nudasset urbem, simul et cohors Romana per apertum recenti strage iter invasit; et ex omni- 4

sini ntepto perstabat. Margo Naudaeani: *Flamininus in coepto.* Quod forte verum. J. FR. GRON. Mihi mei similiter prodigiose corrupti. *anusiniue epio* Voss. *anusinine epio* Lov. 1. *anusini ne epio* Lov. 4. *amisiniue epio* Lov. 2. *amisimne epio* Mead. 1. *anusinuepio* Gaertn. *amisi . . . epio* Harl. *anusini* Mead. 2. *anusinineepio* Hearnii N. *anasinibio* ejusdem L. 1. *cussumie opio*, voce *Quinctius* omissa, Lov. 3. *a Misinepio* Lov. 6. *a Mismisuepio* Lov. 5. Locum adhuc pessime adfectum judico. Gelenii conjectura ideo placere nequit, quia verisimile non videtur, intellectu facillima et simplicissima verba *in incepto* in tot lectionum monstra abiisse. Nec Glareani, quia *Sisyphiam* est in Acrocorintho, et ita Livius potius *ab Acrocorintho* vel *ab arce*, quam *a Sisyphio* dixisset. Nec Gronovii, quia alibi Quinctium simpliciter *Flaminium* a Livio adpellari non memini. Integriores igitur codd. exspectandi sunt, ut locus persanetur. [*Fertinatius Cius* in rasura) *cū intui Romanus* Bamb.]

Is quoque ut pro omnibus portis disposita vidit praesidia regis] *ut primo omnibus portis* Voss. et Lov. 1. Deinde *praesidia regis* primum adparuit in ed. Gronov. anni 1665. quum antea ederetur *praesidia regia*; quomodo praeferunt tantum non omnes mei, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui recte lectionem hanc loco restituit. V. supra hoc libro ad c. 6, 6. [*praesidia vidit regia* Bamb. mox *ita intra* (*tra* eraso) *incepto.*]

§. 1. *Rem per principes Elatiensium tentavit*] *Elatensium* et in fine cap. *Elatensibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.] Utraque forma ferri potest, si verum est, Graecos formasse gentile hujus urbis Ἐλατεὺς et Ἐλατειεὺς, ut censet Berkel. ad Steph. de Urbib. v. Ἐλάτεια. Paullo ante *ad Leteam* Voss. et Lov. 1. *ad Elatheam* Lov. 6. An voluerunt *ad Elateam*? Quum enim Graecis Ἐλάτεια dicatur, id Latine non tantum *Elatia*, sed etiam

bus oppidi partibus, relictis suis quisque stationibus, in eum, qui premebatur inpetu hostium, lo-
5 cum concurrerunt. Eodem tempore Romani et ruinas muri supervadebant, et scalas ad stantia moenia inferebant. et, dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat, pluribus locis scalis capitur murus, armatique in urbem transcen-
6 derunt. quo tumultu audito, territi hostes, relicto, quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, inermi quoque insequente turba, confuge-
7 runt. Ita urbe potitur consul. qua direpta, missis in arcem, qui vitam regiis, si abire vellent inermes,

Elatea efferri potest. V. ad 31, 43, 5. [*consuli Phocidē ad*, omisso *Elatiam* et spatio relicto, Bamb. qui §. 3. *Ariete admotoque* legit, et post *nudasset* omittit *urbem*, mox *Romana*, sed spatio utrobique relicto. Denique §. 4. *locus concurrerunt* idem.]

§. 5. *Et scalas ad stantia moenia inferebant*] Omnia haec verba scribarum errore desunt in Voss. Harl. et Lov. 1. Sola vox *stantia* exsulat a Lov. 6. a m. 1. Sed recte in hoc a m. 2. additur, et in reliquis codd. perstat: 38, 5, 4. *Ut praeter spem stare muros viderunt.* Ovid. 1. Her. 67.

Utilius starent etiam nunc moenia Phoebi.

Mox *adverterat*, pro *averterat*, Lov. 2. Gaertn. Harl. et Mead. 1. V. ad. 6, 23, 8.

§. 6. *Inermi quoque sequente turba, confugerunt*] Barber. et Petav. *insequente*, quod pluribus locis Livio reddidimus. J. FR. GRON. V. ad 4, 30, 12. Omnes tamen, quibus utor, codd. *sequente* tuentur. [ita et Bamb.] Vox *metu*, quae praecedit, deest in Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. [Bamberg.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Neque ea vox exstat in Lov. 3. et 6. nisi a m. 2.

§. 7. *Fideque in haec data, post paucos dies arcem recepit*] *in hoc data* Voss. Tum *post dies paucos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Deinde *recipit* Lov. 4. a m. 2. [Bamb.] Paullo ante *abire inermes vellent*, trajectis diotionibus, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. [*si inermes abire velbent* Bamb.]

§. 1. *Non Corinthus tantum liberata obsidione*] Quidam adjecerunt *facile*, atque ita legunt: *non facile Corinthus tantum* etc. quod mihi displicet. neque enim quicquam ad sensum facit. GLAR. *facile* interponunt non tantum Gaertn. verum etiam Aldus et quidam eum secuti, quod recte ante Glareanum expunxit Froben. anno 1535. [*tempestatis* pro *tentatis* Bamb.]

§. 2. *Mos erat*] Quod paullo

Digitized by Google

libertatem Elatiensibus pollicerentur, fideque in haec data, post paucos dies arcem recepit.

XXV. Ceterum adventu in Achajam Philoclis regii praefecti non Corinthus tantum liberata obsidione, sed Argivorum quoque civitas per quosdam principes Philocli prodita est, tentatis prius animis plebis. Mos erat, comitiorum die primo velut ominis caussa praetores pronunciare Jovem, Apollinemque, et Herculem. additum legi erat, ut iis Philippus rex adjiceretur. cujus nomen post pactam cum Romanis societatem quia praeco non adjecit, fremitus primo multitudinis ortus: deinde clamor subjicientium Phi-

1 2 3 4

post, *additum legi erat* dicens, ita lege cautum fuisse significat, in eo non argutandum, et *more* fieri quoque dici posse puto, quod lege statutum ex ejus praescripto usu et observatione constanti viget, et intermitti non potest. Nam *mores* et *instituta* etiam pro legibus et juribus dicuntur. Virg. 1. Aen. 268.

— — *Moresque viris et moenia ponet.*

Ubi Servius: *Leges etiam mores dici non dubium est.* Cic. pro Marcello 9. *Nisi haec urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit.* quod c. 8. dixerat, *Omnia, quae dilapsa defluxerunt, severis legibus vincienda sunt.* Non video quomodo aliter apud Livium accipi possit, quod idem *mori* et *legi* tribuitur; nisi quis putet, mox non *legi*, sed *lege* scribendum esse. DUK. Sane *lege*, pro *legi*, praeferunt Lov. 2. 6. Harl. Mead. 1.

Velut honoris caussa] Restituimus *velut ominis caussa*, non *honoris caussa*. GELEN. Ita etiam leguntplerique codd. a m. partim 1. partim 2. neque aliter edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [*omnis caussa*, et mox *ut his Phil.* Bamb.]

§. 3. *Cujus nomen post pactam cum Romanis societatem*] Miror hoc de Argivis eum dicere, qui concilio excesserant, ut ipse antea [c. 22, 9.] scripsit Livius: nisi coactos adversus regem cum Romanis fuisse intelligamus; quod tamen nusquam indicatur. GLAR. Miratur Glareanus, Livium scribere, Argivos cum Romanis societatem pactos esse, quod eosdem ante scripserit decreto non interfuisse; neque intelligit, eum dixisse *quosdam Argivorum*, non omnes. SIGON.

§. 4. *Jubentiumque legitimum honorem usurpare* Modo ne fuerit *legitimum omen.* ut Claudianus: *solennia ludit Omina libertas.* Dixerat autem, *velut ominis causa praetores pronunciare Jovem, Apollinemque, et Herculem.* J. FR. GRON. Quum hic sermo sit de eo, quod Philippo honoris caussa lege datum erat, non videtur vitium esse in

Digitized by Google

lippi nomen, jubentiumque legitimum honorem usurpare; donec cum ingenti adsensu nomen recitatum
5 est. Hujus fiducia favoris Philocles arcessitus nocte occupat collem inminentem urbi, (Larissam eam arcem vocant) positoque ibi praesidio, quum lucis principio signis infestis ad subjectum arci forum va-
6 deret, instructa acies ex adverso obcurrit. Praesidium erat Achaeorum nuper inpositum, quingenti fere juvenes delecti omnium civitatium. Aeneside-
7 mus Dymaeus praeerat. Adhortator a praefecto re-

voce *honorem*, qui recte *legitimus* dicitur, ut alia legibus concessa et constituta. *Legitimum omen* quid sit, mihi non nimis apertum est. *Legitimum honorem usurpare* puto esse, facere, quod ante factitatum fuerat, et una cum nominibus Deorum nomen Philippi pronunciare: quod ut fieret, ei honoris causa lege datum fuerat. *Usurpare rem*, vel *vocem* est saepe facere vel dicere, faciendo vel dicendo repetere. Livius 2, 40, 11. *Hanc saepe eum exacta aetate usurpasse vocem*. 7, 2, 6. *Accepta itaque res, saepiusque usurpando excitata*. Suet. in Tiber. c. 11. *Mutua cum Graeculis officia usurpans*. DUK. Cl. Crevierio Gronovii conjectura *legitimum omen* eo facilius recipi posse videtur, quia etiam §. 2. vox *honoris* pro *ominis* ante Gelenium perperam intrusa fuerat. Locutionem autem *legitimum omen usurpare* exponit, morem sollemnem sequi in eo omine captando, quod legibus jussum erat. Cum Cl. Dukero tamen vulgatum verius puto. Nam Jupiter quidem, Apollo, et Hercules *ominis* caussa Argivorum praetores pronunciabantur; quod vero Philippo regi lege concessum erat, ut iis nomen ipsius adjiceretur, id non *ominis*, sed *honoris* ejus caussa sancitum fuisse videtur. Achaeos Philippo regi *omnes divinos humanosque honores* decrevisse, Livius infra narrat c. 34, 11.

§. 5. *Larissam eam arcem vocant*] Argorum arcem Larissam fuisse, tradit etiam Stephanus: *καὶ ἀκρόπολις Ἄργοις Λάρισσα*. SIG. Strabo 8, 370. *Ἄκραν δ' ἔχει [ἡ τῶν Ἀργείων πόλις] τὴν καλουμένην Λάρισσαν, λόφον εὐερκῆ μετρίως*. V. etiam 9, 440. Pausan. Corinth. 23. *Τὴν δὲ ἀκρόπολιν Λάρισσαν μὲν καλοῦσι ἀπὸ τῆς Πελασγοῦ θυγατρός*. in Lacon. 17. *Λακεδαιμονίοις δὲ ἡ ἀκρόπολις μὲν ἐς ὕψος περιφανὲς ἐξίσχουσα οὐκ ἔστι, καθὰ δὴ Θηβαίοις τε ἡ Καδμεία, καὶ ἡ Λάρισσα Ἀργείοις*. Ceterum non unam, sed duas arces habuit urbs Argi, quarum altera dicta est *Larissa*; alterius nomen se non meminisse proditum esse, testatur Cellar. 2. Geogr. ant. 13. p. 782. In praecedentibus vox *nocte* exsulat a Lov. 4. Tum *occupat vi collem* Gaertn. *occupavit collem* Voss. In sequentibus Cl. Crevier. conjicit *impositoque ibi praesidio*, pro *positoque*. (* Liv. 40,

Digitized by Google

gio missus, qui excedere urbe juberet, (neque enim pares eos oppidanis solis, qui idem quod Macedones sentirent, nedum adjunctis Macedonibus, esse, quos ne Romani quidem ad Corinthum sustinuissent) primo nihil, nec ducem, nec ipsos movit: post 8
paullo, ut Argivos quoque armatos ex parte altera venientes magno agmine viderunt, certam perniciem cernentes, omnem tamen casum, si pertinacior dux fuisset, videbantur subituri. Aenesidemus, ne flos 9
Achaeorum juventutis simul cum urbe amitteretur,

30, 3.) Caesar. 3. B. Civ. 34. *Deducta Orico legione, quam tuendae orae maritimae posuerat.* Scripti etiam vulgatum tuentur. Denique *lucis initio* Voss. [*signis infectis* Bamb.]

§. 6. *Aenesidemus Elimeus praeerat*] Restituimus *Aenesidemus Dymaeus*, non *Elimeus*. GELEN. Ita et omnes mei, nisi quod Lov. 5. stat pro prisca lectione, et *Clinaeus* legat Voss. litera *d* in *cl* dissoluta. V. ad 10, 24, 2. ubi etiam *el* pro *d* dari vidimus; ex quo *Elimeus*, pro *Dymaeus*, vulgo scriptum erat. *Dimeus* Hearnius ex L. 1. laudavit. Paullo ante *quingenti ferme juvenes* Lov. 3. et 6. Tum *dilecti* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. V. ad 37, 52, 7.

§. 7. *Adhortator a praefecto regio missus*] Ita quidem antiqua editio. Sed melius credo *Ad hos Trator a praefecto*. Ut *Trator* sit nomen viri. GEBH. Non placet ille *adhortator*, Voss. *Ad hos tractor*. Lege *Ad hos orator*. J. FR. GRON. *Hortator* Gaertn. *Ad hos tractor* Lov. 1. *Ad hos trator*, vel *Adhostrator*, Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii N. *Trator* nomen viri alibi non occurrit. [*Ad hos orator* Bamb.] Cum Crevier. igitur Gronovii conjecturam veriorem puto. De voce *orator* v. ad 37, 26, 9.

Solis quidem quod Macedones sentirent] Restituimus *qui idem quod Maced.* GELEN. Corruptum *quidem* servant omnes mei. Paullo ante *excedere urbem* Mead. 1. Quod, si plures codd. idem vellent, non repudiarem. V. ad 2, 37, 8. Sed et vulgatum probum. V. ad 8, 2, 8. [*urbe* omissum in Bamb. spatio relicto.]

§. 8. *Post paullo ut Argivos quoque*] *paullo post* Lov. 2. 6. et Harl. Sed frustra. V. ad 22, 60, 16. Mox *omnem in casum* etc. *videbantur subituri* Lov. 3. quod errantis est librarii, qui *in* pro *tñ* sive *tamen* dedit. Ita variant libri supra 9, 38, 10. [*si* omittit, et *videbatur* legit Bamb.]

§. 9. *Ne flos Achaeorum juventutis simul cum urbe amitteretur*] *amitterentur* Voss. et Lov. 1. quod si in pluribus codicibus reperirem, spernere non auderem. Vel enim *flos juventutis Achaeorum* considerari potest ut conlectivum, quod verbum plurale admittit; qualia multa v. infra ad 35, 26, 9. Vel *flos juventutis simul cum urbe amit-*

Digitized by Google

pactus cum Philocle, ut abire illis liceret, ipse, quo loco ſteterat armatus, cum paucis clientibus
10 non exceſſit. Miſſus a Philocle, qui quaereret, quid sibi vellet? nihil fatus, tantummodo, quum projecto prae se clipeo ſtaret, *in praesidio creditae urbis moriturum se armatum*, respondit. tum jussu praefecti a Thracibus conjecta tela, interfectique omnes.
11 Et poſt pactam inter Achaeos et Romanos societatem duae nobilissimae civitates, Argi et Corinthus,
12 in poteſtate regis erant. Haec ab Romanis ea aeſtate in Graecia terra marique geſta.

terentur accipiendum, ut *duæ cum principibus capiuntur*, de qua locutione v. ad 21, 60, 7. [*pactus a Philocle* Bamb.]

§. 10. *Qui quaereret, quid sibi vellet*] *To sibi* exsulat a Voſſ. et Lov. 1. Sed male. Illud enim pronomen in hac formula eſt sollemne. Supra 3, 35, 5. *Conjecere in eum oculos, mirantes quid sibi vellet*. c. 50, 15. *Quaererent senatus verbis, cujus jussu castra deseruissent? aut quid sibi vellent?* c. 67, 7. *Pro Deûm fidem, quid vobis vultis?* 4, 13, 12. *Primo Quinctius ahnuere, et, quid sibi vellent, rogitare.* 44, 12, 1. *Hostes primum admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet.* Cic. de Senect. 18. *Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intelligo.* Prop. 1, 5, 3.

Quid tibi vis, insane? meos sentire furores?

ubi vide Passer.

Nihil fatus tantummodo etc. *respondit*] Vix Livii videtur viro docto, velletque *nihil statu mutato*, aut *statu motus*. Sed conjungit non conjungenda. Nihil fatus, quum tantummodo projecto prae se clypeo ſtaret, missus eſt a Philocle, qui quaereret, quid sibi vellet? Respondit, se moriturum armatum in praesidio creditae urbis. Ita evolvenda oratio. J. FR. GRON. Quae Gronovius adtulit, ut vulgatae lectioni defensionem pararet, nondum mihi persuadere potuerunt, eam veram esse. *nihil tantummodo* Harl. Lovel. 2. 3. et Gaertn. *in hoc statu modo* Lov. 6. *nihil statu tantummodo* Mead. 1. *nihil statu modo* Voſſ. Lov. 1. 4. et Mead. 2. [Bamb.] ut solus tantum Lov. 5. vulgatum servet, quemadmodum solet, editis adscriptis. Conjecturam viri docti apud Gronov. plurium codicum memoratae lectiones verisimilem reddunt, Si tamen liceret, insuper legerem: *Missis a Philocle, qui quaererent*, vel *Misso a Philocle, qui quaereret, quid sibi vellet? nihil statu mutato*, vel *motus, quum projecto prae se clipeo staret; in praesidio creditae urbis moriturum se armatum, respondit.* Ita periodus quasi rotunda et omnibus numeris perfecta erit. *Nihil statu motus*, ut 8, 18. [?

Digitized by Google

XXVI. In Gallia nihil sane memorabile ab Sex. 1
Aelio consule gestum. quum duos exercitus in pro- 2
vincia habuisset, unum retentum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius proconsul praefuerat, (ipse ei C. Helvium praetorem praefecit) alterum, quem in provinciam adduxit; totum prope annum Cremo- 3
nensibus Placentinisque cogendis redire in colonias, unde belli casibus dissipati erant, consumsit. Quem- 4
admodum Gallia praeter spem quieta eo anno fuit, ita circa urbem servilis prope tumultus excitatus est. Obsides Karthaginiensium Setiae custodiebantur. cum 5

30, 18, 4.] *Equestrem pugnam excitemus, oportet, si turbare ac statu movere volumus.* Petron. 95. *Furca de carnario rapta, statum proeliantis componit.* V. ad 2, 10, 10. Quod Livius *statum*, *stationem* vocat Val. Max. 3, 2, 23. *Solus inmobilem stationis gradum retinens.* Mox *a Crecibus* Lov. 2. *a Chrecibus* Voss. *a Threcibus* Lov. 1. 6. et Mead. 1. [*a Thraecibus* Bamb.] V. ad 37, 33, 3. In fine etiam cap. *Haec ea aestate ab Romanis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb. qui §. 11. *nobilissimae urbes.*]

§. 1. *Nihil sane memorabile ab Sex. Aelio consule gestum: quum* etc.] Haec aliter in aliis distinguuntur. Post *gestum* distinctionem maximam, post *adduxit* minimam, vel mediam pono. DUK. *Τὸ sane* exsulat a Lov. 2. Vox etiam *gestum* deest in Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss. forte quia librarii credebant, id repeti posse ex praecedenti periodo. Sed male. Livium saepissime vocem, quae praecessit, repetere, vidimus ad 1, 3, 9. Distinctionem Cl. Dukeri, quae mihi quoque in mentem venerat, recepi.

§. 2. *Quum duos exercitus in provincia habuisset*] Voss. *duo.* Qualia multa restituimus nostro, et congessimus ad 35, 21, 5. J. FR. GRON. Exc. codicis Voss. mea hic nullam lectionis varietatem memorant. Omnes etiam reliqui servant *duos exercitus.*

Ipse ei C. Aelium praetorem praefecit] In comitiis praetoriis exponendis [c. 7. et 8.] *C. Helvium* nominavit, eique Galliam obtigisse dixit: idem fecit in ejus aedilitate explicanda. Quamobrem hoc quoque loco, pro *C. Aelio*, *C. Helvium* reponendum. SIG. In Pal. pr. initio fuerat *C. Laelium.* factum dein *C. Helium.* GEBH. *C. Lelium* Gaertn. *C. Helium* Lov. 6. a m. 1. *C. Helvium* Voss. Lov. 1. 4. 6. a m. 2. et Mead 2. ut recte Sigonius reposuit. Saepe ita variant librarii. V. ad 30, 18, 15. 32, 7, 13. c. 27, 7. et 34, 10, 1.

§. 3. *Cremonensibus Placentinisque cogendis redire in colonias*] Nec pejus haberet oratio, si deesset *τὸ redire.* J. FR.

Digitized by Google

iis, ut principum liberis, magna vis servorum erat.
6 augebant eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, et ab ipsis Setinis captiva aliquot nationis ejus
7 ex praeda emta mancipia. Quum conjurationem fecissent, missis ex eo numero, qui in Setino agro, deinde circa Norbam et Circejos, servitia sollicitarent; satis jam omnibus praeparatis, ludis, qui Setiae propediem futuri erant, spectaculo intentum
8 populum adgredi statuerant: Setia per caedem et repentinum tumultum capta, Norbam et Circejos occupare. Hujus rei tam foedae indicium Romam ad L. Cornelium Merulam praetorem urbis delatum est.
9 Servi duo ante lucem ad eum venerunt, atque ordine omnia, quae acta futuraque erant, exposue-
10 runt. Quibus domi custodiri jussis, praetor, senatu

GRON. Liv. 43, 15, 7. *Milites ex Macedonico exercitu* etc. *in provinciam cogebant.* V. Jac. Gronov. ad Liv. 35, 19, 6. et Cort. ad Sall. Jug. 84, 2. Omnes tamen mei vocem illam tuentur. Mox §. seq. *est excitatus* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum.

§. 5. *Obsides Karthaginiensium Setiae custodiebantur*] Ab initio hujus libri Signiam ac Ferentinum oppida iis data scripsit Livius; de Setia ibidem nihil, nec interea quicquam. GLAR. V. supra ad c. 2, 4. Mox §. seq. *emta ex praeda mancipia* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Vox *emta* deerat in Voss. et Mead. 1. [*ex praeda* in Bamb. omissa, nec non, sed spatio relicto, *mancipia. Quum conjur.* mox *primum qui in Setino agro* exhibet idem.]

§. 7. *Circa Norbam et Circejos*] *Norbem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Mogunt. et hic, et mox §. seq. Praeterea *Cercolos* Lov. 3. *Cerceolos* Lov. 6. *Ceroeolos* Voss. *Cornellos* Lov. 1. *Corcellus* Gaertn. *Circelos* Lov. 2. et 4. *Cereelos* Harl. et Mead. ambo. [*Nobae et Cerceios* Bamb.] At §. seq. *Cercilos* Voss. Lov. 1. et Mead. ambo. *Cercillos* Lov. 3. *Cercellos* Harl. *Circelos* Lov. 2. *Circilos* Lov. 4. *Circeolos* Lov. 6. *Corcellos* Gaertn. Insuper in *ludis* Harl. Male. V. ad 2, 36, 1. Tum *spectaculo intuentium populum adgredi* Lov. 1. 3. 6. et Voss. [*Setiae per caedem* Bamb. *Norbam et C. occupare* omittit idem, spatio trium linearum relicto.]

§. 8. *Hujus rei tam foedum indicium*] Restituimus *Hujus rei tam foedae*, non *foedum*. GRLEN. Firmant hanc emendatio-

Digitized by Google

vocato edoctoque, quae indices adferrent, proficisci
ad eam conjurationem quaerendam atque obprimen-
dam jussus, cum quinque legatis profectus, obvios 11
in agris sacramento rogatos arma capere et sequi
cogebat. Hoc tumultuario delectu duobus millibus 12
ferme hominum armatis, Setiam, omnibus, quo
pergeret, ignaris, venit. ibi raptim principibus con- 13
jurationis comprehensis, fuga servorum ex oppido
facta est. dimissi deinde per agros, qui vestigarent.
Egregia duorum opera servorum indicum et unius 14
liberi fuit. Ei centum millia gravis aeris dari Patres
jusserunt: servis vicena quina millia aeris, et liberta-
tem. pretium eorum ex aerario solutum est dominis.
Haud ita multo post, ex ejusdem conjurationis reli- 15
quiis, nunciatum est, servitia Praeneste occupatura.

nem plerique codd. aliorum vestigia eodem ducunt. *fide* enim est in Lov. 1. *facile* in Gaertn. Solus Lov. 5. *foedum* servat. [*Servitia huius recitam foedae* Bamberg.] Paullo ante *per terrorem et repentinum tumultum* Lov. 1. *per caedem et tumultum* Harl.

Ad L. Cornelium Lentulum] *ad L. Cornelium Merulam* legendum, siquidem recte legitur ab hujus anni initio, ubi magistratus creantur. Lector ipse dispiciat, uter ex altero locus sit emendandus. GLAR. In comitiis praetoriis explicandis [c. 7. et 8.] *L. Cornelium Merulam* praetorem urbanum scripsit: quo pacto legendum esse, ostendit consulatus ejus, qui sequitur, in quo *Merulae*, non *Lentuli*, cognomine afficitur non solum apud Livium, sed etiam in tabulis consulum Capitolinis. SIG. Cognomen deest in Gaertn. Reliqui [cum Bamb.] servant *Lentulum*. Sed, *Merulam* legendum, docet etiam Pigh. in Ann. ad ann. 1DLV. p. 250. addens, eumdem errorem, qui in codd. Livii residet, etiam dimanasse in Zonar. 9. Ann. 16. Mox §. seq. *quae acta fuerant, exposuerunt* Voss. *quae acta fuerant erantque, exposuerunt* Lov. 1.

§. 12. *Hoc tumultuario delectu*] *dileetu* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. V. infra ad 37, 51, 7. [§. seq. *dimissis* legit Bamb. *qui vestigarent*, spatio relicto, omittens.]

§. 14. *Ei centum millia gravis aeris dari Patres jusserunt: servis vicena quina millia aeris*] De hoc loco varie egerunt Salmas. de Usur. 19. p. 574. Kuster. in Diatr. Antigronov. p. 67. et Perizon. Diss. de Aere gravi §. 18. et 24. qui videndi. Octo posteriora vocabula desunt in Gaertn. propter repetitionem *τοῦ aeris*,

Digitized by Google

16 Eo L. Cornelius praetor profectus, de quingentis fere hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumsit. in timore civitas fuit, obsides captivosque
17 Poenorum ea moliri. Itaque et Romae vigiliae per vicos servatae; jussique circumire eas minores magistratus: et triumviri carceris lautumiarum inten-
18 tiorem custodiam habere jussi: et circa nomen Latinum a praetore literae missae, ut et obsides in privato servarentur, neque in publicum prodeundi facultas daretur; et captivi ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia, quam in carceris publici, custodia essent.

1 XXVII. Eodem anno legati ab rege Attalo coro-

V. ad 9, 11, 11. *gravis aeris dare jusserunt Patres* legunt Lov. 1. 3. et Voss. *gravis aeris dari jusserant Patres* Lov. 6. [§. seq. *Haut multo ita post ejusdem* Bamb.]

§. 16. *De quingentis fere hominibus*] *de VI^c fere hominibus* Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii N. Mox *qui in ea noxia erant*, pro *noxa*, Lov. 5. et ed. Camp. Eodem sensu *noxam* et *noxiam* usurpari, vidimus ad 2, 54, 10. et 8, 28, 8. Codicum igitur turba, vulgatum servans, nihil mutandum suadet.

§. 17. *Jussique circumire eam minores magistratus*] *eas* lege, ut ab *vigilias* referatur. GELEN. *eam* solus habet Lov. 5. *eis* Lov. 2. eamdem vocem ignorat Lov. 6. Reliqui Geleaii emendationem probant. Deinde *in mores magistratus* Lov. 1. *juniores magistratus* Voss. et Lov. 6. Male. 39, 16, 13. *Vigiliarum nocturnarum curam per urbem minoribus magistratibus mandavimus.* *Minores* et *Juniores* saepe in Mstis commutantur. V. ad 6, 27, 10. Similitudo ductuum literarum *min* et *iuni* erroris causa exstitit.

Triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam habere jussi] Ex eo, quod *carceris* additur, satis intelligitur, triumviros capitales designari. Sic et alii scriptores, quorum loca habet doctiss. Massonus in vita Ovidii anno xx. Quum sine alio nomine muneris simpliciter *triumviros* dicunt, fere aliquid addunt, unde appareat de triumviris capitalibus agi. Hinc consequens est, pace ejusdem viri Clariss. dictum volo, ex iis non liquido probari, quod de se scribit Ovidius 4. Trist. 10, 34.

Eque viris quondam pars tribus una fui.

de iisdem accipiendum esse, quum poëta nihil omnino addat, e quo id colligi possit. *Carceris* etsi in hoc loco Livii supervacuum

Digitized by Google

nam auream ducentùm quadraginta sex pondo in Capitolio posuerunt, gratiasque senatui egerunt, quod Antiochus, legatorum Romanorum auctoritate motus, finibus Attali exercitum deduxisset. Eadem 2 aestate equites ducenti, et elephanti decem, et tritici modiùm ducenta millia, ab rege Masinissa ad exercitum, qui in Graecia erat, pervenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni commeatus et vestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, Sar- 3 diniam M. Porcius Cato obtinebat; sanctus et innocens, asperior tamen in foenore coërcendo habitus. Fugatique ex insula foeneratores, et sumtus, 4 quos in cultum praetorum socii facere soliti erant,

esse, et explicandi caussa ab aliquo adscriptum videri potest, eo quod Livius et alii plerumque tantum *lautumias*, non *carcerem lautumiarum* dicunt, tamen nihil contra libros veteres tentandum, et satis Latine dici *carcer lautumiarum* arbitror. DUK. *trecentiviri carceris* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. quem errorem auget Lov. 3. *trecentis viris carceris* legens. V. ad 6, 3, 8. Tum *latumiarum* Voss. et Lov. 1. ac 6. *latomiarum* Gaertn. *lautumarum* Harl. V. ad 37, 3, 8. Ad eam vocem in ipso contextu Voss. et Lov. 1. additur haec interpretatio, *id est, vinculorum seu cathenarum.*

§. 18. *Captivi ne minus decem pondo compedibus vincti*] *captivi minimis* Lov. 1. *captivi non minus* Voss. et Lov. 6. Non placet. V. ad 38, 24, 5.

§. 1. *Coronam auream CCXLVI pondo*] Quae notis numeralibus in Mstis et edd. indicantur, ita evolvit Gaertn. *coronam auream ducentorum quadraginta sex pondo*, quasi *pondo* esset neutrum plurale indeclinabile, quod hic casu secundo accipiendum esset: quem errorem multis profligavit J. Fr. Gronov. 1. de Pec. Vet. 6. et 7. ex cujus sententia hic dedi *ducentûm quadraginta sex pondo.* Lov. 1. addita voce scribit *pondo auri.* Frustra. [Mox *egere* Bamb.] Paullo post vox *Romanorum* deest in Hearnii L. 1. *Romanorum legatorum auctoritate*, et tum *deduxit* legit Harl.

§. 2. *Ad exercitum, qui in Graecia erat, pervenerunt*] *pervenerant* Voss. Lov. 1. 3. 5. et edd. ante Aldum. [*et elephantes decem* Bamb. qui *missa. Siciliam M.* omittit, spatio relicto.]

§. 4. *Sumtus, quos in cultum praetorum* etc.] Haec res ab avaritia et libidine praetorum orta est, quae deinde quidem multis legibus coërcita est, nec tamen umquam satis reprimi potuit. V. Cic. pro L. Manil. 5. et

Digitized by Google

5 circumcisi, aut sublati. Sex. Aelius consul ex Gallia comitiorum caussa Romam quum rediffet, creavit consules C. Cornelium Cethegum et Q. Minucium
6 Rufum. Biduo poft praetorum comitia habita. Sex praetores illo anno primum creati, crescentibus jam
7 provinciis, et latius patescente imperio. creati au-

13. Sigon. 2. de Ant. jur. Prov. 5. et Burmann. de Vectig. Pop. Rom. 2. DUK. V. Plut. in Cat. Maj. p. 339. Mox *circumscissi* Gaertn. sollemni scribarum mutatione. V. ad Epit. Liv. 57.

§. 5. *Creavit cos. Cn. Cornelium Cethegum*] *C. Cornelium* legendum eft ex Cap. consulatu. SIG. Consuli huic praenomen *Cn.* vel *Cnaei* tribuunt etiam Lov. 2. 4. 5. Mead. 1. et Gaertn. V. supra hoc lib. c. 7, 14. Praenomen autem exsulat a Voff. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Sed recte Sigon. emendavit *C. Cornelium*, quomodo etiam vocatur Ciceroni in Brut. 18. *Docuisse autem fabulam annis post undecim*, *C. Cornelio*, *Q. Minucio consulibus*. Et ita etiam cap. seq. §. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et alii; ubi praenomen in Lov. 6. a m. 2. deletum est tanta cura, ut prioris lectionis vestigia non adpareant; *consule Cornelio* legunt Voff. et Lov. 1. V. ad §. 7. Admodum hic neglegens fuit Gruter. qui, quum hoc loco Sigonii emendationem recepisset, id facere omisit c. 28, 1. et 33, 23, 1. 4. Crevierius demum ubique ei *Caji* praenomen restituit.

§. 7. *L. Manlius Volso*] *Vulso* vet. lib. Cap. tab. et Appianus in Syriac. [p. 113.] *Μάνλιον* etiam *Βούλσωνα* edit. SIG. V. eumdem ad 22, 35, 1. Ceterum praenomen socordia scribarum omittitur in Voff. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [Bamb.]

Cn. Sempronius Tuditanus] Sequenti libro [c. 42, 5.] hic idem dicitur *T. Sempronius*. Ego *C. Semponius* lego. Nam *Tuditanorum* hoc frequentissimum praenomen eft, neutrum eorum contra. patrem aut avum hunc esse reor *C. Sempronii C. F. C. N. Tuditani*, qui triumphavit de Japudibus anno DCXXVI. Ex lap. Cap. SIGONIUS. *Q. Sempronius* Hearnii L. 1. quo etiam praenomine gentem Semproniam usam esse non invenio. Sed *C. Sempronius*, ut Sigon. legendum monuit, recte lib. 33, 25, 9. et 42, 5. exhibet ed. Mogunt. in qua primum illa pars historiae Livianae adparuit. Eo hic etiam ducunt Voff. et Lov. 1. *Consul Sempronius* scribentes. Praenomen enim *C.* sive *Cajus* et vocem *Consul* librarios confudisse, vidimus ad 22, 14, 13.

M. Sergius Silus] *M.' Sergius* argentei nummi. SIG. Sigonii emendationem Gronov. recepit, et poft eum reliqui recentiores. Saepe ita lapsos effe scribas, ut praenomen *Manius* sive *M.'* mutarint in notius *Marcus* sive *M.* supra vidimus ad 27, 25, 2. Utrum tamen eodem modo etiam hic errarint, merito dubitatur. Nummo, quem se vidisse Sigonius testatur, controversiam non moveo, sed ei obpono illos, quos Patin. in Famil. Rom. et Beger. in Thes. Brand. vulgarunt cum

Digitized by Google

tem hi, L. Manlius Vulso, C. Sempronius Tuditanus, M. Sergius Silus, M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius. Sempronius et Helvius ex iis aediles plebis erant. curules aediles Q. Minucius Thermus et Ti. Sempronius Longus. Ludi Romani eo anno quater instaurati. 8

hac epigraphe: *M. SERGIVS. SILVS.* Quum igitur utrumque praenomen in nummis obcurrat, ex illis Sigonius pro conjectura sua nullum argumentum petere potest. Gens etiam Sergia utroque praenomine usa est. De *Manio* constat ex illis, quae notantur ad 4, 61, 4. *Marci Sergii* plures apud Livium obcurrunt. Ergo neque inde aliquid certi statui potest. Nihil igitur restat, quam ut Mssi arbitri adsumantur, quorum nonnulli hic *M. Sergius* exhibent, at totidem literis *Marcus Sergius* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 1. Ob haec igitur pristinam lectionem *M. Sergius* loco restitui et hic, et alibi, ubi a Sigonio et Gronovio mutata est. Ceterum Pighius in Ann. ad ann. 1014. p. 253. conjicit, hunc esse celebrem illum M. Sergium, Catilinae proavum, cujus insignem fortitudinem quum alii, tum etiam Plinius pluribus celebrat 7. Hist. Nat. 28. Ad quem locum Harduinus similem superius laudatis nummum ex museo suo proferens contendit, Valer. Max. et alios, *Silum* gentis Sergiae cognomen esse existimantes, magnum errorem commisisse; τὸ *SILVS* enim esse quinque vocum primas literas hac sententia: *Sergius Italiam Liberavit Vicies Sexies.* Non enim *Silus*, sed *Silo*, gentis alicujus cognomen fuisse, teste Plin. 11. H. Nat. 87. Sed videat, quid tribuendum sit huic argumento: Plinius testatur, quosdam *Silonum* cognomen habuisse; ergo *Silus* non est inter cognomina Romana. Objicerem *C. Albutium Silum*, cujus vitam describit Suet. in Clar. Rhetor. 6. et Seneca saepius meminit in Controv. nisi crederem, hos ex ejus sententia eodem errore lapsos esse, quo Val. Max. et alii. Potius igitur hic referendus est *C. TERENTIVS. SILVS* in lapide apud Gruter. 1000XLIII, 2. Utrumque igitur inter cognomina Romana fuisse puto *Silus* et *Silo*, quemadmodum *Catus* et *Cato*.

M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius] Omnia haec deerant in Voss. Eadem simul cum sequenti voce *Sempronius* non comparent in Lov. 1. neque τὸ *Silus, M. Helvius, M. Minucius* in Lov. 6. neque *M. Helvius* in Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui eorum loco reposuit *M. Aelius*, consentiente Lov. 2. quod probat Glarean. ad 34, 10, 1. *Marcellus Aelius* legit Gaertn. *Marcellus Elvius* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Marcellus Helius* Mead. 1. *Marcellus Helvius* Lov. 4. *M. Helius* Harl. V. ad cap. praec. §. 2. Tum plerique codd. et edd. *Attilius, Acilius, Acilius, Actilius*, pro quo recte Gronov. anno 1665. *L. Atilius* edidit. V. ad 5, 13, 3.

§. 8. *Aediles curules Q. Minucius Thermus et T. Sempronius Longus*] *Ti. Sempronius* ex consulatu Capitolino, qui sequitur. SIG. V. ad 34, 42, 3. ex-

Digitized by Google

1 XXVIII. C. Cornelio et Q. Minucio consulibus, omnium primum de provinciis consulum praetorum-
2 que actum. Prius de praetoribus transacta res, quae transigi sorte poterat. urbana Sergio, peregrina jurisdictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Helvius
3 ulteriorem est sortitus. Consulibus Italiam Macedoniamque sortiri parantibus, L. Oppius et Q. Fulvius tribuni plebis inpedimento erant, *quod longinqua*
4 *provincia Macedonia esset: neque ulla alia res majus bello inpedimentum ad eam diem fuisset, quam quod, vixdum inchoatis rebus, in ipso conatu ge-*
5 *rendi belli prior consul revocaretur. Quartum jam annum esse ab decreto Macedonico bello. Quaeren-*

rules aediles Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. ant. Idem voluerunt Voss. et Lov. 1. scribarum errore *curules edens* praeferentes. Aldus demum *aediles curules* dedit; quo tamen abstinere potuisset. V. ad 4, 59, 11.

§. 2. *Quae transigi sorte poterat*] *transigi forte poterat* Gaertn. V. ad 38, 40, 13. *transigi poterat sorte* Lov. 6. a m. 1. *transigi poterat*, omissa media voce, Voss. et Lov. 1. [*Sardiniam Acilius* Bamb. et mox *Hispanias.*] Mox §. seq. voces *tribuni plebis* desunt in Lov. 1. 6. a m. 1. et Voss.

§. 4. *Vixdum inchoatis rebus*] *vix inchoatis* Voss. et Lov. 1. Male. 9, 42, 7. *Postero die vixdum luce certa.* 10. 11, 1. *Vixdum ingressus hostium fines.* c. 32, 7. et 28, 14, 8. *Vixdum satis certa luce.* 21, 3, 2. *Hunc vixdum puberem Hasdrubal literis ad se arcessierat.* 34, 1, 1. *Inter bellorum magnorum aut vixdum finitorum, aut inminentium curas.* 39, 42, 12. *Quum is vixdum serio adnuisset.* 43, 4, 10. *Vixdum se ad consulem pervenisse.* 44, 5, 1. *Progressis vixdum quatuor millibus passuum.* c. 40, 2. *Vixdum compositos adgressurus erat.* et saepius [ante *inpeditum ad eam* Bamb. mox *belli gerendi.*]

§. 5. *Quartum jam annum esse ab decreto Macedonico bello*] *ab edicto Macedonico bello* Lov. 2. Harl. Lov. 6. pro varia lectione, et Mead. 1. in contextu. Dedissent saltem *ab indicto Macedonico bello.* Sed nihil muto. 34, 24, 7. *Quum omnes bellum decressent.* [*rege et exercitu* et *infecta re* Bamb.]

§. 6. *Si aut maturius in provinciam venisset, aut hiems magis sera*] Prius *aut* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et

Digitized by Google

do regem et exercitum ejus Sulpicium majorem partem anni absumsisse. Villium, congredientem cum hoste, re infecta revocatum. Quinctium, rebus divinis Romae majorem partem anni retentum, ita gessisse tamen res, ut, si aut maturius in provinciam venisset, aut hiems magis sera fuisset, potuerit debellare. Nunc prope in hiberna profectum, ita comparare dici bellum, ut, nisi successor inpediat, perfecturus aestate proxima videatur. His orationibus pervicerunt, ut consules in senatus auctoritate fore dicerent se, si idem tribuni facerent. Permittentibus utrisque liberam consultationem, Patres consulibus ambobus Italiam provinciam decreverunt. T. Quinctio prorogarunt imperium, donec successor ei

6 7 8 9

Gaertn. Paullo ante *majore parte anni* Lov. 1. et 3.

§. 7. *Nunc prope in hiberna profectum*] Cl. Crevier. vel *nunc prope* exponit non ita pridem, hoc ipso prope tempore: vel, quod longe praestare judicat, scribendum conjicit *nunc quoque*: ut sensus sit, non modo Quinctius bene res gessit priore anno, sed nunc quoque ita comparat bellum, ut perfecturus proxima aestate videatur: similique modo vocem *quoque* male mutatam esse in *prope* 28, 39, 6. Ejus mutationis alia exempla v. ad 38, 17, 6. Mihi autem haec conjectura itidem verior videtur. Mox *apparare dici bellum* Lov. 6. *comparari dici bellum* Lov. 3. [§. seq. *si idem trib; pl. facerent.* et *virisque*, pro *utrisque*, Bamb.]

§. 9. *T. Quinctio prorogarunt imperium*] Ferratius 3. Epist. 9. scribit, Patres non jure suo prorogasse imperium T. Quintio, (nam hoc populi erat) sed quia tribuni plebis rem illam judicio Patrum permiserant. Non recte hoc accepit vir doctissimus. Consules sibi a senatu Italiam et Macedoniam provincias decerni volebant, tribuni plebis Quintio imperium in Macedonia prorogari. Quum utrique liberam consultationem senatui permisissent, *Patres* consulibus ambobus Italiam provinciam decreverunt, Quintio *imperium* in Macedonia *prorogarunt*, id est, a populo prorogandum censuerunt, ac decreverunt. 30, 2, 4. *Parem navium numerum Cn. Octavio, praetori item prioris anni, cum pari jure imperii ad tuendam Sardiniae oram Patres decreverunt.* Imperium decernebat senatus, prorogabat populus, quod et ipsa vox *prorogare* indicat, et decretum senatus de prorogando imperio sequebatur rogatio ad populum,

Digitized by Google

veniſſet. Consulibus binae legiones decretae, et ut bellum cum Gallis Cisalpinis, qui defeciſſent a popu-
10 lo Romano, gererent. Quinctio in Macedoniam supplementum decretum, peditum quinque millia et trecenti equites, et sociorum navalium tria millia.
11 Praeeſſe idem, qui praeerat, claſſi L. Quinctius Flamininus juſſus. Praetoribus in Hispanias octona millia

qua imperium ex decreto senatus prorogabatur. Hoc dudum docuit Sigonius 2. de Antiq. jur. Prov. 1. ex Livii 27, 22. et 29, 13. et recte tradit ipse Ferratius ex Livii 8, 23. et 10, 22. quibus facile plura addi possent. Et sic intelligenda esse omnia loca, quibus *imperia prorogata* dicuntur, nulla facta mentione plebisciti, cum ex re ipsa, tum ex eo apertum eſt, quod, quum 27, 7, 8. scribat, *M. Claudio prorogatum in annum imperium*, deinde c. 21, 3. id *a populo* factum dicat. Si vera esset caussa, propter quam Quintio imperium a senatu, non a populo prorogatum putat Ferratius, idem dicendum foret de eo, quod Livius 9, 42, 2. *senatum* Fabio *imperium prorogasse* scribit. Sed hoc nulla veri specie fingi poteſt. DUK. *prorogaverunt* Lov. 3. et Harl. Tum *successor sibi venisset*, pro *ei*, Gaertn. *successor ejus venisset* Lov. 3. Male. V. ad h. lib. c. 6, 4. [*successor ex s. c. venisset* Bamb.] Deinde *binae hinc legiones* Harl. *legiones binae* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum. Tandem *cum Gallicis Alpinis* Voſſ. Lov. 1. 4. et Mead. 2. [Bamb.]

§. 10. *Supplementum decretum, peditum quinque millia et trecenti equites, et sociorum*] *supplementum decretum peditum, trecenti equites* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. cum Hearnii L. 1. et N. [.VI. *peditum* CCC· *equites* Bamb.] *supplementum decretum peditum, et trecenti equites* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Adparet, numerum scriptum fuisse per notam *VCIↃ*, aut *IↃↃ*, eamque, ut incognitam, a librariis omissam esse. (* v. ad 45, 16, 3.) Idem in notis numeri quingenarii et millenarii evenisse, videbimus infra ad 37, 40, 11. et 39, 42, 3. Prius *et* deficit in Lov. 5. et edd. ante Ald. Poſterius in iisdem, ut et Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. a m. 1. et Mead. 2. [Bamb. qui insuper *millia tria. Praeesse eidem* etc. *T. Quintius.*]

§. 11. *Praetoribus in Hispanias octona millia peditum sociûm ac Latini nominis data, et quadringenti equites*] *in Hispania* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. sec. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. Hispania enim in duas provinciae citeriorem et ulteriorem divisa erat. V. ad 30, 30, 13. *in Hispanias* igitur, ut supra b. o. *Quinctio in Macedoniam supplementum decretum*. 37, 50, 12. *Plautio Hypsaeo in Hispaniam citeriorem mille Romani dati sunt pedites.* V. J. Fr. Grònov. ad 42, 1, 2. Insuper *quadrigeni equites* Voſſ. Lov. 1. 4. 6. a m. 1. et Mead. ambo. *quadrageni* Lov. 3. 6. a m. 2. et

Digitized by Google

lia peditum sociùm ac Latini nominis data, et quadringenti equites, ut dimitterent veterem ex Hispaniis militem: et terminare jussi, qua ulterior citeriorve provincia servaretur. Macedoniae legatos P. 12
Sulpicium et P. Villium, qui consules in ea provincia fuerant, adjecerunt.

XXIX. Priusquam consules praetoresque in pro- 1
vincias proficiscerentur, prodigia procurari placuit:

Gaertn. Ex reliquis nihil in excerptis notatur. Editi etiam partim *quadringenti*, partim *quadrageni*, partim *quadrigeni* legunt, Aldus *quadringeni*, quod obtinuit usque ad Basil. qui anno 1539. *quadringenti* revocarunt. Ceterum Pighius in Ann. ad ann. CLVI. p. 254. Livium ita interpretatur, quasi cuique praetorum, cui Hispaniae obvenerunt, decreta sint quatuor millia peditum, ducenti equites, adeoque ambobus octo millia peditum, quadringenti equites. Id autem ut ex verbis Livii efficiatur, pro *octona millia* legendum est *octo millia*. Contra Cl. Crevier. pro *quadringenti equites* scribendum conjicit *quadringeni*. Unde sequitur, eum putasse, cuique duorum praetorum octo millia peditum, quadringentos equites data esse. Huic potius sententiae calculum adjicio, quia id suadent codices: partim enim omnes constanter *octona millia* legunt; partim quidam eorum, quorum varias lectiones paullo ante recensui, non obscure indicant, olim *quadringeni* scriptum fuisse. [*quadringeni* Bamberg.] In reliquis autem, qui *quadringenti* servant, numerus distributivus mutatus est in cardinalem; quem errorem frequenter librarii in Mstis Livii commiserunt. V. ad 4, 45, 2. 7, 25, 8. 8, 8, 14. 9, 19, 2. 32, 17, 2. 34, 45, 1. c. 50, 6. 37, 39, 7. Et quidem eo facilius in hunc errorem incidere potuerunt, quod quum numerus notis scriptus esset, eas evolvendi rationem minus adsecuti sunt. Ita viros doctos etiam, qui Livium ediderunt, lapsos esse, videbimus infra 41, 14, 10. 42, 1, 2. c. 61, 2. et 43, 12, 4. Ut autem vel *octo millia*, pro *octona*, vel *quadringeni equites*, pro *quadringenti*, legamus, sana loquendi ratio exigere videtur; quae non permittit, ut numeri distributivus et cardinalis inter se conjungantur. Pauca quidem apud Livium loca obcurrunt, in quibus tamen id factum videmus. Exempla v. 21, 17, 5. 22, 58, 4. 38, 35, 9. et 45, 42, 3. quae scribarum errore infecta esse censeri debent. Vide, quae ad illa loca notantur. Unum illud sententiae, quam probavi, objici potest, cuique praetori octona millia peditum et quadringenos equites decerni, nimium esse, si conferatur numerus hic cum eo, qui anno proximo praetoribus Siciliam et Sardiniam sortitis concessus est supra hoc lib. c. 8, 7. *Marcello in Siciliam quatuor millia peditum sociùm Latini nominis et trecentos equites: Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, ducentos equites: ita ut hi praetores ambo* etc. *veteres dimitterent pe-*

Digitized by Google

quod aedes Vulcani Summanique Romae, et quod
2 Fregellis murus et porta de coelo tacta erant: et Frusinone inter noctem lux orta: et Asculo agnus biceps cum quinque pedibus natus: et Formiis duo lupi, oppidum ingressi, obvios aliquot laniaverant: Romae non in urbem solum, sed in Capitolium pe-
3 netraverat lupus. C. Acilius tribunus plebis tulit, ut quinque coloniae in oram maritimam deducerentur: duae ad ostia fluminum Vulturni Liternique:
4 una Puteolos: una ad castrum Salerni. His Buxen-

dites equitesque. At forte in illis provinciis pauciores fuerunt milites veteres, quam nunc in Hispaniis, et hinc pauciores illis, qui exauctorarentur, subficiendi erant. Considerandum etiam est, Siciliam et Sardiniam fuisse provincias perpacatas; at in Hispania utraque bellum adhuc gestum, et hinc firmiori exercitu opus fuisse. [*nominis Latini* Bamb.]

§. 1. *Quod et Fregellis murus et porta*] Alii *et quod Fregellis.* Utroque deleto placet *quod aedes Vulcani Summanique Romae, Fregellis murus et porta de coelo tacta erant.* J. FR. GRON. Lectio haec primum adparuit in Froben. anni 1535. Priores cum omnibus Mstis, quibus usus sum, et Hearnii L. 1. et *quod Fregellis*; quomodo edi curavi. Quamvis enim non displiceat Gronov. conjectura, duas tamen voces, quas delendas censuit, cum Clerico ex contextu ejicere non sustineo. Posses etiam *Fregellis et murus et porta*, iisdem vocibus deletis. [ante *consules praetoresve* Bamb. et *Fregenis* pro *Fregellis*]

§. 2. *Et Frusinone inter noctem lux orta*] Hic quoque doctus vir, ut paupertati Latinae linguae consulat, refingit *internoctu.* Cur non etiam 43, [18, 7.] *Quum sine intermissione interdiu noctuque alii aliis succedentes.* Adeo autem verum est, *noctu* et *noete* id esse, quod ille vult *internoctu*, ut hoc modo noster et *luce* dixerit pro interdiu, 38, 36, 4. *Quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant.* J. FR. GRON. Vir doctus, quem Gronov. refellit, est Freinsh. ut docet ad Gellii 3, 2. V. ad 29, 14, 3.

Asculo agnus biceps] Si grammaticorum canones sequimur, dicendum est *Asculi. natus erat*, hoc enim supplendum est, *Asculi*, non *Asculo.* Alia ratio est, quum prodigia nunciata scribit. 26, 23, 5. *Et Anagnia et Fregellis nunciatum est, murum portasque de coelo tactas.* 28, 11, 2. *Ab Antio nunciatum est.* Et 31, 1. 43, 13. DUK. [*Aefulo* pro *Asculo*, et *Formis*, mox *Capitolio* Bamb.]

§. 3. *C. Acilius tribunus plebis tulit*] *Consul Acilius tulit* Voss. et Lov. 1. 2. 3. 4. ac 6. *Consul Atinius tulit* Mead. 2. *Consul Minutius tulit* Gaertn. *Con-*

Digitized by Google

tum adjectum. trecenae familiae in singulas colonias jubebantur mitti. triumviri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati, M. Servilius Geminus, Q. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Delectu rebusque aliis divinis huma- 5
nisque, quae per ipsos agenda erant, perfectis, consules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad 6
Insubres via, qui tum in armis erant, Cenomanis adsumtis, Q. Minucius in laeva Italiae ad inferum mare flexit iter, Genuamque exercitu abducto, ab Li-

sul Q. Minucius tulit Harl. *Consul* et *C.* sive *Cajus* passim confundi, vidimus ad 22, 14, 13. *Consulatum is tulit* Mead. 1. Insuper *Atilius*, *Actilius*, *Attilius* varii codd. [*Atinius* Bamb. mox *Puteolu*': *ad castr. Alemi* omisso *una* et mox *adjectum*. idem.]

§. 4. *Tricenae familiae in singulas colonias jubebantur mitti*] Voss. et S. Vict. *trescentenae*. Thuan. *trecentenae*. JAC. GRON. *tricenae*, id est triginta, *familiae* possunt accipi, quae omnes explerent numerum trecentorum capitum. nam 34, 45, 1. *trecenos homines* in singulas deductos tradit. Hae coloniae maxime deductae videntur ad ea loca incolis frequentanda; quae, quum ante tantum castra et praesidia fuissent, deinde oppidorum speciem ac nomen acceperunt. Hoc quum de Vulturno, Puteolis, et Salerno satis constet ex scriptoribus, quos de iis agens laudat Cellarius in Geogr. ant. Liternum quoque et Buxentum ejusdem conditionis fuisse credi potest. DUK. *tricenae* ita omnino exponendum foret, ut Cl. Dukero visum est, nisi aliud codd. et edd. vett. vellent. Nunc vero ea lectio in nullo exstat cod. nisi forte in Mead. 1. ex quo nihil in excerptis notatur. Sed *trescentenae* praeferunt Lov. 1. et Gaertner. *trecentenae* Lov. 2. 3. 6. et Hearnii L. 1. quod Crevier. recepit. Sed de eo v. ad 45, 16, 3. *trecenae* Lov. 4, 5. Harl. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. Tarvis. utraque, et aliae, quod pro vero in contextum admisi. Solent autem *triceni* et *treceni* ab indoctis librariis commutari. V. ad 40, 34, 8. Per *homines* igitur 34, 45, 1. intelligendi patres familiae. Vox *colonias* deest in Gaertner. Mox *magistratus haberent*, pro *magistratum*, Harl. Deinde cognomen *Geminus* exsulat a Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§. 5. *Quae per ipsos agendae erant*] Scripti et Andreas cum Aldina *quae per ipsos agenda erant*. Ut apud Sallust. [Jug. 41.] *Abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt*. De quo aliquid 3. Observ. 2. J. FR. GRONOV. *agenda erant* omnes etiam codd. mei, Hearnii L. 1. N. et edd. antt. usque ad Frob. anni 1531. quae prima perperam *agendae* substituit. Supra c. 10, 3. *Redderet res, quae comparerent; ceterorum aequo arbitrio*

Digitized by Google

7 guribus orsus est bellum. Oppida Clastidium et Litubium, utraque Ligurum, et duae gentis ejusdem civitates, Celelates Cerdiciatesque, sese dediderunt. Et jam omnia cis Padum, praeter Gallorum Bojos,
8 Ilvates Ligurum, sub ditione erant. quindecim oppida, hominum viginti millia esse dicebantur, quae se dediderant. Inde in agrum Bojorum legiones duxit.

1 XXX. Bojorum exercitus haud ita multo ante trajecerat Padum, junxeratque se Insubribus et Ce-

aestimatio fieret. V. supra ad 2, 5, 4, 4, 54, 4. et Cortium ad d. l. Sallustii.

§. 6. *Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orsus est bellum*] Ant. ed. *adducto.* Pal. pr. *geminaque exercitu educto.* alter *geminaque exercitu ducto.* GEBH. *Genuamque exercitu deducto* Voss. a m. 1. *geminoque exercitu educto* Lov. 1. 6. et Gaertn. *Genuamque exercitu edocto* Hearnii L. 1. *Genuamque exercitu educto* Voss. a m. 2. Lov. 3. 4. et Mead. ambo. [Bamb. qui ante *reflexit iter*] *Genuamque exercitu ducto* Lov. 2. et Harl. *Genuamque exercitu adducto* edd. principes, pro quo *abducto* substituit Mogunt. Recte, si ex scriptis. 27, 29, 1. *Exercitum M. Marcellum tribunum militum Venusiam abducere jussit.* ubi plura vide. Deinde *ceptum est bellum* Lov. 4. quod est ex glossa. Supra 31, 40, 6. *Apolloniam, unde orsus bellum erat, copias reduxit.* (* ubi vide.) *orsus bellum est* Lov. 1. 3. 4. 6. Voss. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.]

§. 7. *Oppida Clastidium et Litubium, utraque Ligurum*] *Clastidii* etiam 21, [48, 9.] mentio est, sed in Gallia, sed non longe a Trebia fluvio. *Litubium* nusquam, ut puto, reperias: sicut neque *Celelates Cerdiciatesque, Ilvates* insulares noscimus, Ligures non item, ut antea [ad 31, 10, 2.] admonuimus. Quae ideo admonemus, ut lectores etiam hoc in loco vetusta exemplaria eo diligentius inspiciant. Nam quaedam sunt, quae, quantumvis vel diligentia vel studio lucteris, nequaquam tamen discutere absque exemplarium auxilio valeas. De me loquor, quod expertus sum; credo tamen idem aliis videri: de cordatioribus loquor. Sed sunt quidam, qui nusquam haerent. his tam felicibus nostra haec non scribuntur. GLAR. Hoc loco, ubi *Clastidium* deditur, Ligurum esse dicitur. Paullo post [c. 31.] ubi incenditur, Gallorum est. Aut igitur duo *Clastidia* sunt, aut certe in *Clastidio Ligurum* est aliquid vitii. Nam de *Gallico Clastidio* ad Ticinum dubitari non potest. De quo Polybius 2, [34.] et caeteri, qui de bello Insubrum scripserunt, quo confecto Marcellus tertia opima spolia retulit, Virdumaro rege ad Clastidium interfecto, quemadmodum etiam triumpho Marcelli Capitolino scriptum est. apud Plutarchum tamen in Marcello

Digitized by Google

nomanis: quod ita acceperant, conjunctis legioni- 2
bus consules rem gesturos, ut et ipsi conlatas in
unum vires firmarent. Postquam fama accidit, alte- 3
rum consulem Bojorum urere agros, seditio extem-
plo orta est. Postulare Boji, ut laborantibus opem
universi ferrent. Insubres negare, se sua desertu-
ros. Ita divisae copiae, Bojisque in agrum suum tu- 4
tandum profectis, Insubres, cum Cenomanis super
amnis Mincii ripam consederunt. Infra eum locum 5
quinque millia passuum, et consul Cornelius eidem

[p. 300.] est vitiose *Καπίδιον* pro *Κλασίδιον*. Vereor autem, ne *Caristum* pro *Clastidio* sit reponendum; quod est oppidum Ligurum in agro Statellati, Livio auctore 42, [7, 3.] SIG. *Clastidium* non sine ratione suspectum esse Sigonio, recte putat Cellarius 2. Geogr. ant. 9. De *Litubio* ibidem agit. DUK. *Clastidium* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Cladistium*, literis transpositis, Mead. 2. Tum *Lutubium* Gaertn. *Licubium* Lov. 3. Cluver. 1. Ital. Ant. 10, 79. existimat, ideo Livium nunc *Clastidium Ligurum* vocare, alibi autem, et inprimis 29, 11, 13. *Galliae* adscribere, vel quia in dubiis utriusque gentis finibus posita erat; vel quia haec Liguriae pars inter Apenninum et Padum sub Galliae Cisalpinae provincia ejus tempore censebatur. Prius etiam Doujatio ad hunc loc. placuit. Idem vero Cluver. p. 78. opinatur, *Ritubium* ab exscriptoribus in *Litubium* corruptum esse.

Celelates Cerdiciatesque] *Celebate* Lov. 2. *Celebates* Lov. 3. *Celchates* Harl. [*Celeiates* Bamberg.] Tum *Terdiciatesque* Voss. *Scerdiciatesque* Lov. 2. *Cerdiciatesque* Gaertn. *Celetester Dicia-tesque* Lov. 1. De *Celelatibus* quaedam v. ad 31, 10, 2.

Ilvates Ligurum] *Illuates* Lov. 3. *et Luates* Lov. 1. *praeter Gallorum Bojosilvates Ligurum*, Mead. 1. Cluverius et Jac. Gron. nov. eodem modo hic emendandum censent, quo supra 31. 10, 2. Mox §. seq. *sese dediderant* Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 2. *Conjunctis legionibus consules rem gesturos*] *res gesturos* Lov. 6. Reliqui in vulgatum recte conspirant. V. ad 10, 43, 6.

§. 3. *Negare, se sua desertu-ros*] Pronomen *se* exsulat a Voss. Id saepius a Livio omitti, vidimus ad 1, 23, 5. et 4, 10, 1. Verum uni codici adversus reliquos omnes fidem habere, inprudentius fore puto. Paullo ante *extemplo est orta* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Super amnis Mincii ripas consederunt*] An super utrasque, ut castra interfluerent Mincius? Hoc non probabile est propter ea, quae de Mincio scribit Plin. 3. H. Nat. 16. *ripam* alibi dicit Livius. 27, 48, 2. *Quum castra metari Poenus in tumulo*

Digitized by Google

6 flumini castra adplicuit. inde mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat, ut satis comperit, non ex auctoritate seniorum juventutem in armis esse, nec publico consilio Insubrium
7 defectioni Cenomanos se adjunxisse; excitis ad se principibus, id agere ac moliri coepit, ut desciscerent ab Insubribus Cenomani, et, signis sublatis,

super fluminis ripam vellet. 32, 5, 11. *Iter exiguum super ripam praebens.* An *ripas* etiam de una dicunt, ut *annulos, hortos*? DUK. Lectio haec in omnibus quidem editis, sed in uno tantum Lov. 5. superest. Reliqui uno ore *ripam*, ut Cl. Dukerus voluit. quod recepi.

§. 5. *Infra eum locum quinque millia passuum*] Antiqua ed. *mille passuum millia.* Pall. *tria passuum millia.* GEBH. *mille millia* Voss. et Lov. 1. *mille passuum millia* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. et pleraeque edd. principes. *tria passuum millia* Mead. 2. *mille passuum* Harl. quod genus loquendi inlustravi ad 5, 26, 5. Quum autem vulgatum in nullo codice invenerim, vel ita legendum, vel, ut in uno cod. erat, *tria passuum millia.* Id enim et illi codd. qui *mille passuum millia* praeferunt, probare videntur; in quibus ternarii et millenarii numeri notae, *III* et *M*, confunduntur. Immo eam lectionem vel, transpositis vocibus, *tria millia passuum* etiam adjuvare potest scriptura cod. Harlej. Si enim per notas scriptum fuit *III*^{m} *passuum*, id facile in *mille passuum* abire potuit. V. ad 34, 13, 2. [ꝏ ꝏ, omisso *passuum*, Bamb.]

§. 6. *Brixiamque, quae caput gentis erat*] Libri omnes *quod caput.* GEBH. Et hic e scriptis Andreaque legendum *Brixiamque, quod caput gentis erat.* 33, [8, 7.] *Robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant.* 38, [1, 4.] *Cum delectis Aetolorum, quod consilium esset gentis.* Cicero: *Omnes tenues atque humiles, quae maxima in populo multitudo est.* J. FR. GRON. Vulgatum primum inveni apud Aldum; id autem exstat etiam in Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. *Brixiamque, quae quasi caput* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *et Brixiam. quod caput* Lov. 5. et editi Aldo priores. *Brixiamque, quo caput* Mead. 1. *Brixiamque, quod caput* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Hearnii N. Solet ita pronomen relativum convenire cum sequenti. 2, 13, 5. *Agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia prata adpellata.* 3, 26, 8. *Quatuor jugerum volebat agrum, quae prata Quinctia vocantur.* c. 34, 6. *Decem tabularum leges perlatae sunt, qui nunc quoque etc. fons omnis publici privatique est juris.* c. 54, 15. *Ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium adpellant.* 5, 34. 1. *Celtarum, quae pars Galliae tertia est.* 7, 20, 5. *Ne adpellarent consilium, quae vis ac necessitas adpellanda esset.* c. 23, 4. *Exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicae esset.* 9, 30, 3. *Tribuni mi-*

Digitized by Google

aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. Et 8
id quidem impetrari nequiit. in id data fides consuli est, ut in acie aut quiescerent, aut, si qua etiam occasio fuisset, adjuvarent Romanos. Haec ita con- 9
venisse Insubres ignorabant: suberat tamen quaedam suspicio animis, labare fidem sociorum. Itaque, quum in aciem eduxissent, neutrum iis cornu commit-

litum etc. *quae antea dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia.* 23, 11, 11. *Capuam, quod caput non Campaniae modo, sed* etc. *Italiae sit.* 24, 22, 6. *Senatus inde haberi coeptus est, quod manserat publicum consilium.* 30, 40, 3. *Syphacis filium, quae parva bene gestae rei accessio erat, devictum.* ubi male N. Heins. *qui* conjecit. Epit. Liv. 33. *Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnata.* 33, 1, 1. *Thebis, quod caput est Boeotiae.* 39, 20, 6. *Saltus, quae latebrae receptaculaque semper illis fuerant.* 42, 44, 3. *Thebae, quod Boeotiae caput est.* V. Rhodii Lexic. Scribon. voce *Quod vocant.* J. Fr. Gronov. ad Livii 2, 20, 5. 32, 14, 3. 44, 1, 1. Jac. Gron. ad 29, 11, 7. et Cort. ad Sallust. Catil. 55, 3.

Insubrium defectioni Cenomanos se adjunxisse] *Insubrum defectioni* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. [Bamb.] cum edd. Campani, et Rom. anni 1472. V. ad 30, 18, 1. Tum *se adunasse* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Verum *unare, adunare, coadunare* non sunt hujus aevi, et demum apud scriptores, qui aereo linguae Latinae seculo vixerunt, obcurrunt. Locus igitur a librariis interpolatus est, qui verbum suo aevo usitatum, quo τὸ *adjungere* interpres exposuerat, ex margine in contextum invexerunt; et *adunasse* addi debet illis, de quibus egi ad 7, 21, 2.

§. 7. *Ibi agere ac moliri coepit, ut desciscerent*] Ita J. Fr. Gronovius edidit, quod plerique recentiorum servarunt. Antea edebatur *id agere*, quod superest in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. Eorum itaque fide, et Hearnii ac Crevierii exemplis priscam lectionem Livio vindicavi, licet *id* his mox sequatur. Deinde *ut desisterent* Lov. 1. 2. et 6. V. ad 30, 3, 5. Mox *signis collatis* perperam Lov. 3. [*sublatis signis* Bamb.] Neque melius *aut domos transirent, aut ad Romanos transirent* Mead. 1. et Gaertn. quod vel ipsis librariis displicuit, unde *aut domos, aut ad Romanos transirent* datum est in Harl.

§. 8. *Et id quidem impetrari nequiit*] Libri omnes *impetrari nequivit.* GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. cum multis excusis ante Froben. anni 1535. *impetrare nequivit* Lov. 1. 5. 6. Voss. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *impetrare nequit* Lov. 2. *impetrari nequit* Harl. et Mead. 1. *impetrari nequeunt* Gaertn. *impetrare nequeunt* Lov. 3. V. ad 5, 10, 10. Mox *in id fides data*, trajectis vocibus, omnes mei [Bamb.] praeter Lov. 5. *Τὸ est* exsulat a Lov. 3.

Aut si qua in re occasio fuis-

Digitized by Google

tere ausi, ne, si dolo cessissent, rem totam inclina-
10 rent, post signa in subsidiis eos locaverunt. Consul principio pugnae vovit aedem Sospitae Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. A militibus clamor sublatus, compotem voti consulem se facturos,
11 et impetus in hostes est factus. Non tulerunt Insubres primum concursum. quidam et a Cenomanis, terga repente in ipso certamine adgressis, tumultum ancipitem injectum auctores sunt, caesaque in medio quinque et triginta millia hostium, quinque mil-

set] Vetus lectio, *aut si qua etiam occasio fuisset*. GELEN. Ant. editio *aut si qua in re occasio fuisset*. Melius censeo haberi in ambobus Pall. *aut si qua, ut jam, occasio fuisset*. GEBH. *si qua in re*, ut ante Gelenium edebatur, solus Lov. 5. *si qua, ut jam, occasio*, quod Gebh. ex suis probavit, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. *si qua jam occasio* Harl. et Gaertn. *si qua occasio* pro si quae occasio. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 43. [*adjuvissent*, pro *adjuvarent*, Bamb.]

§. 9. *Labare fidem sociorum*] *laborare* Voss. et Lov. 1. Male. Silius, perpetuus Livii imitator, 2, 392.

Adcitis velox populis, quis aegra lababat
Ambiguo sub Marte fides.

ubi vide, quae notantur; et adde Gronov. supra ad 22, 61, 10. ubi itidem *laborare*, pro *labare*, scribarum errore plures, et in his optimi codd. praeferunt.

§. 10. *Vovit aedem Sospitae Junoni, si eo die hostes fusi*] V. ad 34, 53, 3. DUK. *si eadem die* Lov. 1. 3. et Voss. *si eodem die* Lov. 6. V. ad 10, 10, 6. [*fugatique fuissent*. Bamb.]

§. 11. *Non tulerunt Insubres primum concursum*] *primum occursum* Lov. 4. Male. Omnibus notum est, *concurrere* et *concursus* de pugnantibus in frequenti usu esse. Jam autem *primus concursus* est initium pugnae. Supra 1, 25, 4. *Ut primo statim concursu increpuere arma*. 5, 32, 3. *Fusa concursu primo acies in fugam*. 23, 29, 9. *Primo concursu quum vix pila conjecta essent*. Solent autem *concursus, concurrere, et obcursus, obcurrere* in Mstis confundi. V. ad 1, 25, 4. et 36, 24, 4.

Tumultum ancipitem injectum auctores sunt] *tumultum ancipitem invectum* perperam Voss. Infra 39, 30, 10. *Consultatque, qui tumultum injicere trepidantibus in ipso transitu amnis potuisset*. 44, 11, 6. *Tumultu injecto in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset*. Passim *injectus* et *invectus* a librariis commutantur. V. ad 9, 40, 14. Mox *victores sunt* Lov. 3. saepius in membranis obvio errore. V. ad 1, 3, 2. 6, 3, 6. 21, 12, 4. et alibi.

Quinque millia et DCC vivos

Digitized by Google

lia et septengentos vivos captos: in iis Hamilcarem 12
Poenorum imperatorem, qui belli caussa fuisset: signa militaria centum triginta, et carpenta supra ducenta. Oppida, quae defectionem secuta erant, de- 13
diderunt se Romanis.

XXXI. Minucius consul primo effusis populatio- 1
nibus peragraverat fines Bojorum: deinde, ut, relictis Insubribus, ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus. Nec Boji detrectassent pugnam, ni fama victos in- 2

captos] Pall. *quinque et CC vivos captos*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. [V. *et* CC. *vivos captivos* Bamb.] *quinque et ducentos* Lov. 2. 3. et Gaertn. *To millia* deest etiam in Hearnii N. Vocem illam, quum praecessit, saepe a Livio omitti, vidimus ad 31, 34, 7. Sunt tamen, ubi eo casu expresse addita est, ut ambiguum videtur; quam ob caussam etiam hic abesse nequit. *et CC vivos captos* etiam Hearnii L. 1. Ut lectio *et DCC vivos* in nullo alio exstet cod. quam in Lov. 5. Quo minus tamen reliquorum codd. scripturam probare audeam, illud obstat, quod per compendium scriptum esse potuit *et IↃCC vivos captos*, ac quingenarii numeri nota *IↃ* vel *D*, ut minus cognita, omissa esse: id enim saepe factum fuisse, videbimus ad 37, 40, 11. Insuper *vivos* exsulat a Lov. 6. et Gaertn. Verum forte Livius exprimere voluit Graecorum ζωγρεῖν, quo Polybius usus erat. Insuper *captivos* Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Sed v. ad 6, 22, 4.

§. 12. *In iis Hamilcarem Poenorum imperatorem*] Hic aliorum, non suam, citat opinionem, qui hoc anno, non quarto ante, ut ipse scripsit Livius [31, 21, 18.] Hamilcarem occisum tradiderunt. GLAR. Idem judicandum de loco, qui infra obcurrit 33, 23, 5. [*In his* Bamb.]

Carpenta supra CC millia] Satis erat *supra CC*. GELEN. Ita primum editum vidi a Mogunt. Priores ignorant duo postrema vocabula, relicta tamen lacuna, quae indicio sit, aliqua deesse. Eaedem voces desunt etiam in omnibus scriptis meis et Hearnii L. 1. Deest etiam vox sequens *oppida* in Mstis meis, nisi quod sola servet eam Lov. 5. ejusque loco *amica* legat Lov. 3. Si vero lectio, quam Mogunt. proposuerunt, codices auctores habet, iis invitis *millia* ejicere non audebo, sed potius mutarem in *multa* hoc modo: *carpenta supra ducenta. Multa oppida, quae* etc. *Mille* et *Multi* etiam alibi inter se commutantur. Exemplum habuimus 27, 30, 2. Ceterum explicatio verborum sequentium, *Oppida, quae defectionem secuta erant*, quam dedit Gronov. Diss. Epist. ad loca quaed. Livii geogr. epist. 4. displicuit Jasitheo, quem v. in Apolog. advers. Gronov. p. 21. [pro

Digitized by Google

subres adlata animos fregiſſet. Itaque, relicto duce caſtrisque, diſſipati per vicos, sua ut quisque defenderent, rationem gerendi belli hoſti mutarunt.
3 omiſſa enim spe per unam dimicationem rei decernendae, rursus populari agros, et urere tecta, vi-
4 cosque expugnare coepit. Per eosdem dies Claſtidi-

carpenta etc. *erant*, ita praefert Bamb. *carpen.... Gallorumque quae Insubrum defectionem secuta erant.*]

§. 2. *Nec Boji detrectassent pugnam, nisi fama victos Insubres adlata*] *detractassent* Voſſ. Lov. 1. 2. a manu pr. 3. 5. 6. et Harl. V. ad 34, 15, 9. Deinde *ni fama* omnes mei manu exarati, Hearnii L. 1. et typis descripti, quos vidi, usque ad ultimam ed. Gruteri: quod revocavi. Perinde esse, utro modo legatur, confiteor. At tanto minorem causam habuit Gruterus vulgatum mutandi. Praeterea *Insubres victos* omnes Mſti, [Bamb.] uno Lov. 5. excepto, qui editis adhaeret.

Dissipati per vicos, sua ut quisque defenderent] Pall. *sua quisque defendere*. GEBH. Scripti omnes *sua quisque defendere*. An fuit, *Itaque, relicto duce castrisque, dissipati per vicos, sua quisque defensuri, rationem belli gerendi hosti mutarunt.* 28, [15, 13.] *Saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis augent vallum, munimento sese, quando in armis parum praesidii foret, defensuri.* J. FR. GRON. *sua quisque defendere* etiam plerique meorum, Voſſ. Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxonn. *sua quisque defenderet* Lov. 1. *sua quisque defenderent* Mead. ambo. *sua ut quisque defenderet* Lov. 5. cum editis ante Frob. anni 1531. *quo sua quisque defenderent* Crevierii Victor. *quo sua quisque defenderet* Lov. 6. *quo* pro *ut* Livium usurpasse, vidimus ad 6, 24, 2. Deinde, eum τὸ *quisque* saepissime cum verbo plurali construxisse, probavimus ad 2, 22, 7. Id igitur hic non mutandum censeo, licet pauci tantum codices *defenderent* tueantur. Facilius enim indocti librarii verbum plurale τῷ *quisque* junctum in singulare mutasse credo, quam contra. [*quisque ut* Bamb.] Mox *rationem belli gerendi* Gaertner. *rationem belli gerundi* Lov. 3.

§. 4. *Inde in Ligustinos Ilvates, qui soli non parebant, legiones ductae*] Libro superiore [c. 10, 2.] ubi de iisdem loquitur populis, *Ligusticos* quidam emendarunt, hic omiserunt. Vetuſtiores tamen codices aliquot *Ligustinos* utroque in loco habebant: quamquam mihi non admodum placet. GLAR. *Ligustinos*, ut ante dixi [ad 31, 10, 2.] SIG. Libri omnes noſtri *in Ligustinos*. GEBH. *Ligustinos* omnes codd. scripti. Nec aliter edd. usque ad Vascos. qui, monente forsitan Glareano, *Ligusticos* subſtituit. Ea autem lectio, licet interim Sigonius priscam scripturam revocasset, per reliquos typis descriptos propagata eſt usque ad Gronov. qui et ipse *Ligustinos* recepit. Huic autem voci perperam Glareanus quaestionem movit. Ita enim (**Ligustini populi* 31, 10,) *Ligustini*

Digitized by Google

um incensum. inde in Ligustinos Ilvates, qui soli non parebant, legiones ductae. Ea quoque gens, ut 5
Insubres acie victos, Bojos, ita ut tentare spem certaminis metuerent, territos audivit, in ditionem venit. Literae consulum a Gallia de gestis prospere 6
sub idem tempus Romam adlatae. M. Sergius prae-

montes 34, 8, 6. *bellum Ligustinum* 35, 4, 1. *Ligustini*, pro Ligures, 39, 21, 1. *ager Ligustinus* 42, 4, 3. V. etiam Cluver. 1. Ital. ant. 7. p. 46. Deinde *Silvastes* Lov. 1. *Ilvates* Lov. 3. V. ad 31, 10, 2. Praeterea *legiones ducit* Lov. 1. Paullo ante *Classidium* Lov. 3. V. ad c. 29, 7. [*inde* omittit Bamb.]

§. 5. *Ita ut tentare spem certaminis non auderent*] Corrupte antiqua ed. *ut tempore spem certaminis metuerent*. GEBH. Sic [*non auderent*] primi apud me Gryphius et Curio. Scripti, Andreas, et editi omnes usque ad Frobenium *ut tentare spem certaminis metuerent*. Quod et significationis est ejusdem, et multo elegantius. Lucanus 3, [407.]

Illis et volucres metuunt insistere ramis.

Lib. 5, [128.]

Limine terrifico metuens consistere Phoebas.

Deinde et scripti saniores *in ditionem venit*. J. FR. GRON. *non auderent* ante Gryphium et Curionem exhibent Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos. ex scriptis autem solus hanc lectionem probavit Hearnii N. [et Bamb.] Recte igitur Gronov. *metuerent* revocavit, concinentibus omnibus membranis meis, et Hearnii L. 1. Curtius 8, 7, 9. *Liberam vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris*. 9, 5, 25. *In tanto periculo territus manus admovere metuebat*. V. Lambin. ad Hor. 2. od. 2, 7. Deinde *in ditionem venit* etiam omnes mei praeter Lovel. 3. et 5. qui *deditionem* praeferunt. V. ad 33, 37, 4. et supra ad 9, 20, 4. Hic quin cum Gronovio scriptis adhaerendum sit, nullus dubito.

§. 6. *Literae consulum e Gallia de gestis prospere*] *Literae consulum Gallia* Voss. Lov. 3. et 6. a m. 1. *Literae consulum in Gallia* Lov. 1. *Literae consulum a Gallia* Lov. 2. 4. 5. 6. a m. 2. Mead. ambo, Harl. Gaertner. omnesque inpressi usque ad Gruterum, cujus ultima editio *e Gallia* invitis omnibus scriptis. Veterem igitur scripturam revocavi. *adlatae a Gallia* pro e Gallia. Ita Servius initium Virgilianae Aeneïdos *ab oris Trojae venit Italiam* exponit *ex oris Trojae*. [*consulum amborum de rebus in Gallia gestis prospere sub idem* Bamb.] Tum *de rebus prospere gestis* Lov. 6. qui etiam mox praefert *allatae sunt*.

M. Sergius praetor urbanus] Libri omnes *praefectus urbis*, ex vitiosa notarum interpretatione. Nam supra c. 28, 2. *Sergio urbana, peregrina jurisdictio Minucio obtigit*. GEBH. V. ad 25, 12, 3. Non aliter legunt etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. cum edd. ante Mog. qui substituerunt *praetor urbis*. Froben.

Digitized by Google

tor urbis in senatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitavit. supplicatio in quatriduum decreta. Hiems jam eo tempore erat.

1 XXXII. Quum T. Quinctius, capta Elatia, in Phocide ac Locride hiberna disposita haberet, Opunte
2 seditio orta est. Factio una Aetolos, qui propiores
3 erant; altera Romanos arcessebat. Aetoli priores venerunt: sed opulentior factio, exclusis Aetolis, missoque ad imperatorem Romanum nuncio, usque
4 in adventum ejus tenuit urbem. Arcem regium te-

anno 1535. *pr. urb.* Lugdun. anni 1553. *praetor urbanus.* Sed Frobenii lectionem revocavi. V. ad 22, 33, 8. Praeterea dedi *M. Sergius.* V. ad c. 27, 7. Et ita codd. Mox *decreta est* Gaertn.

§. 1. *Hiems jam eo tempore erat, quum T. Quinctius* etc. *hiberna disposita haberet. Opunte*] Haec interpunctio ab ed. Francof. anni 1578. recentiores obsedit. Pleraeque antiquiores praeferunt, quemadmodum hic edidi. Illam autem distinctionem revocavit Cl. Crevier. et unice veram esse docuit; cum quo etiam voces *Hiems jam eo tempore erat* ad capitis praecedentis finem rejeci. [*Et quum T. Quinctius* Bamb.]

Quum T. Quinctius, captis Elatella] *Elatia* legendum est. Require supra. SABELL. Libri omnes *captis Latela*, quod non intelligo. GEBH. *captis Latolo* Lov. 6. a m. 1. *Laresa* a m. 2. *captis Lacesa* Gaertn. *captis Latessa* Lov. 2. *captis Latella* Lov. 5. et edd. principes. *captis Latela* Mead. ambo. *capta Laussa* Hearnii L. 1. *captis Elatiis* Harl. *captus Latela* Voss. *capta Larissa* Lov. 3. *capta Latela* Lov. 2. et 4. [*capta est latiae* Bamb.] An Livius scripsit *capta Elateia*, vel *capta Elatea*? V. ad c. 24, 1. [*haberent* Bamb.]

Opunte seditio orta est] Hoc satis abruptum est cum ista distinctione. Praefero Sigonianam apud Hearnium. Cogitabam etiam *quum T. Quintio* etc. *hiberna disposita habente, Opunte seditio orta est.* Sed non credo eo ducere libros. DUK. [mox §. 2. *qui priores erant* Bamb.]

§. 3. *Usque ad adventum ejus*] Libri omnes *usque in adventum ejus.* GEBH. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ita evitabitur ingratus sonus *ad adventum*, a quo tamen Livius non satis sibi cavere solitus est. V. ad 31, 10, 3. De utraque loquendi formula *usque in* et *usque ad* v. Cortium ad Plin. 2. Ep. 13, 10. Codicum auctoritatem spernere non audeo. [*et opul.* pro *sed* Bamb.]

§. 4. *Neque, ut discederent inde*] Pall. *ut descenderent.* GEBH. MSS. alii cum Thuan. *descenderent.* 34, 50, 8. *Quum respiciunt praesidium ab Acrocorintho descendens.* JAC. GRON. J. Fr. Gronov. supra ad 4, 29, 5. non recte ad hunc locum adten-

Digitized by Google

nebat praesidium: neque, ut descenderent inde, aut Opuntiorum minis, aut auctoritate imperantis consulis Romani, perpelli potuerunt. Mora, cur non 5
extemplo obpugnarentur, ea fuit, quod caduceator ab rege venerat, locum ac tempus petens conloquio. Id gravate concessum regi est. non quin cupe- 6
ret Quinctius per se partim armis, partim conditionibus confectum videri bellum: necdum enim scie- 7
bat, utrum successor sibi alter ex novis consulibus mitteretur: an, quod, summa vi ut tenderent, ami-

disse videtur. Nam adducit eum, ut inlustret locutionem *decedere praesidio*, eaque occasione monet, legendum esse: *detederet*, licet MSS. fere legant *descenderent*. Verum hic non *milites decedere praesidio*, sed *praesidium decedere arce* ex ejus emendatione dicetur: adeoque longe alia est locutio. *descenderet* in Victor. esse Crevier. restatur. *descenderent* legunt Voss. Lov. 1.3.4.6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii L. 1. V. ad 35, 26, 9. Solent autem *discedere* et *descendere* in membranis confundi. V. ad 9, 14, 7. [*decederent* Bamb.] Mox *auctoritate imperatorum consulis Romani* Voss. et Lov. 1. Sed in eorum priori inter versus adscribitur *imperatoris*. Vox *Romani* deest in Harl. [*auctoritate imperatoris Romani* Bamberg.]

§. 5. *Cur non extemplo obpugnarentur*] *expugnarentur*, sollemni scribarum errore, Gaertn. V. ad 21, 57, 6. *oppugnaretur* Lov. 3. nempe, arx.

§. 6. *Id gravate concessum regi est. non quin cuperet*] Hiat oratio. nam cum hanc removeat caussam, aliam omnino ponere debuit, quae moverit Quinctium, ut difficulter permitteret colloquium. Immo ille facile concessisse videtur, et scripsisse Livius: *Id non gravate concessum regi est, quum cuperet Quinctius per se partim armis, partim conditionibus confectum videri bellum*, etc. *aptum autem fore colloquium credebat*. J. FR. GRON. *non cum cuperet* legit Lov. 6. [*regi concessum* Bamb.]

§. 7. *Quod, summa vi ut obtinerent*] Vetus lectio *summa vi ut tenderent*, non *obtinerent*. GELEN. Persaepe Livius simplici [*tendere*] pro composito *contendere* utitur. Ut 24, [31, 4.] *Ut facile, si ultra tenderent, appareret illi timendum esse.* 34, [34, 1.] *Quum adversus tendendo nihil moveret socios, simulando se transire in eorum sententiam.* 35, [51, 6.] *Nequidquam contra Miccione et Xenoclide tendentibus facile tenuit, ut portae sibi aperirentur.* Et sic restituimus ex scriptis 28, 18, 4. *Illud magno opere tendente rege.* Ubi vulgo *contendente*, et retinet contra scriptum suum Rhenanus. Hic tamen non praetermittendum, in Andrea atque Aldina et omnibus antiquis ante Gryphium et Carionem esse *ut*

Digitized by Google

cis et propinquis mandaverat, imperium prorogare-
8 tur: aptum autem fore conloquium credebat, ut si-
bi liberum esset, vel ad bellum manenti, vel ad pa-
9 cem decedenti rem inclinare. In sinu Maliaco pro-
pe Nicaeam litus elegere. eo rex ab Demetriade cum
10 quinque lembis et una nave rostrata venit. Erant

obtinerent. J. FR. GRON. Quamvis Lov. 3. 5. Gaertn. Mead. 1. in margine, et edd. principes praeferant *obtinerent*, nihilominus adsentior Gelenio, ex Mſto *tenderent* reponenti; quam lectionem ante Gryph. et Curionem jam receperunt Frob. anni 1535. Basil. anni 1539. et Vascos. Neque aliter est in reliquis, quibus usus sum, codicibus. Id autem eruditius est, quam ut indoctis librariis adscribi possit. Praeterea saepius ita Livius locutus est. 4, 35, 8. *Patres, adversus quos tenderet, bello inexpiabili se persecuturos.* ubi quaedam notavi. 6, 34, 3. *Quod tanta vi, ut liceret, tetenderant.* c. 38, 7. *Si adversus intercessionem leges tamquam captae civitati inponere tendent.* 8, 15, 9. *Senatu minus in praetura tendente.* 10, 6, 11. *Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci.* c. 24, 3. *Patriciis tendentibus, ut Fabius* etc. c. 26, 6. *Tendente Decio, ut suae quisque provinciae sortem tueretur.* 23, 14, 8. *Senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatae non posse.* ubi quaedam notavit Gronov. 28, 45, 13. *Quum, ut delectum haberet, neque impetrasset, neque magnopere tetendisset.* 30, 4, 9. *Se uno frustra tendente, nulli alii pacem placuisse.* 37, 53, 7. *Nimis pertinaciter in obtinendo tetendisse.* Similiter alios loqui, docent Gronov. Diatr. Stat. 21. p. 116. et Cortius ad Sallust. Catil. 60. Tandem cum effectu Quinctius amicis mandare poterat, ut *tenderent*, id est contenderent, ut imperium sibi prorogaretur; minus vero, ut id *obtinerent*: illa enim res sita erat in alterius arbitrio. [*amicis propinquis* Bamberg.]

§. 9. *In sinu Maliaco prope Nicaeam*] Pall cum antiqua ed. *In sinum Maliacum prope Niceam.* Prior tamen Pal. *prope Licenam.* GEBH. *In sinu Maliacum* Voſſ. et Lov. 1. *In sinum Maliacum* Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Frobeniana anni 1531. antiquioribus. *Ad sinum Maliacum* Lovel. 2.

Eo rex etc. *venit*] Polybius 17, [1.] Παρῆν ὁ μὲν Φίλιππος ἐκ Δημητριάδος ἀναχθεὶς ἐπὶ τὸν Μαλιέα κόλπον, πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίσιν. SIGON.

§. 10. *Erant cum eo principes Macedonum*] Excidisse hic suspicatur Cl. Crevier. nomina principum, qui Philippum comitabantur, *Apollodorus* et *Demosthenes*, quos nominat Polyb. 17, 1. Quum enim Livius infra dicat c. 35, 8. *Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram egressus*, cum nihil certi et clari indicare illis verbis putat, nisi prius illorum nomina adposita fuerint. Verum, licet haec nomina adscribantur, tamen infra c. 35. du-

Digitized by Google

cum eo principes Macedonum, et Achaeorum exsul vir insignis Cycliadas. Cum imperatore Romano rex 11
Amynander erat, et Dionysodorus Attali legatus, et Agesimbrotus praefectus Rhodiae classis, et Phaeneas princeps Aetolorum, et Achaei duo, Aristaenus et Xenophon. Inter hos Romanus, ad extremum li- 12

bium manebit, quos adhibuerit: non enim ibi dicit *duobus Macedonibus, quos* etc. hic autem, si duo illa nomina recipimus, insuper Philippum comitatur Cycliadas.

Et Achaeorum exsules et vir insignis Cycliadas] Lege *et Achaeorum exsul vir insignis Cycliadas*. GELEN. Polybius [17, 1.] Ἀχαιὸς δὲ Κυκλιάδας, ἐπεπτωκὼς ἐκ Πελοποννήσου. SIG. Pall. et antiqua ed. *et Achaeorum et vir insignis Cycliadas*. GEBH. Eodem modo legit Harl. sed *et Achaeorum exsulum et vir insignis* Voss. *et Achaeorum exsulis et vir insignis* Lov. 1. et 4. *et Achaeorum exsules et vir insignis* Lov. 2. 3. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. quas vidi, ante Gelenium. Praeterea *Cycliades* Voss. Lov. 1. 3. 6. a m. 1. et Gaertn. Sed, nihil mutandum esse, locus Polyb. a Sigonio laudatus docet. V. ad 31, 25, 3. et 9.

§. 11. *Dionysodorus Attali legatus*] Polyb. καὶ παρ' Ἀττάλου Διονυσόδωρος. SIG. Antiqua ed. *Dionysiodorus*. Pall. *Dionisiodorus*. GEBH. *Dionysidorus*, Harl. *Dionysiodoris* Lov. 3. et Mead. 1. *Dionysiodorus* reliqui scripti nostri Hearnii L. 1. N. et edd. ante Frob. anni 1535. [*Dionysiodorus* Bamb.] Sed malo, ut docet locus Polyb. a Sigonio laudatus, apud quem l. 16, 2. itidem memorantur Διονυσόδωρος καὶ Δεινοκράτης ὄντες ἀδελφοὶ, καὶ ναυαρχοῦντες παρ' Ἀττάλῳ.

Agesimbrotus praefectus Rhodiae classis] Παρὰ δὲ Ῥοδίων, Ἀκεσίμβροτος ὁ ναύαρχος, ex Polyb. SIGON.

Phaeneas princeps Aetolorum] Polybius παρὰ δὲ Αἰτωλῶν, Φαινέας ὁ στρατηγὸς. SIG. *Phaneas* Lov. 3. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et pleraeque edd. ante Sigonium, licet quaedam interim dederint *Pheneas*. Sed *Phaeneas* recte scribendum esse, ex Polyb. loco laud. constat. V. etiam ad 36, 28, 1.

Et Achaei duo, Aristaenus et Xenophon] Polyb. 17, 1. Τῶν μὲν Ἀχαιῶν Ἀρισαίνετος καὶ Ξενοφῶν. Apud quem etiam c. 7. Ἀρισαίνετος vocatur. Similiter is, qui Achaeos a societate Philippi ad amicitiam Romanorum traduxit, Ἀρισαίνετος ab eodem Polyb. vocatur in Exc. Peiresc. p. 90. quod *Aristaeno Achaeorum praetori* adscribit Livius supra hoc lib. c. 19, 2. et infra 33, 2, 4. cujus ejusdem *Aristaeni* etiam frequens mentio fiet lib. seq. Patet igitur alterum ex altero emendandum esse: et quidem potius Polybium ex Livio corrigi debere, censet Vales. ad Exc. Peiresc. p. 17. Nam apud Plutarch. quidem in Philopoem. p. 363. Ἀρισαίνετον vocari, verum in cod. Vulcobiano legi Ἀρισαινον [immo Ἀρισαιον.] idque praeferendum, quia apud

Digitized by Google

tus progressus, quum rex in proram navis in ancho-
13 ris stantis processisset, *Commodius*, inquit, *si in terram egrediaris, et ex propinquo dicamus in vicem, audiamusque.* Quum rex facturum se id negaret; *Quem tandem*, inquit Quinctius, *times?* Ad
14 hoc ille superbo et regio animo: *Neminem equidem timeo, praeter Deos inmortales. non omnium autem credo fidei, quos circa te video, atque omnium minime*

Pausan. in Arcad. c. 51. et Polyb. inferius p. 122. pariter *Ἀριστάνορος* vocatur. *Aristaenus* praetor Achaeorum memoratur etiam apud Polyb. in Excerpt. Legat. num. 41. Potius igitur Valesio adsentior, quam Xylandro vel Cruserio, vitiose apud Livium *Aristhenus* vel *Aristaenus* scriptum censenti ad d. l. Plutarchi. [*Armaeius* Bamb.]

§. 12. *Romanus, ad extremum litus progressus, quum rex in proram*] Polyb. [17, 1.] *Οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἐπέσησαν παρ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλόν. ὁ δὲ Φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ, μετέωρος ἔμενε.* SIG. Pall. *Romanus extremum littus progressus.* GEBH. Ita et Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] *Romanus extra litus progressus* Lov. 1. 6. et Voss. [mox *Commodis inquid* Bamb. et *si in t terram.*]

§. 13. *Egrediaris, ex propinquo dicamus in vicem audiamusque*] Vet. lib. *dicemus invicem audiemusque.* SIG. Membranae adjecta copulativa: *commodius, inquit, si in terram egrediaris, et ex propinquo dicamus invicem audiamusque.* Nec videtur indecens. Intelligendum vero *commodius erit*, vel *facies.* Seneca in ludo de morte Claudii: *Antecesserat jam compendiaria via Narcissus libertus ad patronum excipiendum, et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit, et ait: quid Dii ad homines? Celerius, inquit Mercurius, et venire nos nuncia.* Non est igitur opus correctione Sigoniana, *dicemus invicem audiemusque.* J. FR. GRONOV. In quibusdam meorum codd. etiam copulativa exstat. In Voss. autem transponitur perperam *ex propinquo dicamus in vicem et audiamusque.* Ex reliquis, in quibus non reperitur, ut et ex Hearnii L. 1. et N. [Bamb.] excidit ob similitudinem ductuum vocis sequentis. V. ad 30, 6, 7. Vicissim nullus meorum Mstorum emendationem Sigonii probat, nisi solus Harl. Praeterea *in vicem* distinctis vocibus scribendum monet Henr. Stephan. 4. Schediasm. 6. V. ad 1, 40, 6. [*audiemusque* Bamb.] Mox *facturum se negaret*, omisso pronomine *id*, Voss. [*se id negare* Bamb.]

Quem tandem, inquit Quinctius, times? Ad hoc ille superbo et regio animo etc.] Polybius [17, 1.] *Τοῦ δὲ πάλιν ἐρομένου τίνα φοβεῖται; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ Φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς.* Aliter hanc historiam scribit Plutarchus in A-

Digitized by Google

me Aetolis. Istud quidem, ait Romanus, *par omnibus periculum est, qui cum hoste ad conloquium congrediuntur, ut nulla fides sit. Non tamen*, inquit rex, *T. Quincti, par perfidiae praemium est, si fraude agatur, Philippus et Phaeneas. neque enim aeque difficulter Aetoli praetorem alium, ac Macedones regem in meum locum substituant.* Secundum haec silentium fuit. 15 16

XXXIII. Quum Romanus eum aequum censeret 1

pophthegm. [p. 197.] SIG. Henr. Stephanus 4. Schediasm. 6. hunc locum et similia quaedam Livium malevolentiae in reges suspectum reddere dicit. Quasi vero solus veterum scriptorum Livius superbiam regum memoraverit. DUK. *Ad haec ille* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. Froboniana anni 1535. priores. V. ad 21, 52, 10. *quem tamen*, pro *tandem*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quod pro librariorum lapsu habendum. V. ad 22, 2, 11. De vi voculae *tandem* in interrogationibus v. ad 3, 9, 9. Tum *superbe et regio animo* Gaertn. Insuper *Neminem timeo* Lov. 2. et Harl. *Neminem, inquit, timeo* Gaertn. Hinc *non autem hominum credo fidei* Lov. 2. et 6. *non hominum autem credo fidei* Harl. et Gaertn. V. ad 3, 54, 6. *non omnium credo autem fidei* Lov. 1. Tandem *quos juxta te video*. Lov. 1. et 6. quod ex glossa esse videtur. De locutione *circa aliquem esse* v. ad 36, 14, 12.

§. 15. *Ut in nullo fides sit*] Lege *at nulla fides sit*: non *ut in nullo fides sit*. GELEN. Ed. vetus *ut in nullo fides sit*. Pall. *ad colloquium congrediuntur. in nullo fides sit*. GEBH. *ut nulla fides sit* Gelenii est, quum veteres oderent *ut in nullo fides sit*. Quod in scriptis etiam invenimus. Forte *ut in dubio fides sit*. Polybius [17, 1.] Ἴσον εἶναι πᾶσι τὸν κίνδυνον καὶ κοινὸν τὸν καιρόν J. FR. GRON. *ut in nullo fides sit* Lov. 3. 5. et Hearnii Oxona. *in nullo fides sit* Lov. 4. et Mead 2. *si in nullo fides sit* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*si nulla fides sit* Bamb.] Ceterum alius videtur sensus fuisse Polybii, quam quo Livius ejus verba accepit. Refert enim ad periculum omnium, qui umquam eum hoste in conloquium congressi sunt: quum Polybius intelligendus forte sit de periculo omnium, qui nunc in conloquium venerunt. Et ita optime convenit responsum Philippi. [Initio *Istuc quidem* Bamb.]

§. 16. *Non tamen, inquit rex, T. Quincti*] Pall. uterque, et prisca ed. *Non tamen, inquit, o Tite Quinti. par perfidiae praemium est*. GEBH. Similiter Lov. 4. 5. Mead. 2. et multae ex edd. antiquissimis. Particulam illam *o* saepius a librariis interpositam esse, vidimus ad 9, 24, 9. Ita etiam supra 23, 9, 12. *Non tamen, inquit, T. Quinti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Harl. [Bamb. qui mox *Phaneas* et *in eum* locum.]

Digitized by Google

priorem dicere, qui petisset conloquium; rex, ejus esse priorem orationem, qui daret pacis leges, non
2 qui acciperet; tum Romanus, *Simplicem suam orationem esse. ea enim se dicturum, quae ni fiant,*
3 *nulla sit pacis conditio. Deducenda ex omnibus Graeciae civitatibus regi praesidia esse. captivos et transfugas sociis populi Romani reddendos. restituenda Romanis ea Illyrici loca, quae post pacem in Epiro*

§. 1. *Qui daret pacis leges, non qui acciperet*] Post haec verba subjungitur in Lov. 1. 2. 6. et Voss. *Conditiones pacis cum Philippo firmandae T. Quintius exponit*, vel *cum Philippo T. Quintius consul exposuit:* quae olim pro lemmate margini adscripta postea perperam in contextum irrepserunt. Id librariis frequens esse, vidimus ad 7, 40, 4. *non qui acciperet conditiones pacis* Lov. 3.

§. 2. *Simplicem suam orationem esse dixit*] Verbum *dixit* aliquis de suo. GELEN. Ultimam vocem, quam recte Gelenius expunxit, in nullo cod. obfendi, nisi in uno Lovel. 5. Similibus glossis librarios saepe optimos scriptores inquinasse, supra vidimus ad 23, 45, 6. Mox *τὸ enim* non est in Lov. 1.

§. 3. *Deducenda ex omnibus Graeciae civitatibus regis praesidia esse*] Non *regis praesidia*, sed *regi* legi. *deducenda regi esse.* GELEN. Has etiam pacis conditiones omnes quibus verbis explicuerit Polybius [17, 1.] placet ostendere, ut Livii studium in illo vertendo auctore facilius omnes intelligant. Ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀντῳμὲν ἁπλοῦν τινα λόγον ἔφη καθήκειν καὶ φαινόμενον. κελεύειν γὰρ αὐτὸν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης ἐκχωρεῖν, ἀποδόντα τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τοὺς αὐτομόλους ἑκάστοις, οὓς ἔχει. τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους παραδοῦναι Ῥωμαίοις, ἐν οἷς γέγονε κύριος μετὰ τὰς ἐν Ἠπείρῳ διαλύσεις· ὁμοίως δὲ καὶ Πτολεμαίῳ τὰς πόλεις ἀποκατασῆσαι πάσας ἃς παρῄρηται μετὰ τὸν Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος θάνατον. SIG. *regis* servant Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo. et Gaertn. *regia* Lov. 6. *regi* Lov. 1. 3. et Voss.

§. 4. *Ceterum et sociorum audiri postulata aequum esse*] Lege *audiri postulata verum esse*, non *aequum esse*: qua locutione et alibi Livius utitur. GELEN. Priscam lectionem servant Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. cum Hearnii L. 1. Contra reliqui emendationem Gelenii stabiliunt. Neque aliter etiam est in edd. antt. Prima autem earum, quas vidi, id mutavit Ven. anni 1498. hinc Mediol. anni 1505. tum Ascens. anni 1513. atque inde reliquae. Sed v. ad 2, 48, 2. Praeterea *sociûm audire postulata* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. V. ad 21, 17, 2. Paullo ante *Aegypti regi* alio ordine Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. [Bamb.] Tum *occupavisset* Lov. 4. 6. a m. 1. et Mead. ambo. [Bamb. mox *et socium.*]

§. 5. *Attali regis legatus, Na-*

Digitized by Google

factam occupasset. Ptolemaeo regi Aegypti redden- 4
das urbes, quas post Philopatoris Ptolemaei mortem occupasset. Suas populique Romani conditiones has esse: ceterum et sociorum audiri postulata verum esse. Attali regis legatus, *Naves captivosque, quae* 5
ad Chium navali proelio capta essent, et Nicephorium, Venerisque templum, quae spoliasset evastassetque, pro inconruptis restitui. Rhodii Peraeam (regio 6

ves etc.] Sic Polyb. [17, 2.] *Πρῶτος δὲ Διονυσόδωρος ὁ παρ' Ἀττάλου. μεταλαβὼν τῶν λόγων, τάς τε ναῦς, ἔφη, δεῖν αὐτὸν ἀποδοῦναι τὰς τοῦ βασιλέως τὰς γενομένας αἰχμαλώτους ἐν τῇ περὶ Χῖον ναυμαχίᾳ, καὶ τοὺς ἅμα ταύταις ἄνδρας· ἀποκατασῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἀκέραιον, καὶ τὸ Νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε.* SIGON.

Quae ad Cium navali proelio capta essent] Ita primus Gruterus edere, eumque recentiores sequi sustinuerunt, quamvis ad verba proxima adscriptus a Sigonio Polybii locus *τῇ περὶ Χῖον ναυμαχίᾳ* legendum clamaret *ad Chium*, ut praeferunt omnes scripti et edd. priores. Similiter Polyb. proelium illud navale inter classes Philippi et Attali memorans, saepe Chii meminit in princ. l. 16. Praecipue autem addit c. 7. *Καὶ τὸ μὲν τέλος τῆς περὶ Χῖον ναυμαχίας τοιοῦτον συνέβη γενέσθαι. Chium* scribendum esse, monuit etiam Meibom. de Fabric. trirem. p. 675. ed. Graev. errans tamen dicit, omnes editiones *Cium* legere. *Chium* reponebat etiam Cl. Dukerus, similiter Crevier. qui recte contextui restituit.

Nicephorium, Venerisque templum] Strabo l. 13. (624.) *Νικηφόριον* lucum ad Pergamum in Asia ab Eumene rege plantatum afferit. Graeci neutro genere efferunt, tametsi Strabonis quidam correctores masculino annotarunt. GLAREAN.

§. 6. *Rhodii Pyrrheam* (*regio est continentis* etc.] *Peraeam* legendum et vetus exemplar, et verba per parinthesim addita satis declarant. Id mendum et aliis aliquot locis inolevit. GELEN. Alii *Pyrrhea*, alii *Pyrream*, nonnulli *Peraeam* legunt. Ego id nominis apud authores non invenio. Strabo 14. transmarinam Rhodiorum regionem appellat, nullo tamen proprio nomine. Ptolemaeus (5. 2.) eo in loco ponere videtur *Phuscam*, si nomen non est corruptum. Plinius autem l. 25, 28. *Pyrnon*. Nisi quis de ea *Pyrrha* intelligere velit, quae ad ostia Maeandri fluminis a Ptolemaeo constituitur, contra Livii verba. GLAR. *Peraeam* se nusquam legisse, suspectumque habere nomen, itemque pro *Panopolim*, *Peneropolim* reponendum esse, ait Glareanus. †. „Glareanus etiam hic agit Aca„demicum.“ †. Hoc loco, si, ut institui, verba Polybii recitavero, quae vertisse studiose videtur Livius, et *Peraeam* recte legi, et pro *Panopolim*, *Perinthum* restituendum, praeterea vero *Jaso* et *Bargyliis*, ut in veteribus est

Digitized by Google

est continentis adversus insulam, vetustae eorum ditionis) repetebant, postulabantque *praesidia deduci*
7 *ab Jasso, et Bargyliis, et Euromensium urbe, et in Hellesponto Sesto atque Abydo, et Panopolim Byzantiis in antiqui formulam juris restitui, et liberari*
8 *omnia Asiae emporia portusque.* Achaei Corinthum

libris, scribendum esse, facile omnibus apparebit. Ea sunt haec [17, 2.] *Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος Ἀκεσίμβροτος, τῆς μὲν Περαίας ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν Φίλιππον, ἧς αὐτῶν παρῄρηται· τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ Ἰάσσου καὶ Βαργυλίων, καὶ τῆς Εὐρωμέων πόλεως· ἀποκατασῆσαι δὲ καὶ Περινθίους εἰς τὴν Βυζαντίων συμπολιτείαν· παραχωρεῖν δὲ καὶ Σήστου καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ἐμπορίων καὶ λιμένων τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἁπάντων.* In veteribus certe libris est pro *Perinthum, Penolum*, ut de ea lectione dubitare nemo debeat: praesertim vero cum libro sequenti [c. 30, 3.] in aliis pacis conditionibus scribendis ita sit: *Quae earum sub ditione Philippi fuissent, praesidia ex his Philippus deduceret. his quae in Asia essent Euromo, Pedasisque, et Bargyliis, et Iaso, et Murina, et Abydo, et Iasso, et Perintho.* SIG. *Epyrra* Gaertner. *Pirena* Lov. 3. *Pyream* Harl. et Mead. 2. *Pyrrhiam* Lov. 5. et edd. principes. *Pyrream* Hearnii L. 1. *Piraeam* vel *Piream* Lov. 1. 2. 4. 6. et Voss. [Bamb.] Sed recte *Peraeam* emendasse Gelenium, constat ex Polyb. a Sigonio laudato. Apud Strab. quem transmarinam Rhodiorum regionem nullo proprio nomine adpellasse Glareanus adfirmavit, *ἡ τῶν Ῥοδίων Περάτα* saepius memoratur. V. 14, 651. 663. 664. 677. et alibi. Ejusdem quidem meminerunt etiam Polyb. in Exc. Legationibus aliquoties, App. Alex. 4. B. Civ. 631. et Polyaen. 4. Strat. 17, 1. Verum tempore Glareani vel nondum plane prodierant, vel nondum Graece prodierant. In lucem tamen protractus jam erat Livius, qui *Peraeae* meminit hoc lib. c. 35, 10. et 33, 18, 1.

Ab Iaso, et Bargyliis, et Euromensium urbe] Oppida sunt Cariae apud Ptolomaeum ac reliquos classicos scriptores. Ab *Euromo* (nam ita vocat Strabo l. 14.) *Euromensis* etiam hic factum. GLAR. *ab Iaso* edd. principes. *ab Iasso* sibilo geminato Frob. anno 1535. aliique recentiores probarunt: quomodo ex cod. suo ediderunt Moguntini infra 33, 30, 8. et 34, 32, 5. Pro priori scriptura stant Lov. 5. 6. et Hearnii N. ac varii alii, sed corrupte exarati, ut *a Laso* Gaertner. *a Blaso* Voss. et Mead. 2. *Ablaso* Mead. 1. et Lov. 1. ac 4. [*ab laso* Bamb.] pro altera Harl. et Lov. 2. item Lov. 3. *ab Lasso* exhibens. Sed utroque modo efferebatur. Certe Harduin. in numm. Pop. et urb. laudat nummos non modo *ΙΑΣΕΩΝ*, sed etiam *ΙΑΣΣΕΩΝ* inscriptos. Deinde *ab Argyliis*, vel *ab Argiliis* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ab Argylis* Lov. 6. V. ad 37, 17, 3. [*et ab Bargyliis* Bamb.] Hinc *Euremensium* Voss. *Eromensium* Lovel. 6. *Eutomensium* Mead. 2. *Euronensium* Lov. 3. Harl. et Hearnii L. 1.

Digitized by Google

et Argos repetebant. Praetor Aetolorum Phaeneas quum eadem fere, quae Romani, ut Graecia decederetur, postulasset, redderenturque Aetolis urbes, quae quondam juris ac ditionis eorum fuissent; excepit orationem ejus princeps Aetolorum Alexander, vir, ut inter Aetolos, facundus. *Jamdudum se reti-* 9 10

§. 7. *Et Hellesponto Sesto atque Abydo*] Legendum *et in Hellesponto Sesto atque Abydo*, ubi *in* praepositio deerat. GELEN. Praepositio in omnibus meis superest, excepto uno Lov. 5. qui exemplo editionum eam ignorat.

Et Panopolim Byzantiis in antiqui formulam juris restitui] Quidam *Penopolin* restituerunt. Sed ego suspicor *Poneropolin* legendum ex Plinio l. 4, 11. quae Ptolemaeo [3, 11.] *Trajanopolis* et *Philippopolis* et *Trimontium* a situ dicitur, ut idem Plin. ait. *Penopolin* nusquam inveniri puto. GLAR. Pall. et antiqua ed. *Penopolin*. Sigonius asseverat verum esse *Perinthum*. GEBH. *Menopolim* Voss. *Penoplum* Lov. 1. *Penopium* Lov. 2. *Penolopum* Lov. 3. 6. et Gaertn. *Penopolum* Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *Penepolum* ejusdem N. *Panopolum* Lov. 4. *Penopolim* Lov. 5. Sed v. Sigon. supra ad §. 6. [*et Panopolin* omittit, spatio relicto, Bamb.] Deinde *in antiquam formulam juris* Harl. *et antiqui formulam juris* Voss. et Lov. 2. Supra 26, 24, 6. *Acarnanas restituturum se in antiquam formulam juris ac ditionis eorum*. 38, 1, 9. *Se se restituerent in patrium ac legitimum regnum*. 43. 4, 12. *Ad restituendos in libertatem Abderitas missi*.

§. 8. *Juris aut ditionis eorum*] Livius in his conjungendis copulativa, non disjunctiva, particula uti solet. 21, 61, 7. *Ilergetes in jus ditionemque recepit*. 26, 24, 6. *Acarnanas* etc. *restituturum se in antiquam formulam juris ac ditionis*. Et 23, 15. 28, 21. 36, 14. 38, 48. Sallust. Catil. 20. *Postquam respublica in paucorum potentium jus atque ditionem concessit*. Sic *jus atque arbitrium* Liv. 24, 37, 9. 34, 57, 7. *jus arbitriumque* Suet. Calig. 14. *jus ac potestas* Liv. 24, 39, 2. Haec mihi hoc loco suspectum faciunt *aut*. Proclive est pro eo scribere *ac*. DUK. *aut juris aut ditionis* Gaertn. *juris ac ditionis*, ut Cl. Duker. conjecit, Harl. Id itaque in contextum recipiendum putavi. [*juris aut ditionis* Bamb.]

§. 9. *Vir, ut inter Aetolos, facundus*] Vet. lib. *vir inter ceteros facundus*. atque ita scripsisse Livium puto, quia Polybius [17, 2.] ait. Ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος Ἴδιος, ἀνὴρ δοκῶν πραγματικὸς εἶναι καὶ λέγειν ἱκανός. *Inter ceteros* autem legatos, qui in concilio verba fecerant, intelligit. SIG. Mutat Sigonius *inter ceteros*. ineptissime. Vult facundum comparatum infacundissimis. Sic Ovid. [v. Trist. 1, 74.]

Inter Sauromatas ingeniosus eram.

Sic *seculi sui pulcherrima*, male mutat Lipsius in *seculi illius*. GRUT. Delet Sigonius τὸ *ut*, sed vitiat sententiam. Est enim qua-

Digitized by Google

cere, ait, *non quo quidquam agi putet eo conloquio, sed ne quem sociorum dicentem interpellet. Neque de pace cum fide Philippum agere, neque bella vera*
11 *virtute umquam gessisse. In conloquiis insidiari et captare: in bello non congredi aequo campo, neque conlatis signis dimicare, sed refugientem incendere ac diripere urbes, et vincentium praemia victum con-*
12 *rumpere. At non sic antiquos Macedonum reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere, quantum*

le Cic. ad Att. 4, 1. *Ita sunt res nostra, ut in secundis, fluxae; ut in adversis, bonae.* Bruto [7.] *Clisthenes multum, ut temporibus illis, dicendo valuit.* Catone majore [4.] *Multae enim, ut in homine Romano, literae.* J. FR. GRON. *vir inter ceteros facundus*, ut Sigon. mavult, Lov. 2. et Harl. Quod recte Grut. et Gronov. displicuit, et rejiciendum esse consensus reliquorum pro vulgato, atque ipse sensus suadent. Liv. 1, 18, 1. *Consultissimus vir, ut in illa quisquam aetate esse poterat, omnis divini atque humani juris.* ubi vide. 10, 43, 15. *Alio agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bovianum perventum est.* ubi plura vide. 27, 13, 2. *Diis inmortalibus, ut in tali re, laudes gratesque ago.* 30, 6, 4. *Extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, portas invadit.* 41, 11, 7. *Praeda, ut in gento inopi, spe major fuit.* Cic. 12. ad fam. 2. *Nonnihil, ut in tantis malis, est profectum.* In Bruto 28. *Erat cum literis Latinis, tum etiam Graecis, ut temporibus illis, eruditus.* c. 26. *Scriptor fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valde peritus.* Ut autem hic Alexander facundus dicitur, *ut inter Aetolos*, id est, qui facundiae laude non censentur, ita contra Alcibiades *eloquentia, etiam inter Athenienses, insignis* dicitur apud Justin. 5, 2, 6. [§. seq. *ne de pace*, mox *nec bella* Bamb.]

§. 11. *Non congredi aequo campo, neque conlatis signis dimicare, sed refugientem incendere*] *non congredi aequo campo, non signis collatis* Lov. 3. quod probandum putarem, si plurium codicum auctoritas accederet. V. ad 40, 15, 5. *signis conlatis* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Deinde *fugientem* Lov. 2. et Harl. Mox §. seq. *τὸ sic* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] Deinde *opulentius regnum haberent* Lov. 2. et Harl. [*haberent imperium* Bamb.]

§. 13. *Nam de quorum possessione dimicetur tollentem, nihil sibi praeter bellum relinquere*] Pro *tollentem*, ego *volentem* legendum puto: alioqui non video, quid sensus elicias. GLAR. Hoc loco Glarennus ita scribit: Pro *tollentem* etc. Haec ille. Quam autem sit standum conjectura ejus, Polybius ipse, cujus haec verba sunt, docet [17, 3.] *Τὸ δ' ἀναιρούντα περὶ ὧν ὁ πόλεμός ἐστι, τὸν πόλεμον ἀντὸν καταλιπεῖν, μανίας ἔργον*

Digitized by Google

possent, quo opulentius imperium haberent. Nam de 13
quorum possessione dimicetur tollentem, nihil sibi praeter bellum relinquere, quod consilium esse? Plu- 14
res priore anno sociorum urbes in Thessalia evastasse Philippum, quam omnes, qui umquam hostes Thessaliae fuerint. ipsis quoque Aetolis eum plura 15
socium, quam hostem, ademisse. Lysimachiam, pulso praetore et praesidio Aetolorum, occupasse eum. Cium item suae ditionis urbem funditus ever- 16

εἶναι. Fortasse enim apud Polyb. legit Livius πόλεμον ἀυτῷ, non ἀυτόν. Reprehendit enim Philippum, qui in captas urbes saeviebat, excidens eas, quae belli esse praemia possent, idque stulti et amentis esse hominis ait. SIGON.

§. 14. *Urbes in Thessalia evastasse Philippum*] Pal. pr. *Pluris priore anno sociorum urbes in Thessaliam vastasse.* Antiqua ed. *in Thessalia devastasse.* GEBH. *vastasse* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *devastasse* Lov. 5. et antt. edd. pro quo Frob. anno 1535. *evastasse:* quod verbum Livio familiare esse, docuimus ad 28, 44, 14. Ita supra hoc cap. *Quae spoliasset, evastassetque, pro inconruptis restitui.* infra 33, 19, 1. *Dardanos superiora Macedoniae evastare.* c. 29, 9. *Coroneam circumsedit, evastatis prius agris.* 34, 28, 12. *Vallem Taygeto subjectam evastat.* 35, 4, 3. *Omnia ferro ignique satis evastata erant.* 36, 16, 4. *Multis nunciantibus circa Hypatam omnia evastari.* V. etiam ad 37, 19, 7. Mox *hostes in Thessalia fuerint* Lov. 3. *hostes Thessaliae fuerunt* Voss. Lov. 1. 5. 6. a m. 1. Gaertn. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *fuerint* substituit. Pronomen etiam *qui* deest in Harl. An igitur legendum, *quam omnes umquam hostes Thessaliae fecerint?* Solent autem *fui* et *feci* in Mstis commutari. V. ad 40, 50, 5. At reliqui stant pro vulgato *qui fuerint.*

§. 15. *Lysimachiam, pulso praetore et praesidio Aetolorum*] Qui haec legit, putat eum loqui de Lysimachia in Aetolis prope Pleuronem, de qua Strabo l. 10. [460.] At ex responsione Philippi satis apparet, eum loqui de Lysimachia ad isthmum Cherronesi in Thracia. GLAR. Lysimachiam intelligit, quae in Chersoneso est, non quae in Aetolia. Quod apertius ostendit hoc loco Polybius [17, 11.] Ἤρετο γὰρ τὸν Φίλιππον, διά τί Λυσιμαχίαν μετ' Αἰτωλῶν ταττομένην, καὶ στρατηγὸν ἔχουσαν παρ' αὐτῶν, ἐκβαλὼν τοῦτον κατάσχοι φρουρᾷ τὴν πόλιν. SIGON.

§. 16. *Chium item suae ditionis urbem funditus evertisse*] *Cium* legendum, non *Chium:* et *suae ditionis* Aetolorum, non Philippi, intelligendum esse, satis ostendit Polybius, cujus haec verba [ibid.] subsequuntur. διὰ τί δὲ Κιανοὺς παραπλησίως μετ' Αἰτωλῶν συμπολιτευομένους ἐξανδραποδίσαιτο, φίλος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς; Factum est autem, ut quemadmodum Philip-

Digitized by Google

tisse ac delesse. Eadem fraude habere eum Thebas Phthias, Echinum, Larissam, et Pharsalum.

1 XXXIV. Motus oratione Alexandri Philippus na-
2 vem, ut exaudiretur, propius terram adplicuit. Orsum eum dicere, in Aetolos maxime, violenter, Phaeneas interfatus, *Non in verbis rem verti*, ait: *aut*
3 *bello vincendum, aut melioribus parendum esse. Adparet id quidem*, inquit Philippus, *etiam caeco;*

pus Cianorum moenia quandam, sic inscii librarii eorum memoriam evertere hoc tempore atque delere conati sint. De Cio sic Suidas. *Κίων ἐμπόριόν τι πόλεως Μυσίας, ἀπὸ Κίου τοῦ ἡγησαμένου τῆς ἀποικίας τῶν Μιλησίων· τὸ ἐθνικὸν Κιανός.* Item *Κιανοὶ, οἱ τῆς Κίου, οὓς Προυσίας παρεσπονδήσαι ἠθέλησε.* SIG. *Chium* omnes codd. quos consului. Sed recte Sigon. *Cium*. V. ad 31, 31, 4.

Eadem fraude habere eum Thebas Phthias, Chinum, Larissam, et Pharsalum] Ptolemaeus [3, 13.] *Echinum* vocat. Strabo [9, 433.] *Echinam*. quo apparet, *Chinum* omnino mendose scribi. SABELL. Apud Polybium [17, 3.] *Τί δὲ λέγων κατέχει νῦν Ἐχῖνον, καὶ Θήβας τὰς Φθίας, καὶ Φάρσαλον, καὶ Λάρισσαν;* SIG. *Thebas Pithias, Pythias*, vel *Phitheas* omnes mei, et Oxonn. Hearnii, praeter Harl. qui legit *Thebas Pherias*.[*Thias Thebas* Bamb.] Tum *et Chinum* Lov. 4. 5. et Mead. ambo. *et Chium* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *et Chirum* Lov. 2. *et Thyrium* Harl. *Echium* Hearnii L. 1. Hinc conjunctio *et* exsulat a Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. Tandem *Pharsaliam* Lov. 6.

§. 2. *Orsum eum dicere*] *Parantem eum dicere* Lov. 1. 3. 6. et Voss. quod ex interpretis glossa receptum puto. Deinde *est interfatus* Lov. 3. [*aut mel. par. esse* omittit Bamb.]

§. 3. *Adparet id quidem, inquit Philippus, etiam Caeco*] Apud Polybium [17, 4.] *Τοῦτο μὲν, ἔφησεν, ὦ Φαινέα, καὶ τυφλῷ δῆλον.* SIG. *ait Philippus* Lov. 6. Tum mox *valitudinem* plerique codd. V. ad 3, 6, 9.

Et erat dicacior natura, quam regem decet] Polybium 17, 4. aliter sentire, et Livium nimis severum ac tristem in hac re esse, existimat Victorius 11. Var. lect. 3. ubi *deceret* hic citat. DUK. *etenim erat dicacior* Lov. 2. V. ad 7, 5, 4. Reliqui tamen *et erat*. Deinde, *quam regem deceret*, ut Victorium laudasse observat Dukerus, Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 40, 14, 3. Mox *risu satis temptasset*, pro *temperans*, Lov. 1. *temperasse* Voss. Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii L. 1. quod pro *temperans se* scriptum esse, Hearnius existimat. Certe *temperans se* diserte scriptum exhibent Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§. 4. *Indignari inde coepit, Aetolos, tamquam Romanos* etc. *ipsius enim Aetoliae Graecos Apodeotasque* etc. *Graeciam non esse*] *Agraeos* scribo, non *Grae-*

Digitized by Google

jocatus in valetudinem oculorum Phaeneae. et erat dicacior natura, quam regem decet, et ne inter seria quidem risu satis temperans. Indignari inde coepit, 4 *Aetolos, tamquam Romanos, decedi Graecia jubere: qui, quibus finibus Graecia sit, dicere non possint. Ipsius enim Aetoliae Agraeos, Apodotosque, et Amphilochos, quae permagna eorum pars sit, Graeciam non esse. An, quod a sociis eorum non abstinuerim,* 5 *justam querelam habent, quum ipsi pro lege hunc*

cos. GELEN. Ita [*Apodeotas*] in omnibus, quae nos vidimus, exemplaribus legitur: neque facile inveniebam, quinam ille essent. Tandem in Thucydidis l. 3. incidi, qui, ubi de Aetolorum gente loquitur, haec quoque habet [c. 94.] Ἐπιχειρεῖν ἐκέλευον, πρῶτον μὲν Ἀποδότοις, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι. id est, *Invadere*, inquit, *jubebant primum quidem Apodotes, deinde autem Ophionenses.* Sed Thucydides alio genere, alia declinatione dixit. Nisi quis rectius Ἀποδόταις, quam Ἀποδότοις, in Thucydidis codice legendum existimet. Plerique codices habent *Aetoliae Graecos Apodeotas.* Sed illud *Graecos* mutarunt alii in *Agraeos*, quod ego non intelligo. GLAREAN. *Agraeos*, quos numquam ac legisse ait Glareanus, *Apodotos*, non *Apodeotas*, legendum esse, Polybii verba haec [17, 5.] satis docent: Τὸ δὲ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἐφαμίλλους Ῥωμαίοις, καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν Μακεδόνας ἀπάσης τῆς Ἑλλάδος. τοῦτο γὰρ ἀναφθέγξασθαι καὶ παθόλου μέν ἐστιν ὑπερήφανον· οὐ μὴν ἀλλὰ Ῥωμαίων μὲν λεγόντων ἀνεκτόν, Ἀιτωλῶν δ' οὐκ ἀνεκτόν. ποίας δὲ κελεύετέ με, φησίν, ἐκχωρεῖν Ἑλλάδος, καὶ πῶς ἀφορίζετε ταύτην; ἀντῶν γὰρ Ἀιτωλῶν οὐκ εἰσὶν Ἕλληνες ὀλιγοστοὶ πλείους· τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἀποδοτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἔστιν Ἑλλάς· ἢ τούτων μὲν παραχωρεῖτέ μοι; Porro autem *Agraeos* vicinos esse Acarnanibus populos ait Stephanus. SIG. *Graecos* omnes mei, et Hearnii L. 1. nisi quod *Greos* sit in Lov. 4. Deinde *Apodoctas* edd. principes. *Apodeotas* Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. *Apodeotasque* Frob. anno 1535. *Apodotas* Lov. 5. *Apodotasque* Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. *Apodectosque* Lov. 2. *Apodatasque* Lov. 3. *Apodoetasque* Lovel. 4. *Apodetasque* Gaertn. *Apodetosque* Lov. 6. *Apodoctasque* Mead. ambo. [Bamb.] *Apodoctosque* Harl. Doujatius legebat *Aperantiosque*, qui Acheloï fontes adcolunt, quia non facile est conjicere, quo loco *Apodeotae* siti fuerint. Velkem, addidisset, quid igitur censeret de locis Thucyd. Polyb. et aliorum, qui hujus populi mentionem fecerunt, utrum et apud eos similiter legendum existimaret, quia contra vulgatam eorum lectionem eadem, quam hic dedit, ratio adferri potest; an vero ibi receptam scripturam tueretur. Ego non dubito, quin legendum

Digitized by Google

antiquitus morem servent, ut adversus socios ipsi suos, publica tantum auctoritate demta, juventutem suam militare sinant, et contrariae persaepe acies in
6 *utraque parte Aetolica auxilia habeant? Neque ego Cium expugnavi, sed Prusiam socium et amicum obpugnantem adjuvi: et Lysimachiam ab Thracibus vindicavi. sed, quia me necessitas ad hoc bellum a*
7 *custodia ejus avertit, Thraces habent. Et Aetolis haec. Attalo autem Rhodiisque nihil jure debeo. non enim a me, sed ab illis principium belli ortum*

sit *Agraeos Apodotosque. Agraeos*, quam vocem non intelligebat Glareanus, nosse tamen potuerat ex Thucyd. 3, 106. et 111. et l. 4, 77. De *Agraeis* v. Palmer. Graec. antiq. 4, 3. de *Apodotis* ibid. 4, 7. ubi ex Thucydide hoc loco *Apodotos*, ex Livio vero aliisque in loco Polyb. apud Sigon. laudato Ἀγραίων, pro Ἀγραῶν, ut nunc editur, legendum docet. Praeterea *dicere non possent*, pro *possint*, omnes codd. praeter solum Lov. 5. qui stat cum editis.

§. 5. *Pro lege hunc morem antiquitus servent*] Ita primus edidit Aldus. Verum lectio illa in nullo meorum codd. superest, ni forte in Gaertn. ex quo nihil in excerptis notatur. Priores editi, consentiente Lov. 5. legunt *pro lege antiquitus hunc morem servent*. Reliqui scripti *pro lege hunc antiquitus morem servent*. Quod revocavi.

§. 6. *Neque ego Chium expugnavi, sed Prusiam* etc.] *Cium* restitue, non *Chium*. Sic enim Polybius [17, 4.] Κιανοῖς δ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπολέμησα, Προυσίου δὲ πολεμοῦντος, βοηθῶν ἐκείνῳ συνεξεῖλον αὐτοὺς, ὑμῶν αἰτίων γενομένων. Itaque lib. sequenti [c. 30, 4.] ait Livius: *De Cianorum libertate Quintius Prusiae Bithyniorum regi scriberet, quid senatui et decem legatis placuisset.* Item Suidas, ut dixi. SIG. Recte. V. ad cap. praec. §. 16. Omnes tamen nostri perperam *Chium*. Insuper *Non ego Chium* Lov. 3.

Lysimachiam ab Thracibus vindicavi. sed, quia etc.] Polybius [ibid.] ita: Ἐρωτᾷς με, φησὶν, Ἀλέξανδρε, διὰ τί Λυσιμαχίαν προσέλαβον; ἵνα μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν ὀλιγωρίαν ἀνάγκατος γένηται ὑπὸ Θρακῶν, καθάπερ νῦν γέγονεν, ἡμῶν ἀπαγαγόντων τοὺς στρατιώτας διὰ τοῦτον τὸν πόλεμον. SIG. *et quia me necessitas* omnes codd. quos consului, [Bamb.] omnesque typis exarati usque ad Ascens. qui recte anno 1513. *sed quia* correxit. Solent hae voculae commutari. V. ad 40, 58, 1.

§. 7. *Et Aetolis haec. Attalo autem Rhodiisque nihil* etc.] Haec Polybius in hunc modum [17, 6.] Πρὸς δὲ Ῥοδίους καὶ πρὸς Ἄτταλον, ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ δικαιότερον ἂν νομισθείη τούτους ἡμῖν ἀποδιδόναι τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας, ἤπερ ἡμᾶς τούτοις. οὐ γὰρ ἡμεῖς

Digitized by Google

est. Romanorum autem honoris caussa, Peraeam 8
Rhodiis, et naves Attalo cum captivis, qui comparebunt, restituam. Nam quod ad Nicephorium Ve- 9
nerisque templi restitutionem adtinet; quid ea restitui postulantibus respondeam? nisi, quo uno modo 10
luci silvaeque caesae restitui possunt, curam inpensamque sationis me praestaturum: quoniam haec inter se reges postulare et respondere placet. Extrema 11
ejus oratio adversus Achaeos fuit: in qua, orsus ab Antigoni primum, suis deinde erga eam gentem

Ἀττάλῳ πρότεροι καὶ Ῥοδίοις τὰς χεῖρας ἐπεβάλομεν, οὗτοι δ' ἡμῖν ὁμολογουμένως. οὐ μὴν ἀλλὰ σοῦ κελεύοντος Ῥοδίοις μὲν ἀποδίδωμι τὴν Περαίαν, Ἀττάλῳ δὲ τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς διασωζομένους· τὴν δὲ τοῦ Νικηφορίου καταφθορὰν καὶ τοῦ τῆς Ἀφροδίτης τεμένους, ἄλλως μὲν οὐκ εἰμὶ δυνατὸς ἀποκαταστῆσαι· φυτὰ δὲ καὶ κηπουροὺς πέμψω, τοὺς φροντιοῦντας θεραπείας τοῦ τόπου, καὶ τῆς αὐξήσεως τῶν ἐκκοπέντων δένδρων. SIG. Vocula initialis *Et* exsulat a Lov. 2. 5. Harl. et edd. antiquioribus Frob. anni 1535. Sed intercepta est a primis literis vocis sequentis. V. infra ad 35, 23, 10.

§. 10. *Nisi, quo uno modo luci silvaeque caesae*] Pall. et antiqua ed. *silvae lucique caesi.* GEBH. *sue lucē quiq; restitui* Voss. *sue luci quicquam restitui* Lov. 1. *silvae lucique caesae restitui* Lov. 6. et Mead. 1. *silvae lucique caesi restitui* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2. [Bamb.] *silvae lucique restitui caesi* Lov. 5. et edd. antiquae. Aldus postea id, quod nunc vulgo exstat, restituit; cui solus Gaertn. consentit. Paullo ante §. praec. *restitui ea postulantibus* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, [Bamb.] eaedemque edd.

Curam inpensamque sationis me praestaturum] *stationis* Voss. Lov. 4. 5. Mead. ambo, [Bamb.] et pleraeque edd. principes. *stationis* Lov. 1. *restitutionis* Lov. 2. et 6. *restaurationis* Lov. 3. et Gaertn. *restorationis* Mead. 1. in margine. Nihil muto. *sationis* id est plantationis, quo sensu *serere, adserere, conserere arbores* pluribus inlustrat N. Heins. ad Silii 10, 533. ubi v. etiam, quae notavi. Pronomen *me* non adparet in Gaertn. Mox *hoc inter se reges postulare* Lov. 3. *inter se reges haec postulare* Lov. 6.

§. 11. *Extrema ejus oratio adversus Achaeos fuit: in qua* etc.] Polybii primum verba, quae his respondent, recitabo; deinde, quod hoc in loco Glareano videtur esse obscuritatis, tollam. Polybius [17, 6.] ita: *Μεταβὰς ὁ Φίλιππος ἐπὶ τοὺς Ἀχαιοὺς, πρῶτον μὲν τὰς ἐνεργεσίας ἐξηριθμήσατο τὰς ἐξ Ἀντιγόνου γεγενημένας εἰς αὐτοὺς, εἶτα τὰς ἰδίας· ἑξῆς δὲ τούτοις προσηνέγκατο τὸ μέγεθος τῶν τιμῶν τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς παρὰ τῶν Α-*

Digitized by Google

meritis, recitari decreta eorum jussit, omnes divi-
12 nos humanosque honores complexa: atque ad ea
adjecit recens de exercitu, quo ab se descivissent.
invectusque graviter in perfidiam eorum, *Argos ta-*
13 *men se redditurum eis*, dixit. *De Corintho cum im-*
peratore Romano deliberaturum esse; quaesiturum-
que simul ab eo, utrum iis tantum urbibus decedere

Χαιῶν. τελευταῖον δ' ἀνέγνω τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους μεταθέσεως· ᾗ χρησάμενος ἀφορμῇ, πολλὰ κατὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς ἀθεσίαν εἶπε καὶ ἀχαριστίαν. ὅμως δ' ἔφη, τὸ μὲν Ἄργος ἀποδώσειν· περὶ δὲ τῆς Κορίνθου βουλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Τίτου. ταῦτα δὲ διαλεχθεὶς πρὸς τοὺς ἄλλους, ἤρετο τὸν Τίτον, φήσας πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν λόγον εἶναι καὶ πρὸς Ῥωμαίους· πότερον οἴεται δεῖν ἐκχωρεῖν, ὧν ἐπέκτηται πόλεων καὶ τόπων ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἢ καὶ τούτων, ὅσα παρὰ τῶν γονέων παρείληφε; Haec Polybius. Quaerit autem apud Livium Glareanus, quid sit *recens* decretum *de exercitu*, *quod ab se descivisset?* Huic ego quaestioni respondeo, primum in veteribus libris legi, *de exercitu, quo ab se descivissent.* deinde decretum illud intelligi, quo se Achaei, relicto Philippo, Romanorum societati adjunxerunt, de quo paulo ante Livius [c. 23, 3.] *In praesentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, et exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri; captis Cenchreis, jam urbem ipsam Quintio oppugnante.* SIG. [*ab Antigone et gentem eam* Bamb.]

§. 12. *Atque ad ea adjecit recens de exercitu, quod ab se descivissent*] Quid sit illud *recens* decretum *de exercitu*, mihi non constat. Erat in plerisque libris locus asterisco notatus, ab aliis rursus omissus, nihilominus in obscuro manente sensu. Ego aliquid deesse suspicor. GLAR. Glareano satisfacere conatus est Sigonius ad verba praecedentia. Nihilominus Cl. Crevierius verba haec *de exercitu* procul dubio vitiosa esse judicavit, ac mutanda fortasse in *decretum*. Polybium enim, loco a Sigonio adlato, id exprimere *τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα*. Manus porrigerem, si ulli codd. faverent; qui omnes vulgatum *de exercitu* tuentur, nisi quod *de exitu* sit in Harl. An igitur, ut jam Sigonius innuit, vocibus *de exercitu* respicit illam partem decreti, quo *exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri* placuit, teste Liv. supra c. 23, 3. Ceterum *quo ad se*, vel *ab se* cum Oxonn. Hearnii etiam omnes mei, solo excepto Lov. 5. qui cum editis antiquis servat *quod*. Praeterea *atque eam abjecit* Voss. Lov. 3. et Mead. 1. *atque eam objecit* Lov. 2. *atque eam adjecit* Lov. 1. 6. et Gaertn. *atque ea abjecit* Lov. 4. et Mead. 2. neque praepositio *ad* exstare videtur, nisi in Lov. 5. et Harl. An igitur legendum *atque eo adjecit*? V. ad 7, 30, 15. [*atque eis objecit recens decretum*, *quo* Bamb. mox *iis redditurum*.]

§. 13. *Quaesiturumque simul*

Digitized by Google

se aequum censeat, quas a se ipso captas jure belli habeat, an iis etiam, quas a majoribus suis accepisset.

XXXV. Parantibus Achaeis Aetolisque ad ea respondere, quum prope occasum sol esset, dilato in posterum diem conloquio, Philippus in stationem, ex qua profectus erat, Romani sociique in castra redierunt. Quinctius postero die ad Nicaeam (is enim 1 2

ab eo, iisne urbibus decedere] Vetus lectio *utrum, iisne urbibus* etc. GELEN. *quaesiturum simul ab eo* Lov. 2. Mead. 1. Harl. et Gaertn. *quaesiturumque ab eo simul* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. [Bamb.] et edd. usque ad Aldum. Deinde *utrum iisne*, vel *hisne*, vel *hiisne urbibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *utrumne iis urbibus* Lov. 3. *hisne urbibus*, omissa voce *utrum*, Gaertn. *ne urbibus iis* Lov. 5. et edd. antt. Aldus deinde *iisne urbibus*. Froben. anno 1536. ex mente Gelenii *utrum, iisne urbibus*. Jac. Gronov. tandem *utrum iis tantum urbibus*. Sensui ea lectio adprime convenit: sed, qua auctoritate, utrum ex conjectura, an codicem secutus, vir Clariss. ita ediderit, ignoro. Certe nullus meorum consentit: idem de suis testatur Crevier. [*quas ab se* Bamb.]

§. 1. *In stationem, ex qua profectus erat*] Vett. edd. *a qua*. MSS. *in qua*. Forte, *in stationem, unde profectus erat*. J. FR. GRON. *ex qua* primum adparuit in ed. Frob. anni 1535. priores omnes *a qua*, concinente solo Lov. 5. *in qua* unus Voss. Reliqui novem Mssi, quibus usus sum, nihil mutant: quos sequi malo. [*Philippus stationem* Bamberg.]

§. 2. *Quinctius postero die ad Nicaeam (is enim locus placuerat) ad constitutum tempus venit. Philippi nullus* etc.] Haec ita refert Livius, quasi alium locum dicere velit. Fortassis autem desideratur verbum *rursum*, vel quid simile. GLAR. Apponam hoc etiam loco verba Polybii, eum loci illustrandi caussa, tum Livianae industriae declarandae [l. 17, 7.] *Καὶ τότε μὲν ἅπαντες ἐχωρίσθησαν, ταξάμενοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν εἰς Νίκαιαν πάλιν ἀπαντήσειν. τῇ δ' ἄυριον οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἦκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον, ἐν ᾧ πάντες ἦσαν, ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίνετο. τῆς δ' ἡμέρας ἤδη προαγούσης ἐπὶ πολύ, καὶ σχεδὸν ἀπεγνωκότων τῶν περὶ τὸν Τίτον, παρῆν ὁ Φίλιππος δείλης ὀψίας ἐπιφαινόμενος, μεθ' ὧν καὶ πρότερον κατατετριφὼς τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη, διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν τῶν ἐπιτταττομένων· ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τήν τε τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν κατηγορίαν. ἑώρα γὰρ τῇ πρόσθεν ἀπαλλαττόμενος, ἀμφοτέρους τούτους ἑτοίμους ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι, καὶ πεμψιμοιρεῖν αὐτῷ. διὸ καὶ τότε συνεγγίσας ἠξίου τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μόνον ἐξ ἀμφοτέρων ἀψιμαχούντων, ἀλλὰ καὶ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἐπιτεθῇ.*

Digitized by Google

locus placuerat) ad constitutum tempus venit. Philippi nullus usquam nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat: et jam desperantibus venturum re-
8 pente adparuerunt naves. At ipse quidem, *quum*

πλεονάκις δὲ αὐτοῦ παρακαλοῦντος καὶ προσαξιοῦντος, ᾔρετο τοὺς συμπαρόντας ὁ Τίτος, τί δέον εἴη ποιεῖν; τῶν δὲ κελευόντων συνελθεῖν, καὶ διακοῦσαι τῶν λεγομένων, παραλαβὼν ὁ Τίτος Ἄππιον Κλαύδιον Χιλίαρχον ὄντα τότε, τοῖς μὲν ἄλλοις μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀναχωρήσασιν εἶπεν αὐτοῖς μένειν. αὐτὸς δὲ τὸν Φίλιππον ἐκέλευεν ἐκβαίνειν. ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν Ἀπολλόδωρον καὶ Δημοσθένην, ἀπέβη. συμμίξας δὲ Τίτῳ, διελέγετο καὶ πλείω χρόνον. τίνα μὲν οὖν ἦν τὰ τότε ῥηθέντα παρ' ἑκατέρου, δυσχερὲς εἰπεῖν. ἔφη δ' οὖν ὁ Τίτος μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Φίλιππον, διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως· Αἰτωλοῖς μὲν ἀποδοῦναι Φάρσαλον καὶ Λάρισσαν, Θήβας δ' οὐκ ἀποδοῦναι. Ῥοδίοις δὲ τῆς μὲν Περαίας παραχωρεῖν, Ἰασοῦ δὲ καὶ Βαργυλιῶν οὐκ ἐκχωρεῖν. Ἀχαιοῖς δὲ παραδιδόναι τὴν Κόρινθον καὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν. Ῥωμαίοις δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα φάναι παραδώσειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας. Ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκατασήσειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἁλόντων, ὅσοι πάρεισι. Πάντων δὲ τῶν παρόντων δυσαρεσούντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν ἐπίταγμα πρῶτον ποιεῖν. τοῦτο δ' ἦν ἁπάσης ἐκχωρεῖν τῆς Ἑλλάδος· εἰ δὲ μή, διότι τὰ κατὰ μέρος μάταια γίγνεται, καὶ πρὸς οὐδέν· θεωρῶν ὁ Φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ δεδιὼς ἅμα τὰς κατηγορίας, ᾔξιου τὸν Τίτον ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν ἄυριον διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν. ἢ γὰρ πείσειν, ἢ πεισθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ταξάμενοι συμπορεύεσθαι πρὸς τὸν κατα Θρόνιον αἰγιαλόν, τότε μὲν ἐχωρίσθησαν, τῇ δ' ὑσεραίᾳ πάντες ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ. καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ Φίλιππος, ᾔξιου πάντας, μάλιστα δὲ τὸν Τίτον, μὴ διακόψαι τὴν διάλυσιν, τῶν γε δὴ πλείστων εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἠγημένων· ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται, δι' αὐτῶν συμφώνους γενέσθαι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων· εἰ δὲ μή, πρεσβεύσειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, κἀκείνην πείσειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἢ ποιήσειν ὅ, τι ποτ' ἂν ἐπιτάττῃ. Ταῦτα δ' αὐτοῦ προτείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν πράττειν τὰ τοῦ πολέμου, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἀξιουμένοις· ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, οὐκ ἀγνοεῖν μὲν οὐδ' αὐτὸς ἔφη, διότι τὸν Φίλιππον οὐκ εἰκὸς ἔει ποιῆσαι τῶν παρακαλουμένων οὐδέν· τῷ δ' ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις τὴν αἰτουμένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐκποιεῖν, ἔφη, χαρίζεσθαι. κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ' ὡς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου. πρὸς δὲ τὸ λαβεῖν πεῖραν τῆς ἐκείνων γνώμης, εὐφυῶς ἔχειν τὸν ἐπιφερόμενον καιρόν. Τῶν γὰρ στρατοπέδων οὐδ' ὡς δυναμένων οὐδὲν πράττειν διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν χρόνον εἰς τὸ προσανενεγκεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν προσπιπτόντων, οὐκ ἄθετον, ἀλλ' οἰκεῖον εἶναι πᾶσι. Ταχὺ δὲ συγκαταθεμένων ἁπάντων διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν Τίτον οὐκ ἀλλότριον ὄντα τῆς ἐπὶ τὴν σύγκλη-

Digitized by Google

tam gravia et indigna imperarentur, inopem consilii diem se consumsisse deliberando, ajebat. Vulgo 4
credebatur, de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achaeis Aetolisque ad respon-

τον ἀναφορᾶς, ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ Φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥώμην. ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὐτῶν πέμπειν ἑκάσους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ καὶ κατηγορήσοντας τοῦ Φιλίππου. Τοῦ δὲ πράγματος τῷ Τίτῳ τοῦ κατὰ τὸν σύλλογον κατὰ νοῦν καὶ κατὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς διαλογισμοὺς προκεχωρηκότος, παραυτίκα τὸ συνεχὲς τῆς ἐπιβολῆς ἐξύφαινε, τά τε καθ' αὐτὸν ἀσφαλιζόμενος ἐπιμελῶς, καὶ πρόλημμα τῷ Φιλίππῳ ποιῶν οὐδέν. δοὺς γὰρ ἀνοχὰς ὁιμήνους αὐτῷ, τὴν μὲν πρεσβείαν τὴν εἰς τὴν Ῥώμην ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συντελεῖν ἐπέταξε· τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παραχρῆμα τὰς ἐκ τῆς Φωκίδος καὶ Λοκρίδος ἐκέλευσε. Ex hac verborum collatione cum singulare Livii in vertendo Polybio studium cognoscitur: tum vero alia multa, quae Livianam patefacere sententiam possunt. Quorum exempli causa unum illud est: *Quintius postero die ad Nicaeam venit*, quo loco subaudiendum est *iterum*, ut recte Glareanus intellexit. habet enim Polybius πάλιν. Alterum, quod, cum ait: *Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat*, Apollodorum et Demosthenem intelligit, de quibus laborat Glareanus. Tertium, quod, cum ait *litus ad Thronium*, recte habet. Nam etiam κατὰ Θρόνιον ἀιγιαλόν edit Polybius, quamquam in veteribus libris est *Athonium*. Reliqua ejusmodi sunt, quae, si diligentius comparentur, quum voluptatem, tum utilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem possint. SIGON.

Philippi nullus usquam nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat] Videtur, delendam praepositionem esse. J. FR. GRONOV. Quid si *Philippus nullus usquam. nec nuncius ab eo?* Cicero 11. ad Att. 24. *Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me, quid egerit.* et 14, 3. *Corumbus Balbi nullus adhuc.* Etiam tentari potest *Philippi nihil usquam.* c. 21, 7. *Philippi praeter legatum videmus nihil.* DUK. Vulgatum *nullus nuncius Philippi ab eo*, id est a Philippo, omnino admitti nequit. Praepositionem autem *ab* invitis codd. cum Gronov. delere audacius existimo. Lenius multo remedium est, si cum Cel. Dukero legamus *Philippus*, pro *Philippi*. Nonnihil juvat Gaertn. *Philippo* exhibens, in quo ita pro *Philippo* facile errore scribi potuit. Praesertim autem firmat Polyb. 17, 8. Ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίγνετο. Praeterea *Philippo vero ullus usquam* Gaertn. An igitur *Philippus vero nullus usquam?* Eamdem particulam non neglexit Polyb. licet noverim, Livium non omnia ita minima ad apicem transtulisse: certe hoc loco quod sequitur, *nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat*, addidit de suo Livius. non vero a Polyb. sumsit. Deinde *umquam* Lov. 2 3. et Gaertn. a m. 1. *usque* Lov. 1. Male. Saepe *nullus usquam* junguntur. Supra 3, 68, 11. *In concordia ordinum nullos se usquam esse vident.* Cicero 7. ad Att. 21. *Cognovi, nihil in consulibus, nullum usquam dele-*

Digitized by Google

5 dendum. et eam opinionem ipse adfirmavit, petendo, ut, submotis aliis, ne tempus altercando teretur, et aliquis finis rei inponi posset, cum ipso
6 imperatore Romano liceret sibi conloqui. Id primo non acceptum, ne excludi conloquio viderentur socii: deinde, quum haud absisteret petere, ex
7 omnium consilio Romanus imperator cum Ap. Claudio tribuno militum, ceteris submotis, ad extremum
8 litus processit. Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram est ingressus. Ibi quum aliquamdiu

ctum. pro Flacco 21. *Cui nullus esset usquam consistendi locus.* Praeterea *per aliquas horas* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad c. 10, 12. [§. seq. *Atque ipse quidem* Bamb. *diem consumpsisse*, omisso *se*, idem.]

§. 4. *Vulgo credebatur, de industria rem in serum tractam*] *Vulgo credebat* Voss. V. ad 10, 10, 1. *Vulgo credebant* Harl. et Mead. 1. [Bamb.] V. ad 37, 40, 1. [*nec tempus dari posse* Bamb.]

§. 5. *Cum imperatore Romano liceret sibi conloqui*] Id sane jam pridem fecerat, et potuit quoque adhuc facere. Sed vim orationi summam addunt MSS. inque iis Thuan. *cum ipso imperatore Rom.* quod non meretur negligi: solum enim vult, nullis sociis cinctum. 23, 42, 2. *Hostes populi Romani fuimus primum per nos ipsi; postea Pyrrho regi nos adjunximus.* JAC. GRON. Non necesse quidem est inseri *ipso*, quum dicat *summotis aliis*: nec tamen rejici debet, propter auctoritatem Mstorum. DUK. Primus est Gruter. qui in ultima ed. *ipso* omisit. Non modo reliquae edd. antiquiores, sed et omnes codd. nostri cum Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. praenomen illud agnoscunt: contextui igitur restituendum est quod jam fecit Cl. Crevierius; et quidem unice, quia et jubent omnes hi testes, ut monuit Cl. Dukerus, non vero quasi illa vox sententiam adjuvaret, ut aliis visum est. Paullo ante *petendo*, *inde submotis aliis* Voss. Ut ita vocula *ut* per ellipsin subintelligatur; quae saepius post verba *orare*, *precari*, *petere*, *postulare*, *poscere*, *rogare*, et similia omitti solet. V. ad 3, 45, 10. 7, 13, 10. 34. 24, 4. 36, 4, 6. 40, 35, 5. Unius tamen testis fides non satis firma est, ut ideo lectio recepta mutetur. [et *aliqui finis* Bamb.]

§. 7. *Cum A. Claudio praefecto et tribus tribunis militum*] Vet. lectio *cum Appio Claudio tr. mil.* GELEN. Vide, num *Ap. Claudio* legendum. GLAR. *cum praefecto Claudio tribus militibus* Voss. et Lov. 1. *cum praefecto Claudio tribuno militum* Lov. 2. 3. et 6. *cum A. praefecto Claudio tribuno militum* Lov. 4. Mead. 1. et Gaerta. *cum A.*

Digitized by Google

diu secreto locuti essent, quae acta ad suos Philippus retulerit, minus compertum est. Quinctius haec retulit ad socios: *Romanis eum cedere tota Illyrici* 9
ora, perfugas remittere, ac si qui essent captivi. At- 10
talo naves, et cum iis captos navales socios; Rhodiis regionem, quam Peraeam vocant, reddere: Jasso et Bargyliis non cessurum. Aetolis Pharsalum Laris- 11
samque reddere, Thebas non reddere. Achaeis, non Argis modo, sed etiam Corintho cessurum. Nulli 12
omnium placere, partium, quibus cessurus, aut non cessurus esset, destinatio. *plus enim amitti in iis,*

Claudio praefecto et tribus tribunis militum Lov. 5. et edd. ante Gelen. nisi quod vocem *tribus* ex ed. Rom. principe non laudet Hearnius. Gelenium veram lectionem revocasse certum est: eo enim ducunt pleorumque codd. vestigia; eamdemque servasse videntur Harl. et Mead. 2. ex quibus nihil in excerptis notatur. Paullo ante §. praec. *dein quum haud absisteret* Lov. 4. [Bamb.] V. ad 3, 3, 6. *deinde quum haud desisteret* Lov. 2. Male. 7, 25, 5. *Absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent.* 36, 35, 4. *Ne ingratis quidem benefacere absistam.*

§. 8. *Cum duobus, quos pridie adhibuerat*] Qui sint illi duo, scire velim, cum initio prioris diei colloquii ita habeatur [c. 32, 10.] *Erant cum eo principes Macedonum, et Achaeorum exsul, vir insignis, Cycliadas.* Ut non immerito et hunc et praecedentes locos mutilos quis credat. GLAR. V. ad c. 32, 10.

Quum aliquamdiu secreto locuti essent] *secreto loqui cum aliquo* dicunt Horat. 1. Sat. 9, 67.

— — *Nescio quid secreto velle loqui te*
Ajebas mecum.

Et Val. Max. 6, 3, 11. *Quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat.* Itaque cogitabam, fortassis scriptum fuisse *secreto collocuti*, et tres priores literas hujus vocis in duabus postremis praecedentis, et prima sequentis latere. Cicero 7. ad Att. 8. *Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.* Et *secreta colloquia* saepe apud Livium et alios. Sed nihil muto, vetantibus MSS. *secreto loqui* dicunt Plinius et Seneca, nec addunt *cum aliquo.* V. Lips. ad Plinii Paneg. 2. DUK. [mox *acta Philyppus ad vos* Bamb.]

§. 9. *Quinctius haec retulit ad socios: Romanis eum cedere*] *hoc retulit* Voss. et Lov. 3. Tum *ad socios Romanorum: eum cedere* omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Mox *ac si qui sint captivi* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaerto. [Bamb.] *ac qui sint capti* Lov. 3.

§. 12. *Quibus cessurus, aut*

Digitized by Google

13 *quam adquiri. nec umquam, nisi tota deduxisset Graecia praesidia, caussas certaminum deponere.*

1 XXXVI. Quum haec toto ex concilio certatim omnes vociferarentur, ad Philippum quoque procul 2 ſtantem vox eſt perlata. itaque a Quinctio petit, ut rem totam in poſterum diem differret: profecto aut 3 persuasurum se, aut persuaderi sibi paſſurum. Litus ad Thronium conloquio deſtinatur. eo mature conventum eſt. Ibi Philippus primo et Quinctium et omnes, qui aderant, rogare, ne spem pacis turbare 4 vellent. Poſtremo petere tempus, quo legatos Romam ad senatum mittere posset. *Aut his conditionibus se pacem impetraturum, aut, quascumque se-* 5 *natus dedisset, leges pacis accepturum.* Id ceteris haudquaquam placebat. nec enim aliud, quam mo-

non cessurus] *quibus aut cessurus, aut non cessurus* Gaertn. Antea §. praec. *non Argis modo, sed Corintho* Lov. 2. et Harl. V. ad 2, 6, 1. [§. 10. *Piraean*, et *Jaso et Burgyllis*, mox *redderet* Bamb.]

§. 13. *Plus enim amitti in iis, quam adquiri*] Quid illud *in iis* referat, apud me nondum planum eſt. GLAR. *Tà in iis* deſunt in Lov. 3.

Caussas certaminum deponere] Scribe *caussas certaminum defore*. J. FR. GRON. [*defore* Bamb.]

§. 1. *Quum haec toto ex concilio certatim omnes vociferarentur*] *Τὸ haec* deeſt in Lov. 1. 6. et Voſſ. sed vox *certatim* in Hearnii L. 1. Mox etiam *quoque* in Voſſ. Lov. 1. et 6. a m. 1. verum eſt in Lov. 3.

§. 2. *Ut rem totam in poſterum diem differret*] Hic etiam *totam* non adparet in Lov. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *differat* legit Voſſ. et Lov. 2. *referret* Gaertn. Mox *persuasurum esse, aut* Harl.

§. 3. *Litus Athonium conloquio destinatur*] Lege *Littus ad Thronium*. Eſt enim in eo sinu hujus nominis oppidum. GELEN. Vide, num *ad Thronium* legendum, cujus hoc in loco cum aliis meminit Strabo l. 9, [426.] ubi et de *Nicaea*. Nam de *Atho* intelligere, plane ineptum eſt, quod tamen quidam somniant. GLAR. Virorum doctorum conjecturam auctoritate Polybii firmari, Sigonius supra docuit ad cap. praec. §. 2. *Arthonium* habet Lov. 6. *ad Torvum* Gaertn. *ad Thomum* Lov. 3. *ad Thonium* Voſſ. Lov. 1. et Mead. 1. [Bamb.]

Digitized by Google

ram et dilationem ad conligendas vires, quaeri. Quinctius, *verum id futurum fuisse*, dicere, *si aestas et tempus rerum gerendarum esset. nunc, hieme instante, nihil amitti, dato spatio ad legatos mittendos. Nam neque sine auctoritate senatus quidquam eorum ratum fore, quae cum rege ipsi pepigissent: et explorari (dum bello necessariam quietem ipsa hiems daret) senatus auctoritatem posse.* In hanc sententiam et ceteri sociorum principes concesserunt: induciisque datis in duos menses, et ipsos mittere singulos legatos ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur, placuit. Additum induciarum pacto, ut regia praesidia Phocide ac Locride extemplo deducerentur. Et ipse Quinctius cum sociorum legatis Amynandrum Athamanum regem, ut

6 7 8 9 10

Ne spem pacis turbare vellent] *conturbare* Lov. 5. et edd. Aldo priores, invitis reliquis scriptis. [*Philyppus primum* Bamb.]

§. 4. *Legatos Romam ad senatum mittere*] *legatos mittere Romam ad senatum* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] Vox *Romam* exsulat a Lov. 1. et 4. quemadmodum mox pronomen *se* a solo Lov. 1. Postea etiam §. seq. particula *enim* non adparet in Lov. 1. 6. et Voss. [*et* ante *dilationem* omittit Bamberg.]

§. 7. *Quae cum rege ipsi pepigissent*] Quia non valde probabile est, senatum eo tempore, quo sibi Graecos adjungere maxime cupiebat, non voluisse, illis licere quidquam sine sua auctoritatae pacisci, vel, si non voluisset, id palam ostendisse; oratio haec Quinctii non satis tempori conveniens, et alienandis, quam conciliandis, Graecorum animis aptior esse videtur. Hinc dubito, an melius sit *quae cum rege ipse pepigisset*, hac sententia: nihil ista dilatione hac tempestate anni amittitur; nam si quae ipse vel vobis, vel Romanis pepigissem, tamen nihil eorum sine senatus auctoritate ratum foret. DUK. Ut ita legi possit, non inpedit Polyb. 17, 9. Κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ' ὡς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν ὑπὸ λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου. [*ratum quicquam eorum* Bamb.]

§. 8. *Ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur*] *caperentur* Lov. 1. 6. et Voss. quam locutionem Livio familiarissimam esse, vidimus ad 4, 58, 4. [*ad senatum edocendum* Bamb.] Paullo ante *In hac sententia* etc. *concesserunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

speciem legationi adjiceret; Q. Fabium, (uxoris Quinctii sororis filius erat) et Q. Fulvium, et Ap. Claudium misit.

1 XXXVII. Ut ventum Romam est, prius sociorum legati, quam regis, auditi sunt. cetera eorum
2 oratio conviciis regis consumta est. Moverunt eo

6. et Mead. ambo. *In hac sententia consenserunt* Gaertn. Sed, *concedere* et *consentire* passim in Mstis confundi, vidimus ad 9, 7, 7.

§. 10. *Utque speciem legationis adjiceret*] Immo *legationi*. 34, [52, 11.] *Praebuerunt speciem triumpho, capitibusque rasis secuti, qui servitute exempti fuerant.* J. FR. GRON. *legationi*, ut Gronov. emendat, in uno superest Harl. Supra 9, 40, 15. *Cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma praebuere.* Eam igitur lectionem recepi. Verum, si cum his conferamus verba Polybii, Livium vel ab eo diversa tradero, vel corruptum circumferri patebit. Verba Polyb. sunt 17, 10. *Καὶ τὸν μὲν Ἀμύνανδρον εἰς τὴν Ρώμην ἐξέπεμπε παραχρῆμα, γινώσκων αὐτὸν* etc. *φανταστίαν ποιήσοντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα.* Id vult Polybius, Quinctium legationi Romam mittendae speciem quaesivisse ex eo, quod inter legatos fuerit Amynander rex: at verba Livii, ut nunc eduntur, inde speciem quaesitam narrant, quod tres additi sint legati Romani. Superest tamen ratio, Polybium et Livium in concordiam redigendi, si hujus membranas antiquas sequimur, quae *ut speciem*, omisso copulativo *que*, legunt. Certe ita inveni in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Scribendum igitur puto, *cum sociorum legatis Amynandrum Athamanum regem, ut speciem legationi adjiceret, et* (hanc voculam addidi) *Q. Fabium* etc. *misit.* De meo, inquam, adjeci voculam *et*, quae facile excidere potuit ob ultimas literas praecedentis *adjiceret.* V. ad 35, 41, 7. Similiter copulam *que* delendam, et ita speciem legationi adjectam per Amynandrum, legatum missum, viderunt etiam Cl. Jac. Perizon. in margine Livii sui, Duker. et Crevier. quorum postremus se id fecisse testatur auctoritate Msti Victor. Ubi vero addidi voculam *et*, idem potius interposuit particulam *mox*, quia Polyb. Amynandrum *παραχρῆμα* missum dicit, *μετὰ δὲ τοῦτον* tres illos Romanos. Videri posset, apud Polyb. minima mutatione legendum esse *μετὰ δὲ τοιτον*, nisi revocaret *παραχρῆμα*. Nunc igitur iterum dicendum, quod jam antea monui, non semper minimas apices Polybii Livium Latine reddidisse, sed paullo liberius vertere solitum fuisse: certe hic tradit, Amynandrum *cum sociorum legatis* missum esse, in quo Polybius non praeivit. Tandem longe facilius *et* ob caussam datam intercidere potuit, quam *mox*. [*ut speciem legationi adiceret, et* Bamb.]

Et Q. Fulvium, et P. Claudium misit] Vet. libri habent *Ap. Claudium*. Polybius *Ap. Claudium Neronem*. Verba ejus sunt

Digitized by Google

maxime senatum, demonstrando maris terrarumque regionis ejus situm: ut omnibus adpareret, si De- 3
metriadem in Thessalia, Chalcidem in Euboea, Corinthum in Achaja rex teneret, non posse liberam Graeciam esse: et ipsum Philippum, non contume- 4
liosius, quam verius, compedes eas Graeciae ad-

[17, 10.] *Καὶ τὸν μὲν Ἀμύνανδρον εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπε παραχρῆμα, γινώσκων ἀυτὸν ἐυάγωγον μὲν ὄντα, καὶ ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις, ἐφ' ὁπότερα ἂν ἄγωσιν ἀυτόν. φανταςίαν δὲ ποιήσοντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα· μετὰ δὲ τούτον ἐξέπεμπε τοὺς παρ' ἀυτοῦ πρέσβεις, Κόϊντόν τε τὸν Φάβιον, ὃς ἦν ἀυτῷ τῆς γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ Κόϊντον Φυύλβιον· σὺν δὲ τούτοις Ἄππιον Κλαύδιον ἐπικαλούμενον Νέρωνα.* Ejusdem Ap. Claudii Neronis meminit etiam post l. 34. [forte 33, 42, 7.] Livius. SIG. *Q. Fabium*, pro *Q. Fulvium*, Voss. et Lov. 1. in qualem cod. etiam incidisse videtur scriba Hearniani L. 1. atque inde factum esse, ut reliquis omissis daret *adjiceret*, *et Q. Fabium et Ap. Claudium misit.* Sed *Fulvium Quintum*, vel *Quintium* Lov. 2. et 6. Deinde *P. Claudium* solus Lov. 5. *M. P. Claudium* Lov. 2. *A. P. Claudium* Mead. 1. *A. praefectum Claudium* Lov. 4. *App. fectum Claudium* Lov. 1. *App. Fecium Claudium* Voss. Reliqui recte *Ap. Claudium.*

§. 1. *Ut ventum Romam est*, etc.] Haec a Polybio quoque sumpta sunt, cujus haec verba sunt [17, 11.] *εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες, κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς ἀυτὸν τὸν βασιλέα πρότερον ἐιρημένοις ἦν· τοῦτο δ' ἐπιμελῶς ἐντίκτειν ἐπειρῶντο τῇ συγκλήτῳ πάντες, διότι τῆς Χαλκίδος καὶ τῆς Κορίνθου καὶ τῆς Δημητριάδος ὑπὸ τῷ Μακεδόνι τατταομένων, οὐχ ὁιόντε τοὺς Ἕλληνας ἔνοιαν λαβεῖν ἐλευθερίας. ὁ γὰρ ἀυτὸς Φίλιππος εἶπε τοῦτο, καὶ λίαν ἀληθὲς ἔφασαν ὑπάρχειν. ὃς ἔφη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέδας Ἑλληνικάς.* Idem fere de compedibus Graeciae quas *πέδας* Graeci vocant, Plutarchus in Quintio [p. 374.] SIGON.

Ceterum eorum oratio convicitis regis consumta est] *Caetera*, non *Caeterum*. GELEN. *Ceterum* in uno superfuit Lov. 3. *Cuncta* in Lov. 2. *Cetera* in omnibus reliquis meis, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 2. *Moverunt eo maxime senatum, demonstrando*] Recidendum *τὸ eo*. J. FR. GRON. *Τὸ eo* soli meorum retinent Lov. 5. et Mead. 2. ex quibus in excerptis nihil notatur. *Moverunt eum maxime* legunt Lov. 1. 4. et Mead. 1. *Moverunt enim maxime* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et Mead. 1. in margine. An legendum *Moverunt v'o*, vel *vero*, *maxime*? Cl. Jac. Perizon, ad marginem Livii voculam *eo* retinendam censebat. Nam *demonstrando* quasi per adpositionem additum intelligi debere.

§. 3. *Corinthum in Achaja rex teneret*] Ipse Philippus antea fassus est, non Argia modo, sed

Digitized by Google

5 pellare. Legati deinde regis intromissi. quibus, longiorem exorsis orationem, brevis interrogatio, cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit, quum mandati sibi de his nominatim negarent quidquam. sic infecta pace, regii dimissi. Quinctio
6 liberum arbitrium pacis ac belli permissum. Quod ut satis adparuit, non taedere belli senatum, et

etiam Corintho, se Achaeis cessurum. Quare non video, quid hic invidiae faciat, aut quare sit Corinthus apposita; ad picturae ostensionem fortassis, et quia etiam reddita, rursus occupari facile poterat in posterum; hoc timentes sociorum legati, eam quoque connumerarunt. Sed in legatorum responso mirum, ne hanc quidem nominatam. GLAR. Si quid hic a Livio commissum, ut Glareanus objicere videtur, idem antea commissum est a Polyb. quem Livius secutus est, ut ex verbis ejus ad initium hujus cap. a Sigonio laudatis patet.

§. 4. *Philippum, non contumeliosius, quam verius, compedes eas Graeciae adpellare*) V. Victor. 12, Var. lect. 9. et Casaub. ad Strab. 9, 428. DUKER.

§. 5. *Legati deinde regis intromissi* etc.] Polybius [ibid.] sic: Οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάζοντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς δ' εὐθέως ἐκωλύθησαν. ἐρωτηθέντες γάρ, εἰ ἀποχωροῦσι τῆς Χαλκίδος, καὶ Κορίνθου, καὶ Δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν. οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες, οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον. ἡ δὲ σύγκλητος, τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλε, τὸν δὲ πρὸς Φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο καταμόνον εἶναι, δοῦσα τῷ Τίτῳ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν. SIG. [*gessurusne his tribus* Bamberg.]

Quum mandatum sibi de his nominatim negarent quidquam] Scripti *quum mandati sibi de his nominatim negarent quidquam*. Intelligitur substantivum verbum. Amat autem genus illud Livius, et restituimus ex MSS. 29, 18, 6. *Nec tamen illi unquam postea prosperi quidquam evenit*. Eodem c. 21, 5. *Ut quod sui quisque cognosceret, prenderet*. 31, [33, 10.] *Neque eo magis explorati quidquam retulerunt*. 34, [18, 5.] *Nec quidquam in exercitu suo praecipui, praeter honorem atque imperium, haberet*. 39, 30, 7. *Praetores Romani omne id temporis contrahendis ex civitatibus sociis Hispanorum auxiliis* etc, *consumserunt*. Sic Naud. integre. Barber. et Petav. *omne id opus*. vulgo *id tempus*, quae varietas indicio, non sanum esse locum. 42, [24, 2.] *De quibus nihil mandati haberet*. Ovid. 1. Fast. [45.]

Ne tamen ignores variorum jura dierum,
Non habet officii Iupiter omnis idem.

Sic vetustissimae membranae Petavianae. Vulgo *officium*. Idem in epistola Hypermnestrae [14, 81.]

Digitized by Google

ipsae, victoriae, quam pacis, avidior, neque conloquium postea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quae omni Graecia decedi nunciaret, admissurum dixit.

XXXVIII. Philippus, quum acie decernendum videret, et undique ad se contrahendas vires, maxime de Achajae urbibus, regionis ab se diversae,

Fert male cognatae jacturam mortis in uno,
Et queritur facti sanguinis esse parum.

Sic MSS. plures melioresque: non *factum*. Palladius Junio tit. 7. *Solent hoc signi et, cum pugnaturae sunt, facere.* Sic MSS. at editi *haec signa*. A. Gellius 9, 12. *Metus quoque et injuria, atque alia quaedam id generis sic utroque versum dici possunt.* Ita quoque membranae Petav. non *id genus*. J. FR. GRON. *mandati quidquam* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [*mandatisibi deis* Bamb.] Supra 22, 40, 8. *Ne unde raperet quidem, quidquam reliqui erat.* 31, 39, 12. *Nec aperti quidquam erat, quod peteret.* c. 45, 14. *Praedae nec erat quidquam.* 38, 22, 7. *Eo minus vani quidquam intercideret teli.* Similiter *quidquid Patrum* 2, 35, 5. *quidquid Deorum* 3, 25, 8. *quidquid sanctis* 31, 24, 18. *quidquid diri* Auctor epit. Liv. 44. *quidquam hostium.* V. ad 2, 7, 3. *quod sui.* V. ad 29, 21, 5. *quid integri.* V. ad 30, 12, 20. Pari modo *hoc salutii.* V. ad 30, 13, 13. *id cognominis.* V. ad 7, 26, 12. *idem supplementi.* V. ad 36, 2, 9. *aliquid indefensi* 26, 5, 7. Similia alia v. apud viros doctos ad Val. Max. 2, 9. princ. et Cel. Burm. ad Phaedri 2, 1, 9. et 4, 25, 5.

§. 6. *Quod ut satis adparuit*] Scio τὸ *quod* interdum παρέλκειν: sed hic scribendum *Quo ut satis adparuit.* J. FR. GRON. Non adversarer Gronovio, si vel unus codex ei suffragaretur. Nunc potius, eo dissentiente, τὸ *quod* παρέλκειν existimo; de quo v. ipsum Gronov. ad 27, 7, 6. Ita 41, 10, 7. *Quod quum consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent, quum is more majorum* etc. *profectus ab urbe esset,* etc. *catenas poposcit.* ubi v. Cel. Jac. Gronov. Plin. 18, Hist. N. 23. *Quod ut hanc quoque curam determinemus, justum est, singulas vehes fimi denario ire.* Virgil. 10. Aen. 631.

— — quod ut o potius formidine falsa
Ludar, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas.

Praesertim *quod* cum *si, ubi,* similibusque abundare, vidimus ad 2, 29, 8. (**quod ubi* 42, 7, 6.) Certe hoc loco *Quod* superest in omnibus meis, nisi quod *Qui* sit in Lov. 2. quod forte positum existimari potest pro *Cui.* solent enim saepius ita peccare librarii. V. ad 9, 34, 14. Crevier. etiam vel vulgatum servandum, vel potius *Cui* legendum existimat.

Quam quae omni Graecia decedi nunciaret] *qua omni Graecia decedi* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quae omni Graecia decedere* Lov. 3.

Digitized by Google

2 et magis tamen de Argis, quam de Corintho, sollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedaemoniorum tyranno velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret; si quid adversi accidisset, ipse haberet, Philocli, qui Corintho Argisque praeerat, scribit,
3 ut tyrannum ipse conveniret. Philocles, praeterquam quod jam veniebat cum munere, adjicit ad pignus futurae regi cum tyranno amicitiae, filias suas regem Nabidis filiis matrimonio conjungere vel-
4 le. Tyrannus primo negare, aliter urbem eam se

§. 2. *Ipse haberet. Philocli*] Ita Francof. anno 1578. primi distinxerunt, quos recentiores secuti sunt; quum tamen majori distinctioni ibi locus esse nequeat. Ejus itaque loco minorem interpunctionem substitui, quod et Crevier. fecisse video. [Ante *Nabidi ea* Bamb. *si adversi* idem.]

§. 3. *Adjicit ad pignus futurae regi cum tyranno amicitiae*] Hoc forsan ita accipi potest, ad primum hoc pignus futurae amicitiae, traditionem nempe Argorum, adjicit alterum, nuptias filiarum regis cum filiis tyranni. Sed magis credo, delendum esse *ad*, et pignus dici ipsas nuptias, quas Philocles nomine regis tyranno pollicebatur, quae essent pignus futurae amicitiae. Nam affinitates solent esse pignora amicitiae. Cicero pro Cluent, 67. *Ceteri, novis affinitatibus adducti, veteres inimicitias saepe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis conjunctionem pignori fore putavit.* Et in hoc genere loquendi saepe omittitur praepositio. Curt. 4, 10, 11. *Dextram tuam amplexus, reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui.* Tacit. 4. Hist. 61. *Pauci centurionum tribunorumque in Gallia geniti reservantur, pignus societatis.* Justin. 2, 15. *Legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos.* 22, 3. *Sicut ab initio Syracusae, pignus societatis sint traditae.* Ita bene J. Fr. Gronovius ex conjectura, pro vulgato *in pignus*. DUKER. Vulgatum commode servari posse existimo, idque convellere non conarer, nisi eo me ducerent Lov. 1. 6. et Voss. qui legunt *adjicit id pignus*. Amicitiam cum Nabide firmarat Philippus ei tradendo urbem Argos: ejus autem futurae ac duraturae id pignus adjicit Philocles, regem filias suas filiis Nabidis matrimonio daturum. Praeterea *futurae regis cum tyranno amicitiae* omnes, quos adhibui, Mss, Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1533. *regi* substituit.

§. 5. *Caussam despoliandi eos nactum ratus*] Pall. et antt. ed. *caussam se spoliandi eos nactum ratus*. GEBH. *despoliandi* operarum errore primum in edd. Gruteri adparuit. Omnes non tantum priores, verum etiam codd. scripti *se spoliandi* prae-

Digitized by Google

accepturum, nisi Argivorum ipsorum decreto arcessitus ad auxilium urbis esset. deinde, ut frequenti 5
concione non adspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni audivit, caussam se spoliandi eos nactum ratus, tradere, ubi vellet, urbem, Philoclem jussit. Nocte, ignaris omnibus, acceptus 6
in urbem est tyrannus. prima luce occupat superiora omnia loca: portaeque clausae. Paucis princi- 7
pum tumultum inter primum elapsis, eorum absentium direptae fortunae: praesentibus aurum atque

ferunt, quod recte Gronov. retraxit. Infra c. 40, 10. *Quum ipse viros spoliasset, ad feminas spoliandas uxorem Argos remisit.*

Traderet, ubi vellet, urbem, Philocli ait. Sic nocte] Syncera lectio: *tradere, ubi vellet, urbem. Philoclem jussit. Nocte* etc. GELEN. Pall. *tradere, ubi vellet, urbem Philocleum. Sic nocte.* Prisca ed. *traderet, ubi vellet, urbem, Philocli ait. Sic nocte*, etc. GEBH. Solus Lov. 5. primis odd. adsentitur. *tradere ubi velle urbem Philocleum. sic nocte* legit Voss. neque aliter Lov. 1. et 6. nisi quod prior omittat *ubi*, posterior ejus loco *sibi*, et *Philoclem* legat. *tradere sibi jussit urbem Philoclem. sic nocte* Lov. 2. Reliqui codd. priorem partem *tradere, ubi vellet, urbem* exhibent. posteriorem *Philodem. sic nocte* Lov. 3. *Philocleum. sit nocte* Lov. 4. *Philocleum. sic nocte* Mead. 2. *Philoclemum. sic nocte* Mead. 1. *Philodemum. sic nocte* Gaertn. *Philoclem dixit. sic nocte* Harl. *Philodem jussit. sic nocte* Hearnii L. 1. *Philodes* pro *Philocles* perperam etiam supra praeferunt scripti 31, 16, 2. c. 26, 1. et alibi, literis *cl* perperam in *d* coalescentibus. V. ad 10, 24, 2. *Philoclis* frequens mentio apud Polyb. et Liv.

§. 6. *Occupat superiora omnia loca: portaeque clausae*] Vet. lib. *portae clausae.* SIG. Aliquid asperitatis habet oratio, et video nonnihil variare scriptos. Si rectum est, quod Sigonio placet, et ex uno suorum adfert Hearnius, melius legeretur, *acceptus in urbem tyrannus prima luce occupat superiora omnia loca*, abjecto verbo substantivo *est.* DUK. *occupat superiora loca* Hearnii L. 1. *occupat omnia superiora loca* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. [*occupata omnia superiora loca* Bamb.] Tum *portae clausae*, sine copula, Harl. et Hearnii L. 1. *portae vero clausae* Lov. 3.

§. 7. *Pecuniae imperatae ingentes. qui non cunctanter contulere*] *pecunias in promptu ingentes qui non cunctanter* Lov. 6. Male. *Imperare pecunias* inlustravimus ad 9, 43, 21. [*paucis principium inter primum tumultum elapsis* Bamb.]

Digitized by Google

argentum ablatum: pecuniae imperatae ingentes,
8 qui non cunctanter contulere, sine contumelia et laceratione corporum sunt dimissi: quos occulere aut retrahere aliquid suspicio fuit, in servilem mo-
9 dum lacerati atque extorti. Concione inde advocata, rogationem promulgavit; unam de tabulis novis, alteram de agro viritim dividendo; duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.

1 XXXIX. Postquam in potestate Argivorum civitas erat, nihil ejus memor tyrannus, a quo eam civita-
2 tem, et quam in conditionem accepisset, legatos Elatiam ad Quinctium, et Attalum Aeginae hibernantem mittit, qui nunciarent, *Argos in potestate*

§. 8. *In servilem modum laceratí atque extorti*] *in servilem morem* Lov. 2. et Harl. V. ad 27, 4, 13. Duae postremae voces non adparent in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante *τὸ sunt* exsulat a Lov. 2. 4. Harl. Mead, utroque, et Gaertn. [Bamb.] Tum *occultare*, pro *occulere*, legit Lov. 6. Male. 25, 8, 5. *Ceteri silva prope viam se occuluerunt.* ubi pariter variant quidam codd. 33, 1, 4. *Hastatos, sequentes procul, amfractus viarum vallesque interjectae occulebant.* [*sine contumeliae laceratione, et laceratque extorti* Bamb.]

§. 9. *Rogationem promulgavit*] *rogationes* conjicit Crevier. quum mox duae memorentur. Nihil mutant codd. Paullo post *agro viritim dividundo* Voss. Deinde *novandis rebus* Lov. 6.

§. 1. *Postquam in potestate Nabidis Argivorum civitas erat*] Haec vox *Nabidis* non est in archetypo, et absque ea satis constat sententia. GELEN. Vet. lib. *Posteaquam in potestate Nabidis Argivorum civitas erat.* SIG. Gelenii codices, ad quorum bonitatem non adspirant Sigoniani, Barberin. Pet. Oxon. refutant *τὸ Nabidis.* Et mihi quoque rectius abesse videtur, quia statim sequitur, *nihil ejus memor tyrannus.* Andreas quoque Romae *in potestate Argivorum civitas.* In Tarvisina jam adjectum *Nabidis* video. J. FR. GRON. Ex omnibus scriptis nostris solus Harl. *Nabidis* admittit: quae vox etiam exsulat ab Hearnii L. 1. et N. Ex editis vero jam ante Tarvisinas adparuit in Mediol. anni 1480. et Parm. Praeterea *in potestate* Voss. Lov. 2. 6. et Gaertn. V. ad 2, 14, 4. Mox *ejus* deest in Lov. 4. cujus loco *eorum* legit Lov. 6. Deinde *eam* omittit Lov. 3. Tum *et in quam conditionem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Sed v. ad 2, 19, 8. *qua conditione*, omissis etiam duabus vocibus, Lov. 6.

Digitized by Google

sua esse. eo si veniret Quinctius ad conloquium, non diffidere, sibi omnia cum eo conventura. Quinctius, 3
ut eo quoque praesidio Philippum nudaret, quum adnuisset se venturum, mittit ad Attalum, ut ab Aegina Sicyonem sibi obcurreret, ipse ab Anticyra de- 4
cem quinqueremibus, quas iis forte ipsis diebus L. Quinctius frater ejus adduxerat ex hibernis Corcyrae, Sicyonem transmisit. Jam ibi Attalus erat; qui, 5
quum tyranno ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyrannum, eundum diceret, in sententiam suam Quinctium traduxit, ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica vocatur. in eo loco 6
ut congrederentur, convenit. Quinctius cum fratre 7

§. 2. *Legatos Elatiam ad Quinctium* etc. *mittit*] Prima vox abest a Lov. 1. et Gaertn. quam facile omitti permitterem, si plures id vellent codices. Simplex enim *mittere* saepe est mittere legatos. V. ad 7, 31, 3. et 9, 16, 3. vel pro missis literis, aut nunciis indicare. V. ad 8, 23, 1. Mox *sibi* deest in Voss. cujus loco *se* obferunt Lov. 1. 6. et Gaertn. [*sibi occurret* Bamb.]

§. 4. *Quas iis forte diebus*] Adjecimus pronomen *ipsis*, vetus exemplar secuti. *iis ipsis*. GELEN. Ex hac Gelenii nota nihil aliud colligi potest, quam ipsum emendasse *iis ipsis forte diebus*. Verum Froben. ex ejus mente anno 1535. edidit *iis forte ipsis diebus*, ut est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. *is ipse* inlustravi ad 2, 5, 5. et 28, 8, 3. quibus locis etiam laudavi quaedam exempla, ubi inter *is* et *ipse* alia vox interponitur. *quas ipsis forte diebus* Gaertn. de quo v. ad 5, 43, 4. hic tamen unum illum non sequor. Priscis editionibus ex omnibus meis unus adhaeret Lov. 5. ex Hearnii codd. L. 1. Mox *transivit*, pro *transmisit*, Lov. 2. Mead. 1. Gaertn. et Harl. in margine, ex librariorum glossa. Exempla alia vidimus ad 21, 20, 9. Adde 31, 7, 12. 37, 16, 14.

§. 6. *Haud procul urbe Hyecenica vocatur*] Idem exemplar habet *Haud procul urbe Mycenica*, non *Hyecenica*. GELEN. Id nominis [*Hyecenica*] apud neminem authorem invenio. Fortassis autem vel *Heraea*, vel *Nemea* legendum. at nihil assevero. Quidam *Mycenica* legunt, qua ratione moti, mihi ignotum. GLAR. Rationem tamen, qua motus Gelenius *Mycenica* legebat, ipse indicavit: eam nempe lectionem ostentasse exemplar vetus. Meorum plures haud multum abeunt. *procul urbem Tcenica* legunt Voss. et Lov. 4. *procul urbem Ytenica* Mead. 1. et Gaertn. *procul urbem Hycenica* Mead. 2. [*Mice-*

Digitized by Google

et tribunis militum paucis, Attalus cum regio comitatu, Nicostratus Achaeorum praetor cum auxiliari-
8 bus paucis venit. tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem invenerunt. progressus armatus cum satellitibus armatis est in medium fere interjacentis campi: inermis Quinctius cum fratre et duobus tribunis militum: inermi item regi praetor Achaeorum
9 et unus ex purpuratis latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum, *quod armatus ipse armatisque septus, quum inermes Romanum imperatorem regemque cerneret, in conloquium venisset, neque enim se illos timere,* dixit, *sed exsules Ar-*

nica Bamb.] In reliquis est *urbe Itenica*, *Icenica*, vel *Yenica*. quae omnia, ut et ipsum, quod est in priscis edd. et Lov. 5. *Hyecenica* persuadent, veriorem Gelenii, quam Glareani, conjecturam esse. Praeterea quod *Heraea* ejus, quae longius Argis abest, in Arcadia ad Alphei ripas prope Elidis fines sita, huc convenire nequeat; cujus loco memorare debuisset *Heraeum*. Ejus meminerunt in Argolide Strab. 8, 368. et Paus. in Corinth. c. 17. Ceterum scitam hanc brevitatem sermonis ita exponendam esse, ac si dixisset, *Haud procul urbe locus est, qui Mycenica vocatur*, docuit Gronov. ad 30, 7, 6.

§. 7. *Cum auxiliaribus paucis venit. Tyrannum ibi* etc. *invenerunt*] Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit, ejecta voce *venit*, orationem uno ambitu hoc modo formandam esse: *cum auxiliaribus paucis, tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem invenerunt.* Verum codd. eamdem vocem constanter servant. [*cum fratre tribunis mil.* Bamb.]

§. 8. *Progressus armatus cum satellitibus est*] Vossianus et alii augent *armatus cum satellitibus armatis est.* Idem facit quoque Thuan. nisi quod *armatus.* Et genuinum illud puto. Etsi enim satis per se pateat, satellites armatos fuisse, tamen sic expresse rursum Livius 34, 27, 5. *Eorum concioni satellites armatos circumdedit.* 24, 5, 3. *Conspexere purpuram ac diadema ac satellites armatos.* Et cur mox ipse? *armatus ipse armatisque septus.* JAC. GRON. Similiter omnes mei legunt, et Crevierii Victor. quin et, si viri docti priores edd. diligentius consuluissent, eas omnes vocem *armatis* servare deprehendissent usque ad ultimam Gruteri; quae prima nullam ab caussam omisit. Simpliciter *armati* pro satellites dixit Livius 1, 49, 2. *Conscius deinde male quaerendi regni ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit.* Similiter, ut hic

Digitized by Google

givorum. Inde, ubi de conditionibus amicitiae coe- 10
ptum agi est, Romanus duas postulare res: unam,
ut bellum cum Achaeis finiret: alteram, ut adversus 11
Philippum mitteret secum auxilia. Ea se missurum
dixit. pro pace cum Achaeis, induciae impetratae,
donec bellum cum Philippo finiretur.

XL. De Argis quoque disceptatio ab Attalo rege 1
est nata: quum fraude Philoclis proditam urbem vi
ab eo teneri argueret; ille, ab ipsis Argivis, ut se
defenderet, adcitum. Concionem Argivorum rex po- 2
stulabat, ut id sciri posset. Nec tyrannus abnuere:
sed, deductis ex urbe praesidiis, liberam concionem,

satellites armati, οἱ δορυφόροι τὰ ὅπλα ἔχοντες, Xenoph. 4. Hist. Graec. 527. *Καὶ οἱ δυρυφοροι τὰ ὅπλα ἔχοντες παρηκολούθουν σπουδῇ.* Non multum differunt *stationes armatae* supra 32, 16, 15. *praesidium armatum* 40, 34, 14. 42, 65, 2. et 45, 29, 14.

Cum fratre et duobus tribunis militum inermibus. item regi praetor Achaeorum] idem exemplar habet *inermes item regi*, non *inermibus*. GELEN. Lectio, quae ante Gelenium extitit, in solo superest Lov. 5. *inermis* habet Mead. 2. *inermes* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *inermi* Lov. 1. Voss. et Gaertn. quod recepi. Ita enim praecessit *inermes Quinctius cum fratre* et mox sequitur *inermes Romanum imperatorem regem que.* [*cum fratre et duobus militum inermi item regii praetor* Bamb.]

§. 9. *Neque enim se illos timere, dixit, sed exsules Argivorum*] Freinsh. cancellat *τὸ dixit.* Neque ego contra contendam. J. FR. GRON. Freinsh. ita conjecit ad Curtii 3, 4, 11. Librarios *τὰ dicit, ait, inquit* et similia saepe de se addidisse, supra dictum est ad 23, 45, 6. Si itaque vel unius codicis auctoritas hanc emendationem firmaret, viris doctis adsentiri non abnuerem; nunc vero omnibus, quotquot consului, pertinaciter *dixit* servantibus, vocem illam ex contextu Livii malo exemplo ejectam puto, quam pristino loco restitui. [*imperatorem regem cerneret* Bamb.]

§. 11. *Mitteret secum auxilia. Auxilia se missurum dixit*] Voces modo usurpatas Livium repetere solitum fuisse, plurimis exemplis docui ad 1, 3, 9. quare sine codicum consensu loco huic controversiam non movissem. Verum solus tantum Lov. 5. hic stat cum editis. *Ea se amissurum* legit Mead. 1. *Ea se admissurum* Lov. 2. *Ea se missurum* reliqui omnes: quod probavi. [*Ea* omittit Bamb.]

§. 1. *Ab ipsis Argivis, ut se defenderet, adcitum*] Pall. *ab ipsis Argivis, se defenderet, ac-*

Digitized by Google

non inmixtis Lacedaemoniis, declaraturam, quid Argivi vellent, praeberi debere dicebat rex. Tyrannus
3 negavit deducturum. Haec disceptatio sine exitu
4 fuit. De conloquio discessum, sexcentis Cretensibus ab tyranno datis Romano, induciisque inter Nicostratum praetorem Achaeorum et Lacedaemoniorum
5 tyrannum in quatuor menses factis. Inde Quinctius Corinthum est profectus: et ad portam cum Cretensium cohorte accessit, ut Philocli praefecto urbis ad-
6 pareret, tyrannum a Philippo descisse. Philocles et ipse ad imperatorem Romanum in conloquium venit: hortantique, ut extemplo transiret, urbemque traderet, ita respondit, ut distulisse rem magis, quam

citum, excluso τῷ ut. GEBH. Eamdem voculam excludunt etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb. qui ante *mota* pro *nata*, et mox *Concionem rex Argivorum*.]

§. 4. *Induciisque inter Nicostratum praetorem Achaeorum et Lacedaemoniorum tyrannum in quatuor menses factis.* Pall. *tyrannum quatuor menses factis.* GEBH. Praepositionem *in* omittunt etiam omnes mei praeter Harl. et Lov. 5. *quatuor mensibus* legit Gaertn. Insuper *Lacedaemoniorumque tyrannum* Lovel. 4. et 6. [*Achaeorum Lacedaemoniorum* Bamb.]

§. 6. *Hortantique, ut extemplo transiret*] *orantique* Lov. 3. sollemni scribarum lapsu. V. ad 30, 7, 7. Deinde §. seq. *tentandum Acarnanum gentem* Voss. Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§. 8. *Ibi et civitas novis honoribus veteres* etc.] Cum hoc et seq. §. conferendus est Polyb. in Exc. de Virtut. et vitiis p. 1425.

§. 9. *Et decem millia medimnûm frumenti*] *modiûm frumenti* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quod ex glossa indocti interpretis natum puto, quamvis non nesciam *medimnum* et *modium* multum differre. Librarios has voces confundere solitos fuisse, patet ex illis, quae notantur ad 38, 14, 14. Ut vulgatum malim, inter alia efficit locus Polyb. laud. qui similiter μυρίους μεδίμνους πυρῶν. Mox *redit* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 36, 35, 2.

§. 10. *Firmato praesidio Argis*] Lege *firmatis praesidio Argis.* TAN. FABER. Sic Tacitus Ann. 13, [41.] *Nec nobis id virium, quod firmando praesidio et capessendo bello divideretur.* In Agricola [14.] *Subactis nationibus praesidiisque firmatis.* Quae nihil aliud, quam *firmo collocando*, et *firmis collocatis.* Ex more tamen Livii magis *firmatis.* 38, 23, 9. *Oppidulque om-*

Digitized by Google

negasse, videretur. A Corintho Quinctius Anticyram 7
trajecit: inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem misit. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. 8
Ibi et civitas novis honoribus veteres regis honores auxit: et rex ad id, quod sacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat eis; tum quo- 9
que, ne sine aliqua munificentia praeteriret civitatem sociam atque amicam, decem talenta argenti dono dedit, et decem millia medimnum frumenti.
atque ita Cenchreas ad naves rediit. Et Nabis, firmato praesidio Argis, Lacedaemonem regressus, quum 10
ipse viros spoliasset, ad feminas spoliandas uxorem Argos remisit. Ea nunc singulas inlustres, 11

nia maritima, quae in Graeciam versa erant, praesidiis firmavit. Auctor belli Africani [9.] *Ne maritima oppida post se vacua relinqueret, praesidioque firmata ad classim receptacula muniret.* Tacitus ipse in dicto Agricola [c. 23.] *Glota et Bodotria angusto terrarum spatio dirimuntur, quod tum praesidiis firmabatur.* V. ad 21, 57, 6. J. FR. GRON. Ita sine dubio saepius, si non ubique, quod adfirmare non possum, loquitur Livius. Nec tamen eum refugisse credo, quod hic legitur 4, 27, 7. *Pars militum portarum stationes firmant.* Et 5, 43, 2. *Ad omnes aditus stationibus firmatis.* Nam quid, quod ad genus loquendi attinet, interest inter *stationes firmare*, et *praesidium firmare*? DUK. Livium saepissime dixisse *firmare praesidio* supra dictum est ad 21, 57, 6. Verum hic uno ore codd. calamo et typis exarati vulgatum servant. (* V. Dukerum ad Liv. 43, 20, 4.). Ceterum Livius haec vertit ex Polyb. l. 17. ex quo petitum fragmentum superest in Exc. de Virtut. et vitiis p. 1425.

§. 11. *Sed et postremo vestem mundumque omnem muliebrem ademit*] Vetus exemplar habet *sed postremo vestem quoque*, non *sed et postremo vestem*. GELEN. Gelenii Mto concinunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. *et postremo vestem quoque* legunt Mead. 1. et Gaertn. vocula *sed* omissa. Verum in illis ultima vocis *iis* primam literam τοῦ *sed*, vel, ut etiam barbari scribae exararunt, *set*, intercepit. *Sed ex postremo vestem* Lov. 5. et ed. Camp. *sed et postremo vestem* reliquae ante Gelenium; cujus emendationem sequentes receperunt usque ad Gronov. qui edi jussit *sed et postremo vestem quoque*, utraque particula simul recepta, quod a recentioribus adoptatum est, quamvis neque mutationis caussam reddiderit, neque ex ullo cod. eadem lectio a quopiam prolata sit. Gelenii igi-

Digitized by Google

nunc simul plures genere inter se junctas domum arcessendo, blandiendoque ac minando, non aurum modo iis, sed postremo vestem quoque mundumque omnem muliebrem ademit.

EPI-

tur emendationem reduxi. Praeterea *cultumque omnem muliebrem ademit* Lov. 3. quod est ex glossa interpretis. *mundumque omnem ademit* Lov. 2. Male. Infra 34, 7, 9. *Mundiciae, et ornatus, et cultus, haec feminarum insignia sunt: his gaudent et gloriantur; hunc mundum muliebrem adpellarunt majores nostri.* Cic. in Oeconom. apud Colum. 12, 3. *Primum ea secrevimus, quibus ad res divinas uti solemus, postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur.* Paullo ante *inlustres* decerat in Lov. 6. vox *simul* in Harl. sequens *plures* in Lov. 3. errore librariorum. Ut enim hic *singulis* obponuntur *simul plures*, ita *duo simul* supra 21, 60. 6. *Malletque adversus singulos separatim, quam adversus duos simul rem gerere.* [*domum* omittit Bamb.]

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI TERTII.

T. Quinctius Flamininus proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quinctius Flamininus, frater proconsulis, Acarnanes, Leucade urbe, quod caput est Acarnanum,

Cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit] *Philippo* etc. *acie victo debellavit*, omissa praepositione *cum*, Voss. Nihil muto. Eadem locutio supra obcurrit Epit. Liv. 28. *P. Scipio in Hispania cum Poenis debellavit.* l. 37. *L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat.* l. 59. *In Sicilia cum fugitivis debellavit.* l. 88. *Cum Samnitibus ante portam Collinam debellavit.* Etiam apud Livium 4, 58, 9. *Nondum debellatum cum Volscis esse.* 8, 23, 12. *Quoad debellatum cum Graecis esset.* c. 36, 3. *Debellari eo die cum Samnitibus potuisse.* 9, 16, 1. *Cum Ferentanis uno secundo proelio debellavit.* 38, 12, 3. *Cum Antiocho uno proelio debellassent.* In principio Epit. praenomen Quinctii exsulat a Voss. et Boend. Tum *Flaminius* male Voss. Leid. Berg. Boend. Lov. 2. Norv. et edd. antt. qua ratione librarii passim aberrarunt. *Flamineus* Mead. 1. (hujus enim lib. Epitome in Lov. 2. et Mead. 1. superest.) Tandem τὸ *proconsul* non adparet in Leid. *pro con.* duabus vocibus legit Boend.

Ad Acarnanas profectus, Leucadem urbem, quae caput est Acarnanum, in deditionem accepit] Haec est vet. lib. lectio, ab hac, quae vulgata est, longe diversa, *Acarnanes, Leucade urbe, quae caput est Acarnaniae, expugnata, in deditionem accepit.* Sosipater Charisius 1. Instit. Grammatic. *Acarnanas* dici debere negat; quemadmodum nec *Paeanas, Titanas*, etc. Tamen neque Cicero, neque Livius, neque Virgilius, neque Papinius hoc reformidarunt. DELRIUS. *ad Carnanes Leucadem urbem, quae caput est Acarnanum, in deditionem cepit* Boend. *ad Carnas Leucade urbe, quae caput est ad Carnarium exp. in d. a.* Voss. *Acarnavas, Leucade urbe, quae caput est Acarnavum, ex. in d. a.* Berg. *quae caput est Acarnanum* Lov. 2. *quod caput est Acarnanum* Leid. et Mead. 1. *quae caput est Acarnaniae* Exc. Pithoei, Norv. et edd. usque ad Grut. cujus ultima dedit *Acarnanes, Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnata, in deditionem accepit.* Admodum dubito, an non legendum sit *Acarnanas.* Non

Digitized by Google

expugnata, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus praetor a Celtiberis cum exercitu caesus est. Attalus, a Thebis ob subitam valetudinem Pergamum translatus, decessit. Pax petenti Philippo, Graeciae libertas data est. L. Furius Purpureo et Claudius Marcellus consules Bojos et Insubres Gallos subege-

tantum enim eam lectionem verisimilem reddit quorumdam codicum, quamvis vitiosa, scriptura; verum ita et supra formavit auctor casum quartum hujus vocis in Epit. Liv. 26. *Bellumque gestum adversus Acarnanas.* Et ita ipse Liv. eodem lib. c. 24, 6. *Et Acarnanas restituturum se.* Laudatum autem a Delrio locum Charis. *Acarnanas* dici debere negantis, non inveni: at l. 1. p. 14. exstat ei similis, in quo erroris arguit, qui *Paeanas, Titanas* et *Alcmanas* dixerunt. *quod caput*, pro *quae*, defendi potest ex illis, quae dixi ad 32, 30, 6. Item ex Liv. hoc lib. c. 17, 1. *Leucade haec sunt decreta: id caput Acarnaniae erat.* Et tandem ex duobus codd. meis. Quare licet *quae caput* sit in plerisque Mstis, id mutare nolui. Contra vero verbum *est*, quod in omnibus scriptis et edd. ante Gruteri ultimam exstat, revocavi. Paullo ante *illius frater proconsul* Voss. *ejus frater procos.* ed. Camp. *ille frater proconsulis* Berg. et Mead. 1. *frater pro cons.* Boend.

Praetor a Celtiberis cum exercitu caesus est] Hoc non habet e Livio. Nam is c. 25, 9. eum in Hispania citeriore proelio victum non ita multo post ex vulnere exspirasse scribit; Celtiberos non memorat. Et sic Oros. 4, 20. Sempronii provincia erat Hispania citerior, Celtiberi autem ultra Iberum erant. Sed quum senatus eum et Helvium, cui ulterior evenerat, jussisset terminare, quae ulterior citeriorve provincia servaretur, teste Liv. 32, 28, 11. Sigonius 1. de Ant. jur. provinc. 5. putat, tum veteres terminos harum provinciarum mutatos, et Celtiberos, qui ultra Iberum erant, deinde inter citerioris Hispaniae populos numeratos fuisse. Sic verum esse potest, quod de Celtiberis dicit Auctor Epitomes. DUK. *caesus est cum exercitu* Berg. et ed. Camp. quae omnes voces cum praecedentibus *praetor a Celtiberis* desunt in Boend. Periodus etiam haec et sequentes in eum ordinem, quo nunc vulgantur, primum ab Aldo digestae sunt. Priores edd. legerunt hac serie: *Pax petenti P. G. l. data est, Attalus, a Thebis ob s. v. P. t. decessit. C. Sempronius Tuditanus p. a. C. c. e. caesus est. L. Furius.* Nec aliter legunt Voss. Leid. Berg. Lov. 2. et Mead. 1. Consentit etiam Boend. qui tamen verba, quae modo dixi, omittens ita ultimam hanc periodum sequentibus conjungit. *C. Sempronius Tuditanus et Claudius Marcellus cons.* neglectis iterum vocibus *L. Furius Purpureo.*

Ob subitam valetudinem translatus] Vet. lib. *Pergamum translatus.* recte. Livius enim ita [c. 31, 1.] *Attalus aeger Thebis Pergamum advectus moritur.* SIG. *Pergamum* cum ed. Cam-

Digitized by Google

runt. Marcellus triumphavit. Hannibal, frustra in Africa bellum molitus, et ob hoc Romanis per epistolas adversae factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Karthaginiensium senatum de eo miserant, profugus ad Antiochum regem Syriae se contulit, bellum contra Romanos parantem.

pani agnoscunt etiam omnes Msti nostri, nisi quod *Pergameam* sit in Boend. Deinde *invalitudinem* edd. praeter Campan. antiquae; pro quo Frob. anno 1535. *valetudinem* substituit, concinentibus scriptis. V. ad Epit. l. 13. Mox *Graecia liberata data est* Boend. *gratia libera data est* Voss. Berg. et Mead. 1. *Graecia libertati data est* Exc. Pithoei.

L. Furius et Claudius Marcellus] Vet. lib. *L. Furius Purpureo et M. Claudius Marcellus.* SIG. Vocem *Purpureo*, vel corrupte *Purpurio*, aut *Purpurius*, agnoscunt quidem Voss. Leid. Berg. Lov. 2. et Mead. 1. cum ed. Campani; verum nullus Claudii Marcelli praenomen servat. Id etiam in postrema ed. expunxit Gruterus, sed Crevier. revocavit.

Hannibal, frustra in Africa bellum molitus] Vox *frustra* non adparet in Leid. Tum *in Africam bellum molitur* Boend. *in Africam* etiam Mead. 1. Mox *adversae factionis principis delatus* Boend. *adversae factionis principibus delatus* Berg. Lov. 2. et Mead. 1. *adversae factionis principibus*, sine voce *delatus*, Leid. *adversae factionis princeps delatus* Voss. In fine *bellum adversus Romanos parantem*, pro *contra*, Berg. Lov. 2. Mead. 1. Boend. Exc. Pithoei, et ed. Campani. V. ad Epit. Liv. 57.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS TERTIUS.

1 I. Haec per hiemem gesta. Initio autem veris Quinctius, Attalo Elatiam excito, Boeotorum gen-

Cap. I.] Tertius liber belli Macedonici non exstat, quod ex ipsa Epitome datur intelligi: idque non advertentes plerique primum decadis hujus volumen parum considerate in duo divisere. SABELL. Hic liber acephalus est, ita Moguntiae repertus. Deest autem pugna, qua Philippus ad Cynoscephalas a T. Quintio proconsule victus est, ut ex Flori epitome, et ex sequentibus Livii verbis colligitur. Pars etiam deest descriptionis urbis Leucadis, et circa regionis Acarnaniam contingentis. Multae hic insunt mendac, quas sanare omnes absque vetusti codicis auxilio plane impossibile est. Conabimur tamen pro virili officium nostrum facere, vel saltem indicare, sicubi haerebimus. Studiosus ac candidus lector boni consulat. GLAR. In hoc libro emendando veterum manuscriptorum librorum ope caruimus, judicio tantummodo, si quid insidere alicubi nobis vitii visum est, usi sumus. Deest autem huic libro expositio proelii, quo Philippus ad Cynoscephalas est fugatus ac victus a T. Quintio, itemque magna pars ejus, quo L. Quintius frater ejus Leucadem expugnavit. Quod ex epitome libri intelligi potest, in qua haec prima verba sunt: *T. Quintius Flamininus proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus frater proconsulis Acarnanes, Leucade urbe, quae caput est Acarnaniae, expugnata, in deditionem accepit.* Itaque ait Livius [c. 17, 15.] *Et post dies paucos audito proelio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniae in deditionem legati venerunt.* Legatum autem L. Flamininum intelligit. Et paulo post [c. 18, 22.] *Haec in Thessalia, haec in Achaja, haec in Asia per eosdem dies ferme gesta.* Intelligit autem, quae T. Quintius ad Cynoscephalas, quae Lucius in Acarnania, quae Rhodii in Peraea gesserunt, quaeque ab iis gesta paulo ante ipse exposuerat. Proelium ad Cynoscephalas pugnatum extat adhuc apud Polybium [17, 17. et seqq.] diligentissime descriptum, reliqua apud eum interciderunt. SIGI Neque principium hoc, quod e codice Bambergensi, optimo publico, vulgarunt, neque quae antehac publicata erant libri hujus, in scriptis usquam nobis obvia fuerunt. Quod et de se in posteriori conqueritur Sigonius. Providimus tamen, ne ingenium quoque nostrum atque industria in aliquibus certe nos desererent. J. FR. GRON. Tempore

Digitized by Google

tem, incertis ad eam diem animis fluctuantem, ditionis suae facere cupiens, profectus per Phocidem, quinque millia ab Thebis, quod caput est Boeotiae, posuit castra. Inde postero die cum unius signi mi- 2
litibus, et Attalo, legationibusque, quae frequentes undique convenerant, pergit ire ad urbem, jussis legionis hastatis (ea duo millia militum erant) sequi se, mille passuum intervallo distantes. Ad me- 3
dium ferme viae Boeotorum praetor Antiphilus ob-

Glareani et Sigonii exstabat tantum ultima pars hujus libri, a c. 17, 6. per Moguntinos anno 1518. ex codice, in aedis ibidem metropolitanae bibliotheca servato, in lucem protracta: quo pertinent eorum querelae, librum hunc acephalum esse. Postea, quae a principio libri deerant, anno 1616. ex cod. Bambergensi Romae et alibi edita sunt. Universi vero hujus libri nullos codices scriptos nancisci potui.

§. 1. *Boeotorum gentem*] *Boeotiorum gentem* passim in hoc fragmento [Cod. Bamb.] prima ed. quod et alibi in Mstis et antiquis edd. obcurrit, sed saepius in *Boëtius* corruptum est. Ceterum Graecos non tantum *Βοιωτός*, verum etiam *Βοιώτιος* gentile formasse, auctor est Steph. Byz. Latinorum etiam tam *Boeotius*, quam *Boeotus*, esse, testatur Sigon. ad Livii 44, 43, 6. *Boeotorum* primus edidit J. Fr. Gronov. anno 1665. idque reliqui recentiores servarunt. (* quem etiam v. ad Epit. 52.)

§. 2. *Legionis hastatis* (*ea duo millia militum erant*)] Hoc non est sine scrupulo. In legione quatuor millium et ducentorum militum erant hastati MCC, totidem principes, et triarii DC. Unde dicendum est, levem armaturam itidem MCC fuisse, ut expleretur numerus MMMMCC. Si major esset legio, pro rata augebatur numerus singulorum corporum, exceptis triariis, qui semper erant DC. Haec docet Polyb. l. 6. et ex eo Lipsius 2. de Milit. Rom. 1. et 5. Legiones Quintii non potuerunt habere ultra MMMMMCC pedites: nam, hoc veteris instituti ante bellum cum Perseo fuisse, testatur Livius 42, 31, 2. Si ergo legio jam tum habuit *duo millia hastatorum*, paremque numerum, ut solebat, principum, et sexcentos triarios, supererunt tantum sexcenti velites, qui numerus dimidio minor est, quam in legione MMMMCC militum. Hoc quomodo explicari possit, fortassis melius docebunt alii. Mihi hic vel in numero hastatorum vitium esse, vel in numero levis armaturae post institutionem velitum proprie dictorum, de qua est in Livio 26, 4. aliquid mutatum fuisse videtur. DUK. Hic locus etiam Cl. Crevierium advertit, cui primo vox *legionis* sic nude posita displicet; observat deinde, hastatos mille ducentos in quaque legione fuisse: ex ratione autem diversorum legionis corporum inter se patere, numquam eam ita augeri posse, ut hastatorum nu-

Digitized by Google

vius fuit: cetera multitudo e muris adventum impe-
4 ratoris Romani regisque prospeculabatur. rara arma
paucique milites circa eos adparebant: haſtatos, se-
quentes procul, amfractus viarum valleſque inter-
5 jectae occulebant. Quum jam adpropinquaret urbi,
velut obviam egredientem turbam saluſtaret, tardius
incedebat. Caussa erat morae, ut haſtati conseque-

merus crescat ad duo millia. Reponendum itaque censet *duarum legionum haſtatis*. Addit tantdem mirum videri non debere, duo tantum haſtatorum millia tunc fuiſſe in duabus Quintii legionibus, quae bello per aeſtatem geſto inminutae fuerant, nec adhuc acceperant ab Roma supplementum. Hanc sententiam si quis sequi velit, haud adversabor: nisi quis mallet *legionum haſtatis*, sine τῷ *duorum*. Quum tamen legio jam tum fuerit quinque millium et ducentorum peditum, adeoque duarum legionum haſtati effecerint tria admodum millia militum, modum forsitan excesserit, si ſtatuerimus, unius anni militia tertiam eorum partem mille haſtatos periisse. Vide igitur, num numerus notis scriptus, et, pro *ea* ↃↃ *mil. erant*, legendum sit *ii* Ↄ *IↃ mil. erant*, sive *ii mille quingenti milites erant*. Certe notas numeri millenarii et quingenarii interdum in Mſtis commutatas fuisse, videbimus ad 40, 36, 10. [*ea duo milia mtl. erant* Bamb. qui initio *postero die unius*, omiſso *cum*.]

Sequi se, mille passuum intervalla distantis] Sic unica membrana. Sed, quo referatur τὸ *distantis*, difficile dictu eſt. nam, si τὸ *haſtatis* respicias, *distantibus* requiritur: si τὸ *se*, *distantem*. Nec vero, si absit haec vox, eam desideres. J. FR. GRON. Haud dubie Livius scripsit *intervallo distante*. JAC. GRON. Si tamen Latini ita loquuntur. *Loca* et aliae res *distare*, *discedere*, ac *disjungi intervallo* dicuntur; *intervallum* ipsum *distare* quis dixerit, quaero. Livius 23, 29, 1. *Quinque millium intervallo castra distantia habuere*. Cic. 1. Famil. 7. *Intervallo locorum ac temporum disjuncti sumus*. Et 2. de N. D. 20. *Neque umquam a sole duorum signorum intervallo longius discedit*. DUK. *spatio distante* obcurrit apud Ovid. 11. Met. 715.

— — *in liquida, spatio distante, tuetur,*
Nescio quid, quasi corpus, aqua.

et in Nuce vers. 85.

Vas quoque saepe cavum, spatio distante, locatur.

Quo minus tamen veram Cl. Jac. Gronov. conjecturam putem, illud obſtat, quod, quum librarios vocabulum perperam eodem casu, quo proxime vel praecedens vel sequens, efferre solitos fuiſſe supra notarim ad 6, 3, 8. eos nunc, quum convenire deberent, diverso casu extulisse non credam. Si in unico codice *distantis* fuisse, quod J. Fr. Gronov. adfirmat, conſtaret, emendationem ejus, qua *distantibus* pro *distan-*

Digitized by Google

rentur. Oppidani, ante lictorem turba acta, insecutum confestim agmen armatorum non ante, quam ad hospitium imperatoris ventum est, conspexere. 6
Tum, velut prodita dolo Antiphili praetoris urbe captaque, obstupuerunt omnes. Et adparebat, nihil liberae consultationis concilio, quod in diem posterum indictum erat Boeotis, relictum. Texerunt do- 7 8

tis reponit, haud temere inprobarem: errores enim similes sollemnes esse in Mstis, vidimus ad 21, 60, 7. Verum omnes, quas vidi, edd. etiam Romana anni 1616. constanter *distantes*, quod Cortius ad Sall. Jug. 33, 2. defendit, et absoluta constructione intelligit, ut ita *ipse* et *legiones* (forte voluit et *legionis hastati*) distarent mille passuum intervallo. Vide, an *distantes* referri debeat ad praecedens *se;* per illud vero pronomen non solum intelligi Quinctium, sed simul ejus comites, unius signi milites, Attalum, et legationes, a quibus legionis hastati mille passuum intervallo distarent. Mihi tamen id nondum satisfacit. [*distantis* Bamb.]

§. 3. *Adventum imperatoris Romani regisque prospeculabatur*] Supra 3, 43, 2. *L. Siccium in Sabinis prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt.* [*Ad medio* Bamb. §. 4. *turbae* pro *urbi* idem.]

§. 6. *Oppidani ante lictorem turba acti*] Scribe, *Oppidani, ante lictorum turba acti.* ut infra [5, 6.] *Castra his ante objectis sepsissent.* J. FR. GRON. Gronovii conjecturam minus probabilem judicat Doujatius. Magistratibus enim Romanis, praeter consules, non facile plures adesse lictores, quam sex; de quibus proprie vox *turbam* usurpari posse non videtur. Noverat tamen, aut certe novisse debuerat, Doujatius, Quinctium primo consulem in Graeciam missum, postea vero imperium ei prorogatum fuisse: non tantum autem consulibus, sed etiam proconsulibus duodecim apparuisse lictores. V. Sigon. de Antiq. jure provinc. 2, 1. et totidem etiam concessos fuisse illis, qui praetores proconsulare imperium accipiebant: quod negare videtur Spanhem. de Praest. et usu num. diss. 10. p. 92. quum tamen aperte testetur Plut. in Aemil. Paull. p. 256. *Ὁ Αἰμίλιος ἐξεπέμφθη στρατηγὸς, οὐχ ἑξ ἕχων πελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες, ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους.* De duodecim autem lictoribus haud male *turba* dici posse videtur. Vel *turba* accipi potest de perturbatione, quam lictores obvios submoventes edebant. Videat autem Doujatius, quo jure tueatur vulgatum *ante lictorem*, quum Quinctius duodecim lictores habuerit. Sed nec *ante* mihi placet. Vide, num legendum *Oppidani autem, lictorum turba acti.* Solent autem voces *ante* et *autē*, sive *autem*, in Mstis confundi. V. ad 27, 35, 7.

§. 7. *Concilio, quod in diem posterum indictum erat, Boeotis relictum*] Si distinguas *quod in diem posterum indictum erat Boeotis, relictum*, nihil hic

Digitized by Google

lorem, quem et nequidquam, et non sine periculo ostendissent.

1 II. In concilio Attalus primus verba fecit. Orsus a majorum suorum suisque, et communibus in omnem Graeciam, et propriis in Boeotorum gentem, 2 meritis, segnior jam et infirmior, quam ut contentio- 3 nem dicendi sustineret, obmutuit et concidit. Et, dum regem auferunt perferuntque parte membro-

est, quod quemquam morari possit. Nescio cur viris doctis placuerit distinctio, quae sensum obscurat et implicat. DUK. Distinctionem Cl. Dukeri sine dubitatione recipiendam judicavi. [*apparebant* Bamb. *Boeotis, relictum esse.* idem.]

§. 8. *Texerunt tamen dolorem*] Non fuit in scripto *τὸ tamen*, etsi videatur id sensus requirere. Scribe *Texere tamen dolorem.* nam *texeretn*, ut compondio scriptum erat, librarius reddidit *texerunt.* J. FR. GRON. *Texerunt tamen* receptum erat ex conjectura editoris, quam ad marginem ed. Rom. anni 1616. adjecit.

§. 2. *Segnior jam et infirmior*] Puto *senior.* Virgilius [6. Aen. 804.]

Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.

J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii firmat locus Plut. in Quinct. p. 372. Ἄτταλος μὲν (ὡς ἔοικεν) τοῦ γήρως προθυμότερον ἑαυτὸν τῷ Τίτῳ ῥήτορα παρασχεῖν φιλοτιμούμενος. Alibi ita variant codd. Exemplum obcurrit infra 38, 7, 10.

§. 3. *Dum regem auferunt perferuntque*] Fortasse *refoventque.* Tacitus 12. Ann. [66.] *Claudius valetudine adversa corripitur, refovendisque viribus mollitie coeli et salubritate aquarum Sinuessam pergit.* Nisi malis *reficiuntque.* 39, [49, 4.] de Philopoemene: *diutino morbo ex quo tum primum reficiebatur.* Et [ibid.] *Haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntque.* Ovidius 13. [Met. 171.]

— — — — *Ego Telephon hasta*
Pugnantem domui, victum orantemque refeci.

J. FR. GRONOV.

Paullisper concio intermissa est] Ita Ant. Quaerengius in margine ed. Rom. conjecit, eamque emendationem postea Gruter. Gronov. aliique receperunt, quum in unico cod. legeretur *contentio* sollemni scribarum errore. V. ad 4, 6, 4. et 10, 45, 1. [*concio* Bamb.]

§. 4. *Aristaenus inde, Achaeorum praetor*] Haec iterum lectio recte ex Ant. Quaerengii emendatione admissa est. In Mſto unico erat *Aristhenus inde Achaeorum P. R.* [*PR.* Bamb.] De Achaeorum hoc praetore, eumque verius *Aristaenum* vocari, supra vidimus ad 32, 19, 2. et c. 32, 11. Saepissime etiam librarios *Pr*, id est *praetor*, in *P. R.* id est *Populus Romanus*, perperam commutasse, dictum est ad

Digitized by Google

rum captum, paullisper concio intermissa est. Aristaenus inde, Achaeorum praetor, eo cum majore auctoritate auditus, quod non alia, quam quae Achaeis suaserat, Boeotis suadebat. Pauca ab ipso Quinctio adjecta, fidem magis Romanam, quam arma aut opes, extollente verbis. Rogatio inde, a Plataeensi Dicaearcho lata recitataque, de societate cum Romanis jungenda, nullo contra dicere au-

31, 10, 4. Mox Dan. Heinsius apud Elcev. primus edidit *majori auctoritate*, quia operarum errore in postrema Gruteri invenerat *major auctoritate*. Heinsii autem lectionem recentiores omnes servarunt contra fidem unici cod. qui simul cum editis prioribus praefert *majore auctoritate*; quod revocavi.

§. 6. *Rogatio inde, a Plataeensi Dicaearcho lata recitataque, de societate cum Romanis jungenda*] Locus hic admodum corrupte in cod. Bambergensi legebatur hoc modo: *Rogatio inde ablata ensidice archolata*, [*ablata ensi Dicaearcho lata* Bamb.] *recitataque cum Romanis jungenda*; quod autem nunc vulgo circumfertur, primo in ed. Rom. margine expositum, postea a viris doctis in contextum receptum est. Neque habeo, quod culpem; nisi tantum corruptae lectionis vestigia exigere videri, ut *ab Plataeensi Dicaearcho* legamus. Qui autem haec verba, idem et sequentia restituit, quae ita in Msto corrupte exstabant, *nullo contra aducere* [*adicere* Bamb.] *audente, omnium Boeoticae civitatum suffragiis accipitur*. Ceterum inter vana somnia referenda est sententia Doujatii, existimantis, *Dicaearchum* esse nomen, quo summus magistratus indicatur, desumtum a justo principatu: praeterea ex hoc loco adparere, Boeotorum rempublicam hoc tempore sic fuisse constitutam, ut Thebanorum in ceteras urbes perpetuum non esset imperium, sed per urbes reliquas ambularet, et nunc penes Plataearum praetorem esset. Nam, ut etiam Crevierius docuit, *Dicaearchus* est nomen viri proprium, quo etiam adpellatus est frater Thoantis praetoris Aetolorum infra 35, 12. et 36, 28. et saepius apud Polyb. Qui autem Boeotorum reipublicae praeerant, non Dicaearchi, sed Boeotarchae, Graecis *Βοιωτάρχαι* et *Βοιωταρχοῦντες* vocantur. Hi videntur fuisse legati populorum, ex quibus respublica Boeotorum coaluit: unde non unus eo tempore, sed plures simul fuerunt. Livius 42, 43, 7. *Decretum fecit Thebis, ne Boeotarchae urbibus reciperentur*. Septem simul memorantur apud Paus. in Boeot. c. 13. Ad undecim usque fuisse dicuntur apud Thucydidem 4, 91. Omnes autem ad commune concilium hoc loco Thebas conveniunt. Eosdem etiam in Minervae Itoniae templum convenisse, auctor est idem Paus. in Boeot. c. 34. Plura v. apud Emmium in Graec. vet. in Descr. reip. Theban. et Vinding. in Hellade, titulo Boeoti Aeoles.

Digitized by Google

dente, omnium Boeotiae civitatium suffragiis acci-
7 pitur jubeturque. Concilio dimisso, Quinctius tantum Thebis moratus, quantum Attali repens casus
8 coëgit, postquam non vitae praesens periculum vis morbi adtulisse, sed membrorum debilitatem visa est, relicto eo ad curationem necessariam corporis,
9 Elatiam, unde profectus erat, redit; Boeotis quoque, sicut prius Achaeis, ad societatem adscitis, et quando tuta ea pacataque ab tergo relinquebantur, omnibus jam cogitationibus in Philippum, et quod reliquum belli erat, conversis.

1 III. Philippus quoque primo vere, postquam legati ab Roma nihil pacati retulerant, delectum per omnia oppida regni habere instituit, in magna in-
2 opia juniorum. absumserant enim per multas jam

§. 9. *Adscitis, quoniam tuta ea pacataque*] Haec lectio demum adparuit in editione Jac. Gronov. majori anni 1679. sed sine dubio operarum errore, copulativam *et* omittentium. Ea enim et in reliquis aliorum, et in minori ejusdem Gronovii editione anni 1678. superest hoc modo *et quoniam tuta ea*. Prioris editionis ἁμάρτημα servavit Clericus, quod emendarunt Hearnius, et Crevierius. Deinde *et quoniam tuta* primum inveni in ed. J. Fr. Gronov. anni 1665. In cod. Bamb. legebatur *et quō tuta*, quod Quaereng. in margine exponit, *et quando tuta*, neque opus erat, ut in *quoniam* mutaretur; quum *quando* pro quoniam saepe usurpetur. Supra 7, 10, 3. *Volo ego illi belluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum.* 9, 4, 8. *Se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendae auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque clausi essent.* c. 8, 4. *Ego tamen, quando neque de noxa nostra, neque de poena retulistis, omissa defensione, sententiam paucis peragam.* Eodem cap. *Sponsione tamen, quando in jussu populi facta est, non tenetur populus Romanus.* 10, 14, 8. *Desperato inproviso tumultu, quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie justa maluerunt concurrere.* Alia v. ad 40, 9, 1. Illud *quō* posset etiam reddi per *quom*, sive *quum*. Sed alterum placet. V. infra ad c. 6, 5.

§. 2. *Macedonas, ipso quoque regnante: et navalibus*] Distinguendum ita: *Absumpserant enim per multas jam aetates continua bella Macedonas: ipso quoque regnante et navalibus bellis adversus Rhodios Attalum-*

Digitized by Google

aetates continua bella Macedonas: ipso quoque regnante, et navalibus bellis adversus Rhodios Attalumque, et terrestribus adversus Romanos ceciderat magnus numerus. ita et tirones ab sedecim annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis, quibus modo quidquam reliqui roboris erat, ad signa revocabantur. Ita suppleto exercitu, secundum vernum aequinoctium omnes copias Dium contraxit; ibique stativis positis, exercendo quotidie milite, hostem opperiebatur. Et Quinctius per eosdem ferme dies, ab Elatia profectus, praeter Thronium et Scarpheam ad Thermopylas pervenit. Ibi concilium Aetolorum, Heracleam indictum, tenuit, consultantium quantis auxiliis Romanum ad bellum sequerentur. Cognitis sociorum decretis, tertio die

que, et terrestribus adversus Romanos ceciderat magnus numerus. JAC. PERIZON. Distinctio, quae recte Periz. displicuit, primum exstitit in Heinsii ed. Elzev. Priores interpungunt *Macedonas, ipso quoque regnante, et navalibus.* [§. 1. *dilectum pomma oppida* Bamb.]

§. 4. *Tirones ab decem et sex annis*] Ita primus J. Fr. Gronovius. Priores [cum cod. Bamb.] per notas numerales *ab XVI annis*; quod reddendum est *ab sedecim annis.* Mox §. seq. *diu* ed. Rom. pro quo vir doctus in margine legendum conjecit *Dium.* [ut est in Bamb.]

§. 5. *Secundum vernum aequinoctium*] V. Dodwell. de Cyclis 10, 91. DUKER.

§. 6. *Praeter Thronium et Scarpeam*] Sic MSS. [immo *Scarpheam.*] Quaerengus corrigit *Scarphen.* Propius est *Scarpheam.* Oppidum est Locrorum, qui Epicnemidii dicti, Graecis Σκάρφη et Σκάρφεια. Ita enim Eustathius de Strabone [ad Hom. Il. B. vers. 532. p. 210.] Ὅρα ὅτι καὶ Σκάρφην λέγει καὶ Σκάρφειαν τὴν αὐτήν. Ptolemaeus 4, 7. item Σκάρφειαν vocat, et Pausanias in Achaïcis [c. 15.] et Plinius 4, 7. HORRION. *Scarphia* vocatur infra 36, 19. ubi v. quae notantur. De ea consule Cellar. Geogr. ant. 2, 13, 716.

§. 7. *Concilium Aetolorum* etc. *tenuit*] Id est, eum detinuit. Ellipsis accusativi personae neminem debet offendere. 3, 29, 6. *Confestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Volscii, falsi testis, tenuissent.* Et 34, 39, 7. *Et primo angustiae sua hostiumque refertae turba tenuerunt.* Si hoc displicet, per me licet, legatur *indictum eum tenuit.* 35, 42, 2.

Digitized by Google

ab Heraclea Xynias progressus, in confinio Aenianum Thessalorumque positis castris, Aetolica auxi-
9 lia opperiebatur. Nihil morati Aetoli sunt. Phaenea duce, duo millia peditum cum equitibus quadringentis venerunt. Ne dubium esset, quid ex-
10 spectasset, confestim Quinctius movit castra. Transgresso in Phthioticum agrum quingenti Gortynii Cretensium, duce Cydante, et trecenti Apolloniatae, haud dispari armatu, se conjunxere: nec ita multo

Tres eum civitates tenebant. Et ibid. *Tenuit eum et de Annibale deliberatio.* DUKER.

§. 8. *In confinio Aenianum Thessalorumque*] Gronov. ad Livii 28, 5, 15. testatur, in codice Bamberg. fuisse *in confinio Aeneatium*; sed recte, ut nunc editur, *Aenianum* emendatum esse. Quod unde noverit, latet: certe ed. Rom. jam *Aenianum* praefert. [*Aenianum* Bamb. et *Xynias praegressus.*]

§. 9. *Nihil morati Aetoli sunt. Phaenea duce*] Docet Cl. Hearnius, Cellarium malle *Aetoli Phaenea duce.* Sed credo pro Cellario memorandum fuisse Perizon. qui ad Sanctii Minervam 4, 8. p. 709. scribendum conjicit, *Nihil morati Aetoli, Phaenea duce, duo millia peditum cum quingentis equitibus venerunt.* Ita Livium loqui potuisse, confiteor. Unici tamen cod. auctoritatem rejiciendo vulgatam, quae nihil vitii continet, spernere, eoque invito τὸ *sunt* expungere, temerarium puto. Cl. etiam Dukero elegans, sed non necessaria conjectura videtur.

Phaenea duce, ducenti pedites cum equitibus quadringentis venerunt] Membranaceus *DC.* Quaerengus *MM.* vel *duo millia.* Plutarchus de copiis Titi [in Flamin. p. 372.] ὑπὲρ ἑξακισχιλίους καὶ δυσμυρίους ἔχων στρατιώτας· ὧν οἱ Αἰτωλοὶ πεζοὺς ἑξακισχιλίους καὶ ἱππεῖς τετρακοσίους παρεῖχον. J. FR. GRON. [*Phanea duce* C † C *pedites* Bamb.] In ed. Rom. quae ex membranaceo procurata est, non *DC*, sed *ducenti*, invenio. Si tamen in cod. scripto *DC*, vel *VI*^{c}, quod tantumdem valet, exstiterit, suspicio nasci posset, legendum esse *VI*^{m}, id est *sex millia.* Tot enim pedites ab Aetolis ad Quinctium adductos esse, testatur Plut. loco a Gronov. laudato; de numero enim equitum inter Plutarch. et Livium etiam convenit. Quo minus tamen hanc conjecturam pro vera venditare ausim, illud obstare video, quod Liv. cap. seq. referat, Romanis *ferme parem* numerum fuisse, ac Philippo; sed equitum copiis Aetolorum accessu Romanos superasse. Quibus verbis indicat, plures aliquanto pedites Philippo, quam Romanis, fuisse; quum tamen numerus peditum Romanorum apud Plut. major sit numero peditum Philippi, quem edit Liv. cap. seq. adeoque Plut. non in omnibus Livio consentiat. Ceterum ad verba praecedentia dictum est, Perizon. pro *equitibus quadringentis* legisse *quingentis* vel *D. equitibus:* quam

Digitized by Google

poſt Amynander cum Athamanum peditum ducentis et mille. Philippus, cognita profectione ab Elatia 11
Romanorum, ut cui de summa rerum adeſſet certamen, adhortandos milites ratus, multa jam saepe 12
memorata de majorum virtutibus, simul de militari laude Macedonum, quum disseruisset, ad ea, quae tum maxime animos terrebant, quibusque erigi ad aliquam spem poterant, venit.

IV. Acceptae ad Aoum flumen in anguſtiis cladi, 1

conjecturam non recipiendam eſſe, idem locus Plutarchi docet. Corrupte etiam *Phanea* erat in Mſto Bamb. qui error ubique in aliis Livii codd. obcurrit. V. ad 32, 32, 11. Mox *Et ne dubium esset* in margine ed. Rom. scribendum conjicit Quaereng. et receperunt Paris. anno 1625. Sed recte voculam *et*, quae non necessaria eſt, reliqui omnes spreverunt.

§. 10. *Duce Cyndate*] MS. *Cydante*. Sed omnino legendum *Cydate*. Hoc enim nomen usitatum apud Gortynios, discimus ex Polyb. in Excerpt. Legat. num. 45. *Κοσμούντος ἐν Γορτύνῃ Κυδάτου Ἀντιτάλκους*. HORRION. *Cydante*, quod in Mſto eſſe Horrion teſtatur, commode servari poteſt. Certe *Cydantem Cretensem* memorat Livius infra 44, 13, 9. ubi pro *Cydantem* Sigon. conjicit *Cydam*, quam lectionem et ipse et reliqui receperunt. Vide, quae ad eum locum notantur. *Cydante* autem formatur a casu recto *Cydas*. Liv. 44, 24, 9. *Cydas erat Cretensis ex intimis Eumenis*. Eodem modo ut *Atlas*, *Mimas* et similia. V. Voſſ. 4. Gramm. 8. In loco Polybii, quem Horrion laudat, *Κυδωνιάτου*, pro *Κυδάτου*, legendum censet Fulv. Ursinus. Paullo ante *Ptiocum* [immo *Ptioticum*] Mſtum, pro quo in marg. ed. Rom. recte emendatur *Phthioticum*.

Haud dispari armatu] Sic exſtat in MS. Puer, qui exemplum fecit, ex quo pars haec Livii primum in Italia typis descripta eſt, reddiderat *armatum*, Quaerengus *armatura*. Nobis nihil mutare libuit. HORRION. Recte. Eſt enim vox Livio usitata. V. Gronov. ad 26, 5, 3. qui eamdem etiam infra Livio reſtituere conatus eſt hoc lib. c. 18, 2. Eadem etiam utitur Curtius 3, 2. *Peditum decem millia pari armatu sequebantur*.

§. 12. *Disseruisset, ad ea, quae tum maxime animos terrebant, quibusque erigi ad aliquam spem*] Ita emendatum eſt a viro docto in margine ed. Rom. In ipso contextu ex Mſto editur *disseruisset, de re tum maxime animos terrebant, quibusque ad aliquam spem*.

§. 1. *Acceptae ad Aunum*] Immo *Aoum*, ut conſtat ex l. 32. [5. et seqq.] et Straboni l. 7, [316.] eſt *Ἄωος*. Ex quo disces, cur inter se super hac clade diſsentiant Livius et Plutarchus in T. Quinctio [p. 370.] Hic enim ad *Ἄψωμ* flumen contigiſſe tradit. Nimirum exiguo intervallo

Digitized by Google

territa Macedonum phalange, ad Atracem vi pulsos
2 Romanos obponebat: *et illic tamen, ubi insessas fauces Epiri non tenuissent, primam culpam fuisse*
3 *eorum, qui neglegenter custodias servassent. secundam, in ipso certamine, levis armaturae mercenariorumque militum. Macedonum vero phalangem et tunc stetisse, et loco aequo justaque pugna semper*

distant Apsus et Aous. HORRION. *ad Aunum* est ex Quaereng. conjectura, ad marginem ed. Rom. exstante. *ad Aouum* legunt ipsae membranae; pro quo, unica litera extrita, recte Horrion *ad Aoum*. Non aliter etiam Freinsh. ad Flori 2, 7, 10. ubi v. etiam Cl. Dukerum.

Cladi terra Macedonum phalange] Quaerengus *territa*. Legendum *terra a Macedonum phalange*. Historia est l. 32, [15.] ubi pro illis *Inde ad Ragen est profectus*, scribe *Inde Atracem*. Oppidum est Atrax super Peneum. Romani obsidentes id oppidum, decussa jam arietibus muri parte, posteaquam per ipsas ruinas transcenderunt, objectu phalangis sunt expulsi. Inde multis frustra tentatis, quia nec maturam expugnandi spem, nec rationem procul a mari, et in evastatis belli cladibus locis hibernandi cernebat, Quinctius relicta obsidione Anticyram in Phocidem se contulit. Hoc igitur est, quod ait hic Philippus, a Macedonum phalange ad Atracem *terra vi pulsos* Romanos. HORRION. *territa Macedonum phalange* Romae dederunt, quod locum habere non posse, demonstravit eruditus Horrion: ipse quod in unica membrana erat, *terra Macedonum* praepositione tantum adjecta, ut sit *terra a Macedonum*, tuetur, quod, obsidione relicta, Anticyram se contulerit in Phocidem Quinctius. Acute, nisi nimium est. nam discesserunt illi quidem, non tamen a phalange terra pulsi, sed quod procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hibernandi non erat copia. Forte: *ter a Macedonum phalange ad Atracem vi pulsos Romanos opponebat*. Quod et in margine habet Patherbornensis editio. V. 32, 17. J. FR. GRON. Quaerengii conjecturam *territa* probat Crevier. Putat enim obponere Philippum Macedonum phalangi, repentino terrore degredientium e jugis Romanorum perculsae, Romanos ad Atracem non improviso aliquo terrore, nullis insidiis, nulla arte, sed vi pulsos. Eam quidem Horrion rejecit, non tamen demonstravit, locum habere non posse, ut credidit Gronov. Et sane posset ea lectio defendi. Macedonas enim terrore in fugam effusos fuisse, constat ex Livii 32, 12, 4. *Neque inpunita temeritate inde recepissent sese* Romani, *ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam coepta amentes repentino terrore regios fecisset*. Id tamen longius a Misto discedit. Malim itaque cum Gronov. *ter a Macedonum phalange*. Aliquoties, post decussum murum, a phalange Macedonum repulsos fuisse Romanos, constat ex 32, 17. Mox *ad Atragem*

Digitized by Google

mansuram invictam. Decem et sex millia militum 4
haec fuere, robur omne virium et regni. Ad hoc
duo millia caetratorum, quos peltastas appellant,
Thracumque et Illyriorum (Trallis nomen est genti)
par numerus bina millia erant, et mixti ex pluribus 5
gentibus mercede conducti auxiliares mille ferme, et
duo millia equitum. Cum iis copiis rex hostem oppe-

cod. Bamb. pro quo Quaereng. recte emendavit *ad Atracem.*

§. 3. *Et loco aequo justaque pugna semper mansuram invictam*] Ita recte Quaereng. emendavit, quum ex cod. Bamb. editum fuisset *ex loco aequo* etc. *mansuram invitam.* [in Bamb. est *et* atque *invictam.*] Illa *et* atque *ex* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 26, 45, 1. Similiter *invitus* et *invictus.* V. ad Epit. Liv. 3.

§. 4. *Decem et sex millia militum haec fuere*] *Decem et undecim mil. militum* Romae ex Msto Bamb. editum est, pro quo Quaereng. conjicit *X. et VI. M.* Error inde ortus videtur, quod, quum notis numerus scriptus esset, librarii notas *V* et *X.* confuderint, et pro *VI* dederint *XI.* V. ad 39, 29, 7. [Bamb. X *et* VI *mil. militum.*] Quum autem etiam per compendium *mil. militum* in ed. Rom. vulgatum esset, *M. militum* ad ejus marginem Quaereng. conjecisset, illi deinde, qui ed. Paris. anni 1625. praefuerunt, id minus recte evolverunt *millium militum*, eodem illo errore, qui saepe a scribis indoctis in codicibus committitur. V. ad 25, 9, 16. *millia militum* jam Dan. Heins. apud Elzev. substituit.

Ad hoc duo millia caetratorum, quos peltastas adpellant] In Msto fuit *Ad hoc* $\bar{X}\bar{X}$ *cetratorum, quos peltas adpellant.* [Bamb. *Ad hoc* ∞ ∞ *caetratorum.*] Sed Quaereng. in marg. ed. Rom. conjecit *Ad hoc* ∞ ∞ *cetratorum.* Solent autem notae numeri denarii *X* et millenarii ∞ saepissime confundi. V. mox ad §. seq. et infra hoc lib. ad c. 14, 5. Deinde idem etiam scribendum conjecit *peltastas*, cujus loco Paris. anno 1625. perperam dederunt *peltatas.* Supra 28, 5, 11. *Menippum item quemdam ex regiis ducibus cum mille peltastis* (*pelta caetrae haud dissimilis est*) *Chalcidem mittit.* 31, 36, 1. *Nocte caetratos, quos peltastas vocant*, etc. *in insidiis abdiderat.*

Triballi nomen est gentis] Sic correxerunt Romae. In scripto *Trailis.* [immo *Trallis.*] Scribendum autem *Trallis nomen est genti.* Neque enim hi alii, quam qui appellantur in auxiliis ejusdem Philippi 27, [32, 4.] *Contracto jam inter Aetolos et Trallos* (*Illyriorum id est genus*) *certamine.* Et 31, [35, 1.] *Quadringentos Trallos* (*Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus*) *et Cretenses trecentos.* J. FR. GRON. Romae edebatur *traclis est nomen gentis.* [*gentis* Bamb.] Quaereng. autem in ejus ed. margine *Triballi nomen est gentis* conjecit. Gronov. in prima ed. not. *Triballis nomen est genti.*

Digitized by Google

6 riebatur. Romanis ferme par numerus erat, equitum copiis tantum, quod Aetoli accesserant, superabant. V. Quin-

quod recte secundis curis mutavit. Posses etiam *Trallibus nomen est genti*. Vocantur enim *Tralli* et *Tralles*. Dedissent autem *Traclis* vel *Trailis* pro *Trallibus* eodem errore, quo *principiis* pro *principibus*. V. ad 21, 60, 7. Mox Quaereng. interpunctionem mutandam censebat hoc modo *par numerus bina millia. Erant et misti.*

§. 5. *Mercede conducti auxiliares mille ferme, et bis mille equitum*] Sic reddiderunt notis expressa *CIↃ CIↃ equitum*. hoc est, ut solet Livius, *duo millia equitum*. Impingit eodem modo Rhenanus 3, 5, 13. *Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos*. Ait esse in scripto *VACCC*. hoc est *quinquies mille trecentos*. Ut aliquid ei concedamus, delere licet copulativam: nam et Pal. unus *V millia ac CC*. quod parum refert: caeterae notae significant vulgatum. J. FR. GRON. [*auxiliares ↀ ferme et ct* (i. e. quingenti) *et ↀ ↀ equitum*. Bamb.] Ex cod. Bamb. editum est Romae *X ferme, et XX equitum*. pro quo Quaereng. in margine ejus ed. conjecit *ↀ ferme, et ↀ ↀ equitum*. Vide modo ad §. praec. Hae autem notae in Heinsii ed. Elzevir. perperam redduntur *mille ferme, et bis mille equitum*, licet jam antea Paris. anno 1625. vulgassent recte *mille ferme, et duo millia equitum*. Eodem errore *quater centena millia* legebat Rhenan. ad Livii 3, 3, 9. *III. mille*, sive *ter mille* Ruben. ad 22, 37, 8. *bis denum millium* Pighius ad 42, 19, 6. Ejusdem etiam erroris exempla in Mstis et edd. antiquis plura obcurrunt. Ita *ter centum* 7, 19, 2. *bis centum* 22, 52, 4. *decies centum* 33, 42, 8. *quatuor centum* 35, 41, 3. 38, 41, 12. *quinque centum* 34, 52, 7. 35, 43, 6. *bis senos* 38, 1, 6. Parum usitatam loquendi formulam vocat Crevier. et tamen ipse *ad bis mille* Livio obtrudere conatur supra 26, 42, 7. ubi Sigonius *ad duo millia* scribendum conjecerat. Est tamen locutio potius poëtica, et aliquoties etiam apud posteriores aevi scriptores obcurrit. V. ad 38, 1, 6. Praeterea *mercede educti* edd. Rom. et aliae, pro quo Gronov. primus dedit *conducti*. Forte olim per epitomen scriptum fuerat *ēducti*, quod indocti librarii mutarunt in *educti* sollemni errore. V. ad 37, 5, 5. [*conducti* Bamb.] Sine necessitate etiam *auxiliares*, quod in Msto fuisse videtur, et praefert ed. Romana, Quaerengius in ejus margine mutat in *auxiliarium*, pessime ed. Paris. anni 1625. in *auxiliarum*. Nam, *mille passuum, mille equitum, mille jugerum* Livium quidem usurpasse, supra vidimus ad 21, 61, 1. non tamen *mille passus, mille equites, mille jugera* displicere, et invitis Msis mutari debent.

§. 6. *Qui tamen copiis tantum quod Aetoli accesserant, superabant*] Alii ediderunt, *qui tum copiis*. Restitue: *Romanis ferme par numerus erat; equitum copiis tantum quod Aetoli accesserant, superabant*. nempe copias hostium numero. 5, [38, 4.] *Haud dubius facilem in aequo campi tantum superanti multitudine victoriam fore*. Junctas easdem particulas habes 22, [2, 9.]

Digitized by Google

V. Quinctius ad Thebas Phthioticas castra quum 1 movisset, spem nactus per Timonem principem civitatis prodi urbem, cum paucis equitum levisque

Tantum quod exstaret aqua, quaerentibus ad quietem. Quamvis hic τὸ *quod* potius videtur pronomen. Est et brevissimi temporis descriptio. Cornelius Nepos in vita Datamis [c. 6.] *Hac re probata exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur, qui tantum quod ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet.* Id est, commodum: eo ipso momento, quo Datames eum assecutus est, sic ut consilii sui rationem nondum illis edere ac probare satis potuerit. Suetonius Octavio 63. *Juliam primum Marcello, Octaviae sororis suae filio, tantum quod pueritiam egresso.* c. 98. *De navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat.* Nerone 6. *Natus est Antii, XVIII Cal. Januarias, tantum quod exoriente sole.* Potuisset etiam dicere: *qui tantum quod ad hostes pervenerat, cum Datames signa inferri jubet.* Ut Cicero 7. Fam. 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literae redditae sunt.* 15. ad Attic. [13.] *Haec cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse prolatam.* Vellejus 2, [117.] *Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello Caesar manum, cum intra quinque tanti consummati operis dies funestae ex Germania epistolae.* Libri, in quibus est, *qui dum ad hostes;* aut *qui tantum dum,* partim sunt mutili, partim interpretationem habent pro verbis auctoris. Tolerabilius tamen posterius: nam *tantum dum* est id ipsum, quod *tantum quod.* Male huc trahit Heraldus in postremis observationibus illud Tertulliani [Apolog. 3.] *Bonus vir C. Sejus: tantum quod Christianus:* vultque esse, repente factus Christianus. rectius alii, et ipse olim πλὴν ὅτι. Non enim simpliciter aliquid nuper factum narratur, sed laudatur Sejus iste cum exceptione. Suavis ejusdem formulae alius usus apud Ciceronem, ut *Tantum quod non facit* sit propemodum facit: minimum abest, quin faciat. 1. in Verrem [45.] *Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit, unius hominis caussa conscriptum esse, tantum quod hominem non nominat: caussam quidem totam perscribit.* Et 3, 53. *Ait se misisse et confirmasse, suam interposuisse auctoritatem, tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Verri similem futurum.* Ita cum fuisset olim in editis, et inveniret Gruterus in suis scriptis, non debuit probare Victorianum *tantum non aratoribus Met. obsides dedit.* Est enim non observata hac formula mutilatum. J. FR. GRON. Omnes, quas vidi, edd. *qui tum copiis;* pro quo cum Gronov. recepi *equitum copiis.* [et ita Bamb.] De formula loquendi *tantum quod*, quae tamen alterius loci est, et huc omnino non convenit, videri possunt Lambin. ad Nep. Dat. et plures viri docti ad pleraque loca a Gronov. laudata. Adde Graev. ad Luciani Soloec. p. 729. et Perizon. in Notit. nuper. p. 22. Praeterea *superabat* [Bamb.] editiones, quas consului, usque ad Gronov. qui *superabant* edidit.

§. 1. *Per Timonem principem civitatis*] Ita primum inveni in ed. Gronovii anni 1665. Priores, quas vidi, legunt *per Dimonem.*

Digitized by Google

2 armaturae ad muros successit. Ibi adeo frustrata spes est, ut non certamen modo cum erumpentibus, sed periculum quoque atrox subiret: ni castris exciti repente pedites equitesque in tempore subvenis-
3 sent. Et postquam nihil conceptae temere spei succedebat, urbis quidem amplius tentandae in prae-
4 sentia conatu absistit: ceterum satis gnarus, jam in Thessalia regem esse, nondum comperto, quam in regionem venisset, milites per agros dimissos vallum
5 caedere et parare jubet. Vallo et Macedones et Graeci usi sunt; sed usum nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipsius munitionis firmamentum aptave-
6 runt. Nam et majores et magis ramosas arbores caedebant, quam quas ferre cum armis miles posset;

Verum *Dinonis* aut *Timonis* nomen apud Graecos frequens fuit, *Dimonis* nondum obcurrisse memini.

§. 2. *Ni castris exciti repente pedites*] Ita recte Ant. Quaereng. in margine ed. Rom. conjecit, pro *in castris*. [*ni castris* Bamb.]

§. 4. *Satis gnarus, jam in Thessalia*] Sic Gronovius, id requirente, quod sequitur, *parare jubet*, scribendum monuit in prima ed. notarum, testatus ex duabus editionibus postremis hujus partis, quae sibi solae in promtu, alteram praeferre *gnarum*, alteram *gnaro*. Et posse hoc tolerari pro cognito, ut apud Tacitum et alios παθητικῶς accipitur: nondum tamen meminisse, in Livio sic reperisse. Habere quoque nescio quid arcani decoris illam variationem: *satis gnarus, nondum comperto*. Haec cur in sequentibus edd. omissa sint, non adsequor. Ipsum enim Gronov. non induxisse, neque conjecturae poenituisse, inde conjicio, quod ipsa tamen emendatio in contextu servata sit. *gnarum* servant omnes edd. quibus usus sum, praeter Heinsii Elzevir. quae habet *gnaro*. [*gnarus* Bamb.]

§. 6. *Quum castra his ante objectis sepsissent*] Illa lectio exstat in margine ed. Rom. in ipso cod. erat *saepissent*. Quod adtinet ad formam verbi, Vossius monuit 5. Gramm. 33. Livium l. 44. *sepii* pro *sepsi* dixisse. Locus exstat 44, 39. 3. *Quum munimentis ea sepissent*. Sed vide, quae ibi notantur. Quod ad orthographiam, saepe hanc vocem per diphthongum in Mstis exarari, eamque scripturam multis viris doctis probari, aliis displicere, vidimus ad 3, 37, 6. 8, 8, 10. et 9, 2, 9.

§. 8. *Qua vulva, portae instar extemplo patebat*] Hoc modo

Digitized by Google

et quum castra his ante objectis sepsissent, facilis
molitio eorum valli erat. nam et quia rari stipites 7
magnarum arborum eminebant, multique et validi
rami praebebant, quod recte manu caperetur, duo,
aut summum tres juvenes connisi arborem unam
evellebant. qua evulsa, portae instar extemplo pa- 8
tebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur. Ro- 9
manus leves et bifurcos plerosque, et trium, aut,
quum plurimum, quatuor ramorum vallos caedit,
ut et suspensis ab tergo armis ferat plures simul
apte miles; et ita densos obfigunt inplicantque ra- 10
mos, ut neque, quae cujusque stipitis palma sit, per-
videri possit; et adeo acuti, aliusque per alium in- 11
missi radii locum ad inserendam manum non relin-

primum a Gronov. editum vidi. Verbum autem *vellere* in hac re usitatum esse, patet ex illis, quae notantur ad 2, 25, 3. Verum, quum priores, quas vidi, edd. constanter legant, *quae vulsa*, etiam Rom. anni 1616. quare ita etiam in Msto Bamb. fuisse suspicor, propius hanc lectionem accedere videtur, si, nulla litera extrita, legamus *qua evulsa*. Nam et *evellere* in hac re usurpatur. Ita verbis praec. *Tres juvenes connisi arborem evellebant*. Et postea hoc cap. *Si evulsus forte est unus, nec multum loci aperit*. [*quae vulsa*, et ante *connixi* Bamb.]

§. 9. *Trium, aut, quum plurimum, quatuor ramorum vallos caedit*] Sic Quaereng. in margine ed. Rom. emendavit, quum ex Msto in contextu ederetur *complurium*. [*com plurimum* Bamb.] Similiter emendandum docuit Freinsh. ad Tacit. 4. Ann. 51. et ad Curtii 8, 11, 8. adducto etiam hoc Polybii loco, quem Livius vertit, ex l. 17, 14. *Παρὰ δὲ Ρωμαίοις δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἔχουσιν οἱ χάρακες, ὅτι δὲ πλείσας, τέτταρας*. Voces *complures*, et *quum plurimi* vel *quam plurimi* confundi, vidimus ad 4, 31, 2. Mox *τὸ simul*, quod in nulla priori ed. comparuit, primus addidit Gronov. anno 1665. Polyb. loco laud. inquit: *Ὁ γὰρ εἷς ἀνὴρ φέρει τρεῖς καὶ τέτταρας, συνθεὶς ἐπ' ἀλλήλους*.

§. 10. *Densos adfigunt inplicantque ramos*] MS. *offigunt*. Quod verbum hoc loco magis convenit. Et eo usus Plautus Mostellaria [2, 1, 13.] HORRION.

Ut neque, quae cujusque stipitis palma sit pervideri possit] Haec mutila. Sententiam habes in his verbis Polybii [17.15]*Τιθέασι γὰρ εὐθέως ἐμπλέκοντες εἰς ἀλλήλους οὕτως, ὥστε μήτε τὰς κεραίας εὐχερῶς ἐπιγνῶναι, ποίας*

Digitized by Google

12 quunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, quum inter se innexi rami vinculum in vicem praebeant, possit; et, si evulsus forte est unus, nec loci multum aperit, et alium reponere perfacile est.

1 VI. Quinctius postero die, vallum secum ferente milite, ut paratus omni loco castris ponendis es-
2 set, progressus modicum iter, sex ferme millia a Pheris quum consedisset, speculatum, in qua parte
3 Thessaliae hostis esset, quidve pararet, misit. Circa Larissam erat rex, qui certior jam factus, Romanum ab Thebis Pheras movisse, defungi quamprimum et ipse certamine cupiens, ducere ad hostem

εἰσὶν ἐκφύσεως τῶν ἐν τῇ γῇ κατωρυγμένων, μήτε τὰς ἐκφύσεις, ποίων κεραίων. J. FR. GRON. Alterum membrum orationis deesse, ex loco illo Polybii conjicit Cl. Crevierius; id autem ita concipi posse, *neque quis cujusque palmae stipes.* Praeterea *pervideri* primus Gronov. anno 1665. edidit; priores *provideri.* Sed alterum verius est, quod est perspicue, penitus videre.

§. 11. *Neque prehendi, quod trahatur, neque trahi*] *neque tradi* edd. ante Gronov. qui *neque trahi* non tantum in contextum recepit, sed expresse in prima not. editione ita legendum monuit, adscriptis his verbis Polybii, ex quo totus hic locus depromtus est, 17, 15. *Οὐτ' ἐπιλαβέσθαι παρείραντα τὴν χεῖρα δυνατόν, ἅτε πυκνῶν ὀυσῶν καὶ προσπιπτουσῶν δυταῖς, ἔτι δὲ φιλοπόνως ἀπωξυμμένων τῶν κεραιῶν, οὐτ' ἐπιλαβόμενον ἐκσπάσαι ῥᾴδιον.* Haec autem admonitio ejus, non video, cur in curis secundis omissa sit; praesertim quum ipsa ejus emendatio in contextu servata sit.

§. 12. *Et si evulsus forte est unus*] Hanc lectionem Gronov. anno 1665. recepit. Priores legunt *et si vulsus.* V. supra ad §. 8. [*evolsus* Bamb.]

§. 2. *Quidve pararet, misit*] Ita Quaereng. in margine ed. Rom. conjecit: in contextu edebatur *qui diu pararet.* In initio cap. *postera die* ed. Paris. anni 1625. Sed recte priores omnes *postero die.* V. ad 1, 12, 1.

§. 3. *Circa Larissam erat rex, qui certior*] Pronomen, quod a prioribus perperam aberat, apud Elzevir. addidit Dan. Heinsius. [*Cirts Larisam erat rex, certior*, omisso *qui*, Bamb.]

§. 4. *Quum inter se conspecti essent, constiterunt*] Sic Quaereng. emendavit in margine ed. Rom. anni 1616. quum in contextu *constituerunt*, unica litera interjecta, ederetur. quod sup-

Digitized by Google

pergit, et quatuor millia fere a Pheris posuit castra. Inde postero die quum expediti utrimque ad occu- 4
pandos super urbem tumulos processissent, pari ferme intervallo ab jugo, quod capiendum erat, quum inter se conspecti essent, constiterunt; nuncios in 5
castra remissos, qui, quid sibi, quum praeter spem hostis obcurrisset, faciendum esset, consulerent, quieti opperientes. Et illo quidem die, nullo inito certa- 6
mine, in castra revocati sunt. Postero die circa eosdem tumulos equestre proelium fuit: in quo non minimum Aetolorum opera regii fugati, atque in castra compulsi sunt. Magnum utrisque inpedimentum 7
ad rem gerendam fuit ager consitus crebris arbori-

plendum *constituerunt signa*, existimat Crevier. quemadmodum similiter supplet Gronov. ad 27, 16, 11. Id tamen aliquam hoc loco dubitationem movere posse agnoscit, quod mox cap. seq. ubi legitur, legendumque est, *non ante restiterunt*, exemplar unicum habuit *restituerunt;* ita ut hic etiam *constituerunt*, pro *constiterunt*, inrepere potuisse videatur. Posterius illud mihi hic verius videtur. Alibi etiam *constiti* et *constitui* a librariis commutari, vidimus ad d. loc. Livii. [*constiterunt* Bamb.]

§. 5. *Quum praeter spem hostis obcurrisset*] In unico cod. exstitit *quō praeter spem*; pro quo Gruter. anno 1628. pessime edidit *quomodo praeter spem*. quod quum aperte vitiosum esset, Gronov. anno 1644. *siquidem praeter spem*, nimium a vestigiis scriptae lectionis recedens, subposuit: quo nomine. et ipsum conjecturae suae poenituisse verisimile fit, quia anno 1665. edidit *cum praeter spem:* quasi *quō*, ut Mstum legit, foret idem ac *quom*, quomodo saepe pro *quum* scribi solet. Id tamen ideo minus placet, quia in cod. Bamb. alibi hanc orthographiam usurpatam esse non constat. [constanter in Bamb. scribitur *cum*, non *quum*, aut *quō*.] Nihil igitur propius, quam ut Quaereng. sententiam probemus, qui in margine *quō* exponit *quando;* eodem modo, quo hoc scribendi compendium etiam supra reddidit c. 2, 9. ubi vide.

§. 6. *Non minimum Aetolorum opera regii fugati*] Scribe *non minima Aetolorum opera*. id est, egregia. Polybius de iisdem Aetolis [17, 15.] συνέβαλον ἐκθύμως. Ita solet Livius. V. ad 28, 25, 13. Sic etiam forte scribendum 21, 40, 2. *Aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen non aegre vicissent*. hoc est, facile, non magno molimento et labore. Sic optimus Pal. Alii libri, omissa

Digitized by Google

bus, hortique, ut in suburbanis locis, et coartata
8 itinera maceriis, et quibusdam locis interclusa. Itaque pariter ducibus consilium fuit excedendi ea regione, et, velut ex praedicto, ambo Scotussam petierunt; Philippus, spe frumentandi inde; Romanus, ut praegressus conrumperet hosti frumenta.
9 Per diem totum, quia colles perpetuo jugo intererant, nullo conspecta inter se loco agmina ierunt.
10 Romani ad Eretriam Phthiotici agri, Philippus super
11 amnem Oncheſtum posuit castra. Ne postero quidem die, quum Philippus ad Melambium, quod vocant Scotussaei agri, Quinctius circa Thetidium Pharsa-

negativa, *aegre:* unde extitit a Vallae conjectura vulgatum *egregie.* J. FR. GRON. Simili modo *maximo usui fuit*, pro *maxime*, ex Mstis supra restituitur 31, 42, 8. Vulgatum tamen defendit Cl. Crevier, qui *non minimum* exponit magna ex parte, maxime. De locutione *non minimum* pro maxime, vel *non minima* pro egregia, v. ad 30, 45, 5.

§. 7. *Magnum utrisque inpedimentum*] Inepte Paris. anno 1625. dederunt *Magnum utriusque inpedimentum.* V. ad 36, 16, 6. Mox *coartata* ed. Rom. anni 1616. Vide, quae notantur supra ad 2, 50, 8. et 3, 6, 3.

§. 8. *Ambo Scotussam petierunt*] Ita Gronov. anno 1665. edidit. [*Scotusam* Bamb.] *Scotrisam* ex cod. unico habet ed. Rom. anni 1616. in cujus margine pro eo emendatur *Scotusam*, quod reliquae usque ad Gronov. servarunt. V. ad 36, 9, 3. Mox recte Gronov. edidit *praegressus*; pro quo priores dederant *progressus.* V. ad 9, 10, 7.

§. 10. *Romani ad Eretriam Phthiotici agri*] Hunc totum locum mire depravatum restituimus ex Polybio 17, [16.] At vicissim Polybius Livio nostro debet. Nam ubi est *Ἐρετρίαν τῆς φ***ς*, interpretes in illa voce extrita hallucinati sunt. At cum Livius, qui se hoc ipso loco Polybium sequi profitetur, *Eretriam Phthiotici agri* faciat, quis ambigat, quin a Polybio sit scriptum *Ἐρετρίαν τῆς Φθιωτικῆς.* Ex eodem Polybio restituimus *Melambium* et *Thetideum.* Sic enim ille: *Φίλιππος μὲν ἐπὶ Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Σκοτουσσαίας, Τίτος δὲ περὶ τὸ Θετίδειον τῆς Φαρσαλίας.* De Thetideo v. Euripidem et ejus Scholiasten initio Andromaches. HORRION. Hinc vides, in Polybio scribendum et supplendum, *Ὁ μὲν Τίτος ἐπὶ τὴν προσαγορευομένην Ἐρετρίαν τῆς Φθιώτιδος, ὁ δὲ Φίλιππος ἐπὶ τὸν Ὀγχηστὸν ποταμὸν ἀυτοῦ κατέζευξαν.* Non *Φεραίας*, ut suspicatus est vir summus. Strabo inter *τὰς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας* nomi-

Digitized by Google

liae terrae posuisset castra, aut hi, aut illi, ubi hostis esset, satis compertum habuerunt. Tertio die primo nimbus effusus, dein caligo noctis simillima Romanos metu insidiarum tenuit. 12

VII. Philippus maturandi itineris caussa, post imbrem nubibus in terram demissis nihil deterritus, signa ferri jussit. sed tam densa caligo obcaecaverat diem, ut neque signiferi viam, nec signa milites cernerent; agmen ad incertos clamores vagum velut errore nocturno turbaretur. Supergressi tumulos, qui Cynoscephalae vocantur, relicta ibi statione firma peditum equitumque, posuerunt castra. Romanus 1 2 3 4

nat Ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Ἐυβοεικῇ l. 9, [433.] Caeterum haec scripseramus ante visum Horrionem, ne quis ex eo deformata putet. J. FR. GRON. Rectius ex hoc Livii loco Polybium emendavit Gronov. quam Palmer. in Exercit. p. 88. qui conjecit Ἐρετρίαν τῆς Φαρσαλίας ex Strab. 10. p. 447. quamvis etiam Ἐρετρίαν περὶ Φάρσαλον memoret Eustath. ad Hom. B. p. 211. in fine. Praepositionem *ad*, quae aberat a Msto, ex conjectura addendum esse, in margine editionis Rom. anni 1616. monuit Quaereng. [*Ptiotici* Bamb.]

§. 11. *Ad Melambium, quod vocant Scotussaei agri*] *ad Melambium* legendum esse, vir doctus ad marginem ed. Rom. anni 1616. monuit, quum in ejus contextu foret *ad Melandium:* quam emendationem sibi vindicat Horrion §. praec. [*ad Melandium* Bamb.] *Scotussaei agri* primum vidi in ed. Gronovii anni 1665. quum anno 1644. *Scotusaei* edidisset, itaque in prima ed. notarum legendum monuisset. V. modo ad §. 8. Ante Gronov. vulgabatur *Scotusae agri.* [ut est in Bamb.] Sed in loco Polyb. ab Horrione laudato est Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Σκοτουσσαίας. Mox *circa Thetidem* cod. Bamberg. pro quo *circa Thetidium* reponit vir doctus in margine ed. Rom. anni 1616. *circa Thetideum* Horrion ad §. praec. ex Polybio laudans Θετίδειον, quod Latine vel *Thetidium* vel *Thetideum* efferri potest. Malo tamen *Thetidium*, quia cap. seq. etiam in Msto Bamb. ita scriptum fuisse indicatur, [in Bamb. scriptum est *Thetideum.*] et non tantum in Polyb. verum etiam Strab. 9, 431. bis Θετίδιον vocatur. Praeterea *satis compertum haut habuerunt* Msum Bamb. Verum *haut* delendum esse vir doctus in margine ed. Rom. anni 1616. monuit.

§. 1. *Nubibus in terram demissis*] V. Periz. in Curtio vind. p. 84. DUKER.

§. 3. *Supergressi tumulos, qui Cynoscephalae vocantur*] *supergressi* perperam ed. Paris. anni

Digitized by Google

eisdem ad Thetidium castris quum se tenuisset, exploratum tamen, ubi hostis esset, decem turmas equitum et mille pedites misit; monitos, ut ab insidiis, quas dies obscurus apertis quoque locis tecturus es-
5 set, praecaverent. Ubi ventum ad insessos tumulos est, pavore mutuo injecto velut torpentes quieverunt. dein, nunciis retro in castra ad duces missis, ubi primus terror ab necopinato visu consedit, non diu-
6 tius certamine abstinuere. Principio a paucis procurrentibus lacessita pugna est, deinde subsidiis tuentium pulsos aucta: in qua quum haudquaquam pares Romani alios super alios nuncios ad ducem mit-
7 terent, premi sese; quingenti equites et duo millia peditum, maxime Aetolorum, cum duobus tribunis mili-

1625. Non displiceret etiam, si codex consentiret, *quae Cynoscephalae vocantur*. Ita enim Livium loqui maluisse, vidimus ad 32, 30, 6.

§. 4. *Decem turmas equitum et mille pedites misit*] Polybius [17, 17.] Ὁ δὲ Τίτος στρατοπεδεύων περὶ τὸ Θετίδιον, καὶ διαπορούμενος ὑπὲρ τῶν πολεμίων, πούποτ' εἰσί, δέκα προϋέμενος ὀυλαμους, καὶ τῶν ἐυζώνων εἰς χιλίους ἐξαπέσειλε. Iterumque [c. 18.] οὐ μόνον τοὺς ἐυζώνους καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐγκεκλικάτας. Audeo affirmare vertisse Livium *et mille velites misit*. Nam idem prorsus habes 31, (35, 2.) *Ab Romanis item* (*aberat acies eorum paullo plus quingentos passus*) *velites et equitum duae aliae emissae*. J. FR. GRON. Casaub. quoque d. l. Polybii ἐυζώνους vertit *velites*. Nam et quos Polyb. ibid. c. 19. ἐυζώνους, cos Livius hic c. 8. *levem armaturam* dicit. Livius tamen 30, 11. bis *pedites* pro velitibus ponit, et a legionibus distinguit. DUK. Similem maculam Gronovius fide optimi cod. ex Livio eluit supra ad 23, 29, 3. Ceterum *et X pedites* erat in Mſto [in Mſto est *et* ∞ *pedites*] pro quo Quaereng. *et* ∞ *pedites* emendavit. V. ad c. 14, 5.

§. 6. *Subsidiis tuentum pulsos*] Sic Quaerengus non male, quum in MSS. esset *tuentum plissis*. [immo *plilsis*.] Nobis placuerat *utrimque missis*. Ita enim Plutarchus [in Quinct. p. 373.] Γενομένων δὲ, οἷον εἰκὸς ἐν τόποις σκληροῖς μεταβολῶν κατὰ τὰς φυγὰς καὶ διώξεις, ἑκάτεροι τοῖς πονοῦσιν ἀεὶ καὶ ὑποχωροῦσιν ἐπιπέμποντες βοήθειαν ἐκ τῶν στρατοπέδων. HORRION. Ed. Rom. anni 1616. ad cujus marginem Quaereng. *tuentum pulsos* emendavit, praefert *tuentum pulsis*. Paris. anni 1625. *tuentium pulsis*. Doujatius *tuentium pul-*

Digitized by Google

tum propere missa, rem inclinatam restituerunt: ver- 8
saque fortuna, Macedones laborantes opem regis
per nuncios inplorabant. Sed, ut qui nihil minus
illo die propter obfusam caliginem, quam proelium,
exspectasset, magna parte hominum omnis generis
pabulatum missa, aliquamdiu inops consilii trepida-
vit: deinde, postquam nuncii instabant, et jam juga 9
montium detexerat nebula, et in conspectu erant
Macedones, in tumulum maxime editum inter alios
compulsi, loco se magis, quam armis, tutantes;
committendam rerum summam in discrimem utcum- 10
que ratus, ne partis indefensae jactura fieret, Athe- 11
nagoram ducem mercede militantium cum omnibus,
praeter Thracas, auxiliis, et equitatu Macedonum

sos. Idque praestare puto. Caussam v. ad 2, 5, 9.

§. 8. *Propter effusam caliginem*] Vitium solenne. Scribe *offusam*, nempe oculis videntium. V. 4. Observ. [21.] et ad Senecam [ep. 82.] J. FR. GRON. Liv. 2, 40, 3. *Nec in sacerdotibus, tanta obfusa oculis animoque religione, motus esset.* 10, 5, 7. *Incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem obfundit.* 26, 45, 3. *Quum altitudo caliginem oculis obfudisset.* 28, 29, 9. *Simul omnium rerum terror oculis auribusque est obfusus.* 34, 6, 3. *Itaque periculum est, ne quis error vobis obfundatur.* 39, 15, 4. *Ne nimium terroris obfundam vobis, vereor.* Senec. 3. Controv. 16. *Tenebrae stupentibus obfunduntur oculis.* Solent autem voces *effundere* et *offundere* passim a librariis confundi. Certe ita variant codices in plerisque locis Livii modo laudatis; quibus adde, quae notavi ad Silii 10, 366.

§. 9. *Et jam juga montium detexerat nebula*] Nebulae non *detegunt*. sed *tegunt* omnia circa. 26, 17, 12. *Densa nebula saltum omnem camposque circa intexit.* Nec solet ita in hac re loqui Livius, verum addere *nebulam dispulsam*, *disjectam*, *discussam*, *dilapsam fuisse.* Sic d. l. *dispulsa sole nebula aperuit diem.* 29, 27, 7. *Sole orto est discussa* caligo. Et ibid. *Ventus nebula disjecta aperuit omnia Africae litora.* 41, 2, 4. *Nebula matutina texerat inceptum; qua dilabente ad primum teporem solis.* Polybius 17, 18. de hac nebula dicit: τῆς ὁμίχλης ἤδη διαφαινούσης, quod ex Livii 41, 2, 4. verti potest *perlucente jam inter*, vel *per nebulam luce.* Non dubium est, quin idem, quod Polybius, voluerit dicere Livius. Sed si ad id

12 ac Theſſalorum mittit. eorum adventu depulsi ab jugo Romani non ante reſtiterunt, quam in planio-
13 rem vallem perventum eſt. Ne effusa detruderentur fuga, plurimum in Aetolis equitibus praesidii fuit. is longe tum optimus eques in Graecia erat: pedite inter finitimos vincebantur.

1 VIII. Laetior res, quam pro succeſſu pugnae, nunciata, quum alii super alios recurrentes ex proe-
2 lio clamarent, fugere pavidos Romanos, invitum et cunctabundum, et dicentem temere fieri, non locum sibi placere, non tempus, perpulit, ut educeret om-
3 nes copias in aciem. Idem et Romanus, magis neceſſitate, quam occasione pugnae inductus, fecit. dextrum cornu, elephantis ante signa inſtructis, in subsidiis reliquit: laevo cum omni levi armatura in
4 hoſtem vadit; simul admonens, *cum iisdem Macedonibus pugnaturos, quos ad Epiri fauces, monti-*

exprimendum nihil aliud, quam quod hic legitur, scripsit, mihi satis obscure videtur locutus esse. DUK. Contextus ed. Rom. anni 1616. praefert *etiam juga*; ejus margo vero ex conjectura viri docti *et jam juga*. [ut est in Bamb.] Solent saepiſſime hae particulae a librariis confundi. V. ad 1, 47, 9.

§. 11. *Et equitatu Macedonum et Thessalorum*] Ita editio Cl. Jac. Gronovii major anni 1679. quam Cleric. et Crevier. secuti sunt. Omnes priores, etiam Gronoviana minor anni 1678. *ac Thessalorum*. Cur id mutatum?

§. 12. *Non ante restiterunt*] Hoc modo Quaereng. conjecit in margine ed. Rom. anni 1616. quum in contextu [ex Bamb.] perperam ederetur *restituerunt*. Etiam alibi *resistere* et *restituere* in Mſtis commutantur. Exemplum habuimus 10, 29, 5. Similes alias aberrationes v. ad 27, 16, 11. [ante *adventum* Bamb.]

§. 13. *Pedites* etc. *vincebantur*] Videtur scripsisse *pedite*. Ut supra [c. 4, 6.] *equitum copiis superabant*. Poſſis dubitare, an non ita et fuerit 26, 4, 3. *Equestria proelia ferme prospera faciebant, pedite superabantur*. ubi libri *pedites*: quamquam id facilius hic sensus ferat. Sed illic *pedite* fuisse in MS. jam monuit Horrion. J. FR. GRON. Antequam Horrion *pedite* in Mſto eſſe moneret, ita jam Quaereng. in margine ed. Rom. anni 1616. scribendum conjecit. Polyb. 17,

Digitized by Google

bus fluminibusque septos, victa naturali difficultate locorum, expulissent, acieque expugnassent: cum 5 *iis, quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes Eordaeae aditum vicissent. Fama stetisse, non viribus, Macedoniae regnum. Eam quoque famam tandem eva-* 6 *nuisse.* Jam perventum ad suos in ima valle ſtantes erat, qui adventu exercitus imperatorisque pugnam renovant, inpetuque facto rursus avertunt hoſtem. Philippus cum caetratis et cornu dextro peditum, 7 robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant, propero cursu ad hoſtem vadit. Nicanori, 8 ex purpuratis uni, ut cum reliquis copiis confeſtim sequatur, imperat. Primo, ut in jugum evasit, et, 9 jacentibus ibi paucis armis corporibusque hoſtium, proelium eo loco fuiſſe, pulsosque inde Romanos, et pugnari prope caſtra hoſtium vidit, ingenti gaudio eſt elatus: mox, refugientibus suis, et terrore ver- 10

18. id exprimit ἐν τοῖς πεδικοῖς ἐλλιπεῖς εἰσι.

§. 3. *Laevo cum omni levi armatura*] Haec Quaerengii emendatio eſt. In Mſto fuisse dicitur *Laerio cum omni.* [in Mſto est *Laevo.*]

§. 5. *Cum iis, quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes in eodem aditu vicissent*] Non *eodem* profecto, si memineris, quae et 31. et 32. praecedentibus libris tradidit. Adhibeamus Polybium [17. 19.] *οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἐορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκ τοῦ προφανοῦς μετὰ Σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε.* Hinc licet mecum audaciter et tuto rescribas: *quos P. Sulpicii prius ductu, obsidentes Eordaeae aditum, vicissent.* Adfirmat et exposcit ipse auctor in ea parte hiſtoriae [31, 39, 7.] *Inde satis comperto, Eordaeam petituros Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes arctis faucibus inclusum aditum possent, praecessit.* Et deinde jam victoribus Romanis. [c. 40, 1.] *Ita angustiae minore certamine, quam quod animis proposuerant, superatae, et in Eordaeam perventum.* J. FR. GRON. [*in eodem aditu* Bamb.]

§. 7. *Cum cetratis et cornu dextro peditum*] Supra ad 21, 21, 12. cum diphthongo *caetratos* legendum esse dixi, quomodo hic etiam ex cod. Bamberg. exhibet ed. Rom. anni 1616. licet tamen c. 4, 4. ex cod. illo eadem ed.

Digitized by Google

so, paullisper, incertus an in castra reciperet co-
11 pias, trepidavit: deinde, ut adpropinquabat hostis,
et, praeterquam quod caedebantur aversi, nec, ni-
si defenderentur, servari poterant, ne ipsi quidem
12 in tuto jam receptus erat; coactus, nondum ad-
secuta parte suorum, periculum summae rerum face-
re, equites levemque armaturam, qui in proelio
13 fuerant, dextro in cornu locat. caetratos et Mace-
donum phalangem, hastis positis, quarum longitudo
14 inpedimento erat, gladiis rem gerere jubet. simul,
ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte
demtum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut
longa potius, quam lata, acies esset. simul et den-

praeferat *cetratorum*. ut et hoc cap. §. 13. *cetratos*. [*propere cursu* Bamb. mox *confertim* pro *confestim* idem.]

§. 11. *Et, praeterquam quod caedebantur adversi*] Qui *adversi* caeduntur, nondum fugiunt, sed referunt pedem repugnantes, atque ita recipiendo servant se ipsos. At dixerat ante: *mox, refugientibus suis et terrore verso*. Ergo logo: *quod caedebantur aversi*. praebitis videlicet tergis. Et ita fuisse in MS. testatur Horrion. J. FR. GRON. Eamdem lectionem firmant etiam, quae similiter hoc cap. praecesserunt, *pugnam renovant, inpetuque facto rursus avertunt hostem*. Eo sensu *aversus* 4, 27, 8. *Unde ex necopinato aversum hostem invadat*. ubi etiam quaedam dicta sunt. 22, 48, 4. *Aversam adoriuntur Romanam aciem*. 28, 36, 9. *Turbatosque hostes, et ad primum incursum conjectumque telorum aversos usque ad litus cum multa caede persequuntur*. Hoc lib. cap. seq. §. 8. *Dextrum cornu hostium aversum invadit*. Solent autem passim *aversus* et *adversus* a scribis confundi. V. ad 2, 31, 6.

Ac ne ipsi quidem in tuto jam receptus erat] Inducendum esse τὸ *ac*, attendenti accuratius ad sensum verborum manifeste, ut reor, apparebit. JAC. PERIZ. Illud *ac* expunxi, ut Perizon. monuit. Deest enim in prima ed. ad exemplum Msti procurata et aliis, usque ad Dan. Heinsii Elzevir. quae male prima exhibuit.

§. 12. *Dextro in cornu locat. cetratos et Macedonum phalangem, hastis positis*] Ed. Rom. anni 1616. ex Msto Bamberg. dedit *dextro in cornu locatus, cetratas Macedonum phalangem*; in cujus ed. margine Quaereng. conjecit *locat. caetratos et Macedonum phalangem*. [*dextero in cornu locatus. caetratas Macedonum* Bamb.]

§. 13. *Phalangem, hastis positis*, etc. *gladiis rem gerere ju-*

Digitized by Google

sari ordines jussit, ut vir viro, arma armis jungerentur.

IX. Quinctius, his, qui in proelio fuerant, inter 1
signa et ordines acceptis, tuba dat signum. Raro 2
alias tantus clamor dicitur in principio pugnae exortus. nam forte utraque acies simul conclamavere. nec solum qui pugnabant, sed subsidia etiam, quique tum maxime in proelium veniebant. Dextro cor- 3
nu rex, loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; sinistro, tum cum maxime adpropinquante phalangis parte, quae novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur. Media 4
acies, quae propior dextrum cornu erat, stabat

bet] Quum proprium phalangis Macedonicae robur in hastis sive sarissis ante primos militum ordines projectis constitisse pateat ex Polyb. 17, 25. et seq. in animum inducere nequit Cl. Crevierius, Macedonas jussos esse ab rege, suam ipsos vim solvere ponendis hastis. Dubitat igitur, an Livius hic genuinum sensum expresserit Polyb. cujus haec sunt verba 17,20. *τοῖς μὲν φαλαγγίταις ἐδόθη παράγγελμα, καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας ἐπάγειν.* quae ita vertit Casaub. *Phalangitis data est tessera, ut demissis sarissis hostem invadant.* Conjicit autem, in errorem induxisse Livium verbum καταβαλοῦσι, quod vulgo sumitur pro *abjicere*, at hoc loco procul dubio intelligi debet *demittere.* ut jussi sint phalangitae, non *ponere*, sed demittere hastas, atque ante se projectis illis hostem invadere. Mox autem §. seq. verba *dimidium de fronte demtum introrsus porrectis ordinibus duplicat* per hypallagen recte accipit, pro dimidio de fronte demto introrsus porrectos ordines duplicat. Polyb. loco laud. id exprimit *Τοῖς δὲ πελτασταῖς καὶ τοῖς φαλαγγίταις παρήγγειλε διπλασιάζειν τὸ βάθος, καὶ πυκνοῦν ἐπὶ τὸ δεξιόν.*

§. 3. *Sinistro, tum cum maxime adpropinquante phalangis parte*] Ex cod. Bamberg. Romae editum est *sinistrorum cum maxime*: pro quo Quaereng. in ejus margine scribendum conjecit *sinistro cum maxime*, vel *sinistrorsum cum maxime.* Priorem conjecturam recepit ed. Paris. anni 1625. Gronov. deinde ex vestigiis *τοῦ sinistrorum* anno 1665. edidit *sinistro, tum cum maxime* etc. [et ita est in Bamb.] De junctis his vocibus *tum cum maxime* videbimus ad 40, 13, 4.

§. 4. *Media acies, quae propior*] Quaereng. in margine ed. Rom. anni 1616. scribendum conjicit *Media acie*, in quo sensum non video; nisi inducta distinctione junctim legamus *pugnae in-*

Digitized by Google

spectaculo velut nihil ad se pertinentis pugnae in-
5 tenta: phalanx, quae venerat, agmen magis, quam
acies, aptiorque itineri, quam pugnae, vixdum in ju-
6 gum evaserat. In hos incompositos Quinctius, quam-
quam pedem referentes in dextro cornu suos cer-
nebat, elephantis prius in hostem actis, inpetum
facit; ratus partem profligatam cetera tracturam.

tenta phalanx. Puto tamen rectius viros doctos vulgatum servasse.

§. 5. *Phalanx, quae venerat*] Gronov. ad §. seq. legendum conjicit, *phalanx, quae laeva erat.* Eam conjecturam multum sibi adridere testatur Crevier. qui exponit, altera phalangis pars, quae sinistrum cornu constituere debebat. Insuper tamen suspicatur, vocem unam excidisse, ac legendum esse, *quae modo venerat.*

§. 6. *Quamquam pedem referentes in dextro cornu suos cernebat*] Non potuit dextrum cornu Macedonum idem esse, et simul opponi dextro Romanorum, ipsa natura docente, quae adversa se respiciunt, eorum cujusque dextrum obverti alterius sinistro, et vicissim sinistrum dextro. Sic igitur qua dextrum Macedonum stabat, resistebat Romanae aciei sinistrum cornu, quemadmodum sinistrum Macedonum incurrit in dextrum Romanorum. Potiores autem fuerant Philippici in dextro, impares in sinistro. Polybius [17, 21.] *Τὸ μὲν οὖν δεξιὸν τοῦ Φιλίππου λαμπρῶς ἀπήλλαττε κατὰ τὸν κίνδυνον.* Noster [hoc cap.] *Dextro cornu rex loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; sinistro, tum cum maxime adpropinquante phalangis parte, quae novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur.* Ergo necessario scribendum: *In hos incompositos Quinctius, quamquam pedem referentes in sinistro cornu suos cernebat, elephantis prius in hostem actis, impetum facit.* Phalangem Macedonum, quae, ut sinistrum cornu constitueret, tantum quod venerat duce Nicanore Elephante, aptior itineri, quam proelio, vocat *hos incompositos*, non *compositos*, ut male vulgo. In eam dextro cornu Romanorum, cui praeerat ipse Quinctius, quamquam vacillare sinistrum suum videret, invadit. Non aliter Achaeorum princeps [17, 21.] *Ὁ δὲ Τίτος θεωρῶν οὐ δυναμένους τοὺς παρ' αὐτοῦ τέγειν τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον, ἀλλ' ἐκπιεζομένους τοὺς ἐπὶ τῶν εὐωνύμων.* Nempe ipsius Titi. Nisi malis *in laevo.* Quae vox, vereor, ne obliterata sit et in istis praecedentis membri: *phalanx, quae venerat*, ut fuerit, *phalanx, quae laeva erat, agmen magis, quam acies.* J. FR. GRON. Perizon. Animadv. historicis c. 8. p. 338. hic non obscure Livii ipsius peccatum arguit; sed, si quid mutandum sit, mavult *in altero cornu.* Ego neque Livium tam incogitantem fuisse credo, ut in re adeo manifesta peccare potuerit, quum praesertim alia recte ex Polybio descripserit, neque intelligo, cur *altera* hic melius sit, quam alterutrum eorum, quae scribi placebat Gronovio. Sed, quod hic

Digitized by Google

Non dubia res fuit. extemplo terga vertêre Mace- 7
dones, terrore primo bestiarum aversi. et ceteri
quidem hos pulsos sequebantur: unus e tribunis mi- 8
litum, extemplo capto consilio, cum viginti signo-
rum militibus, relicta ea parte suorum, quae haud
dubie vincebat, brevi circuitu dextrum cornu ho-
stium aversum invadit. Nullam aciem ab tergo ad- 9

dicit, Quinctium *dextro cornu* praefuisse, caute accipiendum est. Tenebat ille sinistrum cornu Romanorum, Polybio et Livio ipsis auctoribus. Sed quum hoc a dextro cornu Macedonum, in quo Philippus erat, multis occisis pelli videret, omnem spem salutis in dextro superesse ratus, ad id, relicto sinistro, advolavit. Ita Plutarchus in Quinctio, et Polybius 17, 21. Nicanori cognomen fuisse Ἐλέφας, est in Polybio ibid. c. 20. DUK. Scriptores antiquos, et inter eos nostrum, interdum errorem illum, cujus hic Livium arguit Perizon. errasse, non diffiteor. Vide, quae notantur ad 7, 15, 6. Hic tamen, ubi Polybium recte narrantem liberiori interpretatione Latine vertit, tam insignem incogitantiam, ex nimia festinatione ortam, ei adscribere non audeo; sed, culpam potius in librariorum oscitantiam conferens, contextui ejus aliqua earum mutationum, quae viris doctis ad hunc locum in mentem venerunt, subcurrendum censeo; et quidem tanto confidentius, quod haec pars operis Liviani unius tantum codicis ope nobis servata sit; in quo multo facilius statui potest scribam errasse, quam si, vulgata lectione plurium codicum consensu confirmata, plures librarii ejusdem erroris accusandi forent. Minorem in literis mutationem fore, si cum Perizon. *in altero cornu*, quam cum Gronov. *in sinistro*, vel *in laevo* legamus, existimat Cl. Crevier.

§. 7. *Terrore primo bestiarum*] Elephanti utique *bestiae* sunt: sed, quum de proeliis agitur, eos magis *belluas*, quam *bestias*, dici puto. DUK. V. viros doctos ad Flori 1, 18, 8. et 2, 6, 49. Ad locum autem ejus priorem Rupert. *bestia* etiam de elephanto usurpari, testimonio Cic. docuit.

§. 8. *Extemplo capto consilio*] Credo melius esse *ex tempore*. Polyb. 17, 22. παρ' ἀυτὸν τὸν τῆς Χρείας καιρὸν συμφρονήσας, ὃ ὅτον εἴη ποιεῖν. Sallust. Jugurth. 70. *Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur; cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit.* ubi MS. unus Cortii itidem perperam habebat *extemplo*. Cic. 3. de Offic. 6. *Hujus generis sunt quaestiones omnes eae, in quibus ex tempore officium exquiritur.* et 9. ad Att. 2. *Nos adhuc, quid Brundisii actum esset, plane nesciebamus. quum sciemus, tum ex re et ex tempore consilium capiemus. Pro tempore* et *pro re consilium capere* dicit Caesar 5. Gall. 8. quod idem est: nempe prout περιεσάσεις rei ac temporis postulant. DUKER.

Cum viginti signorum manipulis] Polyb. 17. 22. σημαίας ἔχων οὐ πλείους εἴκοσι. σημαία

Digitized by Google

ortus non turbasset; ceterum ad communem omnium in tali re trepidationem accessit, quod phalanx
10 Macedonum, gravis atque inmobilis, nec circumagere se poterat, nec hoc, qui a fronte, paullo ante pedem referentes, tunc ultro territis instabant,
11 patiebantur. Ad hoc, loco etiam premebantur, quia jugum, ex quo pugnaverant, dum per proclive pulsos insequuntur, tradiderant hosti ad terga sua circumducto. Paullisper in medio caesi, deinde, omissis plerique armis, capessunt fugam.

X. Phi-

est *manipulus*. Idem 6, 22. Livius supra c. 1, 2. *Cum unius signi militibus*. et 25, 23, 16. *Signi unius milites*. DUKER.

§. 9. *Nudam aciem ab tergo adortus cum turbasset*] Non haec veteris codicis lectio est, sed conjectura doctissimi Quaerengi. In scripto erat *Nullam aciem*, et deinde *non turbasset*. Quod utique mutandum non fuit, ut vidit et Horrion, sed distinctione illustrandum. Hoc modo: *brevi circuitu dextrum cornu hostium aversum invadit. Nullam aciem ab tergo adortus non turbasset: caeterum ad communem omnium in tali re trepidationem accessit, quod phalanx Macedonum gravis atque immobilis nec circumagere se poterat, nec hoc qui a fronte paullo ante pedem referentes* (in sinistro cornu Romanorum, ut diximus) *tunc ultro territis instabant, patiebantur*. Ridiculo errore post *τὰ nec hoc* postremis insertum *tredecim*. Significat, eo deventum, ut nec ipsa salus ultra servare Macedonas valeret. Etenim nullam aciem tam firmam esse, quam sic ex improviso ab tergo impugnatam constare nec turbari contigisset. Praeter autem illud periculum, quod alia quaevis acies, non ad hunc casum ante instructa praeparataque, subitura foret, hoc opportuniorem phalangem Macedonum fuisse, quod natura sua immobilis erat, nec posset circumagi, quin dissolveretur. Denique absque hoc etiam foret, et quamvis salvis ordinibus phalanx se vertere potuisset, (quod non poterat) tamen ne id quidem licuisse propter novos animos recentemque impetum illorum ex Romanis, qui paullo ante modicum cesserant, ac pedem retulerant. J. FR. GRON. Ed. Paris. anni 1625. partim Quaereng. conjecturam, partim Msti lectionem hoc modo perperam expressit *Nullam aciem ab tergo adortus cum turbasset*. [*paratiorem* pro *trepidationem* Bamb.]

§. 10. *Nec hoc qui a fronte paullo ante*] Haec etiam doctissimi Quaereng. conjectura est in margine ed. Rom. anni 1616. in cujus contextu ex Msto editur *nec hos quia fronte*. Ed. Paris. iterum utraque lectione confusa de-

Digitized by Google

X. Philippus cum paucis peditum equitumque 1
primo tumulum altiorem inter ceteros cepit, ut specularetur, quae in laeva parte suorum fortuna esset: deinde, postquam fugam effusam animadver- 2
tit, et omnia circa juga signis atque armis fulgere, tum et ipse acie excessit. Quinctius, quum institis- 3
set cedentibus, repente quia erigentes hastas Macedonas conspexerat, quidnam pararent incertus, paullisper novitate rei constituit signa: deinde, ut 4
accepit hunc morem esse Macedonum tradentium sese, parcere victis in animum habebat. Ceterum 5

dit *nec hos qui a fronte*. Ceterum postrema ed. quam *nec hos tredecim, qui a fronte* ridiculo errore vulgasse Gronov. ad §. praec. dixit, est Elzeviriana Heinsii. Quid autem errori ansam dederit, patebit, si quis Grutcrianam anni 1628. consulere operae judicarit.

§. 11. *Dum per proclive pulsos insequuntur*] Ita ex emendatione viri docti ostentavit margo ed. Rom. anni 1616. in cujus contextu ex membranis erat *inseruntur* nullo sensu. Patet hinc, olim scriptum fuisse *insecuntur*. [et ita Bamb.] V. ad 9, 2, 15. Id autem in *inseruntur* corrumpere proclive erat.

§. 1. *Cepit, ut specularetur*] In MS. post *cepit* erat lacuna. In quam Romae inserta vocula *ut*, nos *unde* reposuimus. Lector elegat, utrum volet. HORRION.

§. 2. *Signis atque armis fulgere, tum et ipse*] Ex *rom.* quod erat *Romanis*, factum est *τὸ tum*. Ita enim reliquerat Livius: *postquam fugam effusam animadvertit, et omnia circa juga signis atque armis fulgere Romanis, et ipse acie excessit*. J. FR. GRON. Conjectura Gronovii Perizonio displicuisse videtur, qui firmandae vulgatae lectioni et inlustrandae particulae *tum* margini adscripsit duo loca Livii, alterum ex 2, 8, 3. *Quas quum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegae subrogando habuit*. alterum ex 23, 34, 6. *Deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit Hannibalis, tum, comitibus eorum seductis, literae quoque inventae*. Idem Gronov. in priori ed. notarum aliter huic loco subcurrebat. Suspicatus enim est, excidisse vocem et scriptum fuisse, *signis atque armis Romanis*, vel *hostium fulgere, tum et ipse*. Etiam Polyb. expresse *Romanorum* in hac re meminit. 17, 22. *Καταναυήσας δὲ, τοὺς Ῥωμαίους κατὰ τὸ δίωγμα τοῦ λαιοῦ κέρως τοῖς ἄκροις ἤδη προσκελάζοντας.*

§. 3. *Quum cedentibus institisset*] Ita Paris. anno 1625. et deinde semper editum est. At Romae anno 1616. dederunt ex Msto *institisset cedentibus*: quemadmodum etiam postea *quidnam*

Digitized by Google

ab ignaris militibus omissam ab hoste pugnam, et quid imperator vellet, inpetus in eosdem factus, et,
6 primis caesis, ceteri in fugam dissipati sunt. Rex effuso cursu Tempe petit. Ibi ad Gonnos diem unum substitit ad excipiendos, si qui proelio supersessent. Romani victores in castra hostium spe praedae inruunt: verum ea magna jam ex parte direpta ab
7 Aetolis inveniunt. Caesa eo die octo hostium millia, quinque capta. Ex victoribus septingenti fer-
8 me ceciderunt. Si Valerio quis credat, omnium rerum inmodice numerum augenti, quadraginta millia

pararet, cujus loco ed. Paris. substituit *quidnam pararent*, quomodo legendum esse Gronov. quoque in pr. ed. not. monuit. Inferius, pro *constituit signa*, eadem ἐκδοσις Paris. *constitit*, omisso τῷ *signa*. Infeliciter. V. ad 27, 16, 11. [*novitatem* Bamb.]

§. 4. *Parcere victis in animum habebat*] Fortasse Livius scripserat *in animo*, ut Romae correctum est ad marginem. Nobis nihil mutare libuit. Licuit enim Livio sic loqui, quomodo Plautus in Amphitrione dixit [1, 1, 25.] *Numero mihi in mentem fuit*. V. Manutium in Orat. pro Quintio [5.] HORR. Recte Horrion Msti lectionem contra Quaereng. defendit. V. ad 2, 14, 4.

§. 5. *Inpetus in eos factus*] Ita Gronov. anno 1665. vulgavit. Priores omnes *in eosdem factus*; quod cur displiceret, rationem reddi oportuerat; nisi forte operae typographorum aberrarint. Priorem igitur lectionem reduxi. [*impetus in eosē* (i. e. *eos est*) *factus* Bamb.]

§. 6. *Spe praedae irruunt: verum ea magna jam ex parte direpta ab Aetolis inveniunt*] Voces *irruunt verum* et *ex parte* desunt in unico cod. [*irruunt* est in Cod.] quarum loco relictae erant lacunae, quas vir doctus ad marginem ed. Rom. supplevit, quemadmodum deinde semper editum est, nisi quod Paris. anno 1625. vulgarint *spe praedae irrumpunt: ea magna jam ex parte direpta*. Non probo etiam conjecturam amici legentis *eam magna jam ex parte direptam ab Aetolis inveniunt*, quasi ad *praedam* referendum foret. Supra 2, 14, 3. *Castra opulenta Romanis dono dedisse. Ea deinde, ne populo inmisso diriperentur hostiliter, venisse*. 23, 1, 1. *Hannibal post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta, confestim ex Apulia in Samnium moverat*. 37, 43, 7. *Pergunt ad castra diripienda*. c. 44, 3. *Victores direptis hostium castris cum magna praeda in sua reverterunt*. Eodem modo *diripere urbem* et similia alia passim obcurrunt.

§. 7. *Caesa eo die VIII hostium*] Post haec verba in MS. erat lacuna: sequebatur enim *capta ex victoribus*. Sed eam expleas licet ex Orosio 4, 20. *Victi Ma-*

Digitized by Google

hostium eo die sunt caesa; capta, ubi modestius mendacium est, quinque millia septingenti, signa militaria ducenta unum et quadraginta. Claudius 9
quoque duo et triginta millia hostium caesa scribit, capta quatuor millia et trecentos. Nos non mini- 10
mo potissimum numero credidimus, sed Polybium secuti sumus, non incertum auctorem quum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Graecia gestarum.

XI. Philippus, conlectis ex fuga, qui variis ca- 1
sibus pugnae dissipati, vestigia ejus secuti fuerant,

cedones castra amiserunt. Octo millia hostium eo die caesa, quinque millia capta Polybius tradit. Valerius dicit, quadraginta millia trucidata: Claudius vero triginta millia interfecta commemorat. Ex quo pro *Vario* (sic enim MS.) scribendum apparet *Valerio*. Est autem is Valerius Antias. Infra Polybius [17, 23.] *Ἔπεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἑπτακοσίους· τῶν δὲ Μακεδόνων ἀπέθανον μὲν οἱ πάντες εἰς ὀκτακισχιλίους· ζωγρείᾳ δὲ ἐαλώκεσαν οὐκ ἐλάττους πεντακισχιλίων.* Plutarchus [in Quinct. p. 373.] *Ἔπεσον μὲν οὖν ὀκτακισχιλίων οὐκ ἐλάττους, ἐαλώκεσαν δὲ περὶ πεντακισχιλίους.* HORRION. Verba tria, quae sequuntur, *millia, quinque capta*, perperam omittit ed. Paris. anni 1625.

§. 8. *Si Valerio quis credat, omnium rerum* etc.] Romae ex Msto editum erat *Si vario* [*Vario* Bamb.] *qui credat omnium rerum immodice numerum augenti XL. millia hostium eodem die sunt caesa capta ibi. Modestius* [*eo die sunt caesa; capta, ibi* Bamb.] *mendacium est V. millia ⅆ. CC. signa militaria CCXLXI. mil.* [*quinque milia* Dcc, *signa militaria* CCXLVIIII. *Claudius.* Bamb.] *Claudius quoque duo et XXX millia hostium caesa scribit, capta IIII. et CCC.* [Cod. *quatuor milia et trecentos.*] Id, quod nunc vulgo exstat, receptum est ex Quaereng. conjectura, nisi quod tamen dederit *signa militaria CCLXI.* Ed. Paris. anni 1625. *signa militaria CCXLI. mil.* vulgavit: Gronov. *signa militaria ducenta unum et quadraginta.*

§. 10. *Nos non minimo potissimum numero credidimus*] Vide, quid sit *numero credere*. Mihi obscurum est, et in mentem venit *minimum numerum* hac sententia: ego minimum numerum retuli, non quod eum potissimum verum esse credam, aut pro certo adfirmare velim esse; sed in eo referendo Polybium secutus sum. DUKER.

Quum omnium Romanarum rerum] Vox *rerum*, quae in ed. Rom. deerat, addita est ex conjectura Quaereng. [et ita Bamb.] *omnium rerum Romanarum* praefert ed. Paris. anni 1625.

Digitized by Google

missisque Larissam ad commentarios regios combu-
rendos, ne in hostium venirent potestatem, in Ma-
2 cedoniam concessit. Quinctius, captivis praedaque
venumdatis, partim militi concessis, Larissam est
profectus, hauddum satis gnarus, quam regionem
3 petisset rex, quidve pararet. Caduceator eo regius
venit, specie ut induciae essent, donec tollerentur
ad sepulturam, qui in acie cecidissent; re vera ad
petendam veniam legatis mittendis. Utrumque ab
4 Romano impetratum. Adjecta et illa vox, *bono animo esse regem ut juberet:* quae maxime Aetolos obfendit, jam tumentes querentesque, *mutatum victo-*
5 *ria imperatorem. Ante pugnam omnia magna parva-*

§. 1. *Philippus, conlectis ex fuga, qui, variis* etc.] Polyb. 17, 29. *Φίλιππος δὲ ἀναδεξάμενος ὅσους ἐδύνατο πλείους τῶν ἐκ τῆς μάχης ἀνασωζομένων, αὐτὸς μὲν ὥρμησε διὰ τῶν Τεμπῶν εἰς Μακεδονίαν· εἰς δὲ τὴν Λάρισσαν ἔτι τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ διεπέμψατο τινὰ τῶν ὑπασπιστῶν, ἐντειλάμενος ἀφανίσαι καὶ κατακαῦσαι τα βασιλικὰ γράμματα.* [*ea fuga*, pro *ex*, Bamb.]

In Macedoniam cessit] Ita primum inveni in ultima Gruteri ed. eamque lectionem recentiores omnes servarunt: at priores, et praesertim ed. Rom. anni 1616. vulgarunt *concessit*, quod revocavi. Supra 4, 61, 6. *In arcem munitam natura globus armatorum concessit.* 22, 20, 12. *Hasdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concessit.* 28, 8, 14. *Retro in regnum concessit.* 37, 44, 5. *Media ferme nocte Sardes concessit.* 38, 2, 13. *In altiorem deruptioremque undique tumulum concessere.* Sallust. in Jug. 12. *In loca propinqua thesauris alius alio concessere.* ubi v. Cortium. Justinus etiam saepissime ita locutus est.

§. 2. *Quinctius, captivis praedaque* etc.] Polyb. 17, 29. *Τιτος δὲ μετὰ τὴν μάχην ποιησάμενος τὴν καθήκουσαν πρόνοιαν περί τε τῶν ἀιχμαλώτων καὶ τῶν ἄλλων λαφύρων ᾤετο πρὸς Λάρισσαν.*

§. 4. *Utrumque ab Romano impetratum*] Ita ad marginem ed. Rom. Quaereng. conjecit, quum in contextu ex Msto *imperatum* editum foret. De sollemni hoc scribarum errore v. ad 9, 30, 10. [*Adjecta etiam* Bamb.]

Aetolos obfendit, timentes jam querentesque] Placet *tumentes*, quod erat in scripto: non tamen ut id referam ad arrogantiam eorum, victoriae gloriam in se rapientium, sed ut significet indignantes, iratos. Sic 31, [8, 11.] *Multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, ira-*

Digitized by Google

que communicare cum sociis solitum: nunc omnium expertes consiliorum esse: suo ipsum arbitrio cuncta agere: cum Philippo jam gratiae privatae locum quaerere; ut dura atque aspera belli Aetoli exhauserint, pacis gratiam et fructum Romanus in se vertat. Et haud dubie decesserat iis aliquantum honoris. sed, cur neglegerentur, ignorabant. Donis regiis inminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum: sed et succensebat non inmerito Aetolis, ob insatiabilem aviditatem praedae, et adrogantiam eorum, victoriae gloriam in se rapientium, quae vanitate sua omnium aures obfendebat: et, Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni, Aeto-

que inde tumentibus. Plautus Casina [2, 5, 17.] *Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.* Cicero 3. Tusc. [9.] ex versu Homerico:

—— *Cor penitus turgescit tristibus iris.*

Ovidius [2. Met. 508.] *Intumuit Juno.* J. FR. GRON. Illud *timentes* receptum erat ex conjectura Quaereng. quum Mstum recte exhiberet *tumentes*, quod optime Gronov. defendit, et non ad arrogantiam, sed ad indignationem et iram refert. V. Cel. Burm. ad Ovid. 16. Her. 134. 2. Met. 86. et quae notavi ad Silii 2, 626. Insuper primus Gronov. ordine verborum mutato, anno 1665. edidit *tumentes jam*, quum Romae ex cod. datum foret *jam tumentes*; quod nulla, ut puto, de caussa mutatum restitui. [*jam tumentis quaerentisque* Bamb.] (* de locutione *suo ipsum arbitrio* v. ad 7, 40, 9.)

§. 7. *Donis regiis inminere credebant*] Sic ex ingenio emendavit Quaereng. quum ex unico Msto *Donis regis* editum foret. Solent passim ita errare librarii. V. ad 32, 6, 6. An tamen ita ubique, etiam sine Mstorum auctoritate, emendandum sit, admodum dubito. V. ad 44, 6, 9. De ipsa hac Aetolorum suspicione v. Polyb. in Exc. legat. num. 6. p. 1097. et de Virtut. et Vitiis, ubi eadem repetuntur, p. 1426. Etiam Appian. in Exc. Legat. num. 24. Vide etiam, an §. praec. legendum sit, *ut, ubi dura* etc. sensu simile quid, ut videtur, flagitante. [*decesserat ii* pro *iis* Bamb.]

§. 8. *Succensebat non inmerito Aetolis, ob insatiabilem* etc.] Plura v. apud Polyb. Exc. legat. num. 6. p. 1096. et Plutarch. in vita Quinctii Flamin. p. 378. Ceterum *succensebat* est ex emendatione Quaereng. quum ex Msto Romae ederetur *succensebant.*

§. 9. *Quae vanitate sua omnium aures obfendebat*] Lege *qua vanitate sua omnium aures*

Digitized by Google

10 los habendos Graeciae dominos cernebat. Ob eas cauſſas multa sedulo, ut viliores levioresque apud omnes eſſent et viderentur, faciebat.

1 XII. Induciae quindecim dierum datae hoſti erant, et cum ipso rege conſtitutum conloquium: cujus priusquam tempus veniret, in consilium ad-
2 vocavit socios. Retulit, quas leges pacis placeret dici. Amynander Athamanum rex paucis sententiam absolvit; *ita componendam pacem esse, ut Graecia, etiam absentibus Romanis, satis potens tuendae*

offendebant. J. FR. GRON. Gronovii conjecturam in contextum recepit Clericus, quod tamen se *numquam* facturum promisit, nisi *monito* semper lectore in notulis infimae paginae subjectis. Quum autem vulgatum aliquo modo servari poſſit, priorem lectionem revocare satius habui.

§. 1. *Induciae quindecim dierum datae*] Caduceator enim regius veniam mittendis legatis, quam petiit, impetrarat. Venerunt itaque tres legati a Philippo missi, Demoſthenes, Cycliadas, et Limnaeus; quibuscum conlocutus Quinctius, praesentibus tribunis, quindecim dierum inducias pepigit. V. Polyb. Exc. legat. num. 6. p. 1097.

In consilium advocavit socios. Retulit, quas leges] Videtur fuiſſe *in consilium advocatis sociis retulit, quas leges pacis placeret dici*. J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii probare nequeo: non enim Quinctius *in consilium advocatis sociis retulit*, id eſt narravit, *quas leges pacis placeret dici*; verum de illa re ad eos retulit, id eſt sententiam eorum exquisivit. Polyb. loco laud. p. 1098. Ἀθροισθέντων δὲ τῶν συμμάχων, καὶ τοῦ συνεδρίου συναχθέντος ἐξ ἀυτῶν τούτων, ἀνακὰς ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐκέλευε λέγειν ἕκαστον, ἐφ' οἷς δεῖ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸν Φίλιππον διαλύσεις. Si quid igitur mutandum, legam *advocavit socios, ad quos retulit*, vel *advocavit socios, et ad eos retulit*, vel *consilium advocans ad socios retulit*, vel denique *in consilium advocavit, et ad socios retulit*. De locutione *in consilium vocare* v. Gronov. ad 23, 32, 3.

§. 2. *Potens tuendae * simul pacis libertatisque esset*] Adeo suspectus hic fuit locus doctis, ut eum non uno, sed quatuor asteriscis infamem redderent. Tu vero dele omnes: eſt enim Crotone; ut ajunt, sanior: *ita componendam pacem esse, ut Graecia etiam absentibus Romanis satis potens tuendae simul pacis libertatisque esset*. Non intellexerunt vim particularum; quae eadem eſt, ac si dictum esset: *simul pacis, simul libertatis*. 4, [40, 3.] *In suos quaeque simul corpore atque animo vix prae gaudio compotes effusae*. 21, [21, 10.] *Inde partiens curas simul inferendi atque arcendi belli*. Hoc lib. [c. 16, 8.]

Digitized by Google

simul pacis libertatisque esset. Aetolorum asperior 3
oratio fuit, qui pauca praefati, *recte atque ordine imperatorem Romanum facere, quod, quos belli socios habuisset, cum iis communicaret pacis consilia. falli autem eum tota re, si aut Romanis pacem,* 4
aut Graeciae libertatem satis firmam se credat relicturum, nisi Philippo aut occiso, aut regno pulso: quae utraque proclivia esse, si fortuna uti vellet. Ad haec Quinctius negare, *Aetolos aut moris Ro-* 5
manorum memores, aut sibi ipsis convenientem sen-

Silentium mox verecundia simul pristinae dignitatis, ac misericordia praesentis fortunae ortum est. J. FR. GRON. 2, 12, 12. *Simul ira infensus, periculoque conterritus.* 3, 38, 12. *Dimissi circa domos adparitores simul ad pignora capienda sciscitandumque.* 4, 32, 12. *Factis simul dictisque odium explet.* Alia plura exempla v. 21, 16, 2. 22, 3, 9. c. 58, 3. c. 60, 22. 25, 3, 16. 27, 5, 1. 28, 36, 6. 33, 16, 10. (* 40, 16, 1.) 42, 28, 12. 44, 12, 7. et alibi. V. Cortium ad Plinii 2. Epist. 17, 5. Ceterum non ideo locus asteriscis notatus videtur, quia non intelligebatur vis particularum, verum quia in ed. Rom. ad praescriptum unici Msti procurata, visebatur eodem loco lacuna, quam hoc modo supplere conatus est, qui praefuit ed. Paris. anni 1625. *satis potens per se tuendae simul pacis libertatisque.* Verum, si editioni Rom. fides habenda est, exciderat aliquid non ante, sed post vocem *tuendae*; adeoque si voces, quae supplentur, genuinae fuerunt, legendum foret *satis potens tuendae per se simul* etc. [in codice nullum lacunae vestigium.]

§. 3. *Pauca praefati, nec recte atque ordine imperatorem Romanum facere*] Polybius [Exc. legat. num. 6.] Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἀνασὰς, καθότι μεν ῆθροικε τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὸ περὶ τῶν διαλύσεων διαβούλιον, καὶ καθότι νῦν ἑκάσους ἀξιοῖ λέγειν τὸ φαινόμενον, ἐπῄνεσε τὸν Τίτον. Ergo dele τὸ *nec*, quod et sententia refutat, et procul habet scriptus. J. FR. GRON. Illud *nec* perperam additum fuerat ab Grutero in ultima ed.

§. 4. *Falli autem eum tota re*] Supplendum monet Cl. Crevier. per *adjecerunt*, ut suus constet sensus verbo *praefati*, quod praecessit. Polyb. loco laudato. Τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν ἔφη καὶ παραπίπτειν αὐτόν.

§. 5. *Aetolos aut moris Romanorum memores, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse*] Legendum est: *memorem, aut sibi ipsos.* utrumque ex more Livii. *memorem*, ut referatur ad *sententiam.* 1. [28, 11.] *Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit.* Et eodem lib. [c. 32, 4.] *Medium erat in Anco ingenium, et Numae et Romuli memor.* Sic 4, [48, 7.] *Si temporis interdum*

Digitized by Google

6 *tentiam dixisse; et illos prioribus omnibus conciliis conloquiisque de conditionibus pacis semper, non ut*
7 *ad internecionem bellaretur, disseruisse, et Romanos, praeter vetustissimum morem victis parcendi, praecipuum clementiae documentum dedisse, pace Hannibali et Karthaginiensibus data. Omittere se*
8 *Karthaginienses. Cum Philippo ipso quoties ventum in conloquium? nec umquam, ut cederet regno, actum esse? An, quia victus proelio foret, inex-*
9 *piabile bellum factum? Cum armato hoste infestis*

potius, quam majestatis, memor adhibeatur oratio. 7, [31, 8.] *Ut preces Campanorum, responsum senatus amicitiae Samnitium memor, deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent.* J. FR. GRON. *memorem*, ut 3, 36, 5. *Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu, aut in populo misisset.* c. 69, 4. *T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum, concordiaeque ordinum, et temporum inprimis habuisse.* Et ita fere *inmemor* 9, 3, 4. *Qua cibi, qua quietis inmemor nox traducta est.* Quum tamen unicus codex *memores* servet, id etiam per ellipsin τοῦ *esse*, quae frequentissima est, commode servari potest. Quid autem de altera parte emendationis Gronovianae *sibi ipsos* sentiam, satis intelligitur ex illis, quae notavi ad 2, 19, 5.

§. 6. *Consiliis conloquiisque de conditionibus pacis semper, ut ad*] Scribe *conciliis.* [ut est in Bamb.] Deinde excidit negativa particula. Flagitat enim sensus, *non ut ad internecionem bellaretur.* [et ita Bamb.] Ideo enim disconveniebant secum, quod prius haudquaquam prae se tulerant optare ac velle, ut cum internecione Philippi finiretur bellum; nunc id aperte censebant. J. FR. GRON. *conciliis* legendum esse, monuit Gronov. etiam infra ad 44, 2, 5. Deinde *conloquiisque* debetur ingenio Quaerengii, quum ex Mſto Romae ederetur *conloquiis et de cond.* [*conloquiisque et de* Bamb.] Sed mitius fore videtur, si, transpositis vocibus, legamus *conciliis et conloquiis de conditionibus pacis.* Insuper negationem orationi addendam esse Grotovio consentio. Casus autem dari, ubi necessario particulae negandi vel addendae, vel demendae sint, vidimus ad 21, 9, 1. Adde Muret. 9. Var. lect. 9. Quum tamen hic in manuscripto nulla lacuna adpareat, vide, num praestet *ne ad internecionem.* Solent enim *ut* et *ne* inter se commutari a librariis. V. Cortium ad Plinii 3, 9, 8.

§. 8. *Quia victus proelio foret*] Ita recte conjecit Quaereng. quum Romae edidissent *quia victis.* [*quia victus in proelio* Bamberg.]

§. 8. *Animum maximum habere*] Sic dederunt Romae. Sed τὸ *animum* non exstat in scripto. [*animum* exstat in scripto.] Ita-

Digitized by Google

animis concurri debere: adversus victos, mitissimum quemque, animum maximum habere. Libertati Graeciae videri graves Macedonum reges. si regnum gensque tollatur, Thracas, Illyrios, Gallos deinde, gentes feras et indomitas, in Macedoniam se et in Graeciam effusuras. Ne, proxima quaeque amoliendo, majoribus gravioribusque aditum ad se facerent. Interfanti deinde Phaeneae praetori Aetolorum, testificantique, si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum, *Desistite tumultuari,*

que Horrion conjecit: *mitissimum quemque maximum haberi.* Quid si retineamus omnem veterem lectionem, et explicemus *mitissimum quemque* hominem *maximum* animum *habere?* Commode enim omissa hic ea vox ex praecedenti membro repetitur. J. FR. GRON. Non decerno, utrum horum melius sit: sed admodum durum videtur, ex praecedente *animis* hic repetere *animum.* Qui addiderunt *animum,* eos melius trajectis verbis daturos fuisse credo, *maximum quemque mitissimum animum habere;* ut *mitissimus* animus opponeretur *infesto,* quemadmodum *victus* hostis *armato.* Ovidius 3. Trist. 5, 31.

Quo quisque est major, magis est placabilis ira.

et plura ibi in eamdem sententiam. Hujusmodi aliquid dixisse Quintium, ex Polybii Legat. 6. satis patet, ubi haec illius referuntur verba: *πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι καὶ θυμικοὺς, ἡττωμένους δὲ γενναίους καὶ μεγαλόφρονας. νικῶντάς γε μὴν μετρίους καὶ φιλανθρώπους.* DUKER.

§. 10. *Thracas, Illyrios, Gallos deinde*] Videndum, ait vir doctus, sintne hi *Galli* gens Asiatica, cum qua negotium fuit Attalo regi, an pro Gallis restituendum *Triballi*, qui viciniores Macedonibus. Immo retineantur potius *Galli*, vel ob locum 45, [30, 5.] de tertia regione Macedoniae, quam fecit Paullus; *incolas quoque permultos Gallos et Illyrios, impigros cultores.* Certe hi Galli sunt Scordisci: nam qui Delphos oppugnaverant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam, extorres fugerunt: inde per eadem vestigia, qua venerant, antiquam patriam repetivere. *Ex his manus quaedam in confluenti Danubii et Sabi consedit, Scordiscosque se adpellari voluit*, verbis Justini 32, [3.] Livius Epit. 63. *Livius consul adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.* Adde Polybium 4, 46. J. FR. GRON. *Gallos* non mutandum, docet etiam locus Polybii, unde sua hic hausit Livius, qui exstat in Exc. Legat. num. 6. p. 1099. *Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς Ἕλλησι ταπεινωθῆναι μὲν ἐπὶ πολὺ συμφέρει τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν, ἀρθῆναί γε μὴν οὐδαμῶς. τάχα γὰρ αὐτοὺς πειρᾶν λήψεσθαι τῆς Θρᾳκῶν καὶ*

Digitized by Google

13 inquit, *ubi consultandum est. Non iis conditionibus inligabitur pax, ut movere bellum possit.*

1 XIII. Hoc dimisso concilio, postero die rex ad fauces, quae ferunt in Tempe, (is datus erat locus
2 conloquio) venit: tertio die datur ei Romanorum ac
3 sociorum frequens concilium. Ibi Philippus perquam prudenter, iis, sine quibus pax impetrari non poterat, sua potius voluntate omissis, quam ut altercan-
4 do extorquerentur, *quae priore conloquio aut impe-*

Γαλατῶν παρανομίας. [§. 11. *amolliendo* Bamb.]

§. 13. *Non iis conditionibus inligabitur pax*] Mallem *pacis.* 36, [11, 1.] *Invitum se gravioris fortunae conditioni illigantem.* Postea monuit me Rubenius, se quoque hic offendi, et conjecisse *illi dabitur pax.* J. FR. GRONOV. V. ad 35, 46, 10. Perperem *instigabitur*, pro *inligabitur*, ed. Paris. anni 1615. Paullo ante *Desistite tumultuari* est ex conjectura viri docti in margine ed. Rom. quum in contextu editum foret *Desistit te tumultuari.* [*Desistit et* Bamb.] Etiam §. praec. *testificantique*, *si elapsus* in ejusdem ed. margine conjecit Quaereng. quum editum foret *testificanti quae si lapsus.* [*testificantique si lapsus* Bamb.]

§. 1. *Hoc dimisso concilio*] Ita Gronov. anno 1665. pro *consilio* edidit. Indicatur enim conventus legatorum ab diversis populis sociis; quod *concilium*, non *consilium*, vocari, docuit Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. [*concilio* Bamb.]

Is datus erat locus conloquio] Malim *dictus.* Ut Terentius [Andr. 1, 1, 75.] *Hic nuptiis dictus est dies.* Eunucho [3, 4, 4.] *Quo in loco dictum est, parati nihil est.* Caesar 1. Gall. [42.] *Dies colloquio dictus est ex eo die quintus.* J. FR. GRON. *Dicere* in hac re frequens verbum est. V. ad 35, 3, 2. Hic tamen nihil mutandum esse, recte monuerunt Doujat. ad h. loc. et Cl. Dukerus ad Flori 3, 3, 14. Nepos in Pelop. 2. *Domum Charonis deverterunt, a quo et tempus et dies erat datus.*

§. 3. *Sua potius voluntate omissis*] An *remissis?* 4, 43, 11. *Remittendo de summa quisque juris.* 6, 17, 6. *Remisso, id quod erepturi erant.* c. 18, 7. *Videant vos paratos ad vim, jus ipsi remittent.* 35, 45, 4. *Multa homines, ne bellarent, voluntate remittere, quae vi et armis cogi non possint.* Polyb. legat. 6. Ἔφη τὰ μὲν πρότερον ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων ἐπιταττόμενα πάντα συγχωρεῖν καὶ ποιήσειν. DUKER.

Quam ut altercando extorquerentur] Voculam *ut*, quae in omnibus prioribus edd. deerat, primus addidit Gronov. [abest *ut* in Bamb.]

§. 4. *Imperata a Romanis*] Ita Gronovius pr. ed. not. legendum monuit, pro *impetrata*, ut antea edebatur, adducto loco Livii ex 32, 35, 3. ubi, de priore

Digitized by Google

rata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum, dixit. Quamquam vel inimicissimis omnibus praeclusisse vocem videbatur, Phaeneas tamen Aetolus, 5 cunctis tacentibus, *Quid? nobis,* inquit, *Philippe,* 6 *reddisne tandem Pharsalum, et Larissam Cremasten, et Echinum, et Thebas Phthias?* Quum Philippus nihil morari diceret, quo minus reciperent; disceptatio inter imperatorem Romanum et Aetolos orta est 7

conloquio verba faciens, inquit: *Quum tam gravia et indigna imperarentur, inopem consilii diem se consumsisse deliberando ajebat.* Eam emendationem probant verba Polyb. in Exc. legat. num. 6. p. 1100. a Cl. Duker. ad §. praec. laudata, et quidem praesertim vox *ἐπιταττόμενα.* Solitos autem fuisse librarios verba *imperare* et *impetrare* commiscere, vidimus ad 9, 30, 10. [*imperata* Bamb.] Mox *senatui se permissurum* edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. pronomen *se* [adstipulante Bamb.] omisit, quod modo praecesserat.

§. 5. *Quamquam vel inimicissimis omnibus*] Malo *iniquissimis.* Cic. 3. ad Quinctium Ep. 4. *Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum.* J. FR. GRONOV. Infra c. 16, 10. *Ultro aliquid etiam queri, et castigare iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi.* Passim voces *iniquus* et *inimicus* in Mstis commutantur. V. supra ad 28, 29, 8.

§. 6. *Quid nobis, inquit, Philippe, reddisne tandem Pharsalum*] Cl. Perizon. ad marginem Livii adscripsit, ita interpungendum esse: *Quid? nobis, inquit, Philippe, reddisne tandem Pharsalum?* De hoc usu pronominis *quid* in interrogationibus v. ad 28, 41, 12. Et ita Cl. Crevier. jam edidit.

§. 7. *Disceptatio inter imperatorem Romanum et Aetolos orta est de Thebis: nam, eas* etc.] *imperatorem Romanorum* perperam ed. Paris. anni 1625. Ceterum omnino hic dormitavit Livius, ut vidit Cl. Jac. Perizon. c. 9. Animadv. Hist. p. 385. et seqq. ubi docuit, Livium in Polyb. ex quo sua desumsit, vertendo erraſſe, et historici Graeci sensum adsecutum non esse. Apud eum enim, ut constat ex Exc. legat. num. 6. p. 1100. et 1101. Quinctius Aetolis litem non movit de Thebis Phthioticis, ut inquit Livius, (eas enim solas, tamquam bello captas, iisdem reddendas concedebat) sed de reliquis, Pharsalo, Larissa Cremaste, et Echino, quae voluntate desciscentes ab amicitia Philippi in ditionem Romanorum pervenerant, et ideo captae dici non poterant, de quibus solis foederis cum Romanis initi legibus statutum fuerat. Originem autem et caussam erroris Liviani fuisse existimat, quod, quum Polyb. scripserit τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἔφη δεῖν οὐδεμίαν, sc. παραλαμβάνειν· Θήβας δὲ μόνον τὰς Φθίας, in verbis ejus duas negationes οὐκ οὐδεμί-

Digitized by Google

8 de Thebis: nam, eas populi Romani jure belli factas esse, Quinctius dicebat, quod, integris rebus, exercitu ab se admoto, vocati in amicitiam, quum potestas libera desciscendi ab rege esset, regiam so-
9 cietatem Romanae praeposuissent. Phaeneas, et pro societate belli, quae ante bellum habuissent, resti-
10 tui Aetolis aequum censebat, et ita in foedere primo cautum esse, ut belli praeda, rerumque, quae ferri agique possent, Romanos; ager urbesque ca-
11 ptae Aetolos sequerentur. *Vos*, inquit, *ipsi*, Quinctius, *societatis istius leges rupistis, quo tempore, relictis nobis, cum Philippo pacem fecistis: quae si*

av, quae apud Graecos vehementius negant, inprudenter pro affirmatione more Latinorum acceperit, et in posteriori commate ex priori intellexerit οὐ δεῖν, quasi dixisset, *aliarum quidem urbium nullam non recipere Aetolos oportere; Thebas autem Phthias solas non oportere.* Pluribus haec latius apud eum deducta et adstructa videri possunt.

§. 10. *Quae ferri agique possent*] Ita Quaereng. scribendum conjecit, quum editum inveniret ex cod. *fieri agique*, sollemni librariorum errore. V. ad 5, 54, 6. [*ferri agique* Bamb.] At contra *ferre* et *agere* saepissime junguntur. Supra 10, 34, 4. *Cum omnibus rebus suis, quae ferri agique potuerunt.* 39, 54, 8. *Armis deinde sibi, et postremo omnia alia, quae ferrent agerentve, ademta.* Ita apud Graecos ἄγειν καὶ φέρειν. Xenoph. Cyrop. 3, 76. Πάντες ὑπήντων, ἡδόμενοι τῇ εἰρήνῃ, καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες, εἴτι ἕκαστος ἄξιον εἶχε. Dion. Hal. 5, 281. Διάθεσιν τῶν μὴ δυναμένων ἄγεσθαί τε καὶ φέρεσθαι σκηπτόμενοι. Et quidem locutio saepissime usurpatur de direptione hostili. Liv. 3, 37, 7. *Hi ferre agere plebem plebisque res.* 38, 15, 10. *Fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt.* 40, 49, 1. *Quum ferret passim cuncta atque ageret.* Xenoph. 3. Cyrop. 72. Τὰ μὲν γὰρ ὑμέτερα ἀφσαλῶς εἶχε, τὰ δὲ τῶν Ἀρμενίων ἤγετε καὶ ἐφέρετε. Dion. Hal. 9, 583. Τὴν Ῥωμαίων χώραν ἤγόν τε καὶ ἔφερον ἀκώλυθοι. (* Polyb. 5, 13. Sigon. 1. Em. 5.) V. Camerarii recens. vocum Herodoti v. Ἄγειν, et Erasmi Adag. tit. *Molesti* p. m. 1317. Et quidem horum *agere* pertinet ad res animatas, *ferre* ad inanimatas. Ammon. de Differ. Ἄγειν καὶ Φέρειν διαφέρει. ἄγεται μὲν τὰ ἔμψυχα, φέρεται δὲ τὰ ἄψυχα. V. Turneb. 27. Advers. 32. Unde *prae se agere et portare* vocat Livius, quod modo *ferre atque agere* dixerat, 38, 18, 15. *Cum conjugibus ac liberis, quae ferre atque agere possent, prae se agentes portantesque, Olympum montem petere.*

Digitized by Google

maneret, captarum tamen urbium illa lex foret. Thessaliae civitates sua voluntate in ditionem no- 12
stram venerunt. Haec, cum omnium sociorum ad- 13
sensu dicta, Aetolis non in praesentia modo gravia auditu, sed mox belli etiam caussae, magnarumque ex eo cladium, iis fuerunt. Cum Philippo ita con- 14
venit, ut Demetrium filium et quosdam ex amicorum numero obsides, et ducenta talenta daret: de ceteris Romam mitteret legatos. ad eam rem quatuor mensium induciae essent. Si pax non impetra- 15
ta ab senatu foret, obsides pecuniamque reddi Philippo receptum est. Caussa Romano imperatori non

§. 13. *Aetolis non praesentia modo gravia auditu, sed mox belli etiam caussae*] Scribe *in praesentia*. J. FR. GRON. Locutio Livio est familiarissima. Plurima exempla vidimus ad 2, 44, 2. et 8, 7, 22. Alia v. 31, 22, 8. 32, 23, 3. 33, 27, 10. c. 28, 6. 35, 8, 8. c. 33, 10. c. 44, 4. 36, 8, 1. c. 26, 5. 39, 24, 1. 40, 5, 6. c. 21, 11. c. 22, 14. 42, 14, 1. c. 18, 2. c. 43, 3. 44, 24, 7. Ex his patet, quid censendum sit de sententia Henr. Stephani, qui in Pseudo-Cic. p. 98. omnia loca, ubi locutio *in praesentia* obcurrit, de menda suspecta habet. Ex aliis optimis scriptoribus totidem proferri possent, quae omnia a librariis conrupta esse, nemo sanus dixerit. Doujatius vulgatum adversus Gronovium tuetur, et rerum praesentium statum, sive res, quae tunc praesentes erant, a Livio rebus postea secutis obponi putat. At non agitur de statu rerum, sed de sermone Quinctii; qui, quo tempore proferebatur, Aetolis auditu gravis fuit, postea bello originem dedit. An vero *sermo praesens* vel *dicta praesentia* eo sensu commode dicantur, admodum dubito. Contra *in praesentia* et *mox* hic obponuntur. Ceterum *belli etiam caussa* malebat Crevier. [*non praesentia* et *caussae* Bamb.]

§. 14. *Et ducenta talenta daret*] Appian. in Exc. legat. num. 24. Ὅλεν ἐγὼ δοκιμάζω, etc. Φίλιππον etc. Ῥωμαίοις ἐς τὴν τοῦ πολέμου δαπάνην ἐσενεγκεῖν τάλαντα διακόσια. Ex Livio igitur et Appian. consentientibus emendandus est Polyb. in Exc. legat. num. 6. p. 1101. Διὸ συνεχωρήθη τῷ βασιλεῖ, καθάπερ ἠξίου, λαβόντα τετραμήνους ἀνοχάς, παραχρῆμα μὲν δοῦναι τῷ Τίτῳ τὰ ὀν τάλαντα. et p. 1102. Τίτον, ἐὰν μὴ συντελήται τὰ κατὰ τὰς διαλύσεις, ἀποδοῦναι Φιλίππῳ τὰ ὀν τάλαντα. Et quidem illud τὰ ὀν τάλαντα utrobique redditur *quadringenta talenta*, quae sola *ducenta* fuisse Livius et Appian. testantur. Lege igitur apud Polyb. utroque loco τὰ σ' τάλαντα, id est διακόσια.

§. 15. *Reddi Philippo receptum est*] Verbum substantivum *est* de-

Digitized by Google

alia major fuiſſe dicitur pacis maturandae, quam quod Antiochum bellum transitumque in Europam moliri conſtabat.

1 XIV. Eodem tempore, atque, ut quidam tradidere, eodem die ad Corinthum Achaei ducem re-
2 gium Androſthenem juſto proelio fuderunt. Eam urbem pro arce habiturus Philippus adversus Graeciae civitates, et principes inde evocatos per speciem conloquendi, quantum equitum dare Corinthii
3 ad bellum poſſent, retinuerat pro obsidibus, et, praeter quingentos Macedonas mixtosque ex omni
4 genere auxiliorum octingentos, quod jam ante ibi fuerat, mille Macedonum eo miserat, et mille ac ducentos Illyrios, Thracasque, et Cretenses, qui in
5 utraque parte militabant, octingentos. His additi

mum vidi in ed. Gronovij anni 1665. omnes priores illud excludunt.

§. 3. *Quod jam ante ibi fuerat*] Aut deeſt vox *praesidium*; aut scribendum *qui jam ante ibi fuerant*. J. FR. GRON. Aliter, ni fallor, sentiebat, quum 3. Obs. 2. defendebat haec Salluſt. Catil. 56. *Servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnae copiae concurrebant*, et Jugurth. 95. *Cum magno equitatu in castra venit, quod uti ex Latio et a sociis cogeret, Romae relictus erat*. Nec multo aliter, quam hic, Liv. 3, 14, 3. *Juniores id maxime, quod Caesonis sodalium fuit*. et 10, 38, 4. *Ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt*. DUKER. Poſſes etiam *quot jam ante ibi fuerant*. Solent autem librarii voces *quot* et *quod* commutare; praesertim si, qui verbis praeibat, minus adcurate pronunciaret. V. ad 44, 1, 1.

§. 5. *Et Acarnanes mille, scutati omnes*] Ita recte emendat Quaereng. in margine ed. Rom. in cujus contextu edebatur *et Acarnanes X*. Passim scribae notas numeri denarii *X* et millenarii ↀ confuderunt. V. ad 3, 15, 5. 4, 32, 8. Epit. Liv. 5. 24, 40, 8. c. 47, 8. 25, 13, 4. c. 19, 17. 27, 38, 11. c. 40, 11. c. 41, 2. c. 43, 11. c. 49, 7. 28, 34, 2. c. 45, 12. 30, 4, 11. c. 6, 7. c. 18, 14. c. 29, 7. 33, 4, 4. c. 7, 4. c. 15, 16. 35, 37, 7. 37, 8, 6. 45, 43, 5. Et alibi.

Et ex ipsorum Corinthiorum juventute] Ita Gronov. edidit, quum ex unico codice vulgaretur *et ipsorum* sine praepositione, quae a vocula

Digitized by Google

Boeoti, Theſſalique, et Acarnanes mille, scutati omnes, et ex ipsorum Corinthiorum juventute, impleta ut eſſent sex millia armatorum, fiduciam Androſtheni fecerunt acie decernendi. Nicoſtratus 6
praetor Achaeorum Sicyone erat cum duobus millibus peditum, centum equitibus, sed, inparem se et numero et genere militum cernens, moenibus non excedebat. Regiae copiae peditum equitumque va- 7
gae Pellenensem, et Phliasium, et Cleonaeum agrum, depopulabantur. Poſtremo, exprobrantes metum ho- 8
ſti, in fines Sicyoniorum transscendebant: navibus etiam circumvecti omnem oram Achajae vaſtabant. Quum id effusius hoſtes, et, ut fit ab nimia fiducia, 9
neglegentius etiam facerent, Nicoſtratus, spem nactus necopinantes eos adgrediendi, circa finitimas

praecedente elisa eſt. V. ad 30, 4, 7.

§. 6. *Niceratus praetor Achaeorum*] *Nicostratum* appellandum puto, ut et poſteriore loco hujus capitis in membrana scribitur, et nominatur l. 32. capp. 39. et 40. J. FR. GRON. Immo in poſteriore loco hujus cap. editio Rom. *Niceratus* etiam legi indicat. [ita Bamb.] Contra *Nicostratus* in membrana scribitur cap. seq. §. 3. at iterum *Niceratus* §. 13. Insuper τὸ *praetor* eſt ex emendatione viri docti ad marginem ed. Rom. quum contextus ejus ex Mſto praeferret *P. R.* [*PR.* Bamb.] *Achaeorum* sollemni aberratione, de qua v. ad 31, 10, 4.

Cum duobus millibus peditum, centum equitibus] *millibus* Quaereng. emendavit in margine ed. Rom. quae in contextu habet *militibus*. [*milibus* Bamb.] De hoc errore, quem librarii in membranis antiquis saepius commiserunt, v. ad 23, 41, 10. Deinde eadem ed. Rom. *peditum et equitibus*. pro quo Paris. anni 1625. *peditum et equitibus aliquot*. Gronov. tandem *peditum, centum equitibus*. Si ita cod. unicum habere aliunde resciverit, lectionem illam probo: numerum enim equitum requiri, omnes sentiunt. Verum si ita ex conjectura rescripsit, malim *centum quinquaginta equitibus*. Propius enim scriptam lectionem eſt, si *et* mutemus in *cl*, quam in simplex c. V. ipsum Gronov. ad 21, 22, 3. [*centum*, ut Gron. expressis verbis Bamb.]

§. 7. *Regiae copiae peditum equitumque vagantes*] Scriptus habuit *vagare:* quod factum erat ex *vagae*, non *vagantes*. Infra

Digitized by Google

10 civitates nuncium occultum mittit, quo die, et quot, ex quaque civitate armati ad Apelaurum (Stympha-
11 liae terrae is locus est) convenirent. Omnibus ad diem edictam paratis, profectus inde extemplo, per Phliasiorum fines nocte Cleonas, insciis omnibus, quid

[c. 15, 6.] *in vagos palantesque.* Supra [c. 7, 2.] *agmen ad incertos clamores vagum.* Sic alibi *vagam populationem.* J. FR. GRON. V. Gronov. ad Liv. 27, 16, 4. Vide etiam, num possis *vagatae.*

§. 10. *Quo die, et quot, ex quaque civitate armati ad Apelaurum*] Ita recte Quaereng. scribendum conjecit in margine ed. Rom. quum ibi vulgaretur *quotdie et quod ex quaque.* Pro quo ed. Grut. ultima *quotidie et quod ex quaque.* ed. Paris anni 1625. *quo die et quo ex quaque.* [*quo die et quod* Bamb.] Deinde *Apelaurum* locum fuisse haud magni nominis, ex eo adparere judicat Doujatius, quod ejus mentio apud geographos non invenitur. Memorat tamen *Ἀπέαυρον* eodem hoc loco prope urbem Stymphaliorum Polyb. 4, 69. *τὴν ὑπερβολὴν τὴν περὶ τὸ καλούμενον Ἀπέαυρον, ᾗ πρόκειται τῆς τῶν Στυμφαλίων πόλεως περὶ δέκα σάδια.* Quare vel ex hoc Livii loco Polybius, vel ex Polybio Livius corrigendus est. prius tamen verisimilius est, quia ex Polybii contextu facilius *A* in ea voce excidere potuit ob similitudinem sequentis *A*, quam in Livio *L* addi.

§. 11. *Omnibus ad diem edictam paratis*] *edicere diem* Livio usitatam locutionem esse consentio; at tum demum locum habere posse videtur, si, vel edicto proposito, vel alia ratione, publice indictus esset. Quum autem contra hoc loco dies conveniendi occulto nuncio constitutus fuerit, una litera detrita *ad diem dictam* legendum arbitror: de qua locutione v. ad 35, 3, 2. Forte olim scriptum fuerat *diēdictam*; ut prior litera *τοῦ edictam* ex ultima praecedentis vocis perperam repetita sit. V. ad 37, 29, 8. Solent ceteroqui *dicere* et *edicere*, *dicta* et *edicta* in Mstis commutari. V. ad 9, 14, 2. 29, 1, 5. 35, 3, 2. et 37, 47, 7. Mox *profectus inde extemplo* est ex conjectura Quaereng. quum vulgatum ex Msto sit *praefectus inde ex templo.* [*profectus inde extemplo* Bamb.]

§. 12. *Armaturae levis et trecenti equites, cum iis copiis dimissi*] Sive *armaturae levis* referas ad *pedites*, eumque nominativum intelligas, sive ad *equites*, quod sequitur, non nisi inepta evadit oratio. Praeterea abundat vox *copiis*, quam omnino tollendam existimo, et refingendum: *ex quibus armaturam levem et trecentos equites cum iis dimissos, qui specularentur, quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur.* Milites levis armaturae et cum illis una trecentos equites exploratum missos ait: et his ducem aliasque copias praestolatas. *Τὰ iis* ad intellectum refertur, militibus scilicet levium armorum. J. FR. GRON. Excidisse hic nu-

Digitized by Google

quid pararet, pervenit. Erant autem cum eo quin- 12
que millia peditum, ex quibus armaturae levis, et trecenti equites, cum iis copiis dimissi, qui specularentur, quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur.

XV. Androsthenes, omnium ignarus, Corintho 1

merum levis armaturae militum reor. Caetera, quam mitissime potest, dempta una, unaque addita litera, hoc modo restituo: *Erant autem cum eo quinque millia peditum, (ex quibus.... armaturae levis) et trecenti equites. Cum iis copiis, dimissis qui specularentur, quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur.* Nempe exspectabat cum copiis suis, quam in partem hostes sese effunderent, dimissis, qui id specularentur: quamvis etiam simpliciter ac absolute positum intelligi possit *τὸ opperiebatur.* Ut apud Corn. Nepotem in Eumene 9. *Ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum.* Cicero 6. Fam. 20. *Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, quoad scire possis,* etc. *Cum iis copiis,* ut supra 31, 10, 5. *Caetero exercitu dimisso, praeter quinque millia sociûm ac Latini nominis. Cum iis copiis circa Ariminum substiterat.* JAC. PERIZON. Gronovii conjectura Doujatio duplici nomine displicuit; partim quia non levis est textus mutatio, quam Gronov. inducere conatur; partim quia verisimile non putat, ex tam exiguis copiis totam levem armaturam cum trecentis equitibus ad speculandum missam esse. Fatetur tamen, emendatione aliqua opus esse, ut idoneus eruatur sensus. Non incommode autem legi posse existimat: *Erant autem cum eo quinque millia peditum, ex quibus armatura levis, et trecenti equites. Ex iis copiis, dimissis qui specularentur, quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur.* Per voces, *ex quibus armatura levis,* indicari monet, leviter armatos sub numero illo quinque millium comprehendi. Verum tam scabre Livius numquam locutus est; neque intelligo, cur *Ex iis copiis,* pro *Cum iis,* dederit. Clericus interpretando vulgatam juvare conatur, et omnia plana esse existimat, si ad voces *ex quibus armaturae levis* suppleamus *qui erant,* hoc modo: Ex Achaeorum peditibus, qui erant armaturae levis, una cum trecentis equitibus secum dimissis, opperiebantur, speculantes, quam in partem hostes effunderent se, ut Nicostratum moverent. Sed longe praeferendam esse puto Perizonii conjecturam, quam etiam Cl. Crevier. amplexus est, et felicissimam vocavit. Addam tantum locum simillimum Sallust. in Jug. 91. *Pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duûm millium intervallo. ibique, quam occultissime potest, cum omnibus copiis opperitur.* ubi v. Cortium.

§. 1. *Nemeam (amnis est Corinthium)* Strabo l. 8. [382.] Ὁρίζει τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς Νεμέα. J. FR. GRONOV.

Digitized by Google

profectus, ad Nemeam (amnis est Corinthium et Si-
2 cyonium interfluens agrum) castra locat. Ibi parte dimidia exercitus dimissa, dimidiam trifariam divisit, et omnes equites discurrere ad depopulandos simul Pellenensium Sicyoniumque agros, et Phlia-
3 sium, jubet. Haec tria diversa agmina discessere. quod ubi Cleonas ad Nicostratum perlatum est, extemplo validam mercenariorum manum praemissam
4 ad occupandum saltum, per quem transitus in Corinthium est agrum, ante signa equitibus, ut praegrederentur, locatis, ipse confestim agmine duplici

§. 2. *Ibi parte dimidia exercitus dimissa, dimidiam trifariam divisit*] Cl. Crevierius suspicatur, excidisse hic unam aut alteram vocem, cujus loco sciolus aliquis intruserit *τὸ dimissa*; sensum autem manifeste flagitare judicat *secum retenta*, vel quid simile. Si enim Androsthenes partem exercitus dimidiam dimisisset, dimidiam trifariam divisam agros hostium populari jussisset, nullum castris praesidium relictum fuisset; quum tamen ex sequentibus pateat, partem aliquam in castris remansisse. An pro *dimissa* legendum *considere jussa*? Deinde *trifariam divisit* est ex conjectura Quaereng. quum perperam ederetur *trifariam dimisit*. De eo errore v. ad 37, 45, 29. [*divisit* Bamb.]

Pellenensium Sicyoniumque agros] An non scripsit Livius *Pellenensem*? JAC. GRONOV. Ita cap. praec. *Pellenensem et Phliasium et Cleonaeum agrum depopulabantur*. Hanc conjecturam Clericus in contextum recepit, nihil monito lectore. Se etiam, pro *Pellenensium*, quod recentiores vitiose editi praeferunt, et Jac. Gronovio (non J. Fr. Gronovio, ut Hearnius existimabat) displicuit, *Pellenensem* ex vetustioribus correxisse, Cl. Crevierius monuit. *Pellenensem* tamen, si Clericum excipias, in nulla vidi ed. nisi in Paris. anni 1625. erroribus admodum infami: priores et posteriores membranarum lectionem *Pellenensium* servarunt, quod iis invitis in contextu non mutandum existimo. Vel enim *Sicyonium*, aut *Sicyoniûm*, accipiendum est, pro *Sicyoniorum*; vel, ne elegantias suas Livio eripiamus, de industria *Pellenensium et Sicyonius agri* dixit variandae orationis caussa. Ita infra 36, 29, 5. *Inter Macedonum Romanaque castra* etc. *in stationem incidit Macedonum*. ubi quaedam vide. Et ita locum accipiendum esse, existimavit J. Fr. Gronov. ut constat ex illis, quae notavit ad 3, 17, 12.

§. 5. *Altera clipeati, dein aliarum gentium exercitus robur erat*] Ita Quaereng. ex conjectura rescripsit, quum ex unico cod. ederetur *dein aliarum gentium exercitibus robur erat*. [*exercitus*, non *exercitibus*, Bamb.]

Digitized by Google

sequitur. Parte una mercenarii milites ibant cum 5
levi armatura, altera clipeati, dein aliarum gentium
exercitus robur erat. Jam haud procul castris abe- 6
rant pedites equitesque, et Thracum quidam in va-
gos palatosque per agros hostes inpetum fecerunt,
quum repens terror castris infertur. Trepidare dux, 7
ut qui hostes nusquam, nisi raro in collibus ante
Sicyonem, non audentes agmen demittere in cam-
pos, vidisset; ad Cleonas quidem accessuros num-
quam credidisset. revocari tuba jubet vagos a castris 8
dilapsos. Ipse, raptim capere arma jussis militibus,

Nondum tamen vel sic locus est persanatus. Moratur enim mentio *aliarum gentium*, quum nulla adhuc gens memorata sit. Advertit ea res Cl. Crevier. qui fortasse excidisse *Achaeorum* nomen, ac Livium dedisse suspicatus est: *altera clipeati Achaeorum, dein aliarum gentium, exercitus robur erat.* ita ut ad *aliarum gentium* subintelligat clipeati, et *exercitus robur* accipiat de clipeatis tum Achaeorum, tum aliarum gentium. Quid? si, revocata veteris Msti lectione, reponamus? *altera clipeati, quod in illarum gentium exercitibus robur erat.* Ex *dein* feci *qd in*, sive *quod in;* ex *aliarum* autem *illarum.* Solent autem voces *alia* et *illa* saepe commutari. V. ad 23, 7, 3. *illarum gentium*, nempe Graecorum, et finitimarum civitatium; ad quas occultum nuncium de mittendis armatis Nicostratum misisse, Livius cap. praec. retulit. Jam autem illarum gentium robur erant clipeati, praeter quos in eorum exercitu modo memorati sunt mercenarii cum levi armatura, et postea hoc cap. castrati.

§. 6. *In vagos* etc. *hostes inpetum fecerunt*] Legendum forte *inpetum fecerant.* Praecessit enim *aberant.* Eadem conjectura etiam Crevierio in mentem venit. Mox recte Gronovii edd. easque secutae recentiores *demittere*, pro *dimittere.* V. ad 34, 50, 2. [*dimittere* Bamb.]

§. 7. *Ut qui hostes nusquam, nisi raro in collibus* etc. *vidisset*] Fortassis *raros*, et ob id non audentes descendere in campos. c. 1, 4. *Rara arma, paucique milites circa eos apparebant.* Qui *raro* hostes viderant, eos non viderant *nusquam.* Nec tamen plane damno *raro:* nam et ita accipi potest, nusquam, nisi in collibus ante Sicyonem, idque raro, viderant hostes. DUK. [*ad Cleonis* Bamb.]

§. 8. *Vagos a castris dilapsos*] Ed. Rom. ex cod. Bamb. *vagos a castris dilapsus*, ad cujus marginem *dilapsosque* legendum monuit Quaereng. Id autem Paris. anni 1628. recepit. Quum vero deinceps ultima Gruteri perperam affirmasset, Quaereng. *vagos a castris dilapsos* conjecisse, mox Heinsii Elzevir. ita et

Digitized by Google

infrequenti agmine porta egressus, super flumen in-
9 struit aciem. Ceterae copiae, vix conlegi atque in-
strui quum potuissent, primum hostium inpetum non
10 tulerunt. Macedones et maxime omnium frequentes
ad signa fuerant, et diu ancipitem victoriae spem
11 fecerunt: postremo fuga ceterorum nudati, quum
duae jam acies hostium ex diverso, levis armatura
ab latere, clipeati caetratique a fronte urguerent;
12 et ipsi, re inclinata, primo retulere pedem: deinde
inpulsi terga vertunt, et plerique, abjectis armis,

iam vulgavit, quod ex eo tempore recentiores omnes servarunt. Paullo post etiam *infrequenti agmine porta egressus* [ut est in Bamb.] reponendum vidit idem Quaereng. pro quo ex Msto edebatur *in frequenti agmine portae gressus*, sine ullo sensu.

Porta egressus per flumen instruit aciem] Scribe *egressus super flumen*. Ut 38, [13, 4.] *Ispe, nihil via digressus, ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra.* 42, [55, 6.] *Inde quum tria millia ferme abesset a Tripoli (Scaeam vocant) super Peneum amnem posuit castra.* J. FR. GRON. Supra 1, 2, 6. *Situs est super Numicium flumen.* 33, 6, 10. *Philippus super amnem Onchestum posuit castra.* c. 18, 12. *Eo die steterunt tantum acies utraeque super ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis.* 34, 28, 1. *Die altero ad Sellasiam super Oenunta fluvium pervenit.* 35, 29, 1. *Super torrentem proelium commiserunt.* c. 33, 10. *Decretum responsumque brevi in Italia, castris super ripam Tiberis positis, daturum.* 37, 45, 1. *Magnesia, quae super Maeandrum est.* Auctor Epit. Liv. 26. *Hannibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit.* Frontin. 1. Strateg. 10, 3. *Quum adversus Thebanos castra super ripam posuisset.* Prima syllaba *τοῦ super* intercidit, ob similitudinem ultimae in voce praecedenti *egressus.* [§. 9. *vix conligi* Bamb.]

§. 11. *Levis armatura ab latere, clipeati caetratique a fronte urguerent*] Lectio haec ex Quaereng. conjectura nata est. Antea ex Msto edebatur *levis armaturae ab latere.* [idem Cod. *etratique* pro caetratique.]

§. 12. *Nulla spe castrorum tuendorum relicta*] Ita primum Gruterum edidisse vidi in postrema ed. quem Heinsii Elzevir, et recentiores omnes secutae sunt. Olim ex Msto unico edebatur *castrorum tenendorum.* Solent quidem confundi *tenere* et *tueri.* Praeter illa, quae notavi ad 10, 3, 2. vide etiam ad 22, 45, 8. 23, 17, 12. c. 38, 9. 26, 49, 9. et 37, 35, 6. Hic tamen Msti lectio inmerito repudiata est. Ita enim *tenere* 5, 51, 3. *Quum victoribus Gallis, capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique et homines Romani tenuerint.* ubi alia vide. 37, 35, 6.

Digitized by Google

nulla spe castrorum tenendorum relicta, Corinthum petierunt. Nicostratus, mercenariis militibus ad hos 13
persequendos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii missis, magnam ubique caedem edidit: majorem prope, quam in proelio ipso.
Ex iis quoque, qui Pellenen Phliuntaque depopulati 14
erant, incompositi partim omniumque ignari, ad castra revertentes, in hostium stationes, tamquam in suas, inlati sunt; partim, ex discursu id, quod 15
erat, suspicati, ita se in fugam passim sparserant,

Parari singula adquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse. [§. seq. *Niceratus* Bamb.]

§. 13. *Magnam ubique caedem edidit*] Lege, *utrobique.* Duo enim genera significat, in quibus sit caedes facta; alterum eorum est, qui in proelio fugerant, alterum populatorum agri Sicyonii. 36, [16, 5.] *Depopulatus Hypatensem primo, dein Heracleensem agrum, inutili utrobique Aetolorum auxilio.* J. FR. GRONOV. 6, 30, 6. *Ibi dum iniquo loco caeduntur caeduntque, ad castra interim Romana ab altera parte hostes invasere. Ab ducibus utrobique proditae temeritate et inscitia res.* 27, 40, 1. *Profecti ab urbe velut in duo periter bella distenderant curas hominum simul* etc. *simul quum illa angeret cura, quos tam propitios urbi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur.* 36, 39, 9. *Aut pacem aut bellum utrobique habenda. ubique* est ex emendatione Quaereng. quum editum foret *ibique.* [*magna ibique* Bamb.]

§. 14. *Qui Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incompositi partim omniumque ignari*] *Pellenen* [ut est in Bamb.] primus emendavit Jac. Gronov. perperam autem priores *Pellenem.* Deinde *incompositi partim omniumque ignari* recte Quaereng. conjecit, quum ex Msto ederetur *compositi partim omnium signari.* Pessime Paris. anni 1625. praefert (*ut compositi partim omnium signati*) sine sensu.

Inlati sunt: partim, ex discursu] Olim edebatur ex Msto *inlati. sed partim.* pro quo Quaereng. conjecit *inlati. et partim.* Heinsii Elzevir. deinde dedit *inlati, partim ex discursu.* Gronov. tandem anno 1665. id admisit, quod nunc vulgo obtinet. [et quod est in Bamb.]

§. 15. *Id, quod erat, suspicati, ita se in fugam passim sparserant*] Haec quoque lectio ingenio Quaereng. debetur, quum conrupte cod. unicus legeret *id quod erat supplicavit a se in fugam.* Praeterea *sparserunt* convenientius videtur Crevierio. Idem Quaerengius mox *circumvenirentur* substituit, pro *circumvenirent,* ut editur ex Msto. [in quo exstat *circumvenirentur.*]

Digitized by Google

16 ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. Ceciderunt eo die mille et quingenti, capti trecenti. Achaja omnis magno liberata metu.

1 XVI. Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quinctius, Corcyram excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi motus 2 fecit. Duae autem maxime caussae eos tenuerant in amicitia regis; una fides insita genti, altera metus odiumque Aetolorum. Concilium Leucadem in- 3 dictum est. Eo neque cuncti convenere Acarnanum populi; nec ipsis, qui convenerant, idem placuit. sed et principes et magistratus pervicerunt, ut pri- 4 vatum decretum Romanae societatis fieret. Id omnes, qui abfuerant, aegre passi; et in hoc fremitu

§. 16. *Ceciderunt eo die mille et quingenti*] Et hoc Quaereng. acceptum referendum. Mstum enim legebat *X* et *d*. V. ad cap. praec. §. 5. [Bamb. *Cederunt eo die mile et quingenti.*]

§. 1. *Quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat*] In Msto unico erat *quae sola Graeciae gentium manserat*. [In Msto Bamb. est *quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat.*] Aliquid autem deesse suspicatus Quaereng. id ita supplevit in margine ed. Rom. *quae sola Graeciae gentium in partibus Philippi manserat:* quod recepit Paris. ed. anni 1625. ita tamen, ut *regis* pro *Philippi* substituerit. Quum autem postea supplementum Quaereng. in edd. Heinsii Elzevir. et Gronovii prima omissum esset, in illa deinde, quae anno 1665. excusa est, id adparuit, quod nunc vulgo exstat. Eadem autem Gronov. ed. mox §. seq. *Duae autem maxime caussae* dedit, pro *maximae*, ut habent priores. [et Bamb.] V. Cl. Duker. ad 21, 33, 7. et quae dixi ad 6, 36, 2. Praeterea *Leucaden* [Bamb. et] edd. priores, pro quo recte Gronov. *Leucadem.*

§. 3. *Sed et principes et magistratus pervicerunt, ut privatum decretum*] Suspecta mihi *τὰ Sed et:* videturque sub iis latere *Duo principes et magistratus.* Hoc est, Archelaus et Bianor cum Zeuxida praetore. J. FR. GRON. *privatum decretum* interpretatur Crevierius, non totius Acarnanum gentis nomine latum, sed quorumdam tantum populorum. Paullo ante ed. Rom. ex Msto *nec in iis qui.* Paris. anni 1625. *nec iis qui.* Quaereng. conjecit, ut nunc editur, *nec*

Digitized by Google

gentis a Philippo missi duo principes Acarnanum, Androcles et Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanae societatis valuerunt, sed etiam 5 ut Archelaus et Bianor, principes gentis ambo, quod auctores ejus sententiae fuissent, proditionis in concilio damnarentur, et Zeuxidae praetori, quod de ea re retulisset, imperium abrogaretur. Rem teme- 6 rariam, sed eventu prosperam, damnati fecerunt. Suadentibus namque amicis, cederent tempori, et Corcyram ad Romanos abirent, statuerunt obferre se multitudini, et aut eo ipso lenire iras, aut pati, 7 quod casus tulisset. Quum se frequenti concilio 8 intulissent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox a verecundia simul pristinae dignitatis, ac misericordia praesentis fortunae ortum est.

ipsis qui: quod Gronovio ad 5, 43, 4. *ipse* pro *is ipse* minus probanti, conruptum videbatur. Quamvis autem id ibi vindicare conatus sim, vide tamen, an hoc loco ex *nec in* faciendum sit *neque*, ac legendum *neque iis, qui convenerant.*

§. 4. *Androcles et Echedemus*] Ita Gronov. anno 1665. edidit. *Erhidemus* ex Msto habet ed. Rom. *Echidemus* conjecit Quaereng. [et ita Bamb.] *Echtidemus* vulgavit Elzevir. Heinsii. *Echedemus princeps legationis Atheniensium* memoratur infra 37, 7, 4. Paullo ante etiam Gronov. [concinente Bamb.] eodem tempore dedit *qui abfuerant*, pro *adfuerant*, quod perperam erat in antiquioribus excusis. V. ad 23, 8, 11.

§. 5. *Archelaus et Bianor*] Ita vir doctus in margine ed. Rom. conjecit. In Msto erat *Bianos.* [immo *Bianor.*] Mox *Zeuxidae* primum inveni in Gronov. ed. anni 1665. priores omnes *Leuxidae.* [*Zeuxidae* Bamb.]

§. 6. *Suadentibus namque amicis, cederent tempori*] Haec lectio ex conjectura Quaereng. recepta est, quum antea ex Msto ederetur male *Suadentibus nam amicis, cederetur tempori.* [*namque* et *cederent* Bamb.] Sed *nam* et *namque* saepe commutantur in codd. scriptis. V. ad 7, 28, 7. Deinde *cederēt*, id est *cederent*, perperam mutarunt in *cederet*, sive *cederetur*; de quo errore v. ad 38, 40, 1. Ed. Paris. anni 1625. exhibet *ut cederent tempori.* Sed ita propius ad vestigia eod. unici dari posset *cederent ut tempori.* Verum emendationi potius Quaereng. subscribo. Particula enim *ut* post *tò suadere* saepius omitti solet. Supra 24, 8, 18. *Ego magnopere suadeo, eodem animo*

Digitized by Google

9 Poteſtate quoque dicendi facta, principio suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda ventum eſt, cum tanta fiducia, quantam in-
10 nocentia dabat, disseruerunt: poſtremo, ultro aliquid etiam queri, et caſtigare iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi, ita adfecerunt animos, ut omnia, quae in eos decreta erant, frequentes tolle-
11 rent; neque eo minus redeundum in societatem Philippi, abnuendamque Romanorum amicitiam, censerent.

1 XVII. Leucade haec sunt decreta. id caput Acarnaniae erat, eoque in concilium omnes populi
2 conveniebant. Itaque, quum haec repentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata eſſet,

consules creetis. (* 44, 9, 1.) Mox §. seq. idem Quaereng. legendum monuit *statuerunt;* quum antea, praeeunte Mſto, editum fuisset *statuerant.* [*statuerunt* Bamb.]

§. 10. *Quae in eos decreta erant, frequentes tollerent*] *frequentes colerent* praefert cod. unicus, [immo *tollerent* Bamb.] pro quo vir doctus in margine ed. Rom. recte conjecit *tollerent.* Paullo ante hoc cap. *Non ad tollendum modo decretum Romanae societatis valuerunt.* Solent autem etiam alibi *tollere* et *colere* in membranis permutari. V. Cel. Burm. ad Suet. Tiber. 65. *frequentes recolerent* praefert ed. Paris. anni 1625.

§. 2. *Itaque, quum haec repentina mutatio*] Emendavit hoc modo Quaereng. ad marginem ed. Rom. in cujus contextu ex Mſto edebatur *Namque quum haec.* [*Itaque, cum* Bamb.] Idem etiam recte vidit §. praec. legendum *id caput Acarnaniae*, quum ex Mſto in ed. Rom. vulgaretur *id capiti.* [*id caput* Bamb.]

Cum classe profectus Leucadem, ad Heraeum, quod vocant, naves adplicuit] Edebatur Romae *Leucade.* [et ita Bamb.] Id Quaerengio displicuit; qui, conjungens forte *profectus Leucade*, et reputans, Quinctium non Leucade, sed in insula Corcyra conscendisse, legendum putavit *Leucadi*, vel *Leucadem;* quorum poſterius deinde in Gronovianis aliisque recentioribus editionibus receptum eſt. Ipse tamen Gronovius in prima notarum editione conjecit *cum classe profectus inde ad Heraeum*, quod curis poſterioribus tacitus omittendo damnavit. Et sane locus, recepta diſtinctione, quae in ed. Rom. aliisque antiquioribus reperitur, sanus videtur. Eſt autem haec: *cum classe profectus, Leucade ad Heraeum.* Per *Heraeum*

Digitized by Google

extemplo cum classe profectus, Leucade ad Heraeum, quod vocant, naves adplicuit. Inde cum omni ge- 3
nere tormentorum machinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros accessit, ad primum terrorem ratus inclinari animos posse. Postquam pa- 4
cati nihil ostendebatur, tum vineas turresque erigere, et arietem admovere muris coepit. Acarnania 5
universa, inter Aetoliam atque Epirum posita, solem occidentem et mare Siculum spectat. Leucadia 6
nunc insula, et vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa, tum peninsula erat, occidentis regione artis faucibus cohaerens Acarnaniae. Quingentos ferme passus longae fauces erant; latae 7
haud amplius centum et viginti. in his angustiis Leu-

autem intelligo templum Junonis non longe ab urbe remotum. Ita templum Apollinis Leucadii, ac Veneris Aeneadis extra ipsam urbem Leucadem fuisse creduntur. V. Palmer. Graec. antiq. 3, 10. p. 412. Naves itaque adplicuit Leucade ad Heraeum: quare priscam lectionem revocavi.

§. 6. *Leucadia nunc insula est*, etc.] Scribe: *Leucadia nunc insula, et vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa; tum peninsula erat, occidentis regione artis faucibus cohaerens Acarnaniae.* Aliter alii. J. FR. GRON. Locus ita Romae ex Msto edebatur *Leucadia non insula est vadoso freto, quod perfossum manu, et ab Acarnania divisa tumpaen insula erat occidentis regio ne? ratis faucibus coherens, Acarnaniae.* Ea verba Quaereng. sic ex ingenio emendavit: *Leucadia nunc insula est vadoso freto, quod perfossum manu, et ab Acarnania divisa. Tum peninsula erat, occidentis regione artis faucibus cohaerens Acarnaniae.* Vossius vero ad Scylac. Peripl. p. 30. ed. Gron. hoc modo: *Leucadia nunc insula est, vadoso freto, quod perfossum manu, ab Acarnania divisa. Tum peninsula, et ab occidente regioni artis faucibus cohaerens.* Sed Gronovio adsentior, cujus lectio minus a Msto recedit. In principio tamen periodi malim *Leucadia nunc insula est, vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa. Tum peninsula erat.* duabus periodis, quas in unam contrahebat Gronovius, servatis. *regione occidentis* est parte occidentali, ea parte, quae occidentem spectat. V. ad 3, 66, 5. versus occidentem. V. Gronov. ad 25, 25, 8. [In Bamb. est *Leucadia nunc insula vadoso freto, quod perfossum manu est,*

Digitized by Google

cas posita est, colli adplicata verso in orientem et
8 Acarnaniam. Ima urbis plana sunt, jacentia ad mare,
quo Leucadia ab Acarnania dividitur. Inde terra
marique expugnabilis est. nam et vada sunt stagno
similiora, quam mari: et campus terrenus omnis
9 operique facilis. Itaque multis simul locis aut sub-
ruti, aut ariete decussi ruebant muri. Sed quam urbs
ipsa opportuna obpugnantibus erat, tam inexpugna-
10 biles hostium animi. die ac nocte intenti reficere
quassata muri; obstruere, quae patefacta ruinis
erant; proelia inpigre inire, et armis magis muros,

ab Acarnania divisa, tum paeninsula erat, *occidentis regione artis faucibus cohaerens Acarnaniae.*]

Iis partibus cohaerens Acarnaniae] Quid illud *cohaerens* referat, sciri non potest, nisi ex prioribus, quae desunt. Conjectura autem omnibus est libera. GLAR. Ab his verbis incepit fragmentum hujus libri, quod Moguntini primi anno 1518. publicarunt. Priori autem hujus libri parte postea in lucem protracta jam recte patet, quid illud *cohaerens* referat: ex eodem fragmento etiam recte *artis faucibus*, pro *iis partibus*, receptum est. Moguntinus autem et Bambergensis codices in servanda voce *Acarnaniae*, quam Voss. expungebat, conspirantes ejus conjecturae illam Gronovii praeferendam esse docent. [*Quingentos ferme passi longae haec fauces* etc. mox *in iis angustiis*, deinde *est*, *et colli* Bamb.]

§. 8. *Ima urbis plana sunt, jacentia ad mare*] An melius *patentia ad mare?* id est, quae porrigitur planicies usque ad mare. J. FR. GRON. Infra 43, 18, 3. *Solum infestum esse Macedoniae latus, quod ab Illyrico pateret, cernens.* V. ad 25, 23, 11. Solent autem *patere* et *jacere* in Mstis commutari. V. N. Heins. ad Nason. 2. Met. 179. et 4. Fast. 478. Cur tamen vulgatum hic mutandum sit, non video. Vel enim *jacentia* respectu reliquae partis colli adplicatae. *Jacere* autem usurpatur de locis humilioribus. Supra 5, 48, 2. *Loco jacente inter tumulos castra habentes.* 9, 2, 7. *Saltus duo alti, angusti, silvosique sunt, montibus circa perpetais inter se juncti. Jacet inter eos* etc. *campus.* c. 37, 1. *Sub Ciminii montis radicibus jacens ora.* Ovid. 2. Fast. 392.

Quaque jacent valles, maxime circe, tuae.

Justin. 22, 5. *Non in montibus positae sint, sed in planis campis jaceant.* V. quae notavi ad Silii 12, 132. Vel etiam *jacentia ad mare* est simpliciter ad mare sita, posita. Supra 6, 30, 5. *Castra interim Romana jacentia in campo invasere.* 22, 3, 3. *Etrusci campi, qui Faesulas inter Arretiumque jacent.* Flor.

Digitized by Google

quam se ipsos moenibus, tutari. diutiusque spe Ro- 11
manorum obsidionem eam extraxissent, ni exsules
quidam Italici generis, Leucade habitantes, ab arce
milites accepissent. eos tamen, ex superiore loco 12
magno cum tumultu decurrentes, acie in foro in-
structa, justo proelio aliquamdiu Leucadii sustinue-
runt. Interim et scalis capta multis locis moenia, 13
et per stragem lapidum ac ruinas transcensum in
urbem. jamque ipse legatus magno agmine circum- 14
venerat pugnantes. pars in medio caesi; pars, ar-
mis abjectis, dediderunt sese victori. Et post dies 15

3, 5. *Ponticae gentes ad septentrionem in mare sinistrum jacent.* Virg. 3. Aen. 692.

Sicanio praetenta sinu jacet insula contra
Plemmyrium undosum.

Ubi Servius: *Jacet*) *sita est. ut: Medio jacet insula ponto.* V. Passer. ad Prop. p. 194. et Vorst. de Latinit. falso susp. c. 13. Ceterum Moguntini et quidam alii ediderunt *injacentia*; et mox *inexpugnabilis*; pro quo Froben. anno 1531. *jacentia* et *expugnabilis* substituit. [*quod Leucadia* Bamb.]

§. 9. *Aut ariete decussi*] Dixi ad 32, 17, 6. DUK. [§. 10. *diem ac noctem intenti quassata muri obstruere*, Bamb.]

§. 11. *Leucade habitantes, ab arce milites accepissent*] Forte *Leucade habitantes in arce, milites accepissent.* vel *Leucade habitantes, in arcem milites accepissent.* [*spe* omittit et *Leucadem habitantes* praefert Bamb. mox *instructo proelio*, omisso *justo*, denique *Leucadi* idem.]

§. 14. *Dediderunt se victori*] Ita primum vidi in ultima Gruteri; quod recentiores omnes servarunt, quum antea et Moguntiae et alibi semper editum fuisset *dediderunt sese*; quod revocavi. [*pugnantes tum pars* Bamb.]

§. 15. *Quod ad Cynos Cephalas pugnatum erat*] Scotusa urbs est Thessaliae Pelasgicae, ut ait Strabo l. 7. ad finem [p. 339.] Ad eam locus est quidam, quem *Κυνὸς κεφαλὰς*, id est *Canis capita*, vocant, ubi Romani ac Aetoli, duce T. Quintio, ingenti proelio Philippum Demetrii filium et Macedoniae regem vicere, ut ait idem Strabo l. 9. ad finem [p. 441.] Haec pro locorum notitia indicare visum est nobis operae precium. GLAR.

Omnis populi Acarnaniae in deditionem legati venerunt] Omnino *in ditionem* legendum judicat Cl. Crevier. Has voces saepe commutari, vidimus ad 26, 21, 17. Quo minus tamen ejus conjecturam probare possim, obstat vox *legati*; per quam intelligitur L. Quinctius Flamininus, T. Quinctii frater, cui classis cura, maritimaeque orae impe-

Digitized by Google

paucos, audito proelio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniae in deditionem legati venerunt.

1 XVIII. Iisdem diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quoque ad vindicandam a Philippo continentem regionem, (Peraeam vocant) possessam

rium mandatum ab senatu erat, anno praecedenti, ut Livius testatur 32, 16, 2. et qui hoc iterum anno praeesse classi jussus erat, teste Livio ibid. c. 28, 11. Eum *legatum Flamininum* vocavit supra hoc cap. Locutio autem *venire in ditionem alicujus* notat se submittere alicujus imperio. Jam vero populi, a ducibus Romanorum subacti, non se submittebant imperio illorum ducum, sed populi Romani. At *venire in deditionem* est sese dedere. Populi autem devicti dedebant se ducibus Romanis, ut essent sub imperio populi Romani. Eo sensu *se in deditionem consulis permittere* Livius supra dixit 8, 20, 6. Ubi perperam Gronovium *in ditionem*, sine caussa Doujatium *consuli* emendandum censuisse docui.

§. 1. *Ad vindicandam a Philippo continentem regionem*] *continentis* puto. Tota Asia est regio continens. eam autem non vindicare volebant Rhodii, sed Peraeam, partem illius continentis. Livius 32, 33, 6. *Rhodii Peraeam (regio est continentis adversus insulam, vetustae eorum ditionis) repetebant.* DUK. [*continentis regionem*, (*Phirean vocant*) *possessam majoribus suis* Bamb.]

§. 2. *Cum octingentis Achaeis peditibus, mille et nongentis fere armatis*] Numquid ergo *pedites* illi non *armati?* Scribe *nongentis levi armatu.* Ut hoc libro supra [c. 3, 10.] *Haud dispari armatu.* Vel, si mavis, *leviter armatis.* Infra [hoc cap.] *equites levisque armaturae quod erat.* J. FR. GRON. *armatos* puto posse accipi pro militibus, ut saepe; vel pro iis, qui justis armis instructi erant: nam auxiliares plerumque dispari armatu erant. *Fere* solet apponi numeris, nec maxima caussa est, cur suspectum esse debeat. DUKER. Gronovio respondet Crevierius, Achaeis peditibus, qui erant unius gentis, obponi armatos, ex vario nationum et auxiliorum genere conlectos. Difficultati tamen non satisfacit. Similiter enim quaeri potest, cur ex vario genere auxiliorum conlecti, qui obponuntur Achaeis, qui erant unius generis, dicuntur *armati?* num quid ergo Achaei non erant *armati?* Nec mihi tamen Gronovii conjecturae probantur. Infra enim, hoc cap. Rhodios tria millia peditum in aciem eduxisse Livius testatur, ex quibus mille et nongentos leviter armatos fuisse vix verisimile videtur. Doujatius, Gronovii vestigiis insistens, et forte etiam adrepta occasione ex loco Livii a Gronovio laudati, legendum conjicit *mille et nongentis dispari armatu.* [◇◇ *et* DCCC *fere armatis* Bamb.]

§. 3. *Galli, et Nisuetae, et Pisuetae, et Tamiani, et Arei, ex Africa*] Galatas intelligit, opinor, quorum populos (credo) aut

Digitized by Google

a majoribus suis, Pausistratum praetorem cum octin- 2
gentis Achaeis peditibus, mille et nongentis fere armatis, ex vario genere auxiliorum conlectis, miserunt: Galli, et Pisuetae, et Nisuetae, et Tamiani, 3
et Arei, ex Africa, et Laodiceni ex Asia erant. cum 4
his copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro

eorum vicinos vocat Nisuetas, Pisuetas, Tamianosque, sicut et Laodiceni erant. Arcorum in Arabia meminit Plinius 6, 28. ad finem. quamquam longinqua ea militia videtur. Vide etiam, num *Taniani* legendum. *Tanium* enim Trocmorum oppidum in Galatia ponit Ptolemaeus [5, 4.] de quibus copiosius l. 38, [16.] GLAR. Scribendum *et Pisuetae, et Nisuetae*. Nam Pisuetae non erant ex Africa. Stephanus: *Πισύη, πόλις Καρίας· λέγεται καὶ Πιτύη· τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Πισυήτης*. At de Nisua Ptolemaeus [4, 3.] ordine: *Καρχηδὼν μέγα ἄστυ. Κατάδα ποταμοῦ ἐκβολαί. Μαζοῦλα. Καρπίς. Νίσσυα. Κλυπέα*. J. FR. GRON. Fundamentum, quo Gronovius transpositis vocibus *et Pisuetae, et Nisuetae* legendum censet, illud est; quod Nisuetas, Tamianos, et Areos omnes ex Africa fuisse putet: in quo ipsi consentit Crevier. Contra vero Doujatius voces *ex Africa* eo animo a praecedentibus interpunctione distinguit, ut Livius innuat, praeter Gallos, Nisuetas, Pisuetas, Tamianos, et Areos, inter auxilia Rhodiorum fuisse etiam milites ex Africa, nempe ex Africa proprie dicta. Verum secundum Gronovium Nisuetae etiam ex Africa proprie dicta fuerunt: et praeterea, si ea Livii mens fuisset, quemadmodum modo dixit *et Nisuetae, et Pisuetae, et Tamiani, et Arei*, ita etiam nunc dixisset, *et ex Africa*. Quamvis autem incertum sit, quinam per Tamianos et Areos intelligantur, non tamen cum eodem Doujatio indicari puto Arios, regni Persici populos, quia nimio terrarum spatio a Rhodiis remoti sunt, quam ut inter auxilia eorum militasse existimari possint. Ceterum particulam *et* ante vocem *Tamiani*, quam primus Sigonius, et post eum recentiores omnes omiserunt, jubentibus antiquioribus edd. revocavi. Ex editionibus Glareano posterioribus quaedam conjecturam ejus *Taniani* receperunt; quaedam ex utraque lectione juncta dederunt *Tamniani*. [*Galli et Pisuetae et Tamiani, et Trahi, ex Affrica, et Laudicieni ex Asia erant. Cum iis* etc. Bamb.]

§. 4. *Cum his copiis Pausistratus tendebat in Stratonicensi agro*] Praeclaram hujus loci restitutionem debemus eruditioni et virtuti Freinshemii nostri. Verbum *tendebat* est nihili, caeterum occultat nomen castelli, quod Rhodii duce Pausistrato ceperunt. Stephanus *Τένδηβα, πόλις Καρίας*. Ita ergo repone: *Cum his copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro, locum per opportunum, ignaris regiis, qui tenuerant, occupavit*. Et deinde: *Dinocrates regius praefectus, recuperandi castelli caussa, primo castra ad ipsa Tendeba movit*. Sed quid est, *ignaris regiis, qui tenuerant*? An credibile est, nullum in eo castello tam oppor-

Digitized by Google

locum peropportunum, ignaris regiis, qui tenuerant,
5 occupavit. In tempore et ad id ipsum excitum auxilium, mille Achaei pedites cum centum equitibus
6 supervenerunt. Theoxenus iis praeerat. Dinocrates, regius praefectus, recuperandi castelli caussa, primo castra ad ipsa Tendeba movit, inde ad alterum
7 castellum, item Stratonicensis agri: Astragon vocant. omnibusque ex praesidiis, quae multifariam disjecta erant, devocatis, et ab ipsa Stratonicea

tuno praesidium fuisse? et qua de caussa deseruerunt, quod occupatum ab hostibus reciperare sunt aggressi? Nec habeo, quod supponam, nisi forte nimis audacter, *ignaris regiis, qui Stratoniceae erant.* Felicius forte Rubenius: *qui Therae erant.* Thera enim urbs Peraeae regionis, Rhodo insulae opposita, apud Ptolemaeum [5, 2.] et Stephanum. J. FR. GRON. Locus, ubi Freinsh. bis *Tendeba* Livio restituendum docuit, exstat in Indicis Curtiani principio. Cujus εὐστοχίαν laudavit etiam Gronov. Epistola ad Salmas. quam edidit Cel. Burm. tom. 2. Syllog. Epist. p. 604. [*Pausistratus tenebat in Stratoniensi agro* Bamb.]

§. 5. *In tempore et ad ipsum*] *ad id ipsum* lege. GELEN. V. tamen ad 5, 43, 4. 21, 55, 11. et 26, 40, 8. [*et ad ipsum exercitum auxilium* et §. 6. *ad ipsa Tenpe*, deinde *castellum in Stationigensi agro: Astago vocant.* Bamb.]

§. 7. *Omnibusque ex praesidiis, quae multifariam disjecta erant, devocatis*] Cogitabam *evocatis* ex Lucano 1, 394.

— — *sparsas per Gallica rura cohortes*
Evocat.

Sed nihil tentandum credo, quia paullo post dicit *contracta ex castellorum praesidiis*, et castella fere sunt in locis editioribus. 4, 39, 8. *Ab tumulo suos devocat, et in castra Romana penetrat.* DUK. Pariter etiam supra locutus est Livius 6, 20, 9. *Jovem Deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum.* Plura de hoc verbo v. apud eruditos commentatores ad Phaedri 1, 20, 2. Deinde *quae multifaria disjecta erant* [Bamb.] ed. Mogunt. et proximae, pro quo Froben. anno 1531. dedit *multifariam*; qua voce saepius usus est Livius. Supra 3, 5, 1. *Superante multitudine hostes carpere multifariam vires Romanas.* 37, 5, 1. *Multifariam scalis adpositis, urbem eo die defenderunt.* 44, 41, 8. *Interrupta multifariam acie obviam ire cogebantur.* Idem vocabulum restitui supra 21, 8, 4. *Oppidani* etc. *multifariam distineri coepti sunt.* ubi antea edebatur *multimoda arte.*

Alabanda, ubi hostes erant, ducere] *Alabandam* Mogunt. et proximi: pro quo recte Froben. anno 1535. *Alabanda:* Livius enim numero plurali etiam infra nomen hujus urbis effert, 38, 13, 2. *Quo legati ab Alabandis venerunt.* [*Adalabanda* Bamb.

Digitized by Google

Thessalorum auxiliaribus, Alabanda, ubi hostes erant, ducere pergit. Nec Rhodii pugnam detrectaverunt. 8 atque, castris in propinquum conlatis, extemplo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos Ma- 9 cedonas dextro cornu, lævo Agrianas locat: in medium accipit contractos ex castellorum (Cares maxime erant) praesidiis: equites cornibus circumdat, et Cretensium auxiliares Thracumque. Rhodii Achaeos 10 dextro cornu, sinistro mercenarios milites, lectam

Mox *Nec Rhodi pugnam detractaverunt. ita castris in propinguo locatis* idem.]

§. 9. *Laevo Acrianos locat*] Qui sint *Acriani* illi, haud usquam legi, quod sciam. *Acria* quidem oppidum est sinus Laconici; sed haud scio, quam hic quadret. Alii *Agrianos* legunt. GLAR. *Agrianas* legendum e Stephano [v. *Ἀγρίαι*.] qui, quum multis modis hanc vocem editam doceat, *Agrianos* tamen nunquam, *Agrianas* certe dictos affirmat. Foedius apud Ciceronem in Pisonem [37.] *Aggrinarum et Dolopum* legitur, pro *Agrianum*. SIG. *Agrianes* memorantur supra 28, 5, 12. ubi v. Sigonium. etiam infra 42, 51, 5. et 44, 11, 7. Mox pessime *mares* Mogunt. et proximi ediderunt. Recte Froben. anno 1531. in *Cares* mutavit. [ut est in Bamb. qui ante *Agrianos* et *accepit*.]

§. 10. *Cretensium auxiliares Thracumque Rhodia cohors*] *Rhodia cohors habuere* conjungendum. et Thraces Cretensesque a dextro cornu Rhodiorum contra Acrianos, qui in sinistro hostium erant cornu. Achaei a sinistro Rhodiorum cornu contra Macedonas, quod propter sequentia annotandum duximus, ubi dicitur Achaeos *contra Acrianos* ivisse superato torrente. Legendum enim puto *contra Macedonas*: quia statim post ait de Achaeis, *numero acie mille, et ipsi quadringentos loco expulere*. ubi rursus *quingentos* legendum arbitror ex superioribus. GLAR. Glareanus notat, conjungendum, *Rhodia cohors et Cretensium auxiliares Thracumque habuere*, qui steterint adversus Agrianas. De Cretensibus utcumque fero: etsi superius eos in Philippi sociis invenio. Sed Thraces unde Rhodiis? Dein quomodo *Rhodia cohors* pro exercitu? Magnum hic mendum latere suspicor, quod haud scio an de conjectura possit sanari. Tentare licet: *equites cornibus circumdat, Cretensium auxiliares Thracumque. Rhodia cohors sinistrum cornu, dextro mercenarios milites, lectam peditum manum, habuere*. Mercenarios intelligo Achaeos, ut et Glareanus. Nam in laevo Macedonum erant Agrianes, quos Achaei pepulere. Ergo hi in dextro Rhodiorum. J. FR. GRON. Locus corruptissimus, in quo tamen aliquantulum nos juvat antiquissima hujus libri editio, quae est Moguntina, exhibens *circumdaret*. Unde manifesto apparet legendum esse *circumdat, et Cretensium auxiliares Thracum-*

Digitized by Google

11 peditum manum, habuere; medios mixta ex pluribus gentibus auxilia: equites levisque armaturae quod
12 erat, cornibus circumjectum. Eo die ſteterunt tantum acies utraeque super ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis: paucisque telis emissis, in ca-
13 ſtra receperunt sese. Poſtero die eodem ordine inſtructi majus aliquanto proelium, quam pro numero,
14 edidere, pugnantium. nec enim plus terna millia peditum fuere, et centeni ferme equites: ceterum non numero tantum, nec armorum genere, sed ani-
15 mis quoque paribus, et aequa spe pugnarunt. Achaei pri-

que, ut recte vir summus haec superioribus esse conjungenda vidit. Caetera sic dedit Livius *Rhodii Achaeos dextro cornu, sinistro mercenarios milites* etc. Rhodios dicit, quia illorum res agebatur, eorumque auspiciis et ductu, licet pauciſſimi forsan ejus civitatis fuerint milites. Sic paulo poſt: *Rhodii, quantum diei superfuit, secuti.* Achaeos dextrum tenuiſſe cornu ex sequentibus conſtat, neque minore negotio, quam nunc a me factum, in illud reſtitui poſſe puto. JAC. PERIZ. Palmaria eſt Perizonii conjectura, quam Crevier. etiam probavit, et Clericus in contextum recepit; quem lubens secutus sum. Dicendum tamen, male Gronovium mirari, unde Thraces militaſſent in caſtris Rhodiorum. Nam apud Achaeos Philippi hoſtes ſtipendia fecerunt supra c. 15. a quibus Rhodii accipere potuiſſent. Non ergo ex hoc inprimis capite vulgatum falsi argui debet. [*Thracumque. Rhodi Achaeos milites, lectam peditum manum habuere* Bamb. mox *levisque armatura quod* etc. deinde *qui tenui tum aqua interfluebat, torrens* idem.]

§. 14. *Sed animis quoque paribus, et aequa spe pugnaverunt*] Etsi in praecedentibus suppleri poteſt *pari*, et ablativus sequens *aequa spe* videtur tueri *paribus*, tamen suspicor, eam corrumpendae vocis praecedentis causam fuiſſe, et Livium scripsiſſe *sed animis quoque pares.* DUK. *pugnaverunt* apud primum invenio Curionem. Priores habent *pugnarunt*; quod revocavi. [Initio *neque enim* Bamb.]

§. 15. *In Agrianas inpetum fecere*] Glareanus [ad §. 10.] *Macedonas.* Putat enim Achaeos siniſtrum cornu tenuiſſe. Sed superius peccatum, ut diximus. J. FR. GRON. [*Achaei primo*, mox *Agrianos*, et *cursum* Bamb. *est* poſt *acies* omittens.]

§. 16. *Numero Achaei mille et ipsi quadringentos*] Glareanus [ad §. 10.] *quingentos*, Macedonas intelligens. Sed Agrianes Achaeis oppositi fuere. Scribe igi-

Digitized by Google

primi, torrente superato, in Agrianas inpetum fecere; deinde tota prope cursu transgressa amnem acies est. Diu anceps pugna stetit. numero Achaei 16
mille et ipsi quadringentos loco expulere. Inclinat dein dextrum omne cornu. Macedones, usque dum 17
ordine et velut stipata phalanx consistebat, moveri nequiverunt. postquam, laevo latere nudato, circum- 18
jacere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt, turbati extemplo tumultum primo inter se fecerunt: terga deinde vertunt: postremo, abjectis armis, in praecipitem fugam effusi, Bargylias petentes fugerunt. Eodem et Dinocrates perfugit. Rhodii, 19

tur *numero Achaei mille et ipsos octingentos loco expulere.* Significat pari numero Achaeos et Agrianes fuisse. Achaei autem mille octingenti erant, nam octingentos habebat olim Pausistratus: Theoxenus adduxerat alios mille. Nec mirandum supra ab Rhodiorum partibus tria millia septingentos colligi, dein dici, terna tantum millia peditum pugnasse: interque hos Rhodiam cohortem, cujus prius facta non fuerat mentio. Accipio enim partem auxiliorum custodiae castrorum et Tendeborum relictam. J. FR. GRON. Ex his vix ullus sensus effici posse videtur Crevierio; cui Gronovii conjectura non satisfaciebat, quia vox *numero* plane alieno loco et ordine posita turbat. Si autem ea mens Livii fuit, quam credidit Gronov. plus audendum ac legendum censet *Agrianas Achaei mille et ipsos octingentos loco expulere.* Haec tamen valde incerta agnoscit. Ceterum *numero acie mille* Mogunt. ejusque traduces. Vulgatum primum obcurrit in Froben. anni 1535. [*numero Achei et ipsi* CCCC *loco pepulere.* Bamb.]

Inclinat dein dextrum omne cornu] Atqui dextro in cornu stabant Macedones, de quibus dicturus est. Quomodo autem hi sunt laevo latere nudati altero cornu caeso? Nonne laevum eorum latus protegebat acies media? Prima editio: *Inclinato dein dextrum omnis cornu.* Nec aliter Aldus, Saveterius, Frobenius. Scribe: *Inclinata dein omnis media acies. Dextrum cornu, Macedones, usque dum ordines et velut stipata phalanx consistebat.* J. FR. GRON. [*Inclinata deinde laevo cornu in dextrum omnis conisi. Macedones usque dum ordines et veluti stipata phalanx constabat, moveri querunt.* Bamb.]

§. 18. *In praecipitem fugam effusi, Bargyllas petentes fugerunt*] *Bargylia* neutro genere oppidum Cariae omnes authores proferunt, sicut et Livius ipse lib. priore [c. 33, 6.] *Ab Jasso, et Bargyliis, et Euromensium*

Digitized by Google

quantum diei superfuit secuti, receperunt se ad castra. Satis constat, si confestim victores Stratoniceam petissent, recipi eam urbem sine certamine
20 potuisse. Praetermissa ejus rei occasio est, dum in castellis vicisque Peraeae recipiendis tempus teritur.
21 Interim animi eorum, qui Stratoniceam praesidio ob-

urbe. GLAR. *Bargylia* aut *Bargylias* legendum est. Quamquam Stephanus non nisi *Bargylia* neutro genere, et *Bargyliam* muliebri dici ait. SIG. *in praecipitem pugnam effundentes* Moguntinus et proximae edd. usque ad Froben. qui anno 1531. illud substituit, quod nunc vulgo exstat. [*circumagere hastas*, deinde *fugam effunduntur*, *Barcyllas* etc. Bamb.]

§. 19. *Receperunt sese ad castra*] *receperunt se* Mogunt. et paucae ex vetustioribus. Frobenius deinde anno 1535. vulgavit *sese*, quos recentiores omnes secuti sunt. Priscam lectionem reduxi. [*sese in castra.* Bamb.]

§. 20. *Vicisque Peraeae recipiendis*] In hunc ordinem vocabula iterum primus digessit Froben. anno 1535. Antea Moguntini ex codice, Aldus, et quidam alii dederant *vicisque recipiendis Pyrrheae* [*recipiendis Pireae* Bamb. qui §. 21. *proelio superfuerant.*]

§. 22. *Recipi nisi aliquanta prosperam Antiocho potuit*] Ita in codice Moguntino habebantur verba. Quidam ita emendarunt: *recipi nisi aliquanto post per Antiochum non potuit.* Sed parum adhuc intelligitur nostro huic proposito congruens. GLAREAN. Vulgatam lectionem, in qua adhuc aquam sibi haerere Glareanus confitetur, primum invenio in ed. Froben. anni 1535. Rem ita expediendam censeo. Victo Philippo Romanos Rhodiis dono dedisse Stratoniceam Cariae atque alias urbes, quas Philippus tenuisset, teste Livio 33, 30, 11. Verum aut erravit, aut res exitum sortita non est. Antiochus enim, fractum Philippum videns, ut victoriam Romanorum in rem suam verteret, plures Asiae urbes, quae ad ipsum pertinuerant, occupavit. Certe legati Romanorum ad Antiochum missi, ut de statu praesenti Asiae agerent, id ferendum esse negarunt, Antiochum civitates a Philippo possessas per occasionem, averso Philippo in Romanum bellum, intercepisse. V. Livium 33, 39, 5. et Polyb. 17, 31. Quinctius etiam et decem legati legatis Antiochi pronunciarunt, ut excederet Antiochus Asiae urbibus, quae Philippi fuissent. V. Liv. ibid. c. 34, 3. Polyb. Exc. leg. num. 9. p. 1110. et App. in Syriac. p. 88. Inter has urbes videtur fuisse Stratonicea, quae in potestate Antiochi substitit, donec a Romanis victus omni Asia cis Taurum cesserit: quo tempore Rhodiis data est Lycia et Caria, atque ita etiam Cariae urbs Stratonicea. V. ad 38, 39, 13. Rhodii igitur non, nisi aliquanto post, recipere potuerunt Stratoniceam *per Antiochum*, id est propter Antiochum, Antiocho obstante. Hoc sensu praepositio *per* occurrit apud Liv. 8. 12, 2. *Per valetudinem id bellum exsequi nequierat.* Cic. pro Domo 20. *Ne*

Digitized by Google

tinebant, confirmati sunt. mox et Dinocrates cum iis, quae proelio supererant, copiis intravit muros. Nequidquam inde obsessa obpugnataque urbs est. 22 recipi, nisi aliquanto post, per Antiochum non potuit. Haec in Thessalia, haec in Achaja, haec in Asia per eosdem dies ferme gesta.

id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, favere potuisti. In Pison. 8. *Id iis non licere per interdicta crudelitatis tuae, potestatis erat non ferendae.* De Provinc. cons. 18. *Si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem atque inimicitias meas reipublicae concessisse.* Paullo ante *nequiquam* ex Misso suo ediderunt Moguntini. V. ad 40, 47, 9. [*Nequiquam*, deinde *nec recipi, nisi aliquanto post, per Antiochum potuit.* Denique *in Macedonia*, pro *Achaja*. Bamb.]

§. 1. *Dardanos transgressos fines ab contentu concessit cum regni*] Hae voces, *ab contentu concessit cum*, plane hic superfluunt. GELEN. *ab conventu discessit* (pro *ab contentu concessit*) legendum puto. Quamquam, *Philippus cum audisset, Dardanos transgressos fines regni superiora Macedoniae evastare*, planus erat sermo, sed interjecta verba rem faciunt obscuram, ideo a quibusdam prorsus amota sunt. GLAR. Hic legebatur antea *fines ab contentu concessit cum regni.* Eas quatuor voces pro supervacuis induxit Gelenius. Videtur potius leviter corrigendum fuisse: *Dardanos transgressos ab contemtu concessi velut regni.* Philippus dum contrahit undique militem in bellum adversus Romanos, oppositam Dardanis regni partem praesidio nudaverat: atque eam velut in praedam, se ipsum contemtui, latrocinio gaudentium populorum exposuerat atque concesserat. Infra [c. 38, 3.] *Smyrna et Lampsacus libertatem usurpabant: periculum erat, ne, si concessum his foret, aliae urbes sequerentur.* 10, [24, 14.] *Postremo se collegae honores praemiaque concessurum verecundia aetatis ejus majestatisque. quum periculum, dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte. neque cessurum.* 23, [18, 2.] *Quia silentium erat, solitudo visa, metuque concessum barbarus ratus, moliri portas et claustra refringere parat.* 37, [31, 5.] *Quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset.* 42, [13, 10.] in oratione Eumenis: *Haec quum vobis quiescentibus et patientibus fecerit, et concessam sibi Graeciam esse a vobis videat.* Glareanus, qui nec Gelenio scit assentiri, (non hic, sed in aliis quoque certioribus) nec ipse quid melius adfert, quid muginetur, non intelligo. J. FR. GRON. Lego minima mutatione *concussi tum regni.* Scilicet toto prope orbe terrarum in Thessalia, Achaja, et Asia profligabat Macedonas fortuna, regnumque illud gravibus damnis afficiebat et labefactabat. Id enim est *concutere.* Nepos Epam. 6. *Ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna.* Florus 2, 15. *Ut, quam urbem concusserat avus, nepos ejus everteret.*

Digitized by Google

1 XIX. Philippus quum audiffet, Dardanos, transgreffos fines ab contemtu concussi tum regni, supe-
2 riora Macedoniae evaftare, quamvis toto prope orbe terrarum, undique se suosque profligante fortuna,
3 urguebatur, tamen morte triftius ratus, Macedoniae etiam possessione pelli, delectu raptim per urbes Macedonum habito, cum sex millibus peditum et quingentis equitibus circa Stobos Paeoniae in-
4 proviso hoftes obpreffit. Magna multitudo hominum in proelio, major praedandi cupidine palata per agros caesa eft. quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem casu pugnae, in fines suos redie-
5 runt. Ea una expeditione non pro reliquo ftatu

Vellejus 2, 78. *Quas* provincias *Labienus magnis momentis concusserat.* Et c. 79. *Virum humana ope invictum graviter eo tempore fortuna concussit.* JAC. PERIZON. Liv. 22, 34, 2. *Ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia splendentem vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur.* 28, 44, 11. *Concusso jam et pene fracto Hannibale.* 31, 7, 10. *Florentem Italiam adgressus Pyrrhus tamen concussit.* Valer. Max. 4, 1. ext. 4. *Concussum et labentem civitatis statum in pristinum habitum revocavit.* ubi nihil mutandum. Silius 9, 44.

Per toties, inquit, concussae moenia Romae.

17, 175. *Karthago laboret Ut trepidi Hasdrubalis Non una concussa fuga.* V. Inl. Heinsium ad Vell. Pat. 2, 2. et Cl. Duker. ad Flori 2, 15, 12. Quia codicis Moguntini lectio commodum sensum non reddebat, eam editores Livii uno consensu repudiarunt. Et quidem Froben. anno 1535. Gelenii conjecturam in contextum recepit; eaque ad Gronov. usque obtinuit: qui in priori ed. notarum emendavit *ab contemtu concessi tum regni.* Id autem postea in contextu Liviano Gelenii conjecturae subposuit, et anno 1665. ut et omnes recentiores viri docti servarunt, licet jam tum Gronovius, priori emendatione rejecta, aliam in curis secundis proposuerit. Quum igitur conjecturis fiandum sit, neminem vitio versurum confido, si certissimam Perizonii, quam etiam Crevier. probavit, receperim. [*ab contemtu concussi tum regni* Bamb.] Emendationis Glareani, quam se non intelligere Gronov. fatetur, hic sensus fuiffe videtur, Philippum, quum audiviffet Dardanos fines transgreffos, discessiffe ab conventu, sive conloquio cum Quinctio et aliis, de quo egit Livius c. 13. Quum vero audivisset, (haec enim verba repeti voluiffe

Digitized by Google

fortunae facta, refectis suorum animis, Thessalonicam sese recepit. Non tam in tempore Punicum 6
bellum terminatum erat, ne simul et cum Philippo foret bellandum; quam opportune, jam Antiocho in Syria moliente bellum, Philippus est superatus. nam, praeterquam quod facilius cum singulis, quam 7
si in unum ambo simul contulissent vires, bellatum est; Hispania quoque sub idem tempus magno tumultu ad bellum consurrexit. Antiochus quum, prio- 8
re aestate omnibus, quae in Coele-Syria sunt, civitatibus Ptolemaei in suam potestatem redactis, in hiberna Antiochiam concessisset; nihilo quietiores postea res habuit. omnibus enim regni viribus con- 9

videtur) eos superiora regni Macedoniae evastare, quamvis ubique adversa fortuna bellum gerebatur, milites conscripsisse, et obvium progressum inproviso hostes obpressisse. Eam tamen nemini placituram existimo.

§. 2. *Quamvis toto prope orbe terrarum, undique se suosque profligante fortuna, urgebatur*] Versus *se suosque profligante fortuna urgebatur* obscuram habet compositionem. GLAR. Cur obscura haec compositio visa sit, nescio; nisi forte fuerit, quod amphibolon esse putet, utrum fortuna se suosque, an vero Philippum ejusque socios profligarit: ad quae tamen neminem suae mentis haesurum spero. Vox *toto* deest in ed. Mog. quae etiam dedit *se suosque eligente*, pro *profligante*. Vulgatum prima exhibuit Froben. anni 1535. [*Quamvis toto prope* etc. *se suosque exigente fortuna*. Bamb.]

§. 3. *Circa Stobos Paeoniae*] Ptolemaeus [3, 13.] Stobos Pelagonum oppidum ponit inter Axium ac Erigonem fluvios. Ergo hic legendum *Pelagoniae*, non *Paeoniae*. Intraverant enim jam Macedonum regnum Dardani. GLAR. Ab Glareani conjectura sic [*Pelagoniae*] receptum, quum codex Moguntinus, unde primum typis descriptus hic liber, haberet *Stobos Paeoniae*. Auctore Ptolemaeo utitur Glareanus, qui Pelagonum id oppidum dicat. Quid tum? Excerpta Strabonis l. 7, [331.] Ὅτι παρ' Ὁμήρῳ Ἀσεροπαῖος υἱὸς Πηλεγόνος ἐκ Παιονίας ὧν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ ἰσορεῖται. διὸ καὶ Πηλεγόνος υἱὸς· οἱ γὰρ Παιόνες Πελαγόνες ἐκαλοῦντο. Noster 39, [53, 15.] *Paeoniae ea regio est prope. Erigonum fluvium, qui ex Illyrico per Paeoniam fluens in Axium amnem editur. Haud procul Stobis veteri urbe.* 40, [21, 1.] *Stobos Paeoniae exercitu indicto in Maedicam ducere pergit.* 45, [29, 13.] *Salis commercium dedit: tertiae regioni imperavit, ut Stobos Paeoniae deveherent.*

Digitized by Google

nisus, quum ingentes copias terrestres maritimasque comparasset, principio veris praemissis terra cum exercitu filiis duobus, Ardye ac Mithridate, jussis-
10 que Sardibus se opperiri; ipse cum classe centum tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis cercu-
11 risque ac lembis ducentis, proficiscitur: simul per omnem oram Ciliciaeque et Cariae tentaturus urbes, quae in ditione Ptolemaei essent; simul Philippum (necdum enim debellatum erat) exercitu navibusque adjuturus.

Plinio 4, 10. inter Paeoniae gentes *Pelagones, Mygdones*. J. FR. GRON. V. Cellarii 2. Geogr. ant. 13. 662. [*Stabos Poeoniae* Bamb. qui ante *pelli* omittit. §. 4. *cupidine praedandi*. §. 5. *expedicione proelii vastatu fortunae facta* etc. *se recepit*. §. 6. *erat, simul*, omisso *ne*, deinde *ex Syria movente bellum*. idem.]

§. 8. *Nihilo quietiores postea res habuit*] Haec lectio primum proposita est in Frobeniana ed. anni 1531. Priores simul cum Mogunt. ex Msto vulgarunt *nihilo quietiores res Pausistratus habuit*. Quod qui mutavit, et vulgati auctor exstitit, quum ordinem verborum servare, et *quietiores res postea habuit* dare debuisse videatur, voces potius trajecit, ut vitaret ingratam auribus repetitionem *quietio r e s r e s*. V. tamen ad 26, 46, 6. Aliud hoc loco latere videtur, quod acutioribus indagandum trado. [*Antiochus* etc. *civitatibus ex Ptolemaei diciona in suam p. r. in h. Antiocheam concessisset; nihilo quietiora ea ipsis aestivis habuit*. Bamb.]

Filiis duobus, Ardue ac Mithridate] Ita primus edidit Cervicornus anno 1528. quum Mogunt. ex cod. eosque secuti Aldus et Sobius vulgassent *Ardue agmine tridatis*. At insuper legendum *Ardye*. *Ardys* hominis nomen obcurrit apud Polyb. 5, 53. et 60. unde id nomen in aula Antiochi eo tempore usitatum fuisse constat. Ardys rex Lydorum, Gygis filius, memoratur Herodoto 1, 15. Ab *Ardys* autem formatur casus patrius *Ardyis*, ut ab *Atys* et *Capys* similiter *Atyis* et *Capyis*. V. ad 1, 3, 8. Ceterum *Ardys* et *Mithridates* Antiochi filii alibi, quod sciam, non reperiuntur; at *Mithridates* filius sororis Antiochi apud Polyb. in Exc. de Virtut. et vit. p. 1381. An igitur legendum hic *filiis duobus sororis?* [*filiis duobus, Ardye ac Mithridate* Bamb. mox *opperire*, et *lectarum navium*, ac *cercyrisque*. idem.]

§. 10. *Per omnem oram Ciliciaeque et Cariae*] Non exciderunt, quae de copulis *que* atque *et* notavi ad 10, 30, 2. quum tamen haec lectio demum compareat in ed. Frob. anni 1535. ac priores legerint *Ciliciae et Cariae*, illud *que* expungendum censuissem, nisi Gelenium, qui editioni huic Frobenii praefuit, cod. unicum consuluisse constaret:

Digitized by Google

XX. Multa egregia Rhodii pro fide erga populum 1
Romanum, proque universo nomine Graecorum,
terra marique ausi sunt: nihil magnificentius, quam 2
quod ea tempestate, non territi tanta mole inmi-
nentis belli, legatos ad regem miserunt Nephelida,
(promontorium Ciliciae est, inclitum foedere anti-
quo Atheniensium) si eo non contineret copias suas,
se obviam ituros; non ab odio ullo, sed ne conjun- 3
gi cum Philippo paterentur, et impedimento esse
Romanis liberantibus Graeciam. Coracesium eo tem- 4

ex quo lectionem hanc petitam esse suspicio est. [*Ciliciae Lyciaeque et Cariae.* Bamb.]

[§. 1. *Multa egregie Rhodii.* Bamb.]

§. 2. *Miserunt, nec Helicinas (promontorium Ciliciae est, inclitum foedere antiquo Atheniensium) si eo non contineret*] Impudens mendum hoc loco est. Sed pro *nec Helicinas* legendum est *Nephelida*, cujus in Ciliciae descriptione meminit Ptolemaeus [5, 8.] ut reliqua hic oppida apud eundem littoralia invenies. Sensus est: Rhodii ad regem miserunt legatos Nephelida. Quidam perperam emendarunt hunc locum, adjicientes verbum *superaret* de suo: ad quem modum multa emendare possemus, si quidem id emendare, ac non potius corrumpere est authores. GLAR. Scire cupio, quodnam illud foedus, aut cum quo ab Atheniensibus factum fuerit. In eo, quod additur, *si eo non contineret copias suas*, supplendum est *promontorio*, si locus sanus est. Sed magis placeret *si eo loco non c. c. suas.* DUK. Ut ad caput hujus adnotationis legitur, ediderunt Mogunt. eosque secuti proximi. Froben. deinde anno 1531. vulgavit *miserunt, ne Helicinas (promontorium Ciliciae est* etc.) *superaret. Si eo non contineret.* Ea, quae nunc exstat, lectio a Vascos. ex emendatione Glareani primum recepta est. Ceterum Doujatius indicari putat foedus, quod Cimon Atheniensis, mari ac terra eadem die victor, ab Artaxerxe primo, Persarum rege, cui Longimano cognomen, sub initium Olymp. 84. expresserat: quo cautum erat, ne ultra Chelidonias insulas ad Sacrum Lyciae promontorium versus occasum navigare Persis armatis liceret. Foederis hujus meminerunt Diod. Sic. 12, 293. et Plut. in Cimon. p. 486. Nescio tamen, unde patere possit, hoc foedus ad Nephelida compositum esse. [*miserunt Nechelidonias* (l. *ne Chelidonias*) *promontorium Ciliciae est inclutum f. a. Ath. cum legibus* (l. *regibus*) *Persarum superaret, si eo fine contineret classem copiasque* etc. Bamb.]

§. 3. *Et impedimento esse Romanis*] Ita Froben. anno 1531. edidit. Priores cum Mogunt. dederunt *impedimento esset*, ut potius pendeat ex τῷ *ne*, quam ex verbo *paterentur*. [*esse* Bamb.]

Digitized by Google

pore Antiochus operibus obpugnabat. Zephyrio, et Solis, et Aphrodisiade, et Goryco, et, superato Anemurio, (promontorium id quoque Ciliciae est)
5 Selinunte recepto, omnibus his aliisque ejus orae castellis, aut metu, aut voluntate, sine certamine, in deditionem acceptis, Coracesium praeter spem
6 clausis portis tenebat eum. Ibi legati Rhodiorum auditi. et quamquam ea legatio erat, quae accendere regium animum posset, temperavit irae: et,
7 *legatos se Rhodum missurum*, respondit, *iisque mandaturum, ut renovarent vetusta jura, cum ea civitate, sua majorumque suorum: et vetarent eos adventum pertimescere regis, nihil his aut sociis eo-*

§. 4. *Superato Anemurio*] Fortassis: *et Coryco et supra Anemurium (promontorium id quoque Ciliciae est) Selinunte, omnibus his aliisque ejus orae castellis, aut metu aut voluntate, sine certamine, in deditionem acceptis:* deleto *τῷ recepto:* quod interposuerunt, quibus serum fuit ad omnia superiora revocare verbum commodum, quod intelligerent ex eo, quod sequitur, *acceptis*. J. FR. GRON. [*Coracensium* sed §. seq. *Coracesium*. Bamb, Deinde *Soltis*, et *Corigo*, ac *Elinunte*. idem.]

§. 5. *Omnibus vicis aliisque ejus orae castellis*] Pro *omnibus vicis aliisque* scriptum est *omnibus his aliisque*. GELEN.

Sine certamine in deditionem acceptis] Sic vulgavit (concinente Bamb.) Froben. anno 1531. Moguntini ediderant *in ditionem acceptis*. Prior locutio Livio est familiarissima. Exempla v. 8, 12, 6. c. 13, 8. c. 15, 2. 9, 16, 1. c. 24, 13. 23, 30, 5. 28, 22, 1. 29, 8, 3. 34, 17, 11. c. 20, 9. 39, 2, 1. 40, 41, 3. c. 49, 1. 42, 53, 9. et apud auctorem Epit. Liv. 61. Eamdem etiam ex Mssis reddidi eidem auctori Epit. Liv. 38. ubi nunc legitur *per deditionem accepit*. Alterum genus loquendi apud Livium nondum observavi, sed, quod parum inde distat, *in jus ditionemque recipere* obcurrit 21, 61, 7. Tot igitur exemplis inducor, ne lectionem a Frobenio invectam mutare audeam.

§. 7. *Ut renovarent vetusta jura*] *vetusta foedera* legendum esse, ad marginem Livii conjecit Cl. Ant. Perizonius. [*pertimescere adventum regis*, mox *nihil aut iis aut sociis noxiae*. Bamb.]

§. 8. *Non violaturum. Argumento* etc. *esse*] Tolle *τελεῖαν σιγμὴν*, et continua orationem hoc modo: *Nam Romanorum amicitiam se non violaturum argumento et suam recentem ad eos legationem esse*. J. FR. GRON. Recte. Majorem distinctionem demum admisit ultima

Digitized by Google

rum noxae futurum fraudive. nam, Romanorum 8
amicitiam se non violaturum, argumento et suam recentem ad eos legationem esse, et senatus honorifica in se decreta responsaque. Tum forte legati 9
redierant ab Roma, comiter auditi dimissique, ut tempus postulabat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. Quum haec legati regis in con- 10
cione Rhodiorum agerent, nuncius venit, debellatum ad Cynoscephalas esse. Hoc nuncio accepto, Rhodiis, demto metu a Philippo omni, erat consilium obviam eundi classe Antiocho. Illam alteram 11
curam non omiserunt, tuendae libertatis civitatium sociarum Ptolemaei, quibus bellum ab Antiocho

Gruteri: priores ejus loco praeferunt minimam.

§. 9. *Tum forte legati redierunt ab Roma*] Lege *redierant*. J. FR. GRON. Hoc etiam probo. *redierunt* enim non ulla exhibet editio ante Basil. anni 1554. operarum, ut verisimile fit, aberratione. [*rediebant* Bamb.] Moguntini dederunt *redibant*; Froben. deinde *redierant*, ut Gronov. conjecit; quod recepi. [§. 10. *Rhodii demtu metu a Philippo omiserant consilium o. e. c. Antiochulta alteram curam* etc. *civitatium s. Ptolemaei.* Bamb.]

§. 11. *Tuendae libertatis civitatum sociarum*] Ita Aldus edidit; at Mogunt. ex cod. suo *civitatium*: quam formam probavit Vossius 4. Gramm. 14. V. etiam Cortium ad Sall. Catil. 40, 2. Qui edendo Livio praefuerunt, inlaudabili inconstantia interdum *civitatium*, sed saepissime *civitatum* vulgari curarunt; quum tamen in plerisque locis optimi Msti semper *civitatium* probent, quos proinde secutus sum. Ita partim ex Florent. partim ex Leid. 1. qui primae partis operis Liviani integerrimi sunt codices, hanc lectionem restitui 1, 9, 1. c. 17, 4. 2, 6, 5. et 3, 31, 8. Quam formam in libris belli Punici servet optimus Put. nescio, quum viri docti, qui venerandae antiquitatis et eximiae bonitatis volumen versarunt, sileant; at ex Flor. bonitate ei proximo *civitatium* restitui 25, 8, 1. c. 40, 4. 26, 49, 9. et 28, 16, 10. Semel etiam Gronov. ita edidit 26, 40, 15. ubi omnes mei, etiam Flor. alteram scripturam praeferunt. In hac autem parte Livii, cujus pars ope cod. Moguntini ab interitu servata est, eodem illo codice emendatiorem atque integriorem non novi. Ejus autem auspiciis similiter *civitatium* non tantum hic reposui, sed etiam 33, 34, 1. 34, 16, 5. c. 17, 7. c. 36, 3. 35, 16, 13. 36, 42, 3. ope autem ed. Mediol. anni 1480. saepissime. In quin-

Digitized by Google

12 inminebat. nam alias auxiliis juverunt, alias providendo ac praemonendo conatus hostis: caussaque libertatis fuerunt Cauniis, Myndiis, Halicarnassensi-
13 bus, Samiisque. Non operae est persequi, ut quaeque acta in his locis sint, quum ad ea, quae proprie Romani belli sunt, vix subficiam.

1 XXI. Eodem tempore et Attalus rex, aeger Thebis Pergamum advectus, moritur altero et septuagesimo anno; quum quatúor et quadraginta annos re-

que ultimis historiarum Livii libris unicus ille codex, ex quo evulgati sunt, si unum vel alterum locum excipias, semper *civitatium* exaratum habuisse videtur: certe ita ex illo Froben. anno 1531. edidit. V. ad 41, 22, 7. Adde, Livium plurium aliorum vocabulorum genitivum pluralem similiter formare solitum fuisse, si Mstis optimis credendum est. De quibus v. 4, 33, 4. et 7, 38, 5. Hinc *civitatium* substituere ausus sum, ubi in codicibus tamen altera lectio obtinebat, 32, 10, 4. 35, 16, 2. aliisque locis. [*inminebat. nam alios providendo promonendo conatus hostis: caussaque l. f. Caunis, Myndis Alicannanensibus, Samiisque.* Bamb.]

§. 12. *Cauneis, Mindiis*] Rectius in aliis *Cauniis Myndiis*. Gentile a *Caunus* non minus apud Latinos, quam apud Graecos, tertiam vocalem habet in secunda syllaba. Apud Ciceronem quidem 2. de Divin. 40. et apud Plinium 15. Hist. Nat. 19. est *Cauneae caricae*. et in Petron. c. 44. *Habemus aedilem trium Caunearum*. Sed v. Jac. Gronov. ad Cic. l. laud. Nec *Mindus*, sed *Myndus*, scribunt Latini, a Graeco *Μύνδος*. DUK. Priscae edd. Moguntina, et multae aliae *Cauniis, Myndiis*. In Heinsii Elzeviriana operarum errore datum *Caumis*, pro quo Gronov. demum *Cauneis* substituit. At saltem dandum erat *Caunaeis*, si quidem verum sit, quod Stephan. tradit in voce *Καῦνος*, gentile hujus vocis formari *Καύνιος* *καὶ Καυνία*, *καὶ Καυναῖος*. Sed *Cauniis* praestare tum prima ed. tum ratio erroris a typographis commissi docet: literae enim *ni* coaluerunt in *m*, quae tantum iterum separandae erant. Nam et populum hunc *Caunios* vocat Liv. infra 45, 25, 11. Deinde *Mindiis* prima dedit ed. Francof. anni 1578. At *Myndus* recte haec urbs vocatur infra 37, 16, 2. [*Non praeest persequi quaeque* etc. *quae propria Romani belli vix sufficiant.* Bamb.]

§. 1. *Moritur altero et septuagesimo anno, quum quatuor et quadraginta annos regnasset*] Suidas in v. *Ἄτταλος* hunc locum vertit, ac duos et septuaginta annos vixisse hunc ait. SIG. Conferendus cum hoc loco est Polyb. de Vit. et Virtut. p. 1428. ex quo sua haec vertit Livius. Et quidem pag. seq. inquit Polyb. *βιώσας ἔτη δύω πρὸς τοῖς ὁ. τούτων δὲ βασιλεύσας μ' καὶ δ'*. Ex quo eodem loco Polybii sua etiam hausit Suidas, ut nuperus

Digitized by Google

gnasset. Huic viro, praeter divitias, nihil ad spem 2
regni fortuna dederat. his simul prudenter, simul
magnifice utendo, effecit, primum ut sibi, deinde ut
aliis non indignus videretur regno. Victis deinde 3
proelio uno Gallis, quae tum gens recenti adventu
terribilior Asiae erat, regium adscivit nomen, cujus
magnitudini semper animum aequavit. Summa justi- 4
tia suos rexit: unicam fidem sociis praestitit: uxo-
rem ac liberos quatuor superstites habuit: mitis ac 5

ejus editor ibidem monuit, non vero ex hoc loco Livii, ut credidit Sigonius; cujus tempore nondum laudata operis Polybiani pars in lucem publicam protracta erat. [*aeger ab Thebis.* Bamb.]

§. 2. *Huic viro, praeter divitias, nihil* etc.] Polyb. p. 1428. *Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξαρχῆς ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφόδιον ὑπῆρξε πρὸς βασιλείαν τῶν ἐκτὸς, πλοῦτος δὲ μόνον.* [*lis simul.* Bamb.]

§. 3. *Victis deinde proelio uno Gallis*] Polyb. p. 1428. *Νικήσας γὰρ μάχῃ Γάλατας, ὃ βαρύτατον καὶ μαχιμώτατον ἔθνος ἦν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο, καὶ τότε πρῶτον αὐτὸν ἔδειξε βασιλέα.* Attalum hunc principum Pergamenorum primum exstitisse, qui titulum regis sumserit, vulgo credunt viri docti. V. Spanhem. de Praest. et usu numism. Diss. 8. p. 511. et Vales. ad loc. Polyb.

Cujus magnitudini semper animum aequavit] Dubito, an Livius scripserit *cujus magnitudinem semper animo aequavit*, id est, magnitudini nominis regii parem habuit ac praestitit animum. 35, 43, 1. *Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt, quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non aequant.* Virgil. 4. Georg. 132. *Regum aequabat opes animis.* Flor. 2, 14. *implere* dixit: *Regiam fortunam, regium nomen animo quoque regio implevit.* quod etiam potuisset dicere *aequavit.* V. Cl. Burmann. ad Virg. 1. Aen. 716. Poëtae tamen metri, ut puto, caussa interdum aliter. Auctor Panegyrici ad Pison. vers. 12.

Felix, qui tantis animum natalibus aequas.

DUK. *cujus magnitudine* est in ed. Mog. pro quo jam Aldus *magnitudini* substituit. [*magnitudinis.* Bamb.]

§. 4. *Unicam fidem sociis praestitit*] Polyb. p. 1429. *Διεφύλαξε δὲ τὴν πρὸς πάντας τοὺς συμμάχους καὶ φίλους πίστιν.*

Uxorem ac liberos duos superstites habuit] Ut nihil caviller, quam Latine hoc dicatur *liberos duos*, (nam Livium ita locutum non credo) certe 38, [13, 3.] Attalus atque Athenaeus Eumenis fratres nominantur, omnes hujus Attali filii. GLAR. Legendum est *liberos quatuor*, Eumenem, Attalum, Athenaeum, et Philetaerum, quorum meminit Livius 42, [55, 7.] et Appian. in Syriaco [p. 89.] SIG. Ita legendum esse, quam-

Digitized by Google

munificus amicis fuit: regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio ejus descen-
6 derit. Quum is status rerum in Asia, Graeciaque, et Macedonia esset, vixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hi-
7 spania ulteriore coortum est bellum. M. Helvius eam

vis invito unico cod. constat ex loco Polyb. quem Livius reddidit, p. 1429. *Τὸ δὲ μέγιστον δ' υἱοὺς ἐν ἡλικίᾳ καταλιπών.* Ceterum uxor haec, quam Attalus superstitem habuit, dicta est Apollonias, patria Cyzicena, teste Polyb. p. 1433. b. ubi eam pluribus laudat, et quatuor filiorum Attali matrem fuisse testatur. [*comis uxor ac liberos duos superstites habuit.* Bamb. unde Göller. *comis in uxorem ac liberos,* (*quatuor s. h.*) Jacobsius *comis uxori ac liberis, duos* etc. Kreyssigius *comis uxori ac liberis, quos* etc. conjiciunt.]

§. 5. *Mitis ac munificus amicus fuit*] Lege *amicis*. Justinus de Philippo et Alexandro 9, [8.] *Regnare ille cum amicis volebat; hic in amicos regna exercebat.* J. FR. GRON. Gronovii emendationem probant verba Polybii p. 1428. *Ὃς τὴν ἀρχὴν ἐνεδήσατο τῆς προειρημένης ἐπιβολῆς οὐ μόνον διὰ τῆς εἰς τοὺς φίλους εὐεργεσίας καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων.* Per *amicos* regum autem intelliguntur eorum aulici, purpurati. Supra 9, 18, 4. *Referre piget et foeda supplicia, et inter vinum et epulas caedes amicorum, et vanitatem ementiendae stirpis.* 33, 41, 8. *Magna vis hominum ibi interiit,* etc. *etiam insignium amicorum.* 35, 15, 7. *Cum Minione quodam, qui princeps amicorum ejus erat, secreta consilia agitavit.* c. 18, 1. *Alexander Acarnan in concilio erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Antiochi.* 36, 41, 1. *Quam securitatem ei* [Antiocho regi] *magna pars amicorum aut per errorem aut adsentando faciebat.* [*amicis* est in Bamb.]

Regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam] Polyb. p. 1429. *Οὕτως ἡρμόσατο τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, ὥστε παισὶ παίδων ἀσαφίστατον παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν.* [*relinquit, ad tertiam strippem possessio ejus descenderet. Cum hic status.* Bamb.]

§. 7. *M. Helvius eam provinciam obtinebat*] *M. Aelius* legendum ex priore libro [c. 27.] si quidem ibidem recte legitur, ubi hujus anni eliguntur magistratus. GLAR. *M. Helvidius* ed. Mog. pro quo recte jam Aldus *M. Helvius* substituit. Ita enim vocatur supra 32, 27. et 28. ubi ex aedilitate plebeja praetor creatur, et Hispaniam ulteriorem sortitur; et infra 34, 10, 1. 45, 3. [*Culcam et Luxinium.* Bamb.]

§. 8. *Cum Culca decem et septem oppida*] Lib. 28, [13, 3.] *Colcam* appellat duodetrigintа oppidis regnantem. Idem a Polybio *Κόλιχας* dicitur. Suspicor autem, ne hoc etiam loco *XXVII*, pro *XVII oppidis*, ex superiore loco sit reponendum. Veteres libri desunt, quos inspiciamus. SIG. Hunc *Colcam*, sive, ut ha-

Digitized by Google

provinciam obtinebat. Is literis senatum certiorem fecit, *Colcam et Luscinum regulos in armis esse. Cum Colca decem et septem oppida, cum Luscino va-* 8 *lidas urbes, Cardonem et Bardonem: et maritimam oram omnem, quae nondum animos nudaverat, ad finitimorum motus consurrecturam.* His literis a M. 9

det ed. Mogunt. *Culcam*, Polyb. 11, 18. *Κολίχαντα* vocat. At in Legat. num. 22. *Καλδχαντα*. ob quam in nomine varietatem demendo dubitabat Ursin. ad posteriorem loc. Polybii. [*Cum Culcha d. et s. o. cum Luxinino validas urbes.* Bamb.]

Cum Luscinone fidas urbes] Scriptum exemplar, quod unicum exstat, habet, *cum Luscino validas urbes.* Quod vero editio Moguntina hic et aliis locis degenerarit, in caussa fuit priscus character, nec hoc seculo cuivis lectu facilis. GELEN.

Cardonem et Bardonem] Quia in ulteriore Hispania haec acta sunt, pro *Cardone Castulonem* libentius legerim, ac pro *Bardone Betulam*, quae ab Castulone non longe abest, ut ex multis Livii locis patet, praecipue vero l. 28, [13.] *Cardonis* ac *Bardonis* nemo, quod sciam, meminit. GLAR. Si Glareani conjectura probanda est, pro *Betulam* nomen *Baeculam* legendum erit ex sententia Sigonii ad d. l. Liii. Contra Doujatius *Cardonem* et *Bardonem* interpretatur de Cardona et Berga in principatu Catalaunensi. Verum non animadvertit, Livium modo dixisse, bellum hoc *in Hispania ulteriore* exortum esse; regionem vero, quae hodie Catalaunia vocatur, olim pertinuisse ad Hispaniam citeriorem. Neque hac difficultate liberari potest *citeriore* pro *ulteriore* in Livii verbis substituendo. Non enim Helvius, qui eam provinciam, ubi bellum hoc coortum est, obtinebat, Hispaniam *citeriorem*, sed *ulteriorem*, sortitus est, ut Livius testatur 32, 28, 2. V. etiam 34, 10, 1. Potius igitur statuo cum Marca 2. Marcae Hisp. 24, 6. (ubi Pujadesium 3, 37. *Cardonem* de eadem Cardona interpretantem refellit) ignotum hodie esse, quae urbes fuerint. [*Carmonem et Baldonem: in maritima ora Malacinos, sex et anosque, Etruriam omnem, et quae nondum animos nudaverunt, ac finitimorum motus consurrectur.* Bamberg.]

Et maritimam oram omnem] Haec a praecedentibus separanda sunt distinctione majore: nam Colca, Luscinus, oppidaque et urbes illae, quas dicit, jam in armis erant, et consurrexerant. DUK. Ita etiam Crevier. distinxit: cujus interpunctionem recepi. Neque aliter distinxerat, qui librum hunc 33. Romae edidit anno 1616.

Quae nondum animos mutaverat] In scripto exemplari est, pro *mutaverat, nudaverat*. GELEN. Sic Gelenius ex V. C. quum male expressissent ante *mutaverat*. Sed requirit Latinitas *nudaverit*. J. FR. GRON. Moguntini ediderunt *nudaverant*; pro quo Aldus perperam substituit *mutaverat*. *Nudare* enim hic aptum est verbum. 24, 27, 4. *Nec illi primo statim erecti nudare,*

Digitized by Google

Sergio Praetore, cujus jurisdictio inter cives erat, recitatis, decreverunt Patres, ut, comitiis praetorum perfectis, cui praetori provincia Hispania obvenisset,

quid vellent. 35, 32, 2. *Aetoli defectionem nudabant.* V. Gronov. infra ad 44, 38, 1. Gronovii conjecturam probavit Crevier.

§. 9. *His literis a M. Sergio praetore, cujus jurisdictio inter cives et peregrinos erat, recitatis*] Libro priore [c. 28, 2.] ubi hujus anni praetores sortiuntur praeturas, urbana Sergio, peregrina jurisdictio Minutio obtigit. Pro *M.* igitur *Sergio, Minutio* legendum videtur: nisi inter cives et peregrinos intelligas praetorem urbanum, cujus erat officium recitare literas, ut saepe apud hunc authorem. At posteriore anno statim postea [c. 26, 1.] ita loquitur Livius: *Praetores deinde provincias sortiti, L. Apustius Fullo urbanam jurisdictionem, M. Attilius Glabrio inter cives et peregrinos.* quod ego de solo intelligo peregrino. Quamquam Livius libro 35, [41, 6.] post dirum illud incendium, ubi de praetorum provinciis decernitur, ambigue loquitur, ut vix ex hac trica nos explicemus. Sed judicet lector. GLAR. Opinor haec verba inducenda esse: *cujus jurisdictio inter cives et peregrinos erat.* Cur ita opiner, hae causae sunt: primo quod *M.'* hic Sergius praetor urbanus erat; haec autem verba peregrinum describunt. Deinde, quia praetoris urbani negotium erat literas recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paulo ante libro superiore [c. 31, 6.] idem M.' Sergius pr. urb. hoc officium praestitisse dicitur ab eodem Livio, cum ait: *M.' Sergius praetor urb. in senatu eas recitavit.* Quarto quia non solet Livius, ubi semel praetorem urbanum nominavit quemquam, si sit iterum idem nominandus, nisi praetorem addere, ut paulo post [c. 24, 4.] *Hae literae prius in senatu a Sergio praetore recitatae*: praetermisit autem *urbano.* Puto autem ea verba esse ex albo libri desumpta, ubi illustrandi loci causa ab inscio aliquo fuerant scripta. Significari autem praetorem peregrinum, cum ait, *inter cives et peregrinos*, inferiora, quae recitabo, testimonia demonstrabunt. Est autem primum intelligendum, praetores duos creari consuevisse, qui Romae jus dicerent; alterum, qui civibus; alterum, qui peregrinis. ut Livius 42, [28, 6.] *His praetoribus provinciae decretae duae jure Romae dicundo.* Et 43, [11, 8.] *Designatis praetoribus, praeter duas urbanas, quatuor provinciae sunt decretae.* Itaque plerumque solet unam urbanam, alteram peregrinam provinciam nominare: alias vero unam urbanam jurisdictionem, alteram vel inter peregrinos, vel inter cives et peregrinos, ut 40, [1, 2.] *Jurisdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit.* Et 41, [15, 5.] *Praetores L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos sortiti sunt.* 42, [1, 4.] *Praetores deinde provincias sortiti sunt: A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives et peregrinos.* 33, [26, 1.] *Praetores deinde provincias sortiti, L. Apustius Fullo urbanam jurisdictionem, M.' Acilius Glabrio inter cives et peregrinos.* Et 22, [35, 5.] *Romae jurisdicundi urbana sors Pomponio, inter cives Romanos et peregrinos P. Furio Philo eve-*

Digitized by Google

is primo quoque tempore de bello Hispaniae ad senatum referret.

XXII. Sub idem tempus consules Romam venenit. Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam provinciam obtigisse, narrat idem Livius in comitiis praetoriis exponendis [32, 28, 2.] SIG. Clausulam, quae praetorem describit, inducendam esse, pugnat Sigonius quatuor argumentis: primum, quod Manius hic Sergius praetor urbanus esset, non peregrinus: deinde, quia praetoris urbani negotium fuerit recitare literas in senatu, non peregrini: tertio, quia libro superiore [c. 31, 6.] hoc officium praestitisse dicatur Manius Sergius praetor urbanus: quarto, quia non soleat Livius, ubi semel *praetorem urbanum* nominavit quemquam, si sit iterum nominandus, nisi *praetorem* addere: ut paullo post [c. 24, 4.] *Hae literae prius in senatu a Sergio praetore recitatae:* ubi praetermisit scilicet *urbano*. Ex his tria priora argumenta evincunt, non totam clausulam, quod contendit Sigonius, sed duo verba, *et peregrinos*, inducenda esse. Nam urbanus haud dubie erat, non peregrinus: quod etiam advertit Glareanus, sed male, pro *Sergio*, *Minucium* obducit. Quartum, quod proprie sententiam Sigonii probare videtur, fallit: non enim hoc perpetuum Livio, ut semel tantum urbanum praetorem vocitet. M. Aemilius praetor urbanus 22, [9, 11.] quae decemviri ex libris Sibyllinis ediderant, ab senatu curare jussus. De eo libro eodem c. 33, 8. *Duumviri ad eam rem creati ab Aemilio praetore urbis Cn. Pupius et Caeso Quinctius Flamininus.* De eodem 27, 33, 8. *Ludos magnos, quos M. Aemilius praetor urbis C. Flaminino Cn. Servilio consulibus fecerat, et in quinquennium voverat.* Sic 26, 3, 9. *Diemque comitiis ab C. Calpurnio praetore urbis petiit.* De eodem c. 10, 2. *C. Calpurnium praetorem urbanum Capitolio atque arci praeesse.* Habes 27, 22, 3. *P. Licinio Varo evenisse provinciam urbanam.* Legis deinde §. 12. *P. Licinio Varo praetori urbis negotium datum.* Neque eo minus cap. seq. §. 7. *P. Licinius Varus praetor urbis legem ferre ad populum jussus.* Ergo scribe *a Manio Sergio praetore, cujus jurisdictio inter cives erat.* J. FR. GRON. Pariter infra 34, 43, 6. Livius refert, Cn. Domitio praetori urbanam jurisdictionem evenisse; et tamen inquit iterum c. 53, 2. *Ea bina comitia Cn. Domitius praetor urbanus in Capitolio habuit.* 34, 55, 6. C. Scribonius dicitur jurisdictionem urbanam sortitus esse; et tamen additur c. 57, 3. *Hae legationes a C. Scribonio praetore urbano in senatum intro ductae sunt.* 35, 20, 8. M. Fulvius Centumalus sortitur praeturam urbanam; de eodem tamen ait c. 24, 8. *M. Fulvio praetori urbano negotium datum est, ut quinqueremes novas quinquaginta faceret.* Ceterum *M. Sergio* cum antiquis edd. non *M? Sergio*, ut nunc vulgo ex Sigonii conjectura editur, legendum esse, supra docui ad 32, 27, 7. [*inter cives et peregrinos recitatis*, omisso *erat*, Bamb. mox *cum*, pro *cui*, *praetori*. idem.]

§. 2. *C. Atinius Labeo*] Ita Froben. [concinente Bamb.] anno 1535. edidit. Mogunt. et pauci eos secuti vulgarunt *Catinius Labeo*, quemadmodum etiam infra

Digitized by Google

runt: quibus in aede Bellonae senatum habentibus,
postulantibusque triumphum ob res prospere bello
2 gestas, C. Atinius Labeo et C. Ursanius tribuni ple-
bis, ut separatim de triumpho agerent consules, po-
stularunt. *communem se relationem de ea re fieri non*
3 *passuros, ne par honos in dispari merito esset.* Quum-
que Minucius utrique provinciam Italiam obtigisse
diceret, communi animo consilioque se et collegam
4 res gessisse; Cornelius adjiceret, Bojos adversus se
transgredientes Padum, ut Insubribus Cenomanisque
auxilio essent, depopulante vicos eorum atque agros
5 collega, ad sua tuenda aversos esse; Tribuni *res tan-*
tas bello gessisse Cornelium fateri, *ut non magis de*
triumpho ejus, quam de honore Diis inmortalibus
6 *habendo dubitari possit.* *Non tamen nec illum, nec*
quem-

c. 25, 6, et 42, 7. sollemni scribarum errore. V. ad 38, 35, 2. [mox *C. Afranius tr. pl.* Bamb. §. 3. *Italiam provinciam* etc. *gessisse; et C. Cornelius.* idem.]

§. 5. *De honore Diis inmortalibus habendo dubitari posset*] Haec quoque lectio ex ed. Froben. anni 1535. profluxit. Moguntini aliique priores vulgarunt *dubitari possit;* quod revocavi. [*possit* Bamb. ante *gessisse C. Cornelium.* idem. §. 6. *ut cum sibi meritum triumphum* etc. *honorem inmeritum inpudenter* etc. idem.]

§. 8. *T. Juvencium*] Quamvis hoc modo Moguntini multique alii vulgarint, legendum tamen est *T. Juventium*, cum [Bamb.] Frobeniana utraque, Basileensi anni 1539. Vascos. Gryph. et Sigon. Ita enim id nomen scribitur in fastis Capitol. ad annum DXC. Clericus semel ita edidit 39, 31, 4. Sed alteram scripturam servavit non modo antea, ut hoc loco, et 34, 42. ac 43. sed postea etiam 39, 38, 4. 43, 8, 2. et 45, 16, 3. ac 21, 1.

Et Cn. Labeonis fratrem] Quo auctore factum sit, ignoro: apud Gryphium jam invenio. Moguntiaci et Aldo editum: *et Cn. Labeonem ejus fratrem.* Aut uterini fuerunt, aut alter in adoptionem datus. J. FR. GRON. *et Cneum Labeonis fratrem* ante Gryphium edi curarunt Froben. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos. existimantes, ut videtur, indicari alterius tribuni fratrem. Quae si displicet lectio, revocanda est illa, quae in Mogunt. et proximis exstitit *et C. Labeonem ejus fratrem.* eam recepi: licet tamen

Digitized by Google

quemquam alium civem tantum gratia atque opibus valuisse, ut, quum sibimet triumphum impetrasset, collegae eumdem honorem inpudenter petenti daret. Q. Minucium in Liguribus levia proelia, vix digna 7
dictu, fecisse: in Gallia magnum numerum militum amisisse. Nominabant etiam tribunos militum T. Ju- 8
ventium, et C. Labeonem ejus fratrem, qui adversa pugna cum multis aliis viris fortibus, civibus ac socii, cecidissent. *Oppidorum paucorum ac vicorum* 9
falsas, et in tempus simulatas, sine ullo pignore deditiones factas esse. Hae inter consules tribunosque 10
altercationes biduum tenuerunt, victique perseverantia tribunorum consules separatim retulerunt.

XXIII. C. Cornelio omnium consensu decretus 1
triumphus. et Placentini Cremonensesque addiderunt favorem consuli, gratias agentes commemorantes- 2

id, quod Froben. substituit, magis placeat. — Aldus Manutius ad Cicer. de Amic. 20. *ejus fratrem* exponit suum, sive C. Asinii Labeonis supra nominati, fratrem. — [*T. Juventium, Cn. Ligurium legionis quartae adversa pugna cum multis aliis viris* etc. *cecidisse.* Bamb.]

§. 9. *Sine ullo pignore deditiones factas esse*] Id est, neque obsidibus acceptis, neque armis ademtis. 28, 34, 7. *Obsides accepti, arma ademta.* Et, *Se neque arma iis ademturum, quippe ea pignora timentium rebellionem esse.* etc. *neque in obsides innoxios, sed in ipsos, si defecerint, saeviturum.* DUKER.

§. 1. *Cn. Cornelio omnium consensu*] *C. Cornelio* legendum esse, supra dictum est ad 32, 27, 5. [et ita Bamb.] Similiter scribi debet mox §. 4. Utroque loco Cl. Crevierius veram scripturam recepit.

Et Placentini Cremonensesque addiderunt] Hic eorum sequitur opinionem, qui hoc anno Hamilcarem Poenum in Gallia a consulibus Cn. Cornelio ac Q. Minutio victum scribunt, Cremonamque obsidione liberatam, cum l. 31, [21.] praetorem L. Furium Purpureonem ea gessisse scripserit non exspectato consule Cotta, qui pugnae adesset. 32. vero lib. [c. 30.] tamquam aliorum, eamdem recitavit historiam. GLAREAN.

§. 2. *Plerosque etiam, quum apud hostes essent, servitute exceptos*] An non potius *servitute exemptos?* ut *eximere obsidione.* 24, [41, 6.] *Hi quoque circumsessus adventu fratris obsi-*

Digitized by Google

que, obsidione se esse ab eo liberatos. plerosque etiam, quum apud hostes essent, servitute exceptos.
3 Q. Minucius, tentata tantum relatione, quum adversum omnem senatum videret, in monte Albano se triumphaturum, et jure imperii consularis, et mul-
4 torum clarorum virorum exemplo, dixit. C. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphavit. multa signa militaria tulit, multa Gallica spo-
5 lia captivis carpentis transvexit: multi nobiles Galli ante currum traducti; inter quos, quidam, Hamilca-
6 rem ducem Poenorum fuisse, auctores sunt. Ceterum magis in se convertit oculos Cremonensium Placentinorumque colonorum turba pileatorum, currum
7 sequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia, quingentos aeris, argenti bigati septua-

dione eximitur.36, [13, 1.] *Quum Ap. Claudium, ut obsidione Larissam eximeret, in Thessaliam misissent*. 37, [22, 3.] *Daedala et quaedam alia parva castella obsidione exemerunt*. At 34, [52, 12.] *Praebuere speciem triumpho capitibus rasis secuti, qui servitute exemti fuerant*. Aut *e servitute ereptos*? Ut in nobilibus verbis Crassi: *Eripite nos ex miseriis, eripite nos ex faucibus eorum*, etc. Illud potius. Alterum non tam aliquos liberatos, quam plures in servitute relictos significat. J. FR. GRON. *exemtos* etiam citat Pighius ad A. V. 1015. Supra 6, 15, 9. *Eximendo de nervo cives vestros*. DUK. Gronov. vel *e servitute ereptos*, ut 8, 33, 14. *In L. Minucium consulem ex obsidione a se ereptum non ultra saevisse*. 22, 60, 11. *Morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones*. 41, 14, 3. *Coloniam ex hostibus eripere*. Sallust. Jug. 24. *Me ex manibus inpiis eripite*. ubi v. Cortium. Vel *servitute exemtos*. Supra 5, 15, 2. *Lacus in Albano nemore sine ullis coelestibus aquis, caussave qua alia, quae rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevit*. 9, 21, 3. *Magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios*. ubi vide, quae notantur. 37, 56, 7. *Ut eam civitatem ex servitute regia eximerent*. 45, 31, 12. *Leucas exemta est Acarnanum concilio*. Auctor Epit. Liv. 72. *Unius feminae operâ captivitate exemtus est*. Colum. 1, 8. *Villicus nisi ejusdem permissu compedibus non eximat*. Et ita multi codd. praeferunt supra 8, 35, 5. *Non noxa eximitur Q. Fabius*. pro *noxae*. ubi vide. [*plerique etiam, cum aput hostis essent, servitute exemptos*. §. 3. *et multorum exemplo dixit. Cornelius*

Digitized by Google

ginta novem millia. septuagenos aeris militibus divisit: duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius 8
consul de Liguribus Bojisque Gallis in monte Albano triumphavit. is triumphus, ut loco, et fama rerum gestarum, et quod sumtum non erogatum ex aerario omnes sciebant, inhonoratior fuit: ita signis carpentisque, et spoliis ferme aequabat. Pecuniae 9
etiam prope par summa fuit: aeris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia et ducenti. militibus centurionibusque et equitibus item in singulos datum, quod dederat collega.

XXIV. Secundum triumphum consularia comitia 1
habita. creati consules L. Furius Purpureo et M. Claudius Marcellus. Praetores postero die facti, Q. Fa- 2

etc. *captivos carpentis* etc. Bamberg.]

§. 5. *Inter quos, quidam, Hamilcarem*] V. ad 31, 21, 18. et 32, 30, 12. [*ante currum ducti* Bamb.]

§. 7. *Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia quingentos*] Si ultimus numerus bene habet, ego sestertios intelligam. At Livius frequenter aeris summam initio ponere solet, quare et aeris numerum intelligere possumus. Illud autem *argenti bigati* de denariis intelligo, ex Plinio 33, [3.] GLAR. Addita voce, *quingentos aeris* scribendum, conjecit Pighius in Ann. ad ann. IDLVI. p. 257. Ejus vero conjecturam in contextum recepit, qui praefuit Gruteri editioni ultimae, et post eum servarunt omnes recentiores. At Hotomann. de Re numm. p. 92. ante Pighium monuit, verbum *aeris* ab initio deesse, quia mox sequitur: *Aeris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia.* [*Tulit in triumpho ducenta triginta septem et argenti bigati septuaginta novem septuageni aeris militibus divisi: duplex equiti, centurionique.* Bamb.]

Duplex equiti, triplex centurioni] *duplex centurioni, triplex equiti*, ut et infra c. 37, 12. et 34, 46, 3. DUKER. Vide Cel. Dukerum ad 10, 46, 15. [§. 8. *ut loco fama* etc. *fuit: asignis carpentisque* Bamb.]

§. 9. *Militibus centurionibusque et equitibus*] *centurionibus et equitibus*, altera copula recisa Mogunt. ejusque traduces. Eam addidit Froben. anni 1535. Solet Livius hac compositione delectari. Ita paullo ante hoc cap. *Signis, carpentisque, et spoliis ferme aequabat.* V. ad 2, 31, 1.

Digitized by Google

bius Buteo, Ti. Sempronius Longus, Q. Minucius Thermus, M.' Acilius Glabrio, L. Apustius Fullo,
3 C. Laelius. Exitu ejus anni literae a T. Quinctio venerunt, se signis conlatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse; hostium exercitum fusum fuga-
4 tumque. Hae literae prius in senatu a Sergio praetore, deinde ex auctoritate Patrum in concione sunt recitatae. Ob res prospere gestas in dies quinque
5 supplicationes decretae. Brevi post legati et a T. Quinctio, et ab rege venerunt. Macedones deducti

Ceterum quod hic gradatim *milites, centuriones, equites* memorentur, vocum transpositionem in proxime praecedentibus *duplex centurioni, triplex equiti*, quae Cl. Dukero placebat, verisimillimam reddit. [*prope summa* (omisso *par*) *fuit*: *aeris tralati* CCCIIII *argenti bigati quinquaginta tria et ducenti. militibus centurionibusque et equitibus idem in singulos* etc. Bamb.]

§. 2. *Ti. Sempronius Longus*] In praetorum praenominibus bis terve peccavit ed. Mogunt. sive librarius cod. ex quo pars haec operis Liviani edita est. Primo enim sollemni errore exhibet *T. Sempronius*. [ita Bamb.] Pro eo *Ti. Sempronius* Sigonius substituit; quem etiam v. ad 34, 42, 3. Deinde dedit *M. Acilius*, [ut Bamb.] pro quo *M.' Aciliis* reposuit Sigonius. V. ad 30, 40, 9. 31, 50, 5. 33, 26, 1. c. 36, 2. 36, 1, 1. et alibi. Denique exhibet *C. Apustius*, quod Aldus mutavit in *L. Apustius*. Et recte. Sic enim vocatur paullo post c. 26, 1. etiam in ipsa ed. Mogunt. Hoc autem ei praenomen fuisse, monuit etiam Sigon. ad 31, 27, 1. [Ante *L. Fabius* Bamb.] Etiam §. praec. eadem Mogunt. et aliae edd. [cum Bamb.] *Purpurio*: cujus loco recte Sigonius *Purpureo*. V. ad 27, 2, 10. (§. 3. *Exitu ferme anni literae a Quintio* Bamb. §. 4. *E: ob res* idem. §. 5. *legati a T. Quintio et ab rege Philippo venerunt*. mox *eis locus* et *senatus est datus*. §. 6. *Ibi haut multa* etc. *quodcumque senatus censuisset, regem* etc. idem Bamb.]

§. 6. *Quaecumque senatus censuisset, id regem facturum*] Quid impedit legere *ea regem facturum esse*? Aut *quodcumque senatus censuisset*? J. FR. GRON. Vlitius ad Nemes. Cyneg. vers. 3. defendit vulgatam scripturam ex Virg. Ecl. 2, 71.

Quin tu aliquid saltem, potius quorum indiget usus,
Viminibus mollique paras detexere junco.

Et ex Manil. 5, 204.

Et quodcumque solet venandi poscere cura,
In proprios fabricare dabit venalia quaestus.

Sed horum dispar est ratio: nam in his plena oratio est, *detexere aliquid eorum, et fabricare ve-*

Digitized by Google

extra urbem in villam publicam; ibique iis locus et lautia praebita: et ad aedem Bellonae senatus est habitus. Haud multa verba facta, quum Macedones, 6 quaecumque senatus censuisset, id regem facturum esse, dicerent. Decem legati more majorum, quo- 7 rum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti; adjectumque, ut in eo numero legatorum P. Sulpicius et P. Villius essent, qui consules provinciam Macedoniam obtinuissent. Cosa- 8 nis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus

nalia quodcumque eorum. quod supplementum hic locum habere non potest. DUK. Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii, vocula ejecta, legebat *quaecumque senatus censuisset, regem facturum.* Sed nihil puto mutandum. Similes enim locutiones aliquoties apud Livium reperiuntur. Ita 3, 10, 1. *Reliqua praeda vendita, quibus domini non exstitere.* 2, 53, 1. *Vejens bellum exortum, quibus Sabini arma conjunxerant.* c. 60, 2. *Nec ullo ante bello latius inde actae praedae. Omnis militi data est.* 30, 17, 12. *Quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissae, ea Patres comprobare.* 37, 54, 24. *Barbari, quo gaudent, reges habeant.* 42, 8, 7. *Bonaque ut iis, quidquid ejus recuperari possit, reddantur, curare.* Similiter Cic. 13. ad fam. 16. *Si uti commendationibus vellet, per alios id eum videbam consequi posse.* Sallust. Catil. 51, 42. *Sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.* Flor. 1, 13, 11. *Quidquid religiosissimi in templis erat, partim doliis defossa terrae recondunt.* V. Salmas. ad Solin. p. 665. a. C. (* Arentz. ad Plin. Paneg. 11, 4. p. 61.)

§. 7. *T. Quinctius imperator*] Negligenter postremae editiones efferebant *L. Quintius*; quae etiam mox vitiose edunt *M. Cornelium et Ti. Sempronium*; alias etiam video habere *M. Cornelium et P. Sempronium.* Haud dubie vera nomina sunt *P. Cornelium et Ti. Sempronium.* Similiter cognomen Marcii *Rex* scribebatur minori litera. Quae omnia mutavimus. JAC. GRON. Gruterus fuit, qui in postrema editione *L. Quinctius* perperam dedit. [*decreti* omittit Bamb.]

§. 8. *Cossanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur*] Saepe antea de hoc nomine admonuimus, dubium esse, de quanam loqueretur urbe. *Cossae* enim in Hetruria, *Compsa* autem, ubi Beneventum. Caeterum hi, sive *Cossani*, sive *Compsani* dicendi, hoc in loco impetrarunt, quod a senatu negatum erat initio libri 32, [2, 7.] GLAR. [*Cosanis* Bamb.] Mogunt. ed. ex unico cod. *Cosanis* dedit: quod indicat, Etruriae urbem intelligendam esse. Ejus loco Vascos. *Cossanis*,

Digitized by Google

9 augeretur, mille adscribi jussi: dum ne quis in eorum numero esset, qui post P. Cornelium et Ti. Sempronium consules hostis fuisset.

1 XXV. Ludi Romani eo anno in circo scenaque ab aedilibus curulibus, P. Cornelio Scipione et Cn. Manlio Vulsone, et magnificentius, quam alias, facti, et laetius propter res bello bene gestas specta-

sed iterum Gronov. anno 1665. *Cosanis*. V. ad 22, 11, 6.

§. 9. *Qui post L. Cornelium et T. Sempronium consules hostis fuisset*] Legendum, *qui post M. Cornelium et P. Sempronium*. Intelligit autem consules anni decimi quinti secundi belli Punici. Vult igitur eos, qui his octo annis venissent in amicitiam cum Romanis, cum ante hostes fuissent, non adscribi in colonorum numerum. Tot enim sunt ab his consulibus anni. Hos errores, tam faciles correctu, nemo animadvertit. GLAR. Antiquissima editio *L. Cornelium et T.* (solenni errore pro *Ti.* hoc est, Tiberio) *Sempronium consules*. Glareanus substituit *M. Cornelium et P. Sempronium*, qui consules fuerint octo abhinc annis, extremo tempore belli Punici, quando Italici generis vix ulli amplius hostes fuerunt populi Romani, praeter Bruttios. Mirum vero, Gruterianam et recentiores edd. in altero tantum consule Glareanum sequi, in altero antiquam lectionem, cum numquam simul consules fuerint M. Cornelius et Ti. Sempronius. mutandum fuerat *L.* in *P.* restituendumque *post P. Cornelium et Ti. Sempronium consules*, qui primo anno belli Annibalici consulatum gesserunt, ex quo tempore quicumque cum caeteris a populo Romano ad Annibalem defecisset, eum colonorum numero adscribi vetuit senatus. JAC. PERIZON. V. Jac. Gronov. ad Livii 36, 36, 4. [*dum ne quis in eo numero esset, qui post P. Cornelium cos. hostis fuisset*. Bamberg.]

§. 1. *Ab aedilibus curulibus Cornelio Scipione et Cn. Manlio Volsone*] Multi hoc tempore Cornelii Scipiones erant. De Africano, qui consul fuit, vix hoc intelligo, sed de ejus fratre Lucio. Sed judicet lector. GLAR. Scipionis praenomen mendose legitur, et alterum cognomen Nasica periit in exemplaribus. Nam ab aedile curuli *L. Cornelio Scipione* ludos istos factos legimus, sic ut frater P. Africani hic fuisse videatur, cum rectius *P. Cornelius Scipio Nasica* vocari hic aedilis debeat. Quae nominum vitia, saepius in auctoribus occurrentia, ex fide marmorum Capitolinorum et ordine magistratuum restauranda in hunc modum esse videntur. Nam P. Nasicae praetura tertio abhinc anno sequitur prior, et L. Scipionis Asiatici deinde anno quarto, ut ejus aedilitas potius in annum DLVIII. quam in hunc DLVI. cadat. PIGH. in Annal. ad ann. DLVI. p. 254. Moguntini Cornelii Scipionis praenomen ignorant. *L. Cornelio* postea edidit Vascos. ex sententia Glareani: Gruterus demum in ed. ultima *P. Cornelio* ex emen-

Digitized by Google

ti, totique ter instaurati: plebeji septies instaurati. 2
Acilius Glabrio, C. Laelius eos ludos fecerunt. Ex 3
argento multaticio tria signa aenea, Cereri, Liberoque, et Liberae, posuerunt. L. Furius et M. Clau- 4
dius Marcellus, consulatu inito, quum de provinciis ageretur, et Italiam utrique provinciam senatus decerneret, ut Macedoniam cum Italia sortirentur,

datione Pighii. [et ita Bamb.] Praeterea *C. Manlio* ed. Mogunt. pro quo Froben. anno 1535. *Cn. Manlio* dedit. Indicari videtur is, qui praetor fit anno DLVIII. infra c. 42, 7. ubi eadem Froben. editio servat lectionem Moguntinae ed. *C. Manlius*, sed Sigonius *Cn. Manlius* legendum docuit. Idem etiam primus *Vulsone* edidit; quomodo illud Manliorum cognomen scribendum esse, saepe monuit. V. ad 22, 35, 1. [*Cn. Manlio Vulsione* Bamb. qui *in* ante *circo* omittit.]

§. 2. *Acilius Glabrio, C. Laelius*] Pighius in Annal. ad ann. DLVI. p. 255. Acilio tribuit *Manii* praenomen, et ad ann. DLVII. p. 258. testatur, eum ex aedilitate plebis praeturam obtinuisse. An igitur hic quoque legendum *M.* *Acilius Glabrio?* Certe, quum collegae ejus C. Laelii praenomen non omittatur, eadem ratione id ei restitui potest, qua §. praec. restitutum est aedili curuli Cornelio Scipioni, inter cujus collegae nomina etiam memoratur praenomen. Vide, quae notata sunt ad 4, 49, 1. [*plebeji septies instaurati* omittit, et *M. Acilius Glabrio et G Laelius* praefert Bamb.]

§. 3. *Ex argento multaticio tria signa aenea, Cereri, Liberoque, et Liberae, posuerunt*] Per *Liberum* patrem quidam hoc loco intelligendum credidere Solem, Virgilii authoritate moti, 1. Georg. 5.

— — *Vos, o clarissima mundi*
Sidera, labentem coelo qui ducitis annum,
Liber et alma Ceres.

Quod pariter confirmari potest ex Macrobio 1. Saturn. 18. et 21. scribente, Liberum patrem esse Solem, eundemque Adonem. Nihilominus Liberum ego communissima appellatione intelligendum non dubito Bacchum hoc in loco; quod aliorum numinum connexa nomina palam faciunt. Siquidem Cic. tradit 2. de Nat. Deor. 24. Liberum Cereris fuisse filium, et fratrem Liberae. Sic idem Livius in calce l. 41, [28, 2.] scribit, supplicationem fuisse ad Cereris, Liberi, Liberaeque aedes. Has A. Posthumium dictatorem vovisse, testatum reliquit Halicarnasseus l. 6, [354.] quod pariter confirmat Corn. Tacitus 2. Ann. [49.] ubi quoque addit, aedem juxta Circum Maximum vetustate abolitam Libero Liberaeque et Cereri dedicasse Tiberium imperatorem. Augustinus *Liberam* etiam Venerem dictam scripsit. Quamobrem si et *Cererem* interpretemur Lunam, sicuti *Liberum* Solem, ex Virgilii authoritate, et *Liberam* Venerem, non erit inconveniens, praesertim quum Apollinem et Liberum eadem sacra habuisse apud Thracas, Lacedaemonios,

Digitized by Google

5 petebant. Marcellus, provinciae cupidior, pacem simulatam ac fallacem dicendo, et rebellaturum, si exercitus inde deportatus esset, regem, dubios sen-
6 tentiae Patres fecerat. Et forsitan obtinuissent consules, ni Q. Marcius Rex et C. Atinius Labeo, tribuni plebis, se intercessuros dixissent: ni prius ipsi ad plebem tulissent, vellent juberentne cum rege
7 Philippo pacem esse. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est. omnes quinque et triginta tribus, uti
8 rogatae, jusserunt. Et quo magis pacem ratam esse

et Boeotios, eisdemque honoribus coli mos fuerit, id scribente Macrobio loco jam allegato. MARC. DONAT. [*et de argento* etc. *Cererem, Liberumque et Liberam posuerunt*. Bamb.]

§. 4. *Petebant. Marcellus* etc.] Distinctio haec debetur Frobenii editioni anni 1535. Antea edebatur et interpungebatur *petebat Marcellus provinciae cupidior. Pacem simulatam.* [*tendebant*, pro *petebant*, Bamb.]

§. 5. *Dubios sententia Patres fecerat*] Vet. lib. *sententiae*. SIG. Ita Ovid. 6. Fast. 572.

— — *et dubium me quoque mentis habet.*

3. Trist. 3, 25. *Ergo ego sum vitae dubius.* Silius 1, 52.

Teque vadi dubium coëuntibus, Aufide, ripis.

Justin. 2, 13. *Dubium consilii Xerxem Mardonius adgreditur.* Apul. Apol. p. 301. ed. Elm. *Dubius sententiae eum, dicamne fieri posse, an negem.* Vellem tamen Sigonius nobis indicasset, ex quo vet. lib. *dubios sententiae* laudarit; quum testatus sit ad initium c. 1. nullo se in hoc libro codice scripto usum esse, cap. autem 21, 8. vett. libb. deesse, quos inspiciat. Certe omnes editi *sententia* praeferunt. [*sententiae* Bamb.]

§. 6. *Et forsitan obtinuissent consules*] Ita edi curavit Froben. anno 1535. Moguntina, et aliae vetustiores edd. [cum Bamb.] legunt *obtinuisset consul.* Per recentiores edd. quas Cl. Jac. Gronov. ad cap. praec. §. 7. Marcii cognomen *Rex* minore litera scripsisse queritur, intelligenda est ed. J. Fr. Gronovii anni 1665. Mox *Catinius Labeo* ed. Mogunt. et proximae. *C. Atinius Labeo* substituit Frob. anno 1535. V. ad c. 22, 2. [*ni Q. Marcius Rala et C. Atinius Labeo* Bamb.]

§. 7. *Uti rogatae, jusserunt*] *uti rogas*, ut supra saepe admonui. SIG. Ita monuit Sigonius ad 6, 38, 5. ejusque emendatio placere videtur Pighio in Annal. ad ann. DLVII. p. 260. Sed Gronov. vulgatum tuetur ad 31, 8. 1. [*uti rogas* Bamb. qui §. 8. *allatus nuntius.*]

§. 9. *C. Sempronium Tuditanum proconsulem in citeriore*] Libro priore, [c. 27, 7.] ubi et anni prioris magistratus creantur, *Cn. Sempronius*, non *C.* le-

Digitized by Google

in Macedonia vulgo laetarentur, triſtis ex Hispania nuncius adlatus effecit, vulgataeque literae, *C. Sem-* 9
pronium Tuditanum proconsulem in citeriore Hispania proelio victum: exercitum ejus fusum fugatumque, et inlustres viros in acie cecidisse. Tuditanum, cum gravi vulnere latum ex proelio, haud ita multo post exspirasse. Consulibus ambobus Italia provin- 10
cia cum his legionibus, quas superiores consules habuiſſent, decreta, et ut quatuor legiones novas scriberent: duas, quae, quo senatus censuiſſet,

gitur: et idem *praetor*, non *proconsul*, dicitur. quare utrumque hic corruptum. GLAR. *praetorem* ex Sigonio adnotat Hearnius. Et ita citat Pighius ad annum DLVI. p. 254. Recte. Praetor eo anno provinciam illam sortitus fuerat. Livius 32, 27, 7. et 28, 2. eodemque anno proelio victum fuisse ex eo intelligitur, quod initio anni sequentis, non multo poſt, quam novi consules et praetores magistratum inierant, hae literae Romam adlatae fuerunt. Non poteſt ergo *proconsul* dici, quum etiam Livius ipse eum infra c. 42, 5. *praetorem* vocet. *M. Marcellus consul* (pontifex suffectus eſt) *in locum C. Sempronii Tuditani, qui praetor in Hispania decesserat.* DUK. *Cn. Sempronium Tuditanum* ex emendatione Glareani edidit Vascos. quod deinde probarunt Gryph. Basil. anni 1554. et Sigonius. At ipse Sigonius ad 32, 27, 7. eum *Caji* praenomen habuisse docuit. Deinde *proconsulem* in *praetorem* non mutandum exiſtimo. Videtur enim circa haec tempora id praecipuum provinciae Hispaniae datum eſſe, ut praetoribus in eam missis daretur imperium proconsulare: unde quamvis praetores vel propraetores saepius tamen *proconsules* dicti sunt. Plura infra v. ad 40, 39, 1. [*C. Sempronium Tuditanum*, *procos.* Bamb. mox *fusum fugatum*, *multos inlustris viros* etc. idem.]

Cum gravi vulnere latum ex proelio] *elatum* habet Pighius loc. laud. nec displicet. Cic. 2. Tusc. 16. *Videmus ex acie saepe efferri saucios.* Si quis *latum*, pro *elatum*, dici contendet, ut in iis, quae Heinsius ad Ovidii 2. Amor. 14, 39. adnotat, non multum repugnabo. DUK. [*relatum* Bamb.]

§. 10. *Duas, quae, quo senatus censuisset, mitterentur*] *duasque, quo senatus censuisset, mitterent* ed. Mogunt. Vulgatam lectionem demum inveni in ed. Frob. anni 1535. Ceterum consules jubentur quatuor legiones scribere, quarum duae mitterentur quo senatus censuiſſet; quid vero duabus reliquis factum fuerit, non additur. Eas tamen ad urbem mansisse colligitur ex c. 36. Puto igitur ante haec verba quaedam excidisse, hoc vel simili modo supplenda: *duas, quae ad urbem manerent*; (vel *quae urbanae forent*) *duas, quae, quo senatus* etc. Certe verba, quae

Digitized by Google

11 mitterentur. et T. Quinctius Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere jussus: imperium ei prorogatum satis jam ante videri esse.

1 XXVI. Praetores deinde provincias sortiti, L. Apustius Fullo urbanam jurisdictionem, M.' Acilius Glabrio inter cives et peregrinos, Q. Fabius Buteo
2 Hispaniam ulteriorem, Q. Minucius Thermus cite-

exciderunt, incepisse videntur a voce *duas*, eaque caussa fuisse, cur librarii illa praeterierint. [Bamb. *scriberent: duas urbanas, duas, quae, quo senatus censuisset, mitterentur.* Ante *cum iis legionibus*, et *decretae*. idem.]

§. 11. *Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere jussus*] Putabam *cum duabus legionibus provinciam eodemque exercitu*. Nunc potius adsentior Crevierio, existimanti voces *cum duabus legionibus* delendas esse. Et quidem additae videntur, postquam illa verba, de quibus ad praec. vidimus, exciderant, ut ita constaret, ad quem usum duae reliquae legiones ex quatuor, quas consules conscripserunt, adhibitae fuerint: quum tamen Quinctius quidem cum duabus legionibus, id est vetere exercitu, Macedoniam obtinuerit, non vero duas novas legiones ad veterem exercitum acceperit.

Satis jam ante dividere esse] Haec verba, non solum depravata, sed etiam non suo loco posita, initium sunt orationis Antiochi ad legatos Romanos, ut indicabitur, cum ad eum locum [ad c. 40, 1.] ventum fuerit. GELEN. Quid, si legeretur *satis jam ante decretum esse?* ut alludat ad hanc concertationem, quae fuit prioris anni initio inter consules ac tribunos plebis, L. Oppium et Q. Fulvium, [l. 32, 28.] quamquam ego defectum esse puto. Quidam abjiciunt prorsus, qua ratione moti, haud equidem intelligo. GLAR. Vetus unum, quod exstat, exemplar hujus libri, ut ajunt, habet: *imperium ei prorogatum satis jam ante dividere.* [adde: *esse.*] Quae verba Gelenius profitetur se, ut ad rei sententiam non pertinentia, sustulisse. Fecit autem injuste: nam sententia optima est, si, quod in iis vitium est, tollas ita: *imperium ei prorogatum satis jam ante videri.* Causam enim affert, cur Quintio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto satis prorogatum judicabant. Hoc autem decretum scriptum est anno superiore, de quo sic Livius [32, 28, 9.] *T. Quintio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset.* SIG. Si verba, quae Gelenius in alium locum transfert, huc pertinere censenda sunt, non neglegendum est τὸ *esse*. Legam itaque *imperium ei prorogatum satis jam ante videri esse.* Ne tamen plane adquiescam sententiae Sigonii, scrupulus haeret. Si nempe hoc anno imperium Quinctio non est prorogatum, quia satis prorogatum videbatur esse decreto prioris anni, quae ergo ratio fuit, cur nihilominus anno

Digitized by Google

riorem, C. Laelius Siciliam, Ti. Sempronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni et Q. Minucio, 3
quibus Hispaniae provinciae evenerant, consules legiones singulas ex quatuor ab se scriptis, quas videretur, uti darent, decretum est; sociùm ac nominis 4
Latini quaterna millia peditum, trecenos equites: hique primo quoque tempore in provincias ire jussi.
Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, 5

proximo imperium ei in annum unum prorogetur infra c. 43, 6. *T. Quinctio, suspectis non solum Antiocho et Aetolis, sed etiam Nabide Lacedaemoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est.* Neque est, quod quis forte respondeat, imperium ei olim prorogatum fuisse, ut bellum gereret adversus regem Philippum: at infra post pacem cum Philippo initam iterum prorogari, ut caveat, ne quid novi moliantur vel Antiochus et Aetoli, vel Nabis Lacedaemoniorum tyrannus. Nam supra prorogatum fuit, *donec successor ei venisset.* Ergo anno sequenti, quo nondum advenerat successor, non opus erat, ut iterum prorogaretur. [*satis jam ante videri esse.* Bamb.]

§. 1. *M. Acilius Glabrio*] *M. Acilius* ex consulatu Capitol. et Plutarcho. SIG. V. ad c. 24, 2. [*M. Acilius.* Bamb.]

§. 2. *T. Sempronius Longus*] *Ti. Sempronius* ex consulatu Capitolino. SIG. V. ad 34, 42, 3. [*T. Sempronius.* Bamb.]

§. 3. *Quibus Hispaniae provinciae evenerant*] *Hispania provincia evenerat* ed. Mogunt. pro quo recte [concinente Bamb.] Froben. anno 1535. dedit, quod vulgo exstat. Hispania enim eo tempore in duas provincias, citeriorem et ulteriorem, divisa a duobus praetoribus regebatur. Mox *quas videretur* est a Gronovio: Mogunt. omnesque priores *quas viderentur.* Male. V. ad 6, 26, 2. [*quas videretur, ut darent, decretum est; et socium ac Latini nominis* etc. *iique primo.* Bamb.]

§. 5. *Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum*] Hic duas voces *exortum* et *fuerat* typographus per incuriam omiserat. GELENIUS. Sensus est, bellum in Hispania quinto ante anno, quam secundum bellum Punicum finitum. idque verum. Nam P. Cornelio Scipione et P. Licinio Crasso consulibus L. Lentulus et L. Accidinus cum Indibili ac Mandonio Hispaniae regulis ultimo conflixere, anno decimoquarto ejus belli. Decimooctavo autem anno Punicum prorsus finitum est, ac deinde sequenti anno coeptum Macedonicum. Quare ego hunc locum ita legerem: *Bellum in Hispania quinto post anno, quam secundum bellum Punicum, finitum est.* Sed et hoc lector dispiciat. Quidam ita emendarunt hunc locum: *Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum.* quod ego non intelligo. GLAR. In veteri illo uno exemplari, teste Gelenio, ita est: *Bellum in Hispania quinto*

Digitized by Google

6 quam simul cum Punico bello fuerat finitum. Priusquam hi praetores ad bellum prope novum, quia tum primum suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant, proficiscerentur, aut ipsi consules ab urbe moverent; procurare, ut adsolet, pro-
7 digia, quae nunciabantur, jussi. L. Julius Seque-

post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum. Quae verba sic legenda esse censet Glareanus: *Bellum in Hispania quinto ante anno, quam secundum bellum Punicum finitum est.* Ego autem ita: *Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam secundum bellum fuerat finitum.* Hanc lectionem si confirmavero, nihil erit, quod quisquam duas illas sequatur. Bellum novum in Hispania excitatum esse significat annos quinque, postquam cum Poenis debellatum fuerat. Finitum est enim anno DXLIX. Hoc declarat Livius, cum ait paulo ante [c. 21, 6.] *Ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum.* et hoc loco exponit causam, cur novum hoc bellum appellet, quia tum primum suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant. Neque vero bellum aliquando in Hispania finitum potest intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus significatur, cum et ante et post confectum Punicum bellum a proconsulibus in provincia bellatum sit, ut supra ostendi. SIG. Sensus lectionis, quam Gelenius ex unico cod. revocavit, est: Bellum in Hispania exortum est quinto anno, postquam simul cum Punico finitum fuerat. Docet etiam Cl. Crevier. dici quidem non posse, nullum omnino in Hispania bellum fuisse a finito Punico bello: sed tamen bella per illos annos in Hispania gesta adeo levia fuisse, ut Livius ea vix memorarit. *Bellum* igitur nunc *exortum in Hispania*, exponit bellum momorabile, bellum quod aliqua majore cura administrandum esset. In conjectura Sigonii vox excidisse, atque ipse scribere voluisse videtur, *quam secundum Punicum bellum fuerat finitum.* Ita sane propius codicis scripturam dedisset; nec caussam video, cur vox *Punicum* displicuerit. Verum praeferenda est Gelenii lectio. [*Bellum in Hispania quinto post anno motum est, quam simul cum Punico bello finitum. Priusquam et hi praetores* etc. *suo nomine sine ullo Punico* etc. Bamb.]

§. 7. *L. Julius Sequestris*] Cognomen merito suspectum esse potest: primum quia nomen appellativum, a quo hoc cognomen sine dubio sumtum est, *sequester* est, non *sequestris*: deinde, quia nec *Sequester*, nec *Sequestris*, cognomen gentis Juliae fuit. Lycosthenes in Supplementis Obsequentis edidit *L. Julius equestris in Sabinos proficiscens.* Sed hoc quoque probari non potest, sive *equestrem* pro eo accepit, qui ordinis equestris est, sive cum *proficiscens* jungi, et *equestris proficiscens* idem esse voluit, quod equo proficiscens: nam et hoc sine exemplo est, et illud demum diu post Livium a Tacito 12. Ann. 60. *apud equestres, qui Aegypto praesiderent*, dictum invenio. Cogitabam primo, quia

Digitized by Google

ſtris, in Sabinos proficiscens, fulmine ipse equusque exanimati fuerant: aedes Feroniae in Capenate de 8
coelo tacta erat: ad Monetae duarum haſtarum spicula arserant: lupus, Esquilina porta ingreſſus, fre- 9
quentiſſima parte urbis, quum in forum decurriſſet, Tusco vico atque Intemelio, per portam Capenam

Sequester eſt cognomen Vibii, cujus exſtat libellus de fluminibus etc. hic fortassis scriptum fuisse *L. Vibius Sequester*; eoque magis, quod *Julius* et *Vibius* in MSS. Ciceronis 8. ad Famil. 8. et Valer. Max. 3, 2, 20. permutantur. Sed hoc deinde repudiavi ob hanc causam, quod ex cognomine infimae aetatis, ut recte putat Cl. Hesselius, scriptoris non poteſt probari, eum quidquam ad vetuſtiorem gentem Vibiam pertinuisse; aut in ea cognomen *Sequester* fuisse; etsi hoc solo argumento Pighius et Glandorpius *Sequester* cognomen Vibiorum fecerunt. Accedit, quod credo dubitari posse, an gens Vibia jam hoc tempore inter Romanas gentes fuerit. *Vibius* praenomen Italicum fuisse, conſtat ex Livio, qui *Vibium Virium* Campanum 23, 6. *Vibium Accuaeum* Pelignae cohortis praefectum 26, 13. et *Vibium* et Pactium fratres Lucanos 27, 15. memorat. Sed Vibiam gentem Romanam non ante extrema fere reipublicae liberae tempora nominari video. Nec improbabile eſt, eam, quum Italicae ſtirpis esset, civitate Romana donatam sibi ex priore praenomine nomen gentis adscivisse: quod de *Gelliis*, *Herennii*s, et *Mariis* quoque, quae itidem praenomina Italica fuerunt, non absurde videtur dici posse. Sed, ut ad *Julium equestrem* Livii redeam, suspicor primum fuisse *L. Julius eques in Sabinos proficiscens*, ac deinde scribam alio dictante perperam excepisse *L. Juliu Seques*, vel *L. Julius Seques*; quumque haec palam vitiosa essent, postremo inde ortum inauditum cognomen *Sequestris*. *Eques proficiscens* non minus recte dicitur, pro equo proficiscens, quam *pedes*, pro pedibus. Livius 28, 9, 12. *Illum equitem sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiae*. Et ibidem: *Neronemque, etiamsi pedes incedat, memorabilem fore*. DUK. [*P. Villius eques R., in Sabinos*, Bamb.]

§. 8. *Duarum haſtarum spicula arserant*] *speculatores erant* edd. Mogunt. et proximae, *spicula tacta erant* Ascens. anno 1530. *spicula arserant* Froben. anno 1531. Similia prodigia obcurrunt 22, 1, 8. *In muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse*. 43, 13, 6. *Fregellis in domo L. Atrei hasta, quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arsisse dicebatur*. [*aedis*, et *Capenati*, denique *duarum haſtarum spicula arserant*. Bamb.]

§. 9. *Tusco vico atque Intemelio, per portam Capenam*] Livius 27, [37, 14.] ubi de sacro Junonis Reginae, Tusci vici mentionem facit. *Ab aede*, inquit, *Apollinis boves foeminae duae albae porta Carmentali in urbem ductae, a porta Jugario vico in forum venere. inde vico Tusco*

Digitized by Google

prope intactus evaserat. Haec prodigia majoribus hostiis sunt procurata.

1 XXVII. Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispa-

Velabroque per Boarium forum in clivum publicum atque aedem Junonis Reginae perrectum. Libro autem 24, [47, 15.] de incendio Romae facto ita habet: *Solo aequata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Aequimaelio Jugarioque vico.* Libro denique 35, [21, 6.] e Capitolio, scribit, saxum ingens cecidisse *in vicum Jugarium.* Ex his locis lector videat, num huic loco mederi queat. Nam ego, *Intemelium* quid sit, non memini me legere: sed neque *Melium*, ut quidam *inde Melio* legunt. GLAR. Quid sit Romae *Melium* nemo scit. Itaque legendum puto: *ac Aequimaelio.* Nam ante legebatur *atque Intemaelio.* 38, [28, 3.] *Substructionem super Aequimaelium in Capitolio et viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt.* SIG. Hanc conjecturam recte quidem refellit Jac. Gronovius Epist. 4. dissert. in Livii loca quaed. geogr. p. 34. Nec tamen ipsum rem acu tetigisse credo. Nardinus *vicum Melium* praeteriit, sed 5. Rom. Vet. 10. ex Mogunt. legit *Intemelio;* quod tamen quid sit, nescire se fatetur. Donatus 2. Rom. Vet. 27. cum ex hoc solo loco Livii memorat. Nec alium auctorem in Apolog. ad Gronovium habuit Fabrettus, cujus sententia mihi non improbabilis videtur. DUK. *atque Intemelio* Mogunt. *atque inde Melio* Froben. anni 1531. *atque inde Caelio* Jac. Gronovius. Nardinus, qui, quid *Intemelium* fuerit, se ignorare fatetur, et locum mendosum esse negare non audet, duplicem tamen ob caussam Sigonii conjecturam *ac Aequimaelio* rejiciebat, partim quod *Aequimaelium* non vicus, sed area in vico Jugario sit, partim quod e Tusco vico ad portam Capenam per Aequimaelium iter non fuerit: quibus addo hanc tertiam, Livium non solere ante voces, quae a vocali incipiunt, praemittere copulam *ac.* V. ad 10, 36, 17. Revocavi igitur *atque Intemelio*, non quia eam lectionem veram puto, sed quia auctoritate Mſti firmatur, et, quid ejus loco Livius reliquerit, incertum est. [*cum in forum decucurisset, Tusco vico atque inde Cermalo per portam* etc. Bamb.]

§. 1. *Iisdem diebus Cornelius Lentulus, qui* etc. *quum ex senatusconsulto urbem esset ingressus*] Hunc puto L. Cornelium Lentulum, qui consul fuit anno secundo hujus belli, cuique prorogatum imperium anno tertio. Anno autem quarto Cn. Sempronius praetor factus citerioris Hispaniae, Aelius ulterioris. Sed de hoc ad finem l. 31. Porro quod subjungit, *ex senatusconsulto urbem est ingressus*, deesse puto vel *ovans*, vel *triumphans.* Nam de Stertinio statim subnectet, *Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe.* Sed judicio lectoris hoc committo. GLAR. Hic est ille Cn. Lentulus, de quo supra l. 31. extremo: *Plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania jussit.* Probo autem valde conjecturam Glareani, qui suspicatur legendum esse: *ex senatusconsulto ovans*

Digitized by Google

niam obtinuerat, ovans ex senatusconsulto urbem
est ingressus. tulit prae se auri mille et quingenta 2
quindecim pondo, argenti viginti millia, signati denarios triginta quatuor millia, et quingentos quin-

urbem esset ingressus: vel *ex senatusconsulto triumphans urbem esset ingressus.* Conjecturam autem suam ille recte inde ducit, quod de Stertinio collega subdit ita: *L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo argenti in aerarium tulit.* Egregie. Cur enim necesse erat dicere *ne tentata quidem triumphi spe,* nisi collegam ejus Lentulum triumphasse dixisset? Puto tamen *ovantem* eum ingressum esse, non *triumphantem.* Primum quia usitatior dicendi forma est, ut in ovatione dicatur *ingressus est,* aut *iniit ovans urbem.* Deinde quia ei, qui sine magistratu res gesserat adhuc, nisi, ut ovans iniret, permissum fuerat: ut de L. Lentulo supra l. 31, [20, 5.] *Decurrunt eo, ut ovans urbem iniret.* SIG. Corruptus haud dubie locus Livii est, sicut non male divinarunt doctissimi viri Henr. Glareanus, et Car. Sigonius, ducti in hanc sententiam ex eo, quod continuo subjungat Livius, L. Stertinium ex ulteriore Hispania ne tentasse quidem triumphi spem. Unde et suspicor, immo fere persuasum habeo, librarios scribas ibi vocem *ovans* in *eum* mutasse, et postea *est* in *esset.* Itaque legendum sic esse puto *ovans ex senatusconsulto urbem est ingressus. Tulit prae se auri* etc. PIGH. in Annal. ad ann. IDLVII. p. 262. Ex eo, quod Livius dicit, Stertinium *ne tentasse quidem spem triumphi,* non sequitur Lentulum triumphasse, sed summum nihil aliud, quam spem triumphi tentasse; quod verum esse potest: nam saepe iis, quibus triumphus negatus fuerat, concessum legimus, ut ovantes urbem inirent. V. 26, 21. 31, 20. 34, 10. DUK. *Iisdem diebus Cornelius Blacio, qui* Mogunt. ex cod. suo ediderunt; cujus librarius dare voluisse videtur *Blasio,* quod familiae in gente Corneliorum cognomen fuit. Verum Cornelius, qui ante Sempronium Hispaniam citeriorem obtinuit, ex familia Lentulorum fuit, ut Glareanus et Sigonius docuerunt. Id jam Aldus deprehendisse videtur, qui propterea *Iisdem diebus Cornelius Lentulus* edidit. Hunc autem Cornelium Glarean. *Lucii* praenomen habuisse putat; sed *Cn. Cornelium Lentulum* vocavit ed. Froben. anni 1535. V. Sigonium ad 31, 50, 6. Deinde *quum ex senatusconsulto urbem est ingressus* ed. Mog. *quum ex senatusconsulto urbem esset ingressus* Froben. anni 1535. Conjecturam Sigonii Gronovius recepit; mihi magis placet illa Pighii, quam etiam admisi in contextum, quia minus a lectione Moguntini libri recedit. [*Cn. Cornelius Blasio* etc. *ovans ex senatusconsulto urbem est ingressus.* Bamb.]

§. 2. *Signati denarios triginta quatuor millia, et quingentos quinquaginta*] Scaliger de Re numm. legendum putavit *denariûm trecenta quatuor millia.* Si enim *denarios* legamus, locutionem minus probam esse existimavit: at si *triginta quatuor millia,* summam indignam fore triumpho florentissimis rebus Romanis. Gronov. vero ad

Digitized by Google

3 quaginta. L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia
4 pondo argenti in aerarium tulit: et de manubiis duos fornices in foro Boario ante Fortunae aedem et matris Matutae, unum in maximo circo fecit: et
5 his fornicibus signa aurata inposuit. Haec per hiemem ferme acta. Hibernabat eo tempore Athenis Quin-

39, 7, 1. in posteriori parte emendationis se facile ei adsentiri testatur, sed non in priori: Livium enim τὸ *denarios* retulisse ad minorem summam, et perinde esse, quasi scripsisset *signati trecenta quatuor millia, et quingentos quinquaginta denarios.* Quum igitur ita existimarit, idque verum esse videatur, unde factum fuisse dicemus, ut in contextum receperit eam partem, quae ipsi displicuit; contra vero repudiarit, quam probavit; atque ediderit *signati denariûm triginta quatuor millia?* Eamdem lectionem etiam recentiores editores servarunt, pro qua priorem restitui. [*auri mille et quingentum pondo, argenti denarium quingentos. L. Steranius* etc. Bamb.]

§. 3. *L. Stertinius ex ulteriore Hispania*] Quemadmodum ed. Mog. in principio capitis praenomen Cornelii Lentuli, ita hic praenomen Stertinii neglexit, quod primus Frob. addidit anno 1535. [*triumphi spe l. pondo argenti in aerarium intulit* Bamb.]

§. 4. *Duos fornices, in foro Boario ante Fortunae aedem et Matris Matutae, unum in maximo circo*] Sic habent quidem Liviana exemplaria, vulneribus atque cicatricibus plena, in quibus tamen haec ita videntur restituenda: *et de manubiis duos fornices, unum in foro Boario ante Fortunae aedem et Matris Matutae, unum in maximo circo fecit.* PIGH. in Annal. ad ann. ıɔlvıı. p. 262. Forte repetendum bis, *Matutae unum, unum in maximo* etc. GRUT. Si huic conjecturae locus dandus est, quatuor fornices fecit Stertinius, duos ante Fortunae, tertium ante Matris Matutae aedem, et quartum in circo maximo. Pighius tantum duos fornices factos a Stertinio putavit: nam ad annum ıɔlvıı. vocem *unum* post τὰ *duos fornices* inseruit. Utrasque has aedes quidem in foro Boario fuisse, ostendunt Donat. 2. de Urbe Rom. 25. et Nardin. 5. Rom. vet. 10. Sed quum alia fuerit aedes Fortunae, alia Matris Matutae, non facile intelligi potest, quomodo unus fornix ante duas aedes fieri potuerit. Nec possum perspicere, quid viros doctos in vulgata scriptura tantopere offenderit, ut eam necessario emendandam esse, nec tres fornices, unum ante Fortunae, alterum ante Matris Matutae aedem, tertium in circo maximo, sed vel quatuor vel duos a Stertinio factos crediderint. DUK. Si quid mutandum est, verisimilior multo Gruteri, quam Pighii, conjectura videtur; facillime enim librarii vocem, quae bis scribenda erat, semel neglegere potuerunt. Ejusdem erroris plura

Digitized by Google

Quinctius, a quo quum multa socii peterent, Boeoti petierunt impetraveruntque, ut hi, qui suae gentis militassent apud Philippum, sibi restituerentur. id a Quinctio facile impetratum; non quia satis dignos eos credebat, sed quia, Antiocho rege jam suspecto, favor conciliandus nomini Romano apud civitates erat. Restitutis, confestim adparuit, quam nulla inita apud Boeotos gratia esset. nam et ad

passim exstant exempla. V. ad 2, 2, 1. c. 48, 6. 4, 21, 9. 7, 32, 6. 9, 40, 21. c. 46, 3. 21, 39, 9. 22, 29, 3. 28, 19, 11. 30, 10, 18. 37, 11, 12. 40, 46, 12. 44, 34, 8. 45, 37, 6. ad Epit. Liv. 55. et 57. Adde Cel. Burm. ad Suet. Caes. 30. Davis. ad Cic. 1. de N. Deor. 6. et Cortium ad Sall. Jug. 23. ad Plinii 2. Ep. 3. et 5. ep. 9. §. 5. Potius tamen cum Dukero nihil muto. [*duos fornices in foro Bovario ante* etc. Bamb.]

§. 5. *Hibernabat eo tempore Athenis Quinctius*] Certum est, legi debere *Elatiae*, ubi hibernavit Quintius, non Athenis. Illinc enim eduxit mox copias suas, cum in hostem exiret. Cap. 29, 9. *Evastatis prius agris, qua ab Elatia duo diversa agmina iere.* Et ne Athenis eum fuisse existimare possimus, ex hibernis antequam moveret, *legatos Athenas et in Achajam misit*, eod. cap. atque inde vicissim legati ad ipsum in castra venere, ibid. quibus pro Boeotis intercedentibus, atque illis imperata jam facientibus, rediisse eum Elatiam ex c. 31, 7. colligitur. Neque vero hoc tantum tempore illic hiberna egit, sed quamdiu fuit in Graecia. De priore anno constat ex l. 32, 32. 39. et l. 33, 1, 2. De sequentibus duobus, quibus exactis ad triumphum decessit, ex l. 34, 26. et capp. 41. 48. 50. Ista jam congesseram, quum vidi, Polybium aperte hanc confirmare emendationem Excerpt. Legat. 8. ubi ait: μετὰ τὴν μάχην Τίτου παραχειμάζοντος ἐν Ἐλατίᾳ, Βοιωτοὶ etc. Ad quem locum etiam diligentissimus Ursinus observavit discrepantiam hanc apud Livium in nomine Elatiae. Sed quod adfert quasi ex hoc lib. 33. Quintium *eodem hoc anno Elatiam in hiberna reduxisse copias*, in eo lapsus est memoriae vitio. Leguntur enim illa demum secundo ab hinc anno l. 34, 48. JAC. PERIZON. [*Hibernabat eo tempore Elatiae T. Quinctius*, deinde *Boeotii petierunt impetraverantque, ut qui suae* etc. Bamb.]

§. 7. *Perinde atque ab ipso hi, et non a Quinctio et Romanis dati essent*] Vetus lectio *perinde atque ipsi id a Quinctio et Romanis datum esset.* GELEN. Ante legebatur *perinde atque ab ipso id, et non a Quintio.* Quam lectionem probo in primis. Haec enim a sensu aliena est. SIGON. Locus est mendosus, quem docti viri emendare conati nimis longe a vera lectione discesserunt, quae tamen ex. Polybii fragmento 8. elici potest, si ita legatur, *perinde atque id ipsi, non a Quintio et Romanis datum esset* etc. Polybii verba, quae Livius imitatus est, sunt haec: ἔπεμψαν δὲ

Digitized by Google

Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atque ipsi id a Quinctio et Romanis datum es-
8 set, miserunt: et comitiis proximis Boeotarchen nullam aliam ob caussam Brachyllam quemdam, quam quod praefectus Boeotorum apud regem militantium
9 fuisset, fecerunt: praeteritis Zeuxippo, et Pisistrato,
10 aliisque, qui Romanae societatis auctores fuerant. Id aegre et in praesentia hi passi, et in futurum etiam metum ceperunt, quum ad portas prope sedente exercitu Romano ea fierent, quidnam se futurum esset, profectis
11 in Italiam Romanis; Philippo ex propinquo socios adjuvante, et infesto his, qui partis adversae fuissent.

καὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν Φίλιππον, τὴν εὐχαριστήσουσαν ἐπὶ τῇ τῶν νεανίσκων καθόδῳ, λυμαινόμενοι τὴν τοῦ Τίτου χάριν. Id enim est, *non a Quintio datum esset.* URSIN. Non haec Moguntini codicis lectio, sed illa, teste Gelenio: *atque ipsi id a Quinctio et Romanis datum esset.* Unde facile est conficere: *perinde atque ipsis id non a Quinctio et Romanis datum esset.* Quod et voluit Fulvius Ursinus. Est quidem aliqua sententia lectionis veteris, prout ex unico codice eam produximus, quaque acquievit Gelenius: videlicet, quasi gratia et reverentia Philippi id beneficium tribuissent Boeotis Romani: apud quem credibile est illos etiam tum exsulasse. Sed hanc exprimere Livium voluisse non existimo. Utcumque Philippi gratiae datum hoc fuisset, tamen dantibus quoque, etsi propter alium dantibus, obligati erant: habet enim, propter quem datur, beneficii honorem; cui datur, utilitatem. At ipsae particulae *perinde atque* satis indicant, voluisse auctorem ponere rationem aliquam hujus rei recte faciundae, aut quomodo juste potuerint Philippo tantum ab illis grates agi, Romani praeteriri. Ea erat, si ab his non accepissent, ab illo accepissent; non autem, si in hujus gratiam quidem, ab illis tamen accepissent. Causam vero, cur Boeoti magno suo malo Macedonibus obnoxii tum essent, habes apud Polybium in Excerptis l. 20. J. FR. GRON. Eodem modo, ut Gronov. voluit, verba Livii emendavit etiam Ursin. in notis ad Polyb. Exc. Legat. num. 8. Paullo ante *nam ad Philippum* ed. Mogunt. et aetate proximae. *nam et ad Philippum* Froben. anni 1535. verisimiliter ex mente Gelenii, qui unicum cod. consuluit, et in eo ita forte scriptum invenit. [*nam Philippum legatos gratias agentes ei pro redditis hominibus, perinde atque ipsos iis et non Quinctio et Romanis id datum esset, miserunt* Bamb.]

§. 8. *Boeotii ceu nullam aliam ob caussam* etc. *fecerunt*

Digitized by Google

XXVIII. Dum Romana arma propinqua habe- 1
bant, tollere Brachyllam, principem fautorum re-
gis, statuerunt. et tempore ad eam rem capto, quum 2
in publico epulatus reverteretur domum temulentus,
prosequentibus mollibus viris, qui joci caussa con-
vivio celebri interfuerant; ab sex armatis, quorum 3
tres Italici, tres Aetolici erant, circumventus occi-
ditur. Fuga comitum et quiritatio facta, et tumul-
tus, tota urbe discurrentium cum luminibus, per-
cussores proxima porta evaserunt. Luce prima con- 4
cio frequens, velut exstante indicio, ad vocem prae-
conis convocata in theatro erat. Palam ab suo co- 5

praetorem] Scriptum habet *Boeotarchen nullam aliam*. nam *praetorem* castigator addidit de suo. GELEN. [*Boetarchē nob nullam aliam caussam Bracyllē* etc. *fuisset, fecerunt; praeteritis* etc. Bamb.]

Barcillam quemdam] Hunc in aliis libris nominat Livius *Brachillam*, ut est in manuscriptis. Polybius Βραχύλλην, itemque Plutarchus. SIG. *Barcillae* nomen ex eodem Polybio mutandum est in *Brachyllam*, ut in manuscriptis etiam Livii codicibus legitur. URSIN. Polyb. Exc. Leg. num. 8. Ἐν οἷς ἦν καὶ Βραχύλλης, τοῦτον μὲν εὐθέως Βοιωτάρχην κατέστησαν. Eum non Βραχύλλην, sed Βραχύλλελιν vocat Plut. in vita Quinctii p. 372.

§. 9. *Qui Romanae societatis auctores fuerunt*] Lege *fuerant*. J. FR. GRON. [*aliis qui* etc. *fuerant*. Bamb.]

§. 10. *Quidnam de se futurum esset*] Castigator addidit de suo praepositionem *de*. GELEN. Unici igitur Msti lectio fuit *quidnam se futurum esset*. quomodo Livius 34, 24, 3. *Quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est*. Ter. Phorm. 1, 2, 86. *O Geta, quid te futurum est?* in Heaut. 3, 1, 53. *Quid te futurum censes, quem assidue exedent*. Eodem modo antiqui dixerunt *quid hoc homine faciatis*, pro de hoc homine. V. Manut. ad Cic. 1. in Ver. 16. et Gronov. ad Livii 27, 16, 8. [*quidnam se futurum essē* etc. §. 11. *et infecto vis* Bamb.]

§. 2. *Qui joci caussa convivio celebri interfuerant*] *joci* suspectum esse, dicit Gronov. 3. Obs. 21. Causam nec ipse addit, nec ego scio. DUK. [§. 1. *haberent, tollere Bardyllen* Bamb. qui §. 2. *mollibus* omittit.]

§. 3. *Quorum tres Italici, tres Aetoli erant*] *tres Aetolici erant* ed. Mogunt. et aliae usque ad Frobenianam anni 1535. quae prima dedit *Aetoli*. [concinente Bamb.] Sed primae lectioni favet Polyb. Exc. legat. 8. Τρεῖς μὲν τῶν Αἰτωλικῶν συνέπεσε, τρεῖς δὲ τῶν Ἰταλικῶν νεανίσκων,

Digitized by Google

mitatu et obscoenis illis viris fremebant interfectum: animis autem Zeuxippum auctorem destinabant
6 caedis. In praesentia placuit comprehendi eos, qui
7 simul fuissent, quaestionemque ex his haberi. qui dum quaeruntur, Zeuxippus, consimili animo avertendi ab se criminis caussa in concionem progressus, errare aït homines, qui tam atrocem caedem perti-
8 nere ad illos semiviros crederent; multaque in eam partem probabiliter argumentatus, quibus fidem apud quosdam fecit, numquam, si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemve caedis, nul-
9 lo lacessente, facturum fuisse. Alii non dubitare, obviam eundo inpudenter criminis suspicionem aver-

τοὺς προσόισοντας τὰς χεῖρας τῇ βραχύλλῃ. Eam igitur revocavi.

Fuga comitum et quiritatio facta] Ecce *quiritatio* de Graecis, quasi illi in necessitatibus *Quirites* clamarint. Sed Livius Romanis haec scripsit. Est etiam exemplum, non tam anxie authores semper locutos, ut quidam superstitiosi semper observant. GLAR. Varro lib. de ling. Lat. *Quiritare*, inquit, *est Quirites ciere*. Et Nonius *Quiritare*, aït, *est clamare, deductum ab iis, qui Quirites invocant*. Lucillius l. 12. Sat.

Concursus velut aurarius, clareque quiritans.

Ab Apulejo ponitur pro suppetias petere. Budaeus in calce l. 2. de Asse scribit: *Quum olim Cato et alii severiores in urbe magistratus conciones querimundas ad populum haberent, quiritare a crebra Quiritum appellatione vocatum*. Ciceroni in epistolis *quiritare* est fidem populi Romani implorare. aït namque [10. ep. 32.] *Et illi misero quiritanti, civis Romanus sum, respondit: Abi nunc, populi Romani fidem implora*. Tacitus in calce l. 16. Ann. [34.] *Igitur flentes quiritantesque, qui aderant*. Livius 39, [8, 8.] *Occulebat vim, quod prae ululatibus, tympanorumque et cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra et caedes exaudiri poterat*. Et paulo post [c. 10, 7.] *Deducere in locum, qui circumsonet ululatibus cantuque symphoniae, et cymbalorum et tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit*. Publius quoque Nigidius in commentariis grammaticis scribit, *Clamat, quiritat*. Ab hoc verbo *quirito* tractae voces *quiritatio, quiritatus*. Testimonio Vallae, authoritate Varronis *quiritatus* est *clamor* urbanorum; *quiritatus* quoque infantium est, sicuti *clamor* virorum, et *ululatus* fae-

Digitized by Google

ti. Torti poſt paullo insontes, quum scirent ipsi opinionem omnium, ea pro indicio usi, Zeuxippum et Pisiſtratum nominaverunt: nullo adjecto, cur scire quidquam viderentur, argumento. Zeuxippus tamen 10
cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram, suam magis conscientiam, quam indicium hominum nullius rei consciorum, metuens. Pisiſtratus, spre- 11
tis indicibus, Thebis mansit. Servus erat Zeuxippo, totius internuncius et miniſter rei; quem indicem Pisiſtratus timens, eo ipso timore ad indicium protraxit. Literas ad Zeuxippum mittit, *servum conscium tolleret. Non tam idoneum ad celandam* 12
rem eum videri sibi, quam ad agendam fuerit. Has

minarum. Plinius [6. ep. 20.] *Audires ululatus foeminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.* Ita et *quiritatio* eſt clamor publicus cum moerore et triſtitia auxilium implorantium, quod clare ex ipsius textus verborum serie colligitur. Nec mirum, quod Glareanus annotavit, Livium Romana voce in Graeca actione usum; nam Romanis, non Graecis, scribebat hiſtoriam. MARC. DONAT. Livius 40, 9, 7. ubi Perseus Philippi regis Macedonum filius loquitur: *Tamquam si voce et comploratione nocturna excitus mihi quiritanti intervenisses.* [*quaeritatio*, mox *tumultus per totam urbem* Bamb. qui §. 4. *velut exante indicto aut voce praeconis* etc. §. 5. *destinabant et caedis.*]

§. 7. *Zeuxippus, consimili animo*] Non video, quo verba haec *consimili animo* referri poſſint. Nam non poteſt eſſe, ut similiter oſtenderet, sibi placere comprehendi eos, qui simul fuerant, quaeſtionemque ex iis haberi: ad hos enim nihil pertinere hanc caedem persuadere voluit. Plane non intelligo, quid sit, et locum corruptum aut mutilatum credo. DUR. [*Zeuxippus et constanti animo* Bamb.]

§. 8. *Argumentatus, quibus fidem*] *To quibus* delendum videtur. J. FR. GRON. Nisi potius *argumentatur.* Aït, et multis argumentatur, quibus fidem facit. JAC. GRON. [*si sibi conscius* et *mentionemve ejus caedis.* Bamb.]

§. 9. *Obviam eundo inpudentem*] Lege *impudenter.* GELEN. *inprudenter obviam crimini eundo suspicionem* etc. et *cum scirent ipsi nihil opinionem omnium pro indicio Zeuxippum* etc. mox §. 10. *Strationida* et *hominum illius rei* Bamb.]

§. 11. *Eo ipso rem ad indicium protraxit*] Lege *eo ipso timore*, pro *eo ipso rem.* GELEN. [*Servus erat Zeuxippi* Bamb.]

§. 12. *Non tam idoneum ad ce-*

Digitized by Google

qui tulit literas, jussit Zeuxippo dare quamprimum.
13 is, quia non sibi conveniendi ejus copia fuit, ipsi
illi servo, quem ex omnibus domino fidissimum cre-
debat, tradidit: et adjecit, a Pisistrato de re magno-
14 pere pertinente ad Zeuxippum esse. Conscientia
ictus, quum extemplo traditurum eas adfirmasset,
aperit. Perlectis literis, pavidus Thebas refugit. et

landam rem eum videri sibi, quam ad agendam rem fuerit] In vocibus *quam ad agendam rem*, *rem* redundat. GELEN. Conjecturam Gelenii probat [Bamb. et] Gronov. ad Livii 42, 17, 7. Saepe librarios vocem *res* de suo addidisse, saepe etiam ipsos scriptores eam paucis interpositis repetiisse, vidimus ad 2, 18, 2. Quum autem non nisi unicus codex notus fuerit, ex quo Livii l. 33. editus sit, isque *rem* utroque loco servarit, aliorum judicio relinquere, quam meo definire malo, quid de ejus vocis repetitione hoc loco censendum sit. Eo tamen animus inclinat, ut eorum sententiae, qui eam delendam putarunt, calculum adjiciam.

Has qui tulit literas, jussit Zeuxippo] His verbis satis indicatur, alii servo datas literas, non illi suspecto, cum tamen antea totius internuncius et minister rei sit dictus, et per quem res ad indicium sit protracta. GLAR. Sine causa hic dubitat et haeret Glareanus. Totius internuncius et minister rei fuerat servus Zeuxippi; de quo interficiendo ad eum literas scribens Pisistratus, illas per ipsum hunc conscium mittere non potuit. Sed misit Pisistratus per unum suorum, mandans ut ipsi Zeuxippo traderet. Sed quum is sui conveniendi copiam non faceret, traditae sunt literae conscio Zeuxippi servo, totius internuncio et ministro rei. Qui quum ex literis apertis periculum sibi imminens cognovisset, Thebas refugiens caedis auctorem indicavit. Timore igitur Pisistrati, timentis ne conscius rem indicaret, et hinc Zeuxippum ad ejus caedem inpellentis, conscius ille ad indicium protractus est. [*Has qui tulerat literas, jussus Zeuxippo dare quam primum. is, quia non statim conveniendi ejus copia fuit, illi ipsi servo* Bamb.]

Jussit Zeuxippo dare quamprimum. Is quia] Moguntinus ignorat τὸ *Is*. Scribe: *Has qui tulit literas, jussus Zeuxippo dare quamprimum, quia non sibi conveniendi ejus copia fuit*, etc. J. FB. GRON.

§. 13. *Quem ex omnibus domino fidissimum credebat*] *fidelissimum* ed. Mogunt. pro quo *fidissimum* substituit Froben. anno 1535. Si ex Mss., per me licet: sin, nihil mutandum existimo. Excerpta vet. grammat. apud Gothofr. in auctoribus ling. Lat. p. 1335. *Fidelis sit, fidus nascitur*. p. 1358. *Fidus in maximis, fidelis in minoribus negotiis. Fidus est amicus, fidelis servus*. Donat. ad Ter. Phorm. 1, 2, 26. (* *fidelis amicus* infra 39, 26, 12.) *Fidus est amicus, fidelis est servus*. Servius ad Virg. 1. Aen.

Digitized by Google

Zeuxippus quidem, fuga servi motus, Athenas, tutiorem exsilio locum ratus, concessit. De Pisistrato 15
aliquae quaestiones tormentis habitae, et sumtum supplicium est.

XXIX. Efferavit ea caedes Thebanos Boeotosque omnes ad exsecrabile odium Romanorum; Zeuxippum principem gentis id facinus consciffe: ad 1

113. *Fidum*, *fidelem*. *utrumque nomen idem significat; quamvis quidam velint, fidum amicum, fidelem servum dici.* (* V. Ovid. 13. Met. 319.) [*domino fidissimum credebat, tradit: et adicit* etc. *magno opere* Bamb.]

§. 14. *Fuga servi motus, Atenorem* etc. *concessit*] *Anthedonem* legendum, quod est oppidum littorale Boeotiae. GLAR. *Athenas* substituit Frob. anno 1535. Glareani conjectura vera esse non videtur, quia Zeuxippum tota Boeotia cessisse, et hinc in ejus urbem Anthedonem non concessisse, innuit Polyb. Exc. Legat. num. 38. Ὁ γὰρ Τίτος ἐν τῇ Ῥώμῃ πάλαι μὲν ἐσπούδαζε περὶ τοῦ καταπορευθῆναι τὸν Ζεύξιππον εἰς τὴν Βοιωτίαν. [*Anthedonem* Bamb. qui ante *Perlectisque* etc. *refugit et ad magistratus indicium defert, et Zeuxippus* etc.]

§. 15. *De Pisistrato aliquae quaestiones*] Forte *aliquot*. J. FR. GRON. Verba Polybii sunt Leg. 8. ἃ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Ζεύξιππον καὶ Πεισίστρατον, καὶ πάντες οἱ δοκοῦντες εἶναι Ῥωμαίων φίλοι. Quae etsi non de tormentis agunt, declarant tamen, factionem hujusmodi et corpus fuisse, atque inde suspicabar: *de Pisistrato aliisque quaestiones* etc. ut etiam c. 27, 9. auctor loquutus est. JAC. GRON. Cl. Heumannus me monuit, sibi legendum videri *De Pisistrato denique quaestiones.* [*De Pistrato aliisque quaestiones* Bamb.]

§. 1. *Efferaverat caedes Thebanos*] Lege *Efferavit ea caedes.* GELEN. Moguntiae ediderunt *Efferaverat caedes.* Gelenius inde exstruxit vulgatum. Verum non modo pronomen id superest, sed etiam nomen proximum *caedes. Efferaverat* (videtur scripsisse) *Thebanos Boeotosque omnes ad exsecrabile odium Romanorum, Zeuxippum principem gentis id facinus conscisse.* Forte etiam fuit *in principem*, ut Brachyllas intelligatur. J. FR. GRON. Fuit ante Gelenium *Efferaverat caedes.* Unde legendum videtur *Efferaverat ea res Thebanos Boeotosque omnes ad exsecrabile odium Romanorum, Zeuxippum in principem gentis* (ut optime mea sententia conjecit ὁ πάνυ) *id facinus conscisse.* Ita per appositionem postrema haec dicta erunt, quo nihil usitatius veteribus. Supra 25, 28, 1. *Quae ubi in castra Siculorum nunciata sunt, Epicydem Syracusis cessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam.* 36, 26, 3. *Id ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi socios.* Et alibi. JAC. PERIZ. Recepta Gronovii emendatione τὰ *Zeuxippum in prin-*

Digitized by Google

rebellandum neque vires, neque ducem habebant.
2 Proximum bello quod erat, in latrocinium versi, alios hospites, alios vagos per hiberna milites, ad
3 varios commeantes usus, excipiebant. quidam in ipsis itineribus, ad notas latebras insidiantibus, pars in deserta per fraudem deversoria devecti deducti-
4 que obprimebantur. postremo non tantum odio, sed etiam aviditate praedae, ea facinora faciebant: quia, negotiandi ferme caussa argentum in zonis habentes,
5 in commeatibus erant. Quum primo pauci, deinde in dies plures desiderarentur, infamis esse Boeotia omnis coepit: et timidius, quam in hostico, egredi
6 castris miles. Tum Quinctius legatos ad querendum

eipem gentis id facinus conscisse erunt loco nominativi. Ita saepe totam sententiam pro casu recto sumi, vidimus ad 1, 53, 1. Perizonii tamen emendatio propius ad lectionem cod. Mog. accedit. Recte autem *in principem gentis.* ut praepositio intercepta fuerit a litera ultima vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. [*Efferavit ea caedes* etc. *Romanorum credentis, non sine consilio* imp. *romani Zeuxippum principem* Bamb.]

Zeuxippum principem gentis id facinus] Verba sunt aliquot libris asterisco notata: atqui per admirationem dicta videntur, qualia multa apud idoneos authores similia. Potest etiam defectus aliquis hic esse, ut plane suspicor. GLAR. Recepta Perizonii conjectura verba sunt planissima.

§. 2. *In varios commeatus usus*] Legendum *commeantes*. GELEN. [*alios in hospitis* et *commeantis* Bamb.]

§. 3. *Ad notas latebras insidiantibus*] Cl. Crevierius vel exponit, *Boeotis* insidiantibus ad notas *sibi* latebras; vel legebat *ab notas latebras insidentibus*, eamque locutionem inlustrabat locis Livii ex 9, 31, 8. et 25, 21, 4. Alia v. ad 21, 32, 8. [*latebras ab insidiantibus* Bamb.] Mox lego *deversoria*. V. ad 1, 51, 2. et 8. et 7, 20, 7. [*deversoria deducti obprimebantur*. Bamb.]

§. 4. *Negotiandi ferme caussa argentum in zonis habentes*] De negotiatione militum in vetere militia Romana nihil statutum invenio. Livius hic quidem milites, qui cum commeatu ab hibernis aberant, et 5, 8, 3. eos, qui in praesidiis urbium erant, negotiari solitos docet, sed tamen id lixarum potius, quam militum fuisse, significat, eos *lixarum in modum* per agros vicinasque urbes negotiatos fuisse scribens. Sub posterioribus principibus Romanis militibus interdictum fuit negotiatione. V. Savaron. ad Sidonii 1. Ep. 8. Et fortassis

Digitized by Google

de latrociniis per civitates mittit. Plurimi pedites circa Copaïdem paludem inventi: ibi ex limo eruta extractaque ex ſtagno cadavera, saxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, adnexa. multa facinora Acraephiae et Coroneae facta inveniebantur. Quinctius primo noxios tradi sibi jussit, 7 et pro quingentis militibus (tot enim intercepti erant) quingenta talenta Boeotos conferre. Quorum neu- 8 trum quum fieret, verbis tantum civitates excusarent, nihil publico consilio factum esse; missis Athenas et in Achajam legatis, qui testarentur sociis, justo pioque bello se persecuturum Boeotos, et cum 9 parte copiarum P. Claudio Acraephiam ire jusso,

jam ante eos, quorum de hac re constitutiones in libris Juris Romani exstant: hoc enim videtur indicari verbis Pauli Apostoli 2. epist. ad Timoth. 2, 4. *Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις.* DUK. Ed. Mog. *argenti mintionis habentes.* pro quo id, quod nunc exstat, Froben. anno 1535. recte reposuit. [*argentum in Zonis* Bamb.] Zonis argentum reconditum fuisse, docent Salmas. ad Spartiani Pescenn. Nigr. 10. Torrent. ad Hor. 2. Ep. 2, 40. et viri docti ad Petron. 83. [*non tantum ab odio* et *praedae facinora fiebant.* Bamb.]

§. 5. *Dein indies plures desiderarentur*] Ita primum vulgatum vide in ed. Paris. anni 1573. Priores, quas consului, praeferunt [cum Bamb.] *deinde in dies plures*; quod revocavi. Mox *infamis ex Boeotia omnes cepit* edd. Mog. et proximae. Quod nunc exstat, primum obvium fuit in Frob. anni 1531. [*infamis esse Boeoti omnis coepit* Bamb.]

Egredi ausus miles] Legendum *egredi castris miles.* GELEN.

§. 6. *Circa Copaïdem paludem*] *Copidem* ed. Mog. pro quo recte Frob. anno 1531. *Copaïdem* restituit. Steph. Byz. v. *Κῶπαι. Λέγεται δὲ καὶ Κοιπαία λίμνη, καὶ Κωπαιεύς, καὶ ἡ λίμνη Κωπαΐς, ἡ ἐλέγετο Λευκωνίς.* V. Cellar. Geogr. ant. 2, 13. p. 733. et Holsten. ad d. l. Stephani. Paullo ante *quaerendum* ediderat Modius, quum priores *querendum* vulgassent: quod recte revocavit Crevier. [*Plurimae caedes circa copia idē paludem inventae* Bamb. *Acrephiae et Coronae* idem.]

§. 8. *Legatis, qui testarentur sociis*] Se non dubitare, quin Livius scripserit *socios*, recte monuit Cl. Crevier. Supra 4, 53, 5. *Consulibus Deos hominesque testantibus, culpam penes Maenium fore.* [*Utrum cum fieret neutrum* et *testarentur socios, justo pioque se bello persecuturum* Bamb.]

Digitized by Google

cum parte Coroneam circumsedit: evastatis prius agris, quam ab Elatia duo diversa agmina iere.
10 Hac perculsi clade Boeoti, quum omnia terrore ac fuga complessent, legatos mittunt. qui quum in castra non admitterentur, Achaei Atheniensesque su-
11 pervenerunt. Plus auctoritatis Achaei habuerunt, deprecantes: ac, ni impetrassent pacem Boeotis,
12 bellum simul gerere decreverunt. Per Achaeos et Boeotis copia adeundi adloquendique Romanum fa-

§. 9. *Et cum parte copiarum P. Claudio Acraephiam ire jusso*] *Ap. Claudio*, ut ante ex Polybio. SIG.V.Sigonium ad 32,36,10. Copulam autem *et* primus adscivit Frob. anno 1535. Ab antiquioribus omnibus exsulat. [*et cum parte copiarum Ap. Claudio Acrepiam ire jusso*/*ipse cum parte Coroneam circumsidit, vastatis prius agris, qua ab Elatio* etc. *iere*. Bamb.]

Evastatis prius agris, quam ab Elatia duo diversa agmina iere] *qua*, non *quam*. GELEN. Utraque lectio commodum sensum praebet. Si emendationem Gelenii, quam Froben. anno 1535. recepit, et reliqui editores servarunt, sequimur, dicet Livius, priusquam Acraephia et Coronea obsiderentur, in itinere agros evastatos esse, qua parte duo diversa agmina ad earum urbium obsidionem ab Elatia profecta sunt. Si vero priscam lectionem probamus, innuet Livius, Quinctium, priusquam ipse et Appius duobus diversis agminibus ab Elatia ierint ad obsidendas urbes Acraephiam et Coroneam, curasse, ut ager Boeotorum undiquaque evastaretur. Si igitur Gelenius *qua* ex unico cod. restituit, id retinendum puto; sin, priorem lectionem probo. Praeterea *fere* pro *iere* perperam edd. Mog. Ald. et quaedam aliae. *ferret* Cervicorn. et Ascens. anni 1530. *iere* demum Frob. anno 1531.

§. 10. *Quum omnia terrore ac fuga complessent*] Malim *terror*. J. FR. GRON. Genus loquendi per se non damno: similiter enim saepe Livius loquitur. 2, 17, 2. *Aurunci caede incendioque cuncta complent*. 26, 41, 19. *Punicum nomen maria terrasque foeda fuga impleturum*. 41, 5, 2. *Ii* etc. *omnia terrore ac tumultu* etc. *impleverunt*. 42, 61, 6. *Quae* (legiones) *nocturna fuga vobis subtractae naufragorum trepidatione passim natantium flumen compleverunt*. Hic tamen magis placet conjectura Gronovii. *Terror ac fuga complessent* inlustratur ex iis, quae notantur ad 1, 31, 7. Vel etiam legendum *terrore ac fuga completa essent*. [ita Bamb.] Infra 34, 18, 3. *Ubi omnia fuga completa vidit Cato*. Genus autem erroris *complessent* pro *completa essent* in Mbis frequentissimum est. V. ad 23, 29, 16.

§. 11. *Ac qui impetrassent pacem Boeotiis*, etc. Quidam *ac qui* mutarunt in *ac ni*. quasi Achaeos Atheniensesque minatos imperatori Romano, nisi daret Boeotiis pacem, se rebellaturos,

Digitized by Google

cta est, jussisque tradere noxios, et multae nomine triginta talenta conferre, pax data, et ab obpugnatione recessum.

XXX. Post paucos dies decem legati ab Roma venerunt, quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est. *Omnes Graecorum civitates, quae in Europa, quaeque in Asia essent, libertatem ac suas leges haberent. quae earum sub ditione Philippi fuissent, praesidia ex his Philippus deduceret: his, quae*

ac auxilio Boeotiis futuros: quod nescio quam sit credibile id ausos post Philippum tam memorabili victum pugna. De Boeotiis minus mirum, qui de stupiditate proverbiis etiam male audierunt. GLAR. Prima editio *ac qui impet.* Scribe, *nam, ni impetrassent pacem Boeotis, bellum simul gerere decreverant.* nempe adversus eosdem Boeotos. J. FR. GRON. *ac ni impetrassent* primum vidi in ed. Froben. anni 1531. [*quiam impetrassent* et *decreverant* Bamb.]

§. 12. *Per Achaeos Boeotis copiis*] Prima editio, *Per Achaeos et Boeotis.* Scribe, *Per hos ergo Boeotis.* Vel *Per Achaeos ergo Boeotis.* J. FR. GRON. Voculam *et* primus omisit Sigonius, quae capi potest pro etiam. Certe restitui contextui. [*et Boeotis* Bamb. mox *triginta conferret talenta* idem.]

§. 1. *Post paucos dies decem legati*] Confer cum his fragmentum Polybii in Exc. Legat. num. 9. Id autem deformatum a Livio repraesentari, adeo ut, quae ipse cap. seq. tradit, nisi eo adhibito, intelligi nequeant, observat Crevier. V. etiam Cl. Duker. ad §. 3. [*Paucos post dies* Bamb. §. 2. *Ut omnes* etc. *ac suas haberent leges.* idem.]

§. 3. *His, quae in Asia essent, Euromo, Pisidisque*] *Pedasso*, non *Pisidis*, lege. GELEN. Vellem, doctissimi interpretes de hoc loco explicando cogitassent: nam mihi quidem in eo non pauca obscura et intellectu difficilia sunt. Horum primum est, quod oratio non apte connectitur. Si enim ex praecedentibus repetendum est *praesidia deduceret*, omnino desideratur copula, et scribendum fuerat, *et his, quae in Asia essent.* Secundum, quod inter civitates, quae in Asia sunt, *Perinthus* numeratur, quam in Thracia fuisse certissimum est. Nam de *Myrina* et *Thaso* insula nihil dico, etsi Myrinam urbem insulae Lemni designari eo credo, quod Polyb. I egat. 9. et Livius infra c. 35, 2. tradunt, Stertinium, unum ex decem legatis, post pronunciatum hoc decretum senatus ad Hephaestiam, itidem urbem Lemni, et Thasum liberandas profectum fuisse; *Lemnum* autem et *Thasum* inter insulas maris Aegaei, Europae litoribus adpositas, recenset Pompon. Mela 2, 7. Tertium, quod *Myrina* contra ordinem, qui apud Polybium est, inter Jassum et Abydum ponitur. Quartum denique, quod Polybius, quem hic Latine interpretatus est Livius, pannum istum, *his, quae in Asia*

Digitized by Google

in Asia essent, Euromo, Pedasisque, et Bargyliis, et Jasso, et Myrina, et Abydo, et Thaso, et Pe-
4 *rintho: eas quoque enim placere liberas esse. De Cianorum libertate, Quinctius Prusiae Bithynorum*

essent, non habet. Verba illius Legat. 9. haec sunt. *Τοὺς δὲ ταττομένους ὑπὸ Φίλιππον, καὶ τὰς πόλεις τὰς ἐμφρούρους, παραδοῦναι Φίλιππον Ῥωμαίοις πρὸ τῆς τῶν Ἰσθμίων πανηγύρεως. Ἔυρωμον δὲ καὶ Πήδασα, καὶ Βαργύλια, καὶ τὴν Ἰασσέων πόλιν, ὁμοίως Ἄβυδον, Θάσον, Μυρίναν, Πέρινθον, ἐλευθέρας ἀφεῖναι, τὰς φρουρὰς ἐξ αὐτῶν μετασησόμενον.* His omnibus inducor, ut mihi persuadeam, hic aliquid turbatum, et verba, *quae in Asia essent*, a Livio non esse, eique melius cum Polybio conventurum, si scribatur *praesidia deduceret: et Euromo, Padasisque, et Bargyliis, et Jasso, et Abydo, et Myrina, et Thasso, et Perintho*. DUK. Modius primum in adnotationibus Gelenii edidit *Padasso*, pro *Pedasso*, ut priores exhibent: unde Gruter. in ipso Livii contextu *Padasisque* substituit, quod recentiores servarunt; quum antea *Pedasisque* a Frobeniana usque anni 1535. vulgatum fuisset. Id igitur reduxi: quod et Crevier. fecisse video. Neque aliter legendum monuit Cellar. 3. Geogr. ant. 3. p. 64. [*praesidia ex his Philippus deduceret, vacuasque traderet Romanis ante Isthmiorum tempus. Duceret ut ex his, quae in Asia essent, Burum ope DASISque et Bargylis et Jaso, et Myrina, et Abydo, et Thaso et Perintho: eas quoque enim placere liberas esse.* Bamb.]

Bargyllis, et Jasso] *Bargyliis et Jaso*, ut ante. SIG. V. ad 32, 33, 6.

Et Abydo et Thasso] Ita primus edidit Vascos. hoc loco, et infra c. 35, 2. quum Megunt. aliaeque priores utroque loco *Thaso* praeferant; quae contra, aeque ac Vascos. infra c. 39, 2. praeferunt *Thasso*. Nomen illud vel uno vel duplici sibilo scribi solet. Certe apud Polyb. in Exc. legat. num. 9. in verbis, quae Livius hic et c. 35. Latine interpretatus est, *Θάσον* legitur, at *Θάσσον* apud Polyb. 17, 31. quae verba Livius vertit c. 39. Priscas igitur edd. et Polyb. secutus hic et c. 35. unico sibilo contentus fui; at c. 39. eum duplicavi.

Eas quoque enim placere liberas esse] *Τὸ quoque* in Polybio non esse, omnemque decreti sensum pervertere, observat Cl. Crevier.

Liberas esse Decianorum libertate] Non memini uspiam me hoc verbi legere. Fortassis autem decem legatorum a senatu Romano missorum datam libertatem intelligemus. GLAR. Merito haesitavit hoc loco Glareanus. Non est autem mentem auctoris et veritatem lectionis assecutus, cum pro *Decianorum*, *decem legatorum* supplendum esse censuit. Sunt enim duae voces *De Cianorum*, quae sequenti sententiae annectendae hoc modo: *De Cianorum libertate Quintius Prusiae Bithyniorum regi scriberet*. De Cianis et eorum clade supra saepius dictum est. Sic enim Philippus libro priore [c. 34, 6.] *Neque ego Cium expugnavi, sed Prusiam socium et amicum oppugnantem adjuvi*. Et Polyb. l. 15, [23.] *Φίλων γὰρ ὑπαρχόν-*

Digitized by Google

regi scriberet, quid senatui et decem legatis placuisset. Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et naves omnes tectas tradere, quin et regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim 5

των καὶ συμμάχων Αἰτωλῶν, Λυσιμαχέων, Χαλκηδονίων, καὶ Κιανῶν, βραχεῖ χρόνῳ πρότερον· πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν Λυσιμαχέων πόλιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας· δευτέραν δὲ τὴν Χαλκηδονίων, τρίτην δὲ καὶ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραπόδιστο, στρατηγοῦ παρ' Αἰτωλῶν ἐν ἀντῇ διατρίβοντος, καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. Προυσίας δὲ καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις ἀυτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν. καθὸ δὲ τὰ μὲν ἄθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπέφερεν, ἀυτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο. Et Suidas: *Κιανοί, οἱ τῆς Κίου, ὃυς Προυσίας παρασπονδήσαι ἐθέλησε διά τινας αἰτίας.* SIG. Locus corruptissimus ex Polybii fragmento 9. ita potest emendari: *De Cianorum libertate Quinctius Prusiae Bithyniorum regi scriberet.* Polybius sic habet: *Περὶ τῆς τῶν Κιανῶν ἐλευθερώσεως Τίτον γράψαι πρὸς Προυσίαν*, etc. URSIN. V. eumdem Ursin. ad Polyb. Excerpt. Legat. p. 246. *Bithynorum* Gronov. dedit anno 1665. *Bithyniorum* priores. [*De Cianorum libertate Quinctium Brusiae Bithynorum regis scribere, qui* etc. Bamb.]

§. 5. *Tectas tradere, quin et regiam unam inhabilis prope magnitudinis*] Videtur ex Polybio legendum ita: *praeter lembos quinque et regiam*, etc. Polybii verba ex fragmento 9. sunt haec: *Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καταφράκτους ναῦς, πλὴν πέντε σκαφῶν, καὶ τῆς ἑκκαιδεκήρους*, etc. Id enim est, *quam sexdecim versus remorum agebant.* Confirmat hanc lectionem locus Appiani ex Macedonico, [in Exc. legat. num. 24.] in quo est: *Ναῦς τε ὅσας ἔχει χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, καὶ σκάφῶν πέντε καταφράκτων*, etc. Videtur tamen Appianus in eo mendosus, quod regiam navem *ἑξήρη*, non, ut Polybius et Livius, *ἑκκαιδεκήρη*, dixit. URSIN. Eodem modo hoc emendat Pighius ad A. V. ıɔLvII. p. 261. nisi quod omittit vocem *lembos.* Putavit nimirum relictas fuisse regi quinque naves tectas; cujus sententiae auctores sunt Appian. in Exc. Legat. hic apud Ursin. et Zonar. 9, 16. Sed aliter sentit Polybius, qui quum regi *τὰς καταφράκτους ναῦς πλὴν πέντε σκαφῶν* ademtas scribit, aperte illa *πέντε σκάφη* a *καταφράκτοις* distinguit. Nam si illa quoque *κατάφρακτα* fuissent, nihil opus fuisset addita voce *σκαφῶν*, quum sufficere potuisset *πλὴν πέντε.* Livius quoque, qui Philippum *omnes* naves tectas tradere jussum dicit, ei nullam earum relictam fuisse significat. Unam illam inhabilis prope magnitudinis a Livio *regiam* appellari puto, quod reges mole ac magnificentia navium regias opes ostentare solebant; quales erant naves regum Aegyptiorum, et navis Hieronis apud Athenaeum l. 5. et *liburnicae deceres* Caligulae, quas memorat Suetonius Calig. 37. Zonaras hanc Philippi navem *στρατηγίδα praetoriam* vocat. Sed navis tam inhabilis magnitudinis vix ullus usus in proeliis esse potuit: ob quam causam eam etiam Philippo a Romanis relictam fuisse ve-

Digitized by Google

6 *versus remorum agebant. Ne plus quingentis arma-*
torum haberet, neve elephantum ullum. Bellum ex-
7 *tra Macedoniae fines ne injussu senatus gereret. Mil-*
le talentûm daret populo Romano: dimidium prae-
8 *sens, dimidium pensionibus decem annorum.* Vale-
rius Antias, quaternùm millium pondo argenti ve-
ctigal in decem annos, triginta quaterna millia pon-
9 do, et ducenta, praesens viginti millia pondo. idem
nominatim adjectum scribit, ne cum Eumene, At-
10 tali filio, (novus is tum rex erat) bellum gereret. In
haec obsides accepti, inter quos Demetrius Philippi
filius. Adjicit Valerius Antias, Attalo absenti Aegi-

rosimile est. De *versibus remorum* agunt Salmas. observ. ad jus Attic. et Rom. c. 29. p. 687. et Scheffer. de Milit. nav. 2, 2. Meibom. et Opelius de Fabric. Trirem. DUK. Eodem modo, quo hoc loco, Livium emendandum esse, monuit Ursinus ad Polyb: Exc. legat. p. 246. Contra eadem emendatio, quae Pighio, etiam in mentem venit Meibom. de Fabric. trirem. p. 613. legendum nempe *omnes tectas tradere, praeter quinque et unam regiam.* Nam σκαφῶν apud Polyb. non *scaphis* cum Casaub. (vel *lembis* cum Ursino,) sed *navibus* vertendum esse. Emendatio haec placuit etiam Cl. Jac. Gronov. in Dissert. epist. ad Livii loca quaed. Geograph. epist. 6. p. 48. ubi simul docet, perperam Meibom. gloriatum esse, neminem mancum esse hunc Livii locum vidisse. Regiae autem istius navis, inhabilis prope magnitudinis, hoc loco memoratae, meminit etiam Livius infra 45, 35, 3. ubi vide. [*et navis omnis tectas tradere; praeter.* V. *et regiam unam* etc. Bamb.]

§. 6. *Plus quingentis armatorum*] Pighius ex Zonara 9, 16. *plus quinque millibus armatorum.* Polyb. in Exc. leg. num. 9. et Appianus in Exc. leg. num. 24. hoc praeterierunt. DUK. [*Neplus.* V. *milia armentorum habere* Bamb. qui §. 7. *Mille talentum daret populo dimidium pensionibus decem annorum.*]

§. 8. *Triginta quaterna millia pondo et ducenta*] *Vectigal* praecessit, *praesens* pecunia sequitur. Haec summa in medio quid sibi velit, haud equidem scire possum. GLAR. Turbata haec sunt, ut cuivis videre pronum. Fortasse scripsit Livius: *Valerius Antias quaternûm millium pondo argenti vectigal in decem annos, praesens tricena quaterna millia et ducenta viginti pondo.* Non desunt rationes, et alibi dabuntur. J. FR. GRON. Non scio, ubi dederit. DUKER. Haec depravata esse, nec sine libris emendari posse existimanti Cl. Crevierio adsentior. Cur tamen Gronov: duplicis formae numeros junxit? An forte *triginta*

Digitized by Google

nam insulam elephantosque dono datos, et Rhodiis 11
Stratoniceam Cariae atque alias urbes, quas Philippus tenuisset: Atheniensibus insulas datas, Paron, Imbrum, Delum, Scyrum.

XXXI. Omnibus Graeciae civitatibus hanc pacem adprobantibus, soli Aetoli id decretum decem 1
legatorum clam mussantes carpebant. *literas inanes* 2
vana specie libertatis adumbratas esse. Cur enim alias Romanis tradi urbes, nec nominari eas, alias nominari, et sine traditione juberi liberas esse? nisi 3
ut, quae in Asia sint, liberentur, longinquitate ipsa tutiores: quae in Graecia sint, ne nominatae inter-

quatuor millia et ducenta viginti pondo? [*Val. Antias* etc. *in decem annos inpositum regit tradit; Claudius in annos* XXX. *quaterna milia pondo et ducentum, praesens* XX *pondo.* §. 9. *cum ne eum eni*, pro *ne cum Eumene.* §. 10. *Addidit Antias Valerius, Attalo absente* etc. *Stratoniceam Cariaeque alias ubres,* etc. *insulas datas, Lemnum, Imbrum, Delum, Scyrum.* Bamb.]

§. 1. *Soli Aetoli id decretum decem clamium sanies carpebant*] Non erat opus asterisco, si, qui primae editioni praefuit, acrius oculos in characterem non satis notum intendisset: vidisset sinceram lectionem nempe hanc: *decretum X. legatorum clam mussantes carpebant.* Eadem caecutientia mox pro *liberentur* legit *libenter*; et *Eretriam* omisit, ubi scriptum est *Oreum cum Eretria et Demetriade.* GELEN. Supra 7, 25, 1. *Mussantesque inter se rogitabant, num quem plebeji consulis poeniteret?* ubi vide, quae notantur; et viros doctos ad Phaedri 4, 25, 34. [*Aetoli decretum* etc., omisso *id*, Bamb.] Mox *literas inane una specie libertatis adumbratas esse* Mog. et aliae edd. Quod nunc vulgo exstat, primum inveni in ed. Frob. anni 1531. [et est in Bamb.]

§. 2. *Cur enim alias Romanis tradi urbes*] Hoc intelligi non posset, nisi Polybius Legat. 9. docuisset, Philippum jussum fuisse urbes Graecorum, in quibus praesidia habebat, antequam celebrarentur Isthmia, Romanis tradere, nec tamen eas nominatas fuisse. Horum prius tantum, de traditione scilicet urbium Graecarum, expressit Livius c. 30, 3. in referendis conditionibus pacis, non item cetera. Sed locus ille mihi, ut dixi, videtur mendosus esse. DUKER.

Sine traditione jubere liberas esse] Scribe *juberi*. J. FR. GRONOV. Doujatius etiam vulgatum *jubere* defendi posse existimat, si intelligatur *Romanos jubere*: Livium enim saepe ita variare solitum fuisse. Ad id probandum adducit locum ex fine hujus cap.

Digitized by Google

cipiantur; Corinthus, et Chalcis, et Oreum, cum
4 *Eretria et Demetriade.* Nec tota ex vano criminatio erat. dubitabatur enim de Corintho, et de Chalcide, et Demetriade, quia in senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atque
5 Asiae haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora reipublicae postulassent, id e republica fideque sua facere, statuere jussi erant.
6 Antiochus rex erat, quem transgressurum in Europam

Ipsis tutius esse, manere paullisper sub tutela praesidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi. Similia plura v. ad 4, 2, 7. Emendatio tamen Gronoviana videtur praeferenda esse. [*liberas juberi esse* Bamb.]

§. 3. *Nisi ut, quae in Asia sint, liberentur*] *liberentur* ex Msto legendum docuit Gelenius ad §. 1. Moguntini ediderant *nisi quaeque in Asia sint, libenter.* [*nisi quod, quae in Asia sint, liberentur* Bamb.]

Longinquitate ipsa tutiores] Non est in Polybio. Sententia non satis aperta est: sed hanc esse puto, Romanos libertatem reddidisse urbibus Graecis Asiae, quod eas sibi propter longinquitatem parum utiles esse putarent ad id, quod parabant, id est, ad compedes Graeciae injiciendas, quod iis apud Polybium objiciunt Aetoli. DUKER.

Quae in Graecia sint, ne nominatae intercipiantur] Scribe *quae in Graecia, non nominatae intercipiantur.* Neque enim huc convenit *τὸ ne*, et abundat *τὸ sint.* J. FR. GRON. Ut *τὸ sint* deleatur, nullam, quae subigit, caussam video. *non* pro *ne* legendum, judicat etiam Crevier. at Doujatius ejus loco *nec* malebat. [*sint, ne nominatae quidem* Bamb.]

Et Oreum, cum Eretria et Demetriade] Mogunt. et alii ediderunt *et Chalcis et Oricum et Demetrias.* Ejus loco, quod nunc editur, restituit Gelenius supra ad §. 1. Et recte. Polyb. Exc. legat. num. 9. pag. 1107. *Τὰς δὲ παραδιδομένας Ῥωμαίοις φανερόν, ὅτι τὰς κατὰ τὴν Ἐυρώπην. εἶναι δὲ ταύτας, Ὠρεόν, Ἐρέτριαν, Χαλκίδα, Δημητριάδα, Κόρινθον.* [*Corinthus et Calchis, et Oreus, cum Eretria et Demetriade* Bamberg.]

§. 4. *Dubitabatur enim de Corintho, et de Chalcide, et Demetriade*] Puto hic praepositionem *de* excidisse, interceptam a prima syllaba vocis sequentis, ac legendum esse *et de Demetriade.* V. ad 3, 30, 3. Liv. 36, 7, 2. *Quum de Euboea, de Achaeis, de Boeotia agebatur.* De repetitis praepositionibus v. ad 6, 28, 6. [*De Corintho, et Chalcide, et Demetriade* Bamb.]

Caeterae Graeciae atque Asiae haud dubie liberabantur] Ex sequentibus ad haec verba repetendum esse *τὸ urbes*, monuit

Digitized by Google

pam, quum primum ei res suae placuissent, non dubitabant. ei tam opportunas ad occupandum patere urbes nolebant. Ab Elatia Anticyram cum decem 7
legatis, inde Corinthum trajecit. ibi consilia decem legatorum tractabantur. Idemtidem Quinctius, *li-* 8
berandam omnem Graeciam, si Aetolorum linguas retundere, si veram caritatem, majestatem, apud omnes nominis Romani vellent esse: si fidem facere, 9
ad liberandam Graeciam, non ad transferendum a Philippo ad se imperium, se mare trajecisse. Nihil 10

J. Fr. Gronovius ad 30, 7, 6. [*Asiae urbes* Bamb.]

§. 5. *Quo tempore po. Romanus postulasset*] *quod tempora reipublicae postulassent* depravatum in *quo tempore P. R. postulasset.* GELEN. Origo erroris fuit, quod notas *R. P.* id est *respublica* mutarint, literis transpositis, in *P. R.* id est *populus Romanus.* Alia hujus erroris exempla v. ad 38, 58, 6. [*Ante de iis tribus* etc. Bamb.]

Id e republica fideque sua facere, statuere jussi erant] Expressit Livius veterem senatus-consulti formulam. *I. V. E. E. R. P. F. S. V.* hoc est, *ita ut eis e republica fideque sua videbitur.* ad quam etiam respexit Polybius verbis illis *βουλευόντωι κατὰ τὰς ἀυτῶν προαιρέσεις.* URSIN. ad Polyb. Exc. leg. num. 9. p. 247. Adde Brisson. de Formul. l. 2. p. 215. [*facere ac statuere* Bamb.]

§. 6. *Quum primum ei res suae placuissent*] Id est, quum primum sibi satis paratus ad bellum Romanum, satis virium ad Romanos bello lacessendos collegisse visus fuisset. V. Gronov. ad Taciti Germ. 11. Non puto quidem necesse esse, hic aliquid mutari; sed mallem tamen *quam primum.* DUKER. [*cum primum ei vires suae satis placuissent* Bamb. mox *et jam*, pro *ei tam* idem.]

§. 7. *Ab Elatia Anticyram* etc. *trajecit*] Facile intelligi potest, hoc de Quintio dici: sed quia eum neque hoc, neque praecedenti capite nominat, nec quidquam fecisse dixit, nomen illius hic addendum videtur. Polybius: *Ὁ δὲ Τιτος ὁρμήσας ἐκ τῆς Ἐλατείας μετὰ τῶν δέκα.* DUK. *Quintius ab Elatia* etiam Cl. Crevierius legendum conjecit. [*Ab Elatia profectus Quinctius Anticyram* etc. *trajecit. ibi consilia de libertate Graeciae dies prope totos in concilio* X *legatorum tractabantur.* Bamb.]

§. 8. *Si Aetolorum linguas retunderet*] *retundere* perspicue legendum est, ut sit: *si Aetolorum linguas retundere vellet.* SIG. *retundere* non tantum Mog. sed etiam Aldus aliique ediderunt: primus deinde Curio *retunderet* substituit, sine dubio operarum errore. In verbis sequentibus aliquid excidisse, ac legendum censet Cl. Crevier. *si veram caritatem, si integram*, vel *inviolatam majestatem apud omnes nominis Romani vellent esse.*

Digitized by Google

contra ea de libertate urbium alii dicebant. ceterum *ipsis tutius esse, manere paullisper sub tutela praesidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum*
11 *accipi:* Postremo ita decretum est: *Corinthus redderetur Achaeis, ut in Acrocorintho tamen praesidium esset: Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho decessisset.*

1 XXXII. Isthmiorum statum ludicrum aderat; semper quidem et alias frequens, quum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis artium, viriumque, ac pernicitatis visuntur;

nam *veram majestatem* ferri non posse. Quid, si cum Ampliss. Roëllo legamus, *si veram caritatem, si majestatem?* [*retunderet, si veram caritatem, magistatem aput omnis Romanorum vellent esse* Bamb.]

§. 9. *Ad transferendum a Philippo ad se imperium, se mare trajecisse*] Ed. Mog. et quaedam aliae *ad transferendum Philippo adesse imperium esse mare trajecisse*. Id quod nunc exstat, demum inveni in ed. Frob. anni 1531. An legendum *ad transferendum a Philippo ad se imperium, sese mare trajecisse?* Solent enim *sese* et *esse* literarum transpositione commutari. V. ad 40, 26, 5. [*a Philippo ad se imperium, sese mare trajecisse* Bamb.] Paullo ante eaedem edd. *si idem esse idem facere.* [*si fidem facere* Bamb.]

§. 10. *Manere paullisper sub tutela populi Romani*] *praesidii Romani* depravatum in *populi Romani*. GELEN.

§. 11. *Ut in Acrocorintho tamen praesidium esset*] Ita primus Froben. anno 1535. edidit. Priorce male vulgarant *ut in agro Corinthio*. [ita etiam Bamb.] Pariter in cod. Moguntino peccatur etiam infra 34, 50, 8. ubi vide. Ἀκροκόρινθον in hac re memorat Polyb. in Exc. leg. num. 9. p. 1108. [*retinere*, pro *retineri*, Bamb.]

§. 1. *Nemeorum statum ludicrum aderat*] *Isthmiorum ludicrum* depravatum in *Nemeorum*. GELEN. *erat* legendum in margine Livii conjecit Ant. Perizonius. Male. Polyb. Exc. legat. num. 9. p. 1108. Τῆς Ἰσθμίων πανηγύρεως ἐπελθούσης. Mox pronomen *quo* et copula *ac* desunt in edd. Mogunt. aliisque, usque ad Frob. qui anno 1531. utrumque adjecit. [*et pernicitatis* Bamb.] Hinc §. seq. *omnium rerum undique convenerat* eaedem edd. pro quo *omnium Graecorum undique commune erat* anno 1531. id quod nunc exstat, anno 1535. Frobenius reposuit. V. ad 23, 29, 16. [*omnium rerum usus ministrantis humano generi concilium, Asiae Graeciaeque is mercatus erat. Tum vero non ad solitos modo usus undique convenerant, sed exspectatione erecti* Bamb.]

Digitized by Google

tum quia propter opportunitatem loci, per duo di- 2
versa maria, omnium Graecorum undique conven-
tus erat. Sed exspectatione erecti, qui deinde sta- 3
tus futurus Graeciae, quae sua fortuna esset: alii
non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam
serebant. Romani ad spectaculum consederunt; et 4
praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam are-
nam, unde sollemni carmine ludicrum indici solet,
processit, et, tuba silentio facto, ita pronunciat:
SENATUS ROMANUS ET T. QUINCTIUS IMPERATOR, PHI- 5
LIPPO REGE MACEDONIBUSQUE DEVICTIS, LIBEROS, IN-

§. 3. *Sed exspectatione erecti, qui deinde* etc.] Postquam ostenderat, *semper alias* frequens fuisse ludicrum Isthmiorum, exspectari poterat, ut diceret, *tum* solito frequentius fuisse. Polybius non dicit, id semper alias frequens fuisse; sed tantum, cur tum frequentius, quam aliis temporibus, fuerit; quia scilicet ex omnibus fere orbis partibus clarissimi viri propter exspectationem futuri eo convenerant. *Τῶν Ἰσθμίων*, inquit, *πανηγύρεως ἐπελθούσης, καὶ σχεδὸν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν συνεληλυθότων, διὰ τὴν προσδοκίαν τῶν ἀποβησομένων, πολλοὶ καὶ ποικίλοι καθ' ὅλην τὴν πανήγυριν ἐνέπιπτον λόγοι.* Suspicor hic intercidisse quaedam, et Livium dixisse, spectatores *tum solito frequentiores* eo convenisse. Ita certe postulat, quod antea dixerat *semper quidem et alias frequens.* DUK. Idem etiam suspicatur Cl. Crevier. Quod tamen is addat, plusculo hic deperdita esse indicare vocem *alii*, quae mox sequitur; nihil enim in praecedentibus ei respondere, omissum maluissem. Nam *alii* eo modo accipi potest, quo inlustratur supra ad 3, 37, 8. [*alii alia non taciti* etc. *ferebant.* Bamb.]

Sed sermonibus etiam ferebant] Ita ultima demum Gruteri ed. exhibuit. Neque genus loquendi damnandum. Praeferunt tamen priores omnes *serebant*; quod perperam, vel dedita opera, vel librariorum lapsu mutatum est. Supra 7, 39, 6. *Haec, qui in castris erant, occultis sermonibus serunt.* ubi vide, quae notantur. Silius 15, 283.

Haec atque his paria alterno
sermone serebant.

Caesar 2. Civ. 17. *Haec omnibus serebat sermonibus.* Ita legendum monet Freinsh. in ind. Curtii v. *Serere*, ubi vulgo editur *ferebat.* Apul. 1. Met. in princ. *At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram.* ubi v. Pricaeum. [*ferebant. Romanos factaros* (an *victores?*) *vix cuiquam persuadebantur* (litera *n* punctulis notata) *Graecia omni cessuros. Ad spectaculum consederant. et praeco* etc. Bamb.]

§. 5. *Senatus Romanus et T. Quinctius imperator*] Legendum

Digitized by Google

munes, suis legibus esse Jubet Corinthios, Procenses, Locrensesque omnes, et insulam Euboeam,
6 et Magnetas, Thessalos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas. Percenserat omnes gentes, quae sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce praeconis, majus gaudium fuit, quam quod universum ho-

esse puto *Senatus populusque Romanus*. Nam sic Val. Max. 4, 8, 5. caput ejusdem edicti formula solemni liberae civitati congrua profert. Cui etiam adstipulatur Plutarchus. PIGH. in Annal. ad ann. CIOLVII. p. 262. Pighii emendationem recepit ultima Gruteri editio; eamque adstruere videtur locus App. in Exc. legat. num. 24. p. 362. Ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ Φλαμινῖνος ὁ στρατηγὸς, Μακεδόνας καὶ βασιλέα Φίλιππον ἐκπολεμήσαντες, ἀφίησι τὴν Ἑλλάδα ἀφρούρητον, ἀφορολόγητον, ἰδίοις ἤθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι. Nihilominus priorem lectionem reduxi, quia Polybius, quem Livius Latine reddidit, nullam populi mentionem fecit, in Exc. leg. num. 9. p. 1108. Ἡ σύγκλητος ἡ Ῥωμαίων καὶ Τίτος Κόιντιος στρατηγὸς καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις Κορινθίους, Φωκέας, Λόκρους, Εὐβοεῖς, Ἀχαίους τοὺς Φθιώτας, Μάγνητας, Θεττάλους, Περραιβούς. Quin etiam Plutarchus, cujus testimonio Pighius emendationem suam firmare conabatur, populi non meminit, in vita Flaminini p. 374. Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους Κορινθίους etc. Supra etiam apud Livium non populi in hac re mentio facta est, sed solius senatus, qui decem legatos more majorum mittendos decrevit, quorum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, c. 24. Et ita c. 31, 4. *In senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atque Asiae haud dubie liberabantur.*

Thessalos, Perhaebios, Achaeos, Tietas] Quia ultimum nomen haud dubie corruptum est, pro duobus ultimis quidam *Achaeos Phthiotas* reposuerunt: sed neutiquam satis ita sanatum est hoc vulnus. Nam multa hic nomina omissa sunt, quae absque fide vetusti alicujus codicis restituere non possumus. GLAR. Glareanum non laudo, qui arbitratur, hoc loco nomina aliquot populorum intercidisse. cur non laudem, Plutarchus causa est, qui totidem pene verbis hanc rem in Flaminino exponit [p. 374.] Προσελθὼν εἰς μέσον ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους, καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις, Κορινθίους, Λοκρούς, Φωκεῖς, Εὐβοέας, Ἀχαιούς, Φθιώτας, Μαγνήτας, Θετταλοὺς, Περραιβούς. Cum igitur totidem apud Plutarchum sint nomina populorum, quot apud Livium, a quo haec sumpsit Plutarchus, profecto ni-

Digitized by Google

mines caperent. Vix satis credere se quisque audis- 7
se: alii alios intueri, mirabundi velut somnii vanam
speciem: quod ad quemque pertineret, suarum au-
rium fidei minimum credentes, proximos interroga-
bant. Revocatus praeco, quum unusquisque non 8
audire, sed videre libertatis suae nuncium averet,

hil hoc loco desiderari judicandum est. Quod autem vocibus illis movetur Glareanus, *percensuerat omnes gentes, quae sub ditione Philippi regis fuerant*, intelligendum est, eas vitiose legi. Placet autem, ut legatur, *percensuit inde omnes gentes*, id est, post Graecos Macedoniae etiam populos nominavit, ut Dolopas, Orestas, Lycum, Parthinos. utraque enim gens cum sit Illyriorum, sub ditione Philippi fuerat. Error ortus est ex compendiosa scriptura: ex *percensuit in̄* factum est *percensuerat*. Porro autem apparet ex Plutarcho, legendum esse *Perraebi*, non *Perraebii*. SIG. *Perraebos* legendum esse, Ursinus non modo infra cap. seq. §. 8. sed etiam ad Polyb. Exc. leg. num. 9. p. 248. monuit. V. etiam ad 39, 24, 11. [*Perhebos* Bamb.] Pro *Achaeos Tietas* Frob. anno 1531. legit *ac Hestiaeotas*, quadriennio postea *Achaeos Phthiotas*. Pessime deinde *Achaeos*, *Phthiotas*, [ut est in Bamb.] interpunctione distinctis vocabulis, quasi duo diversi populi forent, dedit Vascosanus, quem reliqui editores secuti sunt. Licet autem postea Gronovius distinctionem expunxerit, eam tamen Clericus iterum revocavit. Sed Ἀχαΐους τοὺς Φθιώτας vocavit Polyb. l. laud. V. etiam Gelen. ad c. 34, 7. Idem etiam error vulgo committitur apud Plutarchum. Recte denique Sigonius a Glareano dissensit. Non tantum enim Plutarch. quem laudat, sed neque Polyb. in Exc. leg. num. 9. quem Plut. et Livius reddiderunt, plures populos memorarunt. Plutarchus tamen id singulare habet, quod Quinctius ei vocetur στρατηγὸς ὕπατος, quo nomine neque hic apud Livium, neque apud Polyb. neque apud Appian. in Exc. leg. adpellatur.

Majus gaudium fuit, quam quod universi homines acciperent] *universum homines caperent* debet legi, GELEN. Aliud exemplum rei laetioris, quam ut mox credi potuerit, infra v. 39, 49. Cum hoc autem Livii loco alium Aeschyli ex Agam. vers. 276. confert Victor. 27. Var. lect. 4. [*universum homines acciperent* Bamb.]

§. 7. *Quod ad quemque pertineret*] Haec verba nihil Livio dignum habere, sed potius oscitante librario, monet Crevierius: itaque vel recidenda esse, vel immutanda. Cl. etiam Dukerus locum haud sanum putabat. Paullo ante *et alii alios intueri*, tum *somni vanam speciem* edd. Mog. et aliae. Vulgata lectio domum adparuit in Froben. anni 1535. [*audisset: et alii alios intueri, mirabundi velut ad somnii vanam speciem: quod ad quemque pertinebat* etc. Bamb.]

§. 8. *Iterum pronunciaret eadem*] Malim haec verba ita accipere, ut non sint revocantium praeconem, sed narrantis, quid revocatus praeco fecerit, Livii,

Digitized by Google

9 iterum pronunciaret eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus, totiesque repetitus, ut facile adpareret, nihil omnium bono-
10 rum multitudini gratius, quam libertatem esse. Ludicrum deinde ita raptim peractum est, ut nullius nec animi, nec oculi spectaculo intenti essent. adeo unum gaudium praeoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum.

1 XXXIII. Ludis vero dimissis, cursu prope om-
2 nes tendere ad imperatorem Romanum: ut, ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacientium, haud procul periculo fuerit. Sed erat trium ferme et triginta
3 annorum; et quum robur juventae, tum gaudium ex

scribique, *averet*, *iterum pronunciare eadem*. id est, pronunciavit, vel pronunciabat. J. FR. GRON. *iterum pronunciat eadem* legendum, conjicit Crevier. *Revocatus praeco* est denuo pronunciare jussus, quae antea pronunciarat. Livius 7, 2, 9. *Quum saepius revocatus vocem obtudisset.* λέγειν πάλιν ὑπὲρ τῶν ἀυτῶν dixit Polyb. Exc. leg. num. 9. p. 1109. [*cum unus quis non audire modo, sed videre libertatis suae nuncium haberet, iterum pronuntiavit eadem*. Bamberg.]

§. 10. *Praeoccupaverat omnem aliorum sensuum voluptatem*] Temere ab archetypo discessum est, quod habet *praeoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum*. GELEN. Livius, si codd. integerrimis fidem habemus, aliis locis *voluptatium* efferre amavit. V. ad 7, 38, 5. et 23, 8, 6. An ergo ita etiam hic scribendum?

§. 2. *Haud procul periculo fuerit*] Ita primus Froben. dedit anno 1535. [concinente Bamb.] Priores edd. praeferunt *haud procul periculo fuerit is*. [*contingere dextra* Bamb. §. 3. *gaudium exta* (litera *x* punctulo notata) *insigni gloriae et fructus, vires suppeditabat. nec praesens tantum modo effusa est laeticia; sed per multos dies gratiis et cog. et serm. renovata*. §. 6. *terris continentibus junctis praeesset*, etc. *imperium sit, ubique jus* etc. idem.]

§. 7. *Una voce praeconis liberatas omnes Graeciae atque Asiae urbes*] Quia non omnes Asiae urbes, sed tantum Graecae in Asia sitae, liberatae sunt, Gronov. in prima ed. notarum vocem excidisse, ac legendum existimavit *liberatas omnes Graeciae atque Asiae Graecas urbes*. Sed recte hanc conjecturam curis secundis omittendo tacite damnavit. Similiter enim supra c. 31,

Digitized by Google

tam insigni gloriae fructu, vires suppeditabant. nec 4
praesens omnium modo effusa laetitia est; sed per
multos dies gratis et cogitationibus, et sermonibus
revocata: *Esse aliquam in terris gentem, quae sua* 5
inpensa, suo labore ac periculo bella gerat pro liber-
tate aliorum: nec hoc finitimis, aut propinquae vici- 6
nitatis hominibus, aut terris continenti junctis prae-
stet: maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum in- 7
justum imperium sit, et ubique jus, fas, lex poten-
tissima sint. Una voce praeconis liberatas omnes
Graeciae atque Asiae urbes. Hoc spe concipere, au- 8
dacis animi fuisse: ad effectum adducere, virtutis
et fortunae ingentis.

XXXIV. Secundum ista jam Quinctius et decem 1

4. *Dubitabatur de Corintho, et de Chalcide, et Demetriade, quia in senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atque Asiae* [urbes] *haud dubie liberabantur.* Utrobique *Graeciae atque Asiae urbes*, scilicet quibus Philippus cedere cogebatur, intelligi debent. [*Asiae civitates.* Bamb.]

§. 8. *Hoc spe concipi audacis animi fuisse; ad e. a. v. et fortunae gentis*] Et haec verba corrupta sunt, sed utcumque restituta in aliquot libris. At obscuritas est in verbis his, quae non ita multo post sequuntur: *Abstineret liberas omnesque Graecas.* Item quae rursus, aliquot interjectis versibus, sequuntur: *Phocenses, Locrenses, et quae sicut antea fuerant adjecta decreti auctoritate, his contribuerunt.* Neque enim hi duo populi Aetolis contributi sunt, opinor. GLAR. Apertior erit locus, si ita legas, *Hoc spe concipere audacis animi fuisse; ad effectum adducere, virtutis et fortunae ingentis.* SIG. Primae edd. praeferunt *Hoc spe concipi, audacis animi fuisse; effectum adduceret, virtutis et fortunae gentis.* Froben. anno 1531. *ad effectum ducere.* quadriennio postea *ad effectum adducere* idem. Sigonius tandem id, quod nunc vulgo in editis exstat. [et ita Bamb. nisi quod *et virtutis et fortunae ingentis.*]

§. 1. *Secundum ista jam Quinctius et decem legati*] *Τὸ jam* deest in Mog. aliisque primis edd. Addidit illud Frob. anno 1535. [*Secundum Isthmia Quinctius* Bamb.] Mox *civitatium* Mog. pro quo Aldus *civitatum* dedit. Sed v. ad 33, 20, 11. et infra hoc cap. §. 5. [*legationes regum gentiumque*, omisso *civitatium* Bamb.]

§. 2. *Verba sine fide rerum jactata*] *jactantibus* legendum.

Digitized by Google

legati legationes regum, gentium, civitatiumque au-
2 divere. Primi omnium regis Antiochi vocati legati
sunt. his eadem, quae fere Romae erant, verba si-
3 ne fide rerum jactata. Nihil jam perplexe, ut ante,
quum dubiae res incolumi Philippo erant, sed aper-
te pronunciatum, ut excederet Asiae urbibus, quae
aut Philippi, aut Ptolemaei regum fuissent. abstine-
4 ret liberas, omnesque Graecas. Ante omnia denun-
ciatum, ne in Europam aut ipse transiret, aut copias

GELEN. Sic [*jactantibus*] Gelenius legendum ait, dubium ex conjectura sua, an quia sic erat in unico codice: nam ex eodem Moguntini ediderunt: *his eadem, quae fere Romae erant, verba sine fide rerum jactata. nihil jam perplexe, ut ante*, etc. *pronunciatum*. Quod potest ferri, et *τὸ erant* non belle videtur congruere *τῷ jactantibus*. Itaque hoc si malis, illud dele. J. FR. GRON. Idem Gronov. in priori ed. notarum ad 38, 25. lectionem, quam Moguntini ex cod. suo ediderunt, probavit; Grevier. posteriorem Gronovii emendationem. [*his eadem fere quae Romae egerant, verba sine fide rerum jactantibus, nihil jam* etc. *aperte denunciatum*, etc. *quae Philippi aut Ptolomaei regnum fuissent*. Bamb.]

§. 3. *Abstineret liberas omnesque Graecas*] Obscuritatem ait Glareanus [ad cap. praec. §. 8.] his verbis inesse. Ego vero et vitium inesse puto, et restituendum: *pronunciatum, ut excederet Asiae urbibus, quae aut Philippi, aut Ptolemaei regum fuissent: sineret liberas omnes esse Graecas*. J. FR. GRON. Equidem viro eruditissimo omnino adsentior; judicanti corruptum esse locum; sed cogitavi, num forte leviore mutatione possit restitui, quam pro *abstineret* legendo *sineret*, et pro *omnesque*, *omnes esse*. Si nimirum legas *has sineret*, hoc propius paullo accedit ad vulgatum *abstineret*, et sic stare potest *omnesque*, nec opus mutare in *omnes esse*, hoc modo: *has sineret liberas, omnesque Graecas*. id est, has Asiae urbes, quae sc. Philippi aut Ptolemaei fuissent, et praeter eas omnes Graecas. *Sinere urbes liberas* Graeci dicunt *ἐᾶν πόλεις ἀυτονόμους*. Ita Diod. Sic. 15, 484. *ἁπάσας τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις ἐᾶν ἀυτονόμους*. Idem passim distinguit inter *τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις*, et inter *τοὺς ἄλλους Ἕλληνας*. LAMBOS specimine animadv. Latin. Bossii conjectura propius quidem ad codicis et priorum edd. lectionem accedit; non tamen sensui satisfacit. Livius enim in hac historia per *Graecas urbes* numquam intellexit urbes Graeciae, ita ut obponantur urbibus Graecae originis in Asia; verum eo sensu potius vocat *urbes Graeciae atque Asiae*, ut c. 31. et 33. Praeterea Livius his verbis tantum agit de urbibus Asiae Graecis, quas Antiochus occuparat, et de transitu ejus in Graeciam demum verbis sequentibus aget. Cl. Grevier. vix du-

Digitized by Google

trajiceret. Dimissis regis legatis, conventus gentium 5
civitatiumque est haberi coeptus: eoque maturius
peragebatur, quod decreta decem legatorum civita-
tes nominatim pronunciabant. Orestis, (Macedonum 6
ea gens est) quod primi ab rege defecissent, suae
leges redditae. Magnetes, et Perrhaebi, et Dolopes,
liberi quoque pronunciati. Thessalorum genti, prae- 7
ter libertatem concessam, Achaei Phthiotae dati, The-
bis Phthioticis et Pharsalo excepto. Aetolos de Phar-

bitare potest, quin scripserit Livius *abstineret liberis*, sc. urbibus. Reliquas autem duas hujus loci voces *omnesque Graecas* vel aliquod vitium celare credit; vel esse initium alterius periodi, cujus postrema verba exciderunt. Clericus edidit *ac sineret liberas omnesque Graecas*, non monito lectore, se ita conjecisse, aut conjecturam recepisse. Si quid mutandum, partim ex Gronovii, partim ex Clerici conjectura posses, *ac sineret liberas omnes esse Graecas*, vel *ac sineret liberas omnes Graecas*, vel denique *abstineret liberas omnes Graecas*. Nam ita *abstinere usurpationem vocis* etiam emendatur supra 27, 19, 5. Similiter autem particulam *que* in libris belli Punici secundi contra mentem Livii a librariis vel additam, vel omissam esse, docuit Jac. Gronov. Differt. epist. ad Livii loca quaed. geogr. ep. 2. Per *omnes Graecas* autem intelligo urbes Graecae originis in Asia. Id colligi potest ex Polyb. qui, quas Livius *omnes Graecas*, vocavit *τὰς ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεις*, in Exc. legat. num. 9. p. 1110. *Πρώτοις μὲν ἐχρημάτισαν τοῖς παρ' Ἀντιόχου πρεσβευταῖς, διακελευόμενοι τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων τῶν μὲν ἀντονόμων ἐπέχεσθαι, καὶ πρὸς μηδένα πολεμεῖν. ὅσας δὲ νῦν παρείληφεν τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον καὶ Φίλιππον ταττομένων, ἐκχωρεῖν.* [*Abstineret liberis civitatibus ne umquam lacesseret armis, et in pace et in libertate esse debere omnis ubique Graecas urbes ante omnia denunciatum ne in Europam* etc. Bamb.]

§. 5. *Quod decreta decem legatorum civitates* etc.] Polyb. ibid. simpliciter dicit *τὰ δόξαντα τῷ συνεδρίῳ διεσάφουν*. unde colligit Cl. Crevier. hanc Livii mentem fuisse, eo maturius rem in conventu peractam esse, quod ibi pronunciabantur solummodo decreta jam a legatis facta. Haec igitur Livii sana non videri, eumque fortasse dedisse putat: *quod decreta decem legatorum in civitates nominatim pronunciabantur*. Voces autem *in civitates nominatim* exponit de singulis nominatim civitatibus. Aliquid latere certum puto. [*quod decreto decem legatorum civitates nominatim pronunciabantur*. Bamb.] Paullo ante *civitatiumque* ed. Mog. pro quo Aldus *civitatumque* vulgavit. Sed priscam lectionem revocavi. V. hoc cap. ad §. 1. [*conventus civitatum gentiumque* Bamb.]

§. 7. *Thessalorum genti, praeter libertatem concessam, Phthi-*

Digitized by Google

salo et Leucade postulantes, ut ex foedere sibi re-
8 stituerentur, ad senatum rejecerunt. Phocenses, Lo-
crenses, et quae sicut ante fuerant adjecta, decre-
9 ti auctoritate his contribuerunt. Corinthus, et Tri-
phylia, et Heraea (Peloponnesi et ipsa urbs est)
10 reddita Achaeis. Oreum et Eretriam decem legati
Eumeni regi, Attali filio, dabant. dissentiente Quin-

otae, dati] *Achaei Phthiotae* lege. Sic et Strabo hos vocat. GELEN. In *συμπολιτείαν*, opinor, et in idem corpus conciliumque contributi. Nam libertas ex decreto senatus iis data fuerat. Cap. 32. DUK. Recte emendat Gelenius. [et ita Bamberg.] Polyb. Exc. leg. num. 9. p. 1111. *Θετταλοῖς δὲ μετὰ τῆς ἐλευθερίας, καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας προσένειμαν.* De Achaeis Phthiotis v. ad 36, 15, 7. Ex voce autem Polybii *προσένειμαν* Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii *additi*, pro *dati*, legendum conjecit. Crevier. vero *dati* exponit contributi in unum reipublicae corpus. [§. 6. *Opertis*, pro *Orestis*, et *Magnaetes et Perhebi* Bamb.]

§. 8. *Phocenses Locrensesque, sicut ante fuerant, adjecta decreti auctoritate, his contribuerunt*] Ita legendus hic locus ex Polyb. cum in vulgatis editionibus mendosissime legatur *Locrenses, et quae sicut ante fuerant*, etc. Verba Polybii, quae Livius imitatus est, sunt haec ex fragmento 9. *Τοὺς δὲ Φωκέας καὶ τοὺς Λοκροὺς συνεχώρησαν αὐτοῖς ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον, ἐν τῇ συμπολιτείᾳ.* Ex eodem fragmento legendum supra apud Livium *Perraebos*, non *Perraebios*, Graece enim est *Περραιβούς*. URSIN. Quem etiam v. ad Polyb. Exc. legat. p. 250. Eamdem emendationem probavit quidem Doujatius, vim tamen et sensum verborum non est adsecutus; quem hunc esse perperam existimavi t: Concesserunt legati Phocensibus et Locris, ut conjuncti agerent, quemadmodum prius *ἐν τῇ συμπολιτείᾳ*: aut, Phocensibus ipsis ac Locrensibus, liberis pronunciatis, contribuerunt, quae ante eorum ditionis fuerant. Verba enim Polybii indicant, sensum Livii esse, Quinctium et legatos Aetolis, quorum postulata de Pharsalo et Leucade sibi restituendis ad senatum rejecerant, contribuisse Phocenses et Locrenses, qui antea ad eorum concilium et *συμπολιτείαν* pertinuerant. [*Phocenses, Locrensesque sicut ante fuerant, adjecta decreti auctoritate, iis contribuerunt*. Bamb.]

§. 9. *Herea*] *Heraea*, ut supra. SIG. Quem etiam v. ad 28, 7, 17. et Ursin. ad Polyb. Exc. legat. num. 7. p. 244. [*Triphilia Haerea* Bamb.]

§. 10. *Phocaeam et Eretriam*] *Oreum et Eretriam* lege. GELEN. [Et ita Bamb. qui *cum ni regis* pro *Eumeni*. mox *dissentiente Quinctio ea una res in arbitrium senatus rejecta est. senatus libertatem iis civitatibus dedit, Cartysto adjecta Pleurato Lycnidus et Parthini dati*:]

Digitized by Google

ctio, venit res in arbitrium senatus: senatus libertatem his civitatibus dedit, Caryſto adjecto. Pleurato Lycus et Parthini dati: Illyriorum utraque gens sub ditione Philippi fuerat. Amynandrum tenere jusserunt castella, quae per belli tempus Philippo capta ademisset. 11

XXXV. Dimisso conventu, decem legati, partiti 1

Libertatem his civitatibus dedit, Carysto adjecto. Pleurato] *Carysto ac Pleurato* edd. Mog. et proximae. *Soerdileto ac Pleurato* editio Frobenii anni 1531. qui quadriennio post dedit, ut nunc vulgo exstat. Polyb. id ita exprimit in Exc. legat. num. 9. p. 1111. *Μετά τινα χρόνον ἠλευθερώθησαν αἱ πόλεις αὗται διὰ τῆς συγκλήτου, καὶ σὺν ταύταις Κάρυστος.* Horum verborum Polybii sensum correctorem Livianum expressisse, agnoscit ac fatetur Cl. Crevier. non facile tamen se crediturum addit, sensum illum his verbis a Livio expressum esse. Paullo ante etiam *dissentiente Quintio una res in arbitrium senatus libertatem* primae edd. Id quod nunc in excusis legitur, a Frob. anno 1531. substitutum est.

§. 11. *Pleurato Lingus et Partheni*] *Lycus et Parthini.* Lycus in Dassaritiis, ut aït Plutarchus in Quintio [p. 370.] quos eosdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in principio Illyrici; *Parthinos* etiam Capitolini lapides habent. SIG. Videtur legendum *Lychnidus* ex Polybio et Strabone, non *Lingus.* Polybius enim sic habet in fragmento 9. *Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ Λυχνιδοῦντα καὶ Πάρθον, οὖσας μὲν Ἰλλυρίδας, ὑπὸ Φίλιππον δὲ τασσομένας.* etc. et Strabo l. 7, [327.] *Ἐξ Ἐπιδάμνου*, inquit, *καὶ Ἀπολλωνίας περὶ τὴν ἐπὶ Κανδαουσίας ὁδὸν, ἅι τε λίμναι εἰσὶν ἁι περὶ Λυχνιδοῦντα*, etc. URSIN. *Parthinos* gentem Illyridis esse constat. *Lycum* nemo neque Illyriorum, neque alterius nationis gentem fuisse prodidit. In Polybio est *Λυχνίδα*, de quo nomine ibi Ursinus, interpretes Stephani v. *Λυχνιδός*, et Palmerius Graec. ant. 1, 35. agunt. Sed sive id *Λυχνὶς*, sive *Λυχνιδὸς*, sive *Λυχνιδοῦς* fuit, scimus urbem Illyrici fuisse. Livius 27, 32, 9. et 43, 9, 7. 10, 3. et 21, 1. eam *Lychnidum* vocat, eoque auctore Ursinus et Palmerius hic quoque pro *Lycus* recte legunt *Lychnidus.* Sed hoc non satis est sanando loco. *Parthini* recte dicuntur gens Illyriorum, non *Lychnidus*, quae urbs Illyrici erat. Nec urbs et gens ita conjungi possunt, ut, quod hac emendatione fit, utraque *gens Illyriorum* dicatur. Mihi, sequenti verba Polybii, legendum videtur, *Lychnidus et Parthus datae: Illyriorum utraque gentis sub ditione Philippi fuerat.* Nam Polybium non gentes, sed urbes dicere apertum est. *Parthum* autem, a quo *Parthinos* dictos verisimile est, urbem Illyrici fuisse, etiam Stephanus scribit. DUK. Ursinus ad Polyb. Exc. legat. num. 9. p. 251. in Polyb. pro *Λυχνίδα*, ut erat in Mſto, legendum existimat *Λυχνιδοῦντα* ex Strab. 7, 317. Contra Casaub. in Strab. *Λυχνιδὸν* pro *Λυχνιδοῦν-*

Digitized by Google

munia inter se, ad liberandas suae quisque regionis
2 civitates discesserunt: P. Lentulus Bargylias, L. Stertinius Hephaestiam et Thasum et Thraciae urbes, P. Villius et L. Terentius ad regem Antiochum, Cn.
3 Cornelius ad Philippum. qui, de minoribus rebus editis mandatis, percunctatus, si consilium non utile solum, sed etiam salutare, admittere auribus posset,
4 quum rex gratias quoque se acturum diceret, si quid,

ta corrigit ex Steph. Byz. v. *Λυχνιδός*. Alii viri docti Mssorum lectionem *Λυχνίδα* apud Polyb. tuentur, et urbis nomen etiam *Λυχνὶς* proferri existimant. Quod si verum, minori mutatione hic *Lychnis*, pro *Lyngus* vel *Lingus*, scribi posset. Id tamen ideo minus placet, quia Livio semper haec urbs, ubi ejus meminit, *Lychnidus* vocatur. Insuper semper *Parthini*, pro *Partheni*, scribendum esse, contendit etiam Palmer. 1. Graec. ant. 34. quomodo etiam viri docti supra legendum docent ad 29, 12, 3. V. etiam ad 44, 30, 13. Contra, *Partheni*, ut ex cod. unico ediderunt Moguntini, defendi posse, existimat Ursinus ad Polyb. l. laud. quia Stephan. Byz. a voce *Πάρθος* deducit gentile *Παρθηνός*. V. viros doctos ad dictum loc. Stephani. Male etiam nunc *Parthynus* editur apud Suet. in Aug. 19.

§. 2. *P. Lentulus Bargyllas, L. Thermus Hephaestiam et Thasum*] Pro *L. Thermus* lege *L. Stertinius*. GELEN. Haec sic Plutarch. [in Quinct. p. 375.] *Ἅμα γὰρ ἐξέπεμπεν ὁ Τιτος Λέντουλον μὲν εἰς Ἀσίαν Βαργυλιήτας ἐλευθερώσαντα, Τιτίλλιον δ' εἰς Θράκην, τὰς αὐτόθι πόλεις καὶ τὰς νήσους ἀπαλλάξοντα τοῦ Φιλίππου φρουρῶν. Πόπλιος δ' Οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος Ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπὲρ αὐτῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας.* Ex his apparet, pro *Stertinio Titillium* esse restituendum: siquidem ante legebatur *L. Thermus*. SIG. Male ex Plutarcho viri docti emendarunt *L. Titilius*, pro *L. Stertinius*. Nam Polyb. [Exc. Legat. num. 9. p. 1111.] habet *Στερέννιος*, propiore ad *Stertinium* scriptura: et familia *Stertinia* notissima est, cum *Titiliam* nemo nominet scriptorum, quos legerim. Apud Livium ex eodem Polybio videtur legendum *Bargylias*, licet Polybius neutro genere edat *Βαργύλια*. URSINUS. Haec bene refellit Ursinus ad Polyb. Legat. 9. Plutarchus e Polybio, in quo tamen hoc nomen leviter corruptum legitur *Στερέννιος*, et Livio emendandus est, non hi ex illo. *L. Stertinium* proconsulem in Hispaniam missum fuisse scribit Livius 31, 50, 11. ex eaque reversum 33, 27, 3. An idem inter decem legatos a senatu ad Quintium missos fuerit, dubitari potest: nam decem hi legati, si ordinem narrationis Livianae sequimur, jam ante reditum illius ex Hispania decreti fuisse videntur. V. c. 24. et 27. Nec tamen ideo negari debet. Nam Livium omnia, quae c. 24. 25. 26. 27. leguntur, ita distincta temporibus, ut acta fuerant, retulisse, nequaquam probabile est. De Stertinio quidem demum c. 27. postquam c. 24. decem le-

Digitized by Google

quod in rem suam esset, expromeret, magnopere ei 5
suasit, quoniam pacem impetrasset, ad societatem
amicitiamque petendam mitteret Romam legatos;
ne, si quid Antiochus moveret, exspectasse, et tem- 6
porum opportunitates captasse ad bellandum, videri
posset. Ad Tempe Thessalica Philippus est conven- 7
tus. qui quum se missurum extemplo legatos respon- 8
disset; Cornelius Thermopylas, ubi frequens Grae-

gatos decretos dixerat, agit; sed non ita, ut certum sit, eum inter illos esse non potuisse. Quum enim his verbis c. 27. *Iisdem diebus C. Cornelius Lentulus* etc. *L. Stertinius ex ulteriore Hispania quinquaginta millia pondo argenti in aerarium tulit*, nulla certa temporis definitio, quo Stertinius ex Hispania redierit, contineatur, potuit et ante illa gesta, quae a c. 24. usque ad c. 27. narrantur, et interim dum ea gerebantur, Romam rediisse, atque adeo in numero decem illorum legatorum esse. Haec ratio tamen, quod Livius reditum Stertinii post decretum senatus de decem legatis memorat, satis gravis visa fuit Pighio ad A. V. 101. quamobrem *Stertinium* e numero decem legatorum eximendum, et pro eo apud Livium *L. Titinius* e Plutarcho, ut aït, substituendum putaverit. *Titinia* gens nota est ex multis locis Livii. Sed si infirma est, ut ostendi, ratio, ob quam Pighius nomen *Stertinius* corruptum esse credidit, non est, cur pro eo aliud substituatur. Nec Plutarchus in vita Quintii hunc *Titinium*, sed *Titillium*, inaudito nomine gentis Romanae, quod recte observavit Ursinus, vocat. Quae quum non ignoraret Pighius, de una fidelia duos parietes dealbare, et tam in Livio, quam in Plutarcho, *Titinius*, quem nullo auctore A. V. 101. tribunum plebis fuisse, dicit, scribere voluit. Aliud est in hoc loco Livii nonnihil impeditum, de quo v. ad c. 39. DUK. *Bargylios* operarum errore edidit Sigon. [*Bargyllas* Bamb.] Sed recte *Bargylias* Gronov. V. Sigon. ad 33, 18. 18. [*P. Stertinius Ephesianten Thasum* Bamb. §. 3. *cui*, pro *qui*, *de minoribus* etc. §. 4. *sec acturum*. §. 5. *magno opere ei suasit* idem.] Deinde *Thassum* primus dedit Vascos. Sed v. ad c. 30, 3.

§. 6. *Temporum opportunitates captasse ad bellandum*] Vide. num *rebellandum* sit legendum. GLAR. *Bellare* et *Rebellare* interdum commutari in Mstis, infra videbimus ad 40, 38, 5. Si autem haec conjectura placet, *rebellare* hic erit iterum bellare; quo sensu id verbum passim a Livio usurpatur. Polybius, quem Livius expressit, illud *ad bellandum* vel *rebellandum* omittit in Exc. legat. num. 9. p. 1112. Dicit enim Ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς καιροῖς ἐφεδρεύων ἀποκαραδοκεῖν τὴν Ἀντιόχου παρουσίαν. [*rebellandum* Bamb.]

§. 8. *Thermopylas, ubi frequens Graeciae statis diebus esse solet conventus*] Polybius legat. 9. quae ex l. 17. historiarum excerpta est, [p. 1112.] Ἦκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον. Du-

Digitized by Google

ciae ſtatis diebus eſſe solet conventus, (Pylaïcum ad-
9 pellant) venit: Aetolos praecipue monuit, ut con-
ſtanter et fideliter in amicitia populi Romani perma-
10 nerent. Aetolorum principes alii interqueſti sunt,
quod non idem erga suam gentem Romanorum ani-
mus esset poſt victoriam, qui in bello fuisset: alii
11 ferocius incusarunt, exprobraruntque, *Non modo*
vinci sine Aetolis Philippum, sed ne transire quidem
12 *in Graeciam Romanos potuisse.* Adversus ea respon-

bitari poteſt, ne Polybius eo loco non de conventu Graecorum ad Thermopylas, sed de concilio gentis Aetolorum in urbe Thermo intelligendus. Ibi enim concilium publicum gentis habebatur, ut eſt in legat. 74. [p. 1242.] Tamen ex itinere ipso legati id refelli videtur. HENR. VALES. Nam Tempe, ubi Cornelius Philippum convenit, propiora erant Thermopylis, quam Thermis. Sed Livium ea, quae Polybius de *Thermis Aetoliae*, ubi concilium totius gentis Aetolorum habebatur, quod illi *Panaetolicum* vocabant, dixerat, non recte de *Thermopylis Thessaliae*, quo Amphictyones ad concilium Pylaïcum Graecorum conveniebant, accepiſſe, non contemnendis rationibus disputat Palmerius in Exercitat. ad auctores Graec. p. 89. Nec video, quomodo defendi poſſit Livius, qui de Pylaïco conventu ita scribat, quasi in eo multi principes Aetolorum fuerint. Sed immiscet Palmerius disputationi suae quaedam, non satis firma ad probandum, quod intendit, nec valde accurata. Illud quidem, quod dicit, Cornelium in Pylaïco conventu nihil agere potuisse in Aetolorum negotio, quod in eo duo tantum legati eorum eſſent, non magni momenti eſt: nam et cum duobus illis agere poterat Cornelius, et, quum de aliis rebus cum ceterorum Graecorum legatis egisset, Aetolorum legatos cum alia, tum hoc praecipue, quod Livius dicit, monere. Nec negari debet, quod videtur facere Palmerius, de rebus Aetolorum etiam in Pylaïco concilio actum fuiſſe: hoc enim utique fieri potuit, si verum eſt, quod praetor Aetolorum apud Livium 31, 32, 3. dicit, legibus Aetolorum cautum fuisse, *ne de pace bellove, nisi in Panaetolico aut Pylaïco concilio, ageretur.* Et cur, si in Pylaïco concilio de rebus Aetolorum agi non poterat, idem eodem loco auctor fuisset Aetolis decernendi, *ut praetor sine fraude, quum de bello aut de paceagere velit, advocet concilium, et, quod tum referatur, decernaturque, ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panaetolico aut Pylaïco concilio actum esset?* Denique non recte ex Livii 31, 29, 1. probare nititur, concilium Aetolorum, quod Thermis habebatur, Panaetolicum fuiſſe dictum. Thermaïcum concilium Aetolorum *Panaetolicum* dictum fuiſſe, facile concedi poteſt. Sed quum in verbis Livii, *Concilium Aetolorum statuto die, quod Panaetolicum vocant, futurum erat*, non sit de-

Digitized by Google

dere (ne in altercationem excederet res) quum supersedisset Romanus; *omnia eos aequa impetraturos, si Romam misissent*, dixit. itaque ex auctoritate ejus decreti legati sunt. Hunc finem bellum cum Philippo habuit.

XXXVI. Quum haec in Graecia Macedoniaque 1
et Asia gererentur, Etruriam infestam prope conjuratio servorum fecit. ad quaerendam obprimendam- 2
que eam M.? Acilius praetor, cui inter cives pere-

monstratio loci, ex iis non liquet, id tum Thermis habitum fuisse; et Naupacti fuisse, non obscure ex oratione legatorum Philippi in concilio illo colligitur. Nec Thermis solum, verum etiam aliis locis, quae Aetolorum juris erant, concilia totius gentis habita fuisse, quae *Panaetolica* dicerentur, probabile faciunt ea, quae de conciliis eorum Heracleae, Naupacti, Lamiae, et Hypatae habitis in Livio 28, 6. 33, 3. 35, 12. 48. 49. et 36, 26. leguntur. DUK. Recte Palmer. Livium erroris arguisse videtur, quod quae Polyb. de concilio Aetolorum Thermaïco dixerat, ille intellexerit de concilio Graecorum Pylaïco. Ut autem huic opinioni inserviret, vocat *frequentem Graeciae conventum*, quod in Polyb. non obcurrit; et quod Polyb. dixit διὰ πλειόνων, *multis*, reddit *praecipue*. Mox *statutis diebus* male ed. Mog. et proximae. *statis* Frobenius anno 1535. substituit. De hoc errore scribarum v. ad 39, 13. 8. [*Termopylas, ubi frequens Graecia estatis theb; esse solet Pilai conventus adpellant*. Bamb.]

Phylaïcum adpellant] Quidam *Pylaïcum* emendarunt: fortassis autem *Phylacen* legendum, de qua Strabo l. 9. aliquot meminit locis. GLAR. Frobenium intelligit, qui anno 1535. forte ex mente Gelenii, *Pylaïcum* edidit, cui Glareanus adversari non debuerat. [§. 9. *ut*, ante *constanter*, omittit. Bamb.]

§. 10. *Aetolorum alii questi sunt*] In archetypo est *interquesti*, sicut *interloquī* dicimus. GELEN. *alii questi sunt* lectio est Aldina. Moguntini *alii taliter questi sunt* ediderant. Polyb. Exc. legat. num. 9. p. 1112. dixerat τῶν μὲν πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρούντων ἀυτοῖς. Hinc, ut et quod verbum *interqueri* rarissimum sit, cujus haud facile aliud exemplum reperias, Cl. Crevier. scribendum conjecit *alii leniter questi sunt*. [et ita Bamb. qui mox *post victoriam* omittit; tum *in bello fuissent* idem.]

§. 12. *Ne altercationem excederet res*] Perspicue legendum est, *ne in altercationem excederet res*. Ut 34, [1, 1.] *Quae studiis in magnum certamen excesserit*. SIG. Simili locutione *excedere ad publicam querimoniam* Livius dixit 25, 1, 9. [*ne in altercationem cresceret res*. Bamb.]

§. 2. *Cum una ex duabus legione urbana missus*] *legione urbana est missus* ed. Mogunt.

Digitized by Google

grinosque jurisdictio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana missus, alios jam congregatos pu-
3 gnando vicit; ex his multi occisi, multi capti: alios verberatos crucibus adfixit, qui principes conjura-
4 tionis fuerant: alios dominis restituit. Consules in provincias profecti sunt. Marcellum Bojorum ingressum fines, fatigato per diem totum milite via facienda, castra in tumulo quodam ponentem, Corolamus, regulus Bojorum, cum magna manu adortus,
5 ad tria millia hominum occidit: et inlustres viri aliquot

[et cod. Bamb.] Sed verbum *est* jam recte Aldus omisit. Paullo ante *M. Acilius* ed. vett. [cum Bamb.] usque ad Sigon. qui vere *M.' Acilius* subposuit. V. ad c. 24, 2. [§. 4. *in tumulos quosdam ponentem, Corolamus quidam, regulus* etc. Bamb.]

§. 5. *T. Sempronius Gracchus, M. Junius Syllanus*] *Ti. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus* ex Capitolinis lapidibus. SIG. Sigonio primus dicto audiens fuit Gronov. et anno 1665. *Ti. Sempronius* edidit. An tamen recte, dubito. Fateor enim equidem, saepissime *Ti.* id est *Tiberius*, in *T.* id est *Titus*, commutari. V. ad 40, 44, 12. Praeterea *Tiberii* praenomen in gente Sempronia usitatissimum esse. Vicissim tamen negari nequit, in eadem etiam praenomen *Titus* non incognitum esse. Certe *T. Sempronius Rutilus* infra est 39, 9, 2. *T. Sempronius Musca* 45, 13, 11. Neque Sigonius jure ad Capitolinos lapides provocare potuit. Ex illis enim nihil aliud probatur, quam anni ꝺcLXXVI. consulem *Ti. Sempronium Gracchum* vocatum fuisse. At Gracchus hic memoratus proelio interficitur. Ergo a consule illo diversus fuit. Recte vero Sigonius legendum monuit *Silanus*. V. ad 23, 15, 2. [*T. Sempronius Gracchus et M. Junius Silanus*. Bamb.]

De legione secunda, A. Ogulnius et P. Claudius] Ogulnii praenomen *A.* omiserunt edd. Mog. Aldina, et aliae; quod tamen vix omitti posse videtur. V. ad 4, 49, 1. Id postea restituit Froben. anno 1535. Nisi vero id potius ex mente Gelenii, qui forte in unico cod. deprehendit, restituerit, id commode elisum esse censeri potest a litera ultima vocis praecedentis. [*M. Ogulnius* Bamb.]

§. 6. *Hostes prospera pugna nequidquam obpugnassent*] Legendum *a prospera pugna*. GELEN. V. ad 23, 6, 1. [*cum hostes prospē pugna elati nequiquam expugnassent*. Bamb.]

§. 7. *Et tanto terrore animos militum reficeret*] Perspicuum est, legi debere: *et a tanto terrore*. J. FR. GRON. Caesar 8. Gall. 1. *Militesque hibernorum*

Digitized by Google

quot in illo tumultuario proelio ceciderunt, inter quos praefecti sociùm, T. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus; et tribuni militum de legione secunda, A. Ogulnius et P. Claudius. castra tamen ab 6 Romanis inpigre permunita retentaque, quum hostes a prospera pugna nequidquam obpugnassent. Stati- 7 vis deinde eisdem per dies aliquot sese tenuit, dum et saucios curaret, et a tanto terrore animos militum reficeret. Boji, ut est gens minime ad morae 8 taedium patiens, in castella sua vicosque dilapsi sunt. Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Co- 9

quiete reficere a tantis laboribus vellet. Quum tamen bis eadem praepositio praecesserit, vide, num praestet *et ex tanto terrore.* Caes. 3. Gall. 5. *Tela missa exciperent, seque ex labore reficerent.* 7, 32. *Exercitum ex labore et inopia refecit.* c. 83, *Militesque ex nocturno labore sese reficere jussit.* Hirtius B. Afric. 34. *Equites ex navibus egressos jubet ex languore nauseaque reficere.* Cic. pro Arch. 6. *Animus ex hoc forensi strepitu reficiatur.* Ita *ex* elisum erit a praecedenti *et.* [*et tanto terrore,* omisso *a,* Bamb.]

§. 8. *Ut est gens minime ob morae taedium patiens*] In his vix commodum sensum video. Clericus tamen interpretatur, minime patiens belli, quod in longum tempus duceretur, ob taedium morae. Sed inusitatae hujus ellipseos, *patiens* pro patiens belli in longum tempus ducti, vel ullum exemplum productum oportuisset. Cl. Crevier. vocibus transpositis scribendum conjicit *minime ob taedium morae patiens.* Non adversarer, si eam lectionem, quae vulgo exstat, ex cod. unico promanasse constaret. Contra nunc ea primum adparuit in edd. Gruteri, quum Mogunt. et omnes priores legant *ad morae taedium.* Quare nullas edd. antiquiores Clericus consuluit, qui Doujatium reprehendit, quod ita vulgarit. Ceterum, praepositione ejecta, legendum forte *minime morae taedium patiens.* Ita 4, 18, 1. *Faliscus procul ab domo militiam aegre patiens.* [*gens minime ad morae taedium ferendum patiens, in castella sua vicosque passim dilapsi sunt,* Bamb.]

§. 9. *Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi* etc. *castra habebant, legiones in ipso*] Non est dubium, quin hic desideretur verbum: quare hunc locum ita legerem: *Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, legiones induxit, quae statim in ipso itinere proelium committunt.* GLAR. Vox *ducit* a Glareano addita est, quae ante nulla erat. †. „Glareanus *induxit* legit, non „*ducit.*" †. Recte, quod loci vi-

Digitized by Google

mensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, ducit legiones. in ipso itinere proelium committunt: et primo adeo acriter inva-
10 serunt, ut antesignanos inpulerint. Quod ubi animadvertit, veritus ne moti semel pellerentur, cohortem Marsorum obposuit: et equitum Latinorum om-
11 nes turmas in hostem emisit. Quorum quum primus secundusque inpetus retudisset inferentem se ferociter hostem, confirmata et reliqua acies Romana
12 restitit primo, deinde signa acriter intulit. nec ultra sustinuerunt certamen Galli, quin terga verterent, at-
13 que effuse fugerent. In eo proelio supra quadraginta

tium sensit. Non sat recte, quod multas alias voces desiderari non sensit. Nam si dicamus, legiones Romanorum in ipso itinere proelium commisisse, easdem etiam intelligendum est adeo acriter invasisse, ut antesignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum est. Videatur autem haec omnia desiderari. *Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, legiones induxit. Cujus adventu audito, Galli confestim occurrunt, atque in ipso itinere proelium committunt, et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint. Quod ubi consul animadvertit, veritus* etc. Itaque asterisco, ut ante, hunc locum signandum censeo sic, *legiones* * *in ipso*. SIG. Vocem *ducit* a Glareano additam (est tamen apud illum *legiones induxit: quae statim in ipso itinere*) recte ait Sigonius: sed parum attentum fuisse, qui multas alias voces desiderari non senserit. Nam si dicamus, legiones in ipso itinere proelium commisisse, easdem etiam intelligendum adeo acriter invasisse, ut antesignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum est. Itaque posito supplemento censet tamen, locum signandum asterisco sic *legiones* * *in ipso itinere*. Fortassis id tutius. Videtur tamen haud incommode concinnari posse: *Marcellus, Pado confestim trajecit legiones in agrum Comensem; ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant. In ipso itinere proelium commissum. Et primo adeo acriter invaserunt.* Sic postremum de hostibus Gallis commode intelligitur. J. FR. GRON. Verbum, quod deesse queritur Glareanus, omittebatur quidem in Mogunt. et proximis edd. Verum ante Glareanum jam Froben. anno 1535. vulgarat *castra habebant, ducit. legiones in ipso itinere* etc. Si ita, jubente Gelenio, dedit, isque codicem unicum, quem inspexit, secutus est, neque voces a Sigonio interpositas, neque mutationem Gronov. recipiam; sed, Frobenii lectio-

Digitized by Google

millia hominum, caesa, Valerius Antias scribit: et quingenta septem signa militaria capta, et carpenta quadringenta triginta duo, et aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Jovi donum in aede positum scribit. Castra eo die Gallorum expugnata direptaque: et Comum oppidum intra dies paucos captum. Castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt. Id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in Bojos prius, an Insubres, consul exercitum induxerit, adversamque prospera pugna obliteraverit: an victoria, ad Comum parta, deformata clade in Bojis accepta sit.

14

15

ne servata, tantum interpunctionem, quae exstat in edd. Gronovii et posterioribus, recipiam: *castra habebant, ducit legiones. in ipso itinere.* Neque a sententia dimovet, quam difficultatem Sigonius urguet, verba *ducit legiones* intelligenda esse de Marcello, sequentia de Insubribus, ulteriora *quod ubi animadvertit* iterum de Marcello, nullo interim addito indicio, unde de transitu orationis pateat. Id enim Livio sollemne esse, supra vidimus ad 1, 50, 9. [*castra habebant, legiones ducit. Galli feroces Boiorum ante dies paucos pugna in ipso itinere proelium committunt* Bamb. mox *ut* omittens.]

§. 10. *Ne moti se inde pellerent*] Legendum *ne moti semel pellerentur.* GELENIUS. [*Quod ubi Marcellus animadvertit* etc. *Marsorum cum opposuisset, equitum* etc. *misit.* Bamb. qui §. 12. *sustinuere.*]

§. 13. *Quingenta septem signa militaria*] Quamquam Antiatem Valerium mirifice numerum semper augere meminerim alibi Livio notatum, malim *et quinquaginta septem signa militaria capta.* J. FR. GRON. Ego nihil mutandum censeo. Quum enim Valerius Antias quadraginta hominum millia hoc proelio cecidisse referat; eorum respectu habito, justo pauciora videntur quinquaginta septem signa militaria capta. Mox in ed. Jac. Gronov. typographorum aberratione legitur *carpenta quadraginta triginta*, pro *quadringenta*; quod quum in syllabo errorum adnotari omissum sit, Clericus etiam fideliter servavit. [*In eo proelio supra quadraginta milia hominum caesa. Val. Antias scribit octingenta.* VII. *signa militaria capta, et carpento ac* CCXXXII *et aureos* etc. Bamb.]

In Capitolio Jovi donum in aede positum] Cl. Cuvier. vel voces *in aede* delendas, vel legendum judicat *Claudius Capitolino Jovi donum in aede positum scribit.* [*in Capitolium* Bamberg.]

§. 14. *Castra eo die Gallorum expugnata*] ra Froben. anno

Digitized by Google

1 XXXVII. Sub haec tam varia fortuna gesta, L. Furius Purpureo alter consul per tribum Sappiniam
2 in Bojos venit. Jam castro Mutilo adpropinquabat, quum, veritus ne intercluderetur simul a Bojis Liguribusque, eadem via, qua adduxerat, reduxit, et magno circuitu per aperta, eaque tuta loca, ad col-
3 legam pervenit. dein junctis exercitibus primum Bojorum agrum usque ad Felsinam oppidum populan-
4 tes peragraverunt. Ea urbs, ceteraque castella, et Boji fere omnes, praeter juventutem, quae praedandi caussa in armis erat, (tunc in devias silvas
5 recesserat,) in deditionem venerunt. In Ligures de-

1535. [concinente Bamb.] Antea edebatur *Postero die Gallorum castra expugnata*. Si Frobenius Gelenii, unici cod. fide subnixi, auctoritatem secutus est, nihil habeo, quod dicam; sin, mutationis caussam non video. [*oppidum post dies paucos* Bamb.]

§. 15. *Utrum in Bojos prius, an Insubres*] Mox in sequentibus Moguntiae et alibi editum est *an in victoria ad Comum*. Ubi praepositio abundat, quam Froben. anno 1531. expunxit. Eam huc translatam, ac scriptum mallem *in Bojos prius, an in Insubres*. Supra 22, 60, 17. *Prius P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum*. ubi unus etiam codex praepositionem ultimo loco omittebat. V. ad 4, 58, 4. Mox *ad Comum parata* Mogunt. et plures usque ad Paris. qui anno 1573. *parta* dederunt; quod videtur praestare. Nam *parata victoria* est facilis. V. ad 5, 6, 1. ubi *partus* et *paratus* passim a librariis confundi docui. [*exercitum duxerit* Bamb. reliqua, ut in textu leguntur.]

§. 1. *Sub haec tam varia fortuna gesta*] Haec lectio primum adparuit in ed. Froben. anni 1535. Antea Mogunt. et alii dederant *Sub haec, tam varia fortuna re gesta, L. Furius*. De *tribu Sappinia* v. ad 31, 2, 6.

§. 2. *Jam castro Mutilo adpropinquabat*] *castro Munitilo* edd. Frob. pro quo recte Aldus *Mutilo* substituit. *Castri Mutili* meminit etiam Livius 31, 2, 7. De eo plura v. apud Cluver. 1. Ital. ant. 28, 279. [*adpropinguabat; tum, veritus*, Bamb.]

Eadem via, qua adduxerat, reduxit] Hoc nusquam alibi ita dictum inveni. Credo excidisse aliquid, ut *exercitum, legiones*, aut aliud hujusmodi. DUK. [*Liguribusque, exercitum eadem* etc. Bamb.]

Per aperta, eoque tuta loca] Ita Gronov. anno 1665. edidit, quam scripturam omnes recentiores editores servarunt. Moguntini et alii ante Gronovium ediderant *eaque tuta loca*. Id autem cur displiceret, non video.

Digitized by Google

inde traductus exercitus. Boji neglegentius coactum
agmen Romanorum, quia ipsi procul abesse vide-
rentur, inproviso adgressuros se rati, per occultos
saltus secuti sunt. quos non adepti, Pado repente 6
navibus trajecto, Laevos Libuosque quum perva-
stassent, redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum
agresti praeda, in agmen incidunt Romanum. Cele- 7
rius proelium acriusque commissum, quam si tem-
pore locoque ad certamen destinatis, praeparatis
animis concurrissent. Ibi, quantam vim ad stimulan- 8
dos animos ira haberet, adparuit. nam ita caedis
magis, quam victoriae, avidi pugnarunt Romani, ut

Vulgatam igitur lectionem revocavi. [*eoque tuta* Bamb.]

§. 4. *Ea urbs, ceteraque castella, et Boji fere omnes*, etc. *in ditionem venerunt*] Sic demum vulgatum vidi in ultima Gruteri editione. Priores, quas consului, exhibent *in deditionem*. Utraque locutio proba est, et apud Livium obcurrit. Et quidem *in deditionem venire* 9, 20, 4. ubi eam contra Doujatium pluribus testimoniis adstruxi. 38, 3, 4. 40, 33, 2. et 9. c. 41, 3. c. 47, 9. c. 53, 2. 42, 67, 11. et 43, 4, 2. Quaedam etiam exempla v. apud Cl. Duker. ad 29, 38, 1. *ad deditionem venire* dixit Liv. 40, 39, 1. Contra *venire in ditionem* est 10, 10, 5. 38, 11, 9. (* 40, 49, 4.) et 41, 11, 9. *in jus ditionemque venire* 40, 35, 13. Standum igitur est Mûis, quorum auctoritate recte viri docti hanc lectionem restituerunt 29, 38, 1. 32, 31, 5, et 40, 28, 6. de qua locutione v. etiam Cl. Oudendorp. ad Frontini 3, 5, 1. Quum autem hoc loco antiquissima ed. Mogunt. ex unico codice vulgata, et multae eam secutae *in deditionem* praeferant, id etiam revocandum putavi. [ita et Bamb. qui ante *ceteraque circa castella et Boi ferme omnes*.]

§. 5. *In Bojis negligentius coactum agmen*] Legendum *Boji negligentius*. GELEN. [§. seq. *quos non adeptos* Bamb.]

§. 6. *Lebos Libuosque*] Quidam pro *Lebos* emendarunt *Levos*. Sed neque illud clarum, ut neque sequentia verba *redeuntes inde Ligurum extremo fine*. Haec mihi in hoc notantur, quod videam a quibusdam transmissa tamquam clara, cum sint nimium obscura. GLAR. *Laevos Lebuosque* legendum puto, ut 5, [35, 1.] Hos vocat l. 2, [17.] Polybius *Λάους* et *Λεβεκίους*. SIGON. V. ad 21, 38, 7. [*Laevos Librosque*. Bamb.]

Redeuntes inde Ligurum extremo fine] V. Rhenan. ad Tacit. 16. Ann. 15. et Gronov. ad Livii 35, 27, 9. DUK. V. ad 9, 6, 10. [*redeuntes inde per Ligurum extremos fines*. Bamb.]

§. 7. *Tempore locoque ad cer-*

Digitized by Google

9 vix nuncium cladis hosti relinquerent. Ob eas res
gestas, consulum literis Romam adlatis, supplicatio
in triduum decreta est. Brevi post Marcellus Ro-
mam venit, triumphusque ei magno consensu Pa-
10 trum est decretus. Triumphavit in magistratu de In-
subribus Comensibusque. Bojorum triumphi spem
collegae reliquit: quia ipsi proprie adversa pugna
11 in ea gente evenerat, collegae secunda. Multa spo-
lia hostium captivis carpentis traducta, multa mili-
taria signa lata, aeris trecenta viginti millia, argen-
12 ti bigati duconta triginta quatuor millia. in pedites
singulos dati octingenti aeris: triplex equiti centu-
rionique.

1 XXXVIII. Eodem anno Antiochus rex, quum hi-

tamen destinati] Legendum *ad certamen destinatis*. GELEN. [*Proelium celerius acriusque comissum, quam si tempre locoque ad certamen destinato* etc. §. 8. *audi*, pro *avidi*; §. 9. *Ob has res* etc. §. 10. *Comensibusque. Majorem triumphi spem* etc. *pugna evenerat*, (omissis *in ea gente*,) *cum collega secunda*. §. 11. *carpentis travecta, multa militaria signa aeris lata trecenta viginti, argenti bigati milia. in pedites* etc. Bamb.]

§. 12. *In pedites singulos dati octingenti aeris*] *octogeni* aut *octoginta* legendum puto, cum supra [c. 23, 7.] Cn. Cornelium, qui de iisdem Insubribus ac praeterea Cenomanis triumphavit, septuagenos aeris militibus divisisse dicat. esset autem nimis magnus excessus. Talia leviter nostra aetate curant, qui authores emendandos suscipiunt; cum in his, meo quidem judicio, maxime vigilandum, si quidem historiae consultum per nos videri voluerimus. GLAR. Malim *octogeni*. Neque enim credibile est, Marcellum plus largitum e praeda Gallica, quam T. Quintium e Macedonica, qui ducenos quinquagenos aeris, aut L. Scipionem e Syriaca, qui quinos vicenosque denarios (aeraria ratione, quadringenos aeris) viritim distribuerunt. J. FR. GRONOV. [*octogeni* Bamb.]

Triplex equiti centurionique] Supra ad c. 23, 7. dixi, videri legendum *duplex centurioni, triplex equiti*. DUR. V. etiam Cl. Dukerum ad 10, 46, 15. [Cap. seq. §. 2. *conatus: et ceteras quidem* etc. *haut difficulter videbat jugum accepturas*. Bamb.]

§. 3. *Ne, si concessum his foret, quos metuebat*] Haud scio, cujus sit: sed nec quid sit. In Frobenio jam invenio. Moguntiae datum est, servaruntque Aldus, Junta, Saveterius, *quos in Theba*. Scribe *ne, si concessum*

Digitized by Google

bernasset Ephesi, omnes Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus: reliquas quidem, aut quia locis planis positae erant, aut quia parum moenibus armisque ac juventuti fidebant, haud difficulter jugum accepturas. Smyrna et Lampsacus libertatem usurpabant: periculumque erat, ne, si concessum his foret, quos in Theba Smyrnam, in Aeolide Ioniaque, Lampsacum in Hellesponto, aliae urbes sequerentur. Igitur et ipse ab Epheso ad Smyrnam obsidendam misit: et, quae Abydi copiae erant, praesidio tantum modico relicto, duci ad Lampsacum obpugnandum jussit. Nec vi tantum terrebat; sed, per legatos leniter adloquendo castigandoque temeritatem et pertinaciam, spem conabatur facere,

his foret, quasi tabe, Smyrnam etc. *aliae urbes sequerentur.* ne illa velut pestis regni sui ad plures serperet. 2, [23, 6.] *Primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis, postremo velut tabem pervenisse ad corpus.* 29, [6, 3.] *Postremo Romani quoque jam contagione quadam rapto gaudentes.* 39, 9, 1. *Hujus mali tabes ex Etruria Romam, velut contagione morbi, penetravit.* Sic veteres, non *labes*, quod Gelenius intulit. Sed et 42, [5, 7.] *Ea contagione, velut tabes, in Perraebiam quoque id pervaserat malum.* Ad mentem Antiochi Caesar 3. Gall. [10.] *Tot civitatum conjuratio: in primis ne, hac parte neglecta, reliquae nationes idem sibi licere arbitrarentur.* J. FR. GRON. V. eumdem Gronov. in epist. ad N. Heinsium, quam edidit Cel. Burm. Syll. epist. tom. 3. p. 281. De ipsa locutione *quasi tabe* v. infra ad 39, 9, 1. Doujatius legendum censet *quod metuebat*, et refert ad sequentia. Id non displiceret, si, *quos metuebat* ex Msto promanasse, confraret. Verum quum ea lectio primum exstiterit in Frob. ed. anni 1531. minoris auctoritatis est, quam si demum adparuisset in Frob. anni 1535. Ei enim qui praefuit Gelenius, se unicum cod. ex quo haec pars libri 33. in lucem protracta est, consuluisse refert, unde ex eo cod. mutatio illa inducta esse videri posset. Id autem de eo, qui prioris editionis curam gessit, credi nequit; sed lectionem *quos metuebat* potius ex ejus conjectura profectam arbitror. Nihil itaque Doujatio prodest, emendationem ejus parum a vulgato abire. Contra illa Gronov. proxime accedit ad lectionem *quos in Theba*, quam Mogunt. ex Msto ediderunt. Verum neque illa Crevierio placet, cui dura nec satis aperta videtur; se itaque loco huic fracto sine libris mederi non posse confessus, veterum edd. lectionem

Digitized by Google

6 brevi, quae peterent, habituros; sed quum satis et ipsis, et omnibus aliis adpareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam,
7 habere. Adversus quae respondebant, *Nihil neque mirari, neque succensere Antiochum debere, si spem libertatis differri non satis aequo animo paterentur.*
8 Ipse initio veris, navibus ab Epheso profectus, Hellespontum petit: terrestres copias Madytum trajicit, Chersonesi urbem: terrestri navalem exercitum jun-
9 xit, et, quia clauserant portas, circumdedit moenia armatis, et jam opera admoventi, deditio est facta: idem metus tum incolentes alias Chersonesi ur-
10 bes in deditionem dedit. Lysimachiam inde omnibus simul navalibus terrestribusque copiis venit. quam

revocavit; in quo posteriore ipsi obsecutus sum, licet tamen a Gronovii conjectura haud alienus sim. — Tetigit etiam hunc locum Cel. Trillerus 2. Obs. Crit. 17. ubi vestigiis Gronov. insistens adcuratius depravatae scripturae *quos metuebat* responsurum, et sensum efficaciorem effecturum existimat, si legatur *quasi mutua tabe:* quin et minori longe negotio Livium sanari posse, legendo *quod metuebat.* Quam conjecturam etiam Doujatio in mentem venisse vidimus. — [*ne si concessum iis foret, quod intenderent, Zmirnā in Aetolide Joniaque* etc. Bamb.] Mox *aliquae urbes* Mogunt. et alii usque ad Frobenium, cujus ed. anni 1531. *aliae* substituit. Solent hae voces commutari. V. ad 25, 38, 3. [*aliquae urbes* Bamb.]

§. 5. *Brevi, quae peterent, habituros. et tum satis et ipsis, et omnibus aliis adparere*] Vera lectio est: *brevi, quam peterent, habituros, sed quum satis et ipsis et aliis omnibus appareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam, habere.* Pollicetur illis, quam usurparent, libertatem post breve tempus, tum tamen, quum constaret, eam non rebellione quaesitam, sed regium munus esse. Ex conjectura fecimus *quam*, pro *quae*; etsi ferri possit: caetera sic habuit codex Moguntinus, et servat Aldina. J. FR. GRON. Non tantum servant edd. Mog. et Ald. verum et reliquae usque ad Froben. quae anno 1531. recepit lectionem, quae ad Gronov. usque vulgo exstitit. Recte igitur Clericus et Crevier. a Gronovio indicatam editionis Mogunt. lectionem receperunt. [*ac pertinaciam* etc. *brevi, quod peterent*, mox §. 6. *satis et ipsi* etc. Bamb. qui §. 7. *Adversus quae respondebatur.*]

§. 8. *Terrestres copias ad Abydum trajicit, Chersonesi ur-*

Digitized by Google

quum desertam ac stratam prope ruinis invenisset, (ceperant autem, direptamque incenderant Thraces 11
paucis ante annis), cupido eum restituendi nobilem urbem, et loco sitam opportuno, cepit. Itaque omni cura simul est adgressus et tecta, murosque restituere, et partim redimere servientes Lysimachienses, partim fuga sparsos per Hellespontum Chersonesumque conquirere contrahereque: partim novos 12 13
colonos, spe commodorum proposita, adscribere, et omni modo frequentare. simul ut Thracum submoveretur metus, ipse parte dimidia terrestrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciae est profectus: partem navalesque socios omnes reliquit in operibus reficiendae urbis. 14

bem] Abydus Hellesponti quidem urbs, sed non in Chersoneso: itaque hoc loco, pro *ad Abydum*, legendum *Madytum*, cujus etiam l. 31, [16, 6.] mentio est, ante Abydenorum casum, quemadmodum ibidem annotavimus. ut ita legatur: *terrestreis copias Madytum trajicit, Chersonesi urbem*. Quidam emenderunt *ab Abydo*, non attendentes, quae sequuntur, verba, *Chersonesi urbem:* haud dubie enim nominasset eam. GLAR. Ante legebatur *ad Abydum*. Quia vero Abydus non est in Chersoneso, sed in Hellesponto, placet Glareano legi *Madytum*, cujus urbis etiam supra in Chersoneso meminit Livius [31, 16, 6.] quod probo. SIG. [*terrestris copias traici ab ydo Chersonensum jussit. cum ad Abydum Chersonensi urbem terrestri navalem exercitum junxisset, quia clauserant portas* etc. *deditio facta est:* Bamb.]

§. 9. *Circumdedit moenia armatis, et jam opera*] Lege *sed jam opera admoventi*. J. FR. GRON. [*et jam* Bamb.] Facili negotio particulae *et* ac *sed*, sive, ut scribebant, *set*, in Mstis a librariis commutatae sunt. V. ad 21, 26, 6. Id autem eo hic proclivius, quod litera finalis vocis praecedentis primam τοῦ *set*, vel *sed* eliserit. V. ad Epit. Liv. 48. Simili errore deformatus est Colum. 11, 3. *Nec multo ante stercorare debebimus; sed cum sationis adpropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus, stercorandusque.* Ita optimus Sangerm. Vulgo editur *et cum sationis*. Mox in vocibus *tum incolentes*, quas et otiosas et inelegantes dicit, vitium aliquod latere existimat Cl. Crevier. [*idem metus Sestum incolentes aliasque Chersonensi* etc. Bamb.]

§. 12. *Per Hellespontum Chersonesumque conquirere contrahereque*] Ita Froben. anno 1531. edidit. Mog. Ald. et aliae anti-

Digitized by Google

1 XXXIX. Sub hoc tempus et L. Cornelius, missus ab senatu ad dirimenda inter Antiochum Ptole-
2 macumque reges certamina, Selymbriae subſtitit: et decem legatorum P. Lentulus a Bargyllis, P. Villius et L. Terentius a Thasso, Lysimachiam petierunt. eodem et a Selymbria L. Cornelius, et ex Thracia
3 poſt paucos dies Antiochus convenerunt. Primus congreſſus cum legatis, et deinceps invitatio benigna et hospitalis fuit. ut de mandatis ſtatuque praesenti
4 Asiae agi coeptum eſt, animi exasperati sunt. "Romani, omnia acta ejus, ex quo tempore e Syria claſſe solviſſet, displicere senatui, non diſſimulabant, reſtituique Ptolemaeo civitates omnes, quae ditionis

quiores edd. *conquirere*, *contrahere*, omiſſa copulativa, vulgarunt. [§. 10. *quamquam desertam ac stratam prope omnem ruinis* etc. §. 12. *Itaque omnia simul est aggressus et tecta, muros restituere, et partem r. s. Lysimachenses, partim* etc. *conquirere et contrahere*: §. 14. *ad depopulanda proxima Thraciae est profectus: partem navalesque omnis socios relinquit in operibus*, omissis *reficiendae urbis*, Bamb.]

§. 1. *Sub hoc tempus et C. Cornelius*] Hoc quoque debetur typographis. Paullo poſt hoc cap. et c. 41, 2. recte vocatur *L. Cornelius*. Et ita Polyb. 17, 31. et Legat. 10. DUK. Corruptelae hujus origo fuit ultima Gruteri editio, quam errantem securius, quam par erat, secuti hic sunt D. Heinsius, uterque Gronov. Doujat. et Clericus. Hearnius et Crevierius recte *L. Cornelius* emendarunt, ut praeferunt antiquiores edd. [et Bamb.] Neque tantum idem praenomen ipsi apud Liv. alibi, et apud Polyb. non semel tribuitur, sed etiam reſtituendum forte App. Alex. in Syriac. p. 87. ubi *Γναῖος* vocatur.

§. 2. *Et decem legatorum P. Lentulus* etc. *Antiochum convenerunt*) Haec e Polybio versa sunt, qui sic ait [17, 31.] *Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἦκον μετὰ τῶν δέκα Πόπλιος μὲν Λέντουλος ἐκ Βαργυλίων, Λεύκιος δὲ Τερέντιος καὶ Πόπλιος Οὐίλλιος ἐκ Θάσσου. ταχὺ δὲ τῷ βασιλεῖ διασαφηθείσης τῆς τούτων παρουσίας, πάντες ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἠθροίσθησαν εἰς τὴν Λυσιμάχειαν.* SIG. (*Lentulus ab Argyllis*. Bamb.)

P. Villius et L. Terentius a Thasso] Sic quoque Polyb. 17, 31. Sed idem Legat. 9. et Livius supra c. 35, 2. Stertinium in Thasum, Villium ac Terentium ad Antiochum profectos dicunt. Non invenio, quomodo hoc expediri poſſit, nisi putandum eſt, eos, quum in itinere audissent, Antiochum ex Asia in Chersonesum trajeciſſe, omisso itinere, quod

Digitized by Google

ejus fuissent, aequum censebant. *Nam quod ad eas* 5
civitates adtineret, quas a Philippo possessas Antio-
chus per occasionem, averso Philippo in Romanum
bellum, intercepisset, id vero ferendum non esse,
Romanos per tot annos terra marique tanta pericula 6
ac labores exhausisse, Antiochum belli praemia ha-
bere. Sed ut in Asiam adventus ejus dissimulari ab 7
Romanis, tamquam nihil ad eos pertinens, potuerit;
quod jam etiam in Europam omnibus navalibus ter-
restribusque copiis transierit, quantum a bello aper-
to Romanis abesse? Illum quidem, etiamsi in Italiam
trajiciat, negaturum.

XL. Ad ea rex, *Satis jam ante videre se, Ro-* 1

ad eum ingressi fuerant, Thasum venisse. DUK. [*a Thaso Lysim Achaiam*, mox *ab Selymbria* Bamb.]

Et ex Thracia post paucos dies Antiochus] Praepositio *ex* exsulat a Mogunt. aliisque antiquioribus excusis, quam primus addidit Froben. anno 1531. Excidisse potuit ob similitudinem vocalae praecedentis. V. ad 30, 4, 7. [*et ex Thracia paucos post dies* Bamb.]

§. 3. *Primus congressus* etc. *exasperati sunt*] Polyb. [ibid.] ita: *Αἱ μὲν οὖν κατ' ἰδίαν ἐντεύξεις τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν Ῥωμαίων, τελέως ἦσαν ἀφελεῖς καὶ φιλάνθρωποι. μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης συνεδρείας κοινῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀλλοιωτέραν ἔλαβε τὰ πράγματα διάθεσιν.* SIG.

§. 4. *Romani, omnia acta* etc. *averso Philippo* etc. *Antiochum belli praemia habere*] Polyb. ita [ibid.] *Ὁ γὰρ Λεύκιος ὁ Κορνήλιος ἠξίου μὲν καὶ τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον τασσομένων πόλεων, ὅσα νῦν εἴληφε κατὰ τὴν Ἀσίαν, παραχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον· τῶν δ' ὑπὸ Φίλιππον διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίεσθαι. γελοῖον γὰρ εἶναι, τὰ Ῥωμαίων ἄθλα τοῦ γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, Ἀντίοχον ἐπελθόντα παραλαμβάνειν.* SIG. V. etiam App. Alex. in Syriac. p. 87. [*ab Syria classe solvisset, et dispicere senatui*, mox *restituique et Ptolomeo omnis civitates* Bamb.]

§. 7. *Sed ut in Asiam adventus* etc. *quantum a bello aperto Romanis abesse*] Haec Polybius multo apertius [ibid.] *Καθόλου δ' ἔφη θαυμάζειν, τίνι λόγῳ τοσαύταις μὲν πεζικαῖς, τοσαύταις δὲ ναυτικαῖς δυνάμεσι πεποίηται τὴν εἰς Εὐρώπην διάβασιν. πλὴν γὰρ τοῦ προτίθεσθαι Ῥωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτόν, οὐδ' ἔννοιαν ἑτέραν καταλείπεσθαι παρὰ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις.* SIG. V. etiam Appian. in Syriac. p. 87. Ceterum *in Asia* Mogunt. Sed recte jam Aldus *in Asiam*. [*potuerit; quid? quod jam* etc. *transierint* Bamb.]

Quantum a bello aperto Ro-

Digitized by Google

manos inquirere, quid regi Antiocho faciendum; at, quousque terra marique progrediendum fuerit ipsis,
2 *non cogitare. Asiam nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illis inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quam Antiocho, quid in Italia po-*
3 *pulus Romanus faciat. Quod ad Ptolemaeum adtineat, cui ademtas civitates querantur; sibi cum*

manis abesse] Adde, quae excidit, particulam: *a bello aperto cum Romanis abesse.* J. FR. GRON. Doujatius vulgatum tuetur, et *Romanis* accipit casu tertio, quasi dicas *Romanorum respectu.* Verum Gronovii conjectura, quam etiam Crevier. probavit, verior videtur. Eam tamen in contextum recipere, ut Clericus non monito lectore fecit, periculosum judicavi. [*quantum a bello aperte Romanis indicto abesse?* etc. *negaturum. Romanos autem non expectaturos, ut id posset facere.* Bamb.]

§. 1. *Ad ea rex*, etc. *quid in Italia populus Romanus faciat*] Polybius [17, 32.] ita: Ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατά τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων· πᾶσι γὰρ μᾶλλον ἐπιβάλλειν τοῦτο ποιεῖν, ἢ Ῥωμαίοις. δεύτερον δ' ἠξίου μηδὲν αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν καθόλου τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεται τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἁπλῶς οὐδέν. SIGON.

Romanos tam inquirere regi Antiocho faciendum, aut quousque terra marique progrediendum fuerit. Ipsos non cogitare, Asiam nihil etc.] Hanc orationem, non acephalon solum, sed alioqui etiam vitiatam, sic restituimus, et distinximus: *Satis jam ante videre se, Romanos inquirere, quid regi Antiocho faciendum: at quo usque terra marique progrediendum fuerit ipsis, non cogitare: Asiam nihil* et reliqua. Quinque primas voces, supra [c. 25, 2.] non suo loco positas, huc reposuimus, ut ante dictum est. GELEN. In Mogunt. aliisque antiquioribus edd. non tantum deerant quinque voces a Gelenio additae; verum insuper tres illae, his quinque praemittendae, *Ad ea rex*, quas jam Froben. anno 1535. exhibuit. [*Adversus ea Antiochus, mirari se dixit, Romanos tam diligenter inquirere, quid regi Antiocho faciundum; at, quousque terra marique progrediundum fuerit ipsos, non cogitare. Asiam nihil ad se pertinere:* etc. Bamb.]

§. 3. *Quod ad Ptolemaeum adtineat*, etc. *adfinitas jungatur*] Polybius [ibid.] ita: Τὰ δὲ πρὸς Πτολεμαῖον αὐτὸς ἔφη διεξάγειν εὐδοκουμένως ἐκείνῳ. κρίνειν γὰρ οὐ φιλίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς φιλίας ἀναγκαιότητα συντίθεσθαι πρὸς αὐτόν. SIG. V. App. Alex. Syriaca p. 87. [*agere, ut*, omisso *se*, Bamb.]

§. 4. *Nec ex Philippi quidem* etc. *in Europam trajecisse fuerit*, etc. *existimare suae ditionis esse*] Maxime obscurum hunc locum facit verbum *fuerit*, nihil prorsus ad sensum faciens. sed hercule deest aliquid. GLAR.

Digitized by Google

Ptolemaeo et amicitiam esse, et id agere se, ut brevi etiam adfinitas jungatur. Nec ex Philippi quidem 4
*adversa fortuna spolia ulla se petisse: aut adversus Romanos in Europam trajecisse, ****** fuerit, (quo victo omnia, quae illius fuissent, jure belli Seleuci facta sint) existimare suae ditionis esse. Occupatis* 5
majoribus suis rerum aliarum alia cura, primo

Polybius [ibid.] ita: *Εἰς δὲ τὴν Ἐυρώπην ἔφη διαβεβηκέναι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἀνακτησάμενος τὰ κατὰ τὴν Χερρόνησον καὶ τὰς ἐπὶ Θράκης πόλεις· τὴν γὰρ τῶν τόπων τούτων ἀρχὴν μάλισα πάντων ἀυτῷ καθήκειν. εἶναι μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν δυνασειαν ταύτην. Λυσιμάχου· Σελεύκου δὲ πολεμήσαντος πρὸς ἀυτὸν, καὶ κρατήσαντος τῷ πολέμῳ, πᾶσαν τὴν Λυσιμάχου βασιλειαν δορύκτητον γενέσθαι Σελεύκου.* Ex his verbis intelligi potest, versum unum aut alterum apud Livium intercidisse: eum autem ad Livianam sententiam ita restitui posse: *Nec ex Philippi quidem adversa fortuna spolia ulla se petisse, aut adversus Romanos in Europam trajecisse, [sed ut Chersonesi urbes Thraciaeque recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad se pertinere, quippe quod ab initio Lysimachi regnum] fuerit, quo victo omnia, quae illius fuissent, quod jure belli Seleuci facta sint, existimare suae ditionis esse.* Hanc autem historiam 34, [58, 4.] Livius ita exponit: *Enimvero id auditu etiam dicere indignum esse Hegesianax, Thraciae et Chersonesi urbibus arceri Antiochum, quae Seleucus proavus ejus, Lysimacho rege bello victo et in acie caeso, per summum decus parta reliquerit.* Idem etiam tradit Appianus initio libri, quo bellum Antiochinum exposuit. SIG. Quae hic desunt, sic sonant apud Polybium: *Εἰς δὲ τὴν Ἐυρώπην ἔφη διαβεβηκέναι* etc. Hinc Sigonius supplet: *aut adversus Romanos in Europam trajecisse, [sed ut Chersonesi urbes Thraciaeque recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad se pertinere; quippe quod initio Lysimachi regnum] fuerit. quo victo omnia, quae illius fuissent, quod jure belli Seleuci facta sint, existimare suae ditionis esse.* Nihil reprehendo: tamen non videtur bis voluisse vertere Livius Polybii *ἀρχὴν μάλισα πάντων ἀυτῷ καθήκειν, imperium ad se pertinere,* dein *existimare suae ditionis esse.* Rubenius paullo brevius rotundiusque: *aut adversus Romanos in Europam trajecisse. [Chersonesum, quae Lysimachi] fuerit, (quo victo omnia, quae illius fuissent, jure belli Seleuci facta sint) existimare suae ditionis esse.* De Thraciae urbibus mox sequitur: *sicut quaedam ex proxima Thracia.* J. FR. GRON. Aliquid hic deesse, satis patet: quomodo vero locus supplendus sit, incertissimum puto. Gronovius in pr. ed. notarum tentabat: *in Europam trajecisse, [sed ut Chersonesi Thraciaeque urbes recuperaret. Ea enim loca inprimis, quibus Lysimachi regnum] fuerit, (quo victo omnia*

Digitized by Google

quaedam ex his Ptolemaeum, deinde et Philippum, usurpando aliena possedisse: sicut quaedam ex proxi-
6 *ma Thracia, quae indubitate Lysimachi fuerint. Ad ea facienda in antiquum venisse: et Lysimachiam, deletam Thracum inpetu, de integro condere, ut Seleucus filius eam sedem regni habeat.*

1 XLI. His disceptationibus per dies aliquot habitis, rumor sine ullo satis certo auctore adlatus de morte Ptolemaei regis, ut nullus exitus inponeretur
2 sermonibus. nam dissimulabat pars utraque se audis-

etc. Doujatius, parum a Sigonio discedens, *in Europam trajecisse* [*cum copiis, sed ut Chersonesi urbes Thraciaeque recuperaret. Earum enim imperium ad se inprimis pertinere; quippe quod ab initio regnum Lysimachi*] *fuerit: quo victo omnia* etc. Crevier. tandem, cui Sigonius prolixius, Rubenius brevius justo supplesse visi sunt, hoc modo, *in Europam trajecisse,* [*sed ut Chersonesi urbes et loca recuperaret: quam, quum Lysimachi*] *fuerit* (*quo victo omnia* etc. Insuper legendum puto *Ne ex Philippi quidem.* V. ad 1, 10, 3. et 8, 7, 19. Cl. Dukerus similiter emendandum deprehendit. [*Nec ex Philippi quidem* etc. *trajecisse, sed qua Lysimachi quondam regnum fuerit* (*quo victo* etc. Bamb.]

§. 5. *Occupatis majoribus suis* etc. *Ad ea facienda in* etc. *sedem regni habeat*] Polyb. [ibid.] ita: *Κατὰ δὲ τοὺς τῶν ἀυτοῦ προγόνων περισπασμοὺς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, πρῶτον μὲν Πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τοὺς τόπους τούτους, δεύτερον δὲ Φίλιππον, ἀυτοὺς δὲ νῦν ὀυ κτᾶσθαι τοῖς Φιλίππου καιροῖς συνεπιτιθέμενος, ἀλλ' ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἰδίοις καιροῖς συγχρώμενος. Λυσιμαχείς δὲ παραλόγως ἀνασάτους γεγονάτες ὑπὸ Θρᾳκῶν ὀυκ ἀδικεῖν Ῥωμαίους κατάγων καὶ συνοικίζων. ποιεῖν γὰρ τοῦτ' ἔφη, βουλόμενος ὀυ Ῥωμοίοις τὰς χεῖρας ἐκβαλεῖν, Σελεύκῳ δ' ὀικητήριον ἑτοιμάζειν.* SIG. [*rerum aliarum cura, primo quaedam ex iis* etc. Bamb.]

Rerum aliarum alia cura] Scribendum censeo: *Occupatis majoribus suis rerum aliarum aliis cura*, vel *ex aliis.* J. FR. GRON. Posteriorem conjecturam probat Crevier. Ita Liv. 7, 39, 3. *Alias ex aliis fingendo moras retinebat.* (* Ter. Eun. 4, 2, 3.)

Deinde et Philippum, usurpando aliena possedisse etc.] Locum hunc Mogunt. et aliae ex priscis edd. admodum corrupte ita exhibent: *Deinde et Philippum usurpandae alienae possessionis, sunt quaedam ex proxima Thracia, sunt quae diu dubitare Lysimachi fuerint.* Lectio, quae nunc circumfertur, jam adparuit in Froben. anni 1531. [*inde et Philippum usurpandae alienae possessionis causa tenuisse, Chersonesum quidem et proxima Thraciae, quae*

Digitized by Google

se; et L. Cornelius, cui legatio ad duos reges, Antiochum Ptolemaeumque, mandata erat, spatium modici temporis ad conveniendum Ptolemaeum petebat: ut, priusquam moveretur aliquid in nova possessione 3
regni, perveniret in Aegyptum; et Antiochus suam fore Aegyptum, si tum occasio esset, censebat. Ita- 4
que, dimissis Romanis, relictoque Seleuco filio cum terrestribus copiis ad restituendam, ut instituerat, Lysimachiam, ipse omni classe navigans Ephesum, 5
legatis ad Quinctium missis, qui ad fidem de socie-

circa Lysimachiam sint, quem dubitare, quin Lysimachi fuerint?

§. 6. *Ad ea facienda in antiquum*] Magis placeret *Ad ea redigenda in antiquum jus*, vel *statum*. 34, [51, 4.] *Civitates in aliquam tolerabilem formam redigendae*. 35, [16, 6.] *Bello superatas a majoribus et stipendiarias ac vectigales in jus antiquum repetit*. J. FR. GRON. Supra c. 38, 1. *Omnes Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus*. 38, 3, 3. *In jus ditionemque totam redegerunt gentem*. Doujatius malebat *ad ea sarcienda in antiquum*. Sed verbo *sarcire* usum esse Livium, vidimus ad 3, 60, 9. Verum *sarcire in antiquum* vel ipsum, vel alios dixisse, nondum inveni. [*Ad ea recipienda in antiquum jus venisse* Bamb.]

§. 1. *De morte Ptolemaei regis, ut nullus*] *To effecit* excidisse videtur, cum scripsisset: *rumor sine ullo satis certo a. a. d. m. Pt. regis effecit, ut nullus*. J. FR. GRON. *fecit* excidisse, monet Crevier. [*imponeretur sermonibus, effecit; nam et dissimulavit* etc. Bamb.]

§. 3. *Suam fore Aegyptum, si tum occasio esset*] Legendum puto, *si tum occasioni non deesset*. Sed judicet lector. GLAR. Aliquid hic infuscatum. Succurrunt illa 34, [33, 1.] *Dum liceret, dum occasio esset, sibi ac suis consuleret*. 35, [12, 8.] *Numquam habiturum recuperandi sua occasionem, si eam, quae tum esset, praetermisisset*. 38, [33, 9.] exsules Lacedaemonii: *Nunquam talem occasionem habituros, si eam praetermisissent*. An fuit ergo, *si eam occasionem non amisisset*? An potius *si tum non cessasset*? 31, 15, 4. *Nequicquam postea, si tum cessassent, praetermissam occasionem quaesituros*. 38, [47, 13.] *Stipendium scitote pependisse socios vestros Gallis, et nunc fuisse pensuros, si a me foret cessatum*. J. FR. GRON. *occasio* non videtur tollendum esse. Si quid mutandum est, liberae conjecturae sunt, *si tum occasione usus esset*, et *si tum occasioni non deesset*. Curtius 4, 16, 4. *Occasione vincendi strenue est usus*. Livius 27, 28, 1. *Ne cui deesset occasioni*. BUK. Doujatius Glareani conjecturam *si tum occasioni non deesset* probabat. Supra 22, 39, 21. *Ar-*

tate agerent, oram Asiae legens, pervenit in Lyciam: Patarisque cognito, vivere Ptolemaeum, navigandi
6 quidem in Aegyptum omissum consilium est. Cyprum nihilominus tendens, quum Chelidonium promontorium superasset, paullisper seditione remigum est retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem.
7 Inde profectum eum ad capita (quae vocant) Sari fluminis foeda tempestas oborta prope cum omni classe demersit. multae naves ejectae: multae ita haustae mari,

matusque intentus sis, neque occasioni tuae desis. Crevier. malebat *si usus occasione esset*, aut quid simile. [*si tum occupasset*, pro *si tum occasio esset*, legit Bamb. qui §. 4. *navigat*, pro *navigans*.]

§. 5. *Qui ad fidem de societate agerent*] Forte, *qui ibidem*. V. 34, 25. J. FR. GRON. Nihil ibi invenio, quod huc faciat. Livius *ad fidem* dixit 21, 28, 6. *ad fidem pronius est*. Et eodem lib. c. 34, 3. *ad fidem promissorum obsides acciperet*. Sed haec quoque parum juvant ad hunc locum intelligendum. Suspicor excidisse aliquid in hanc sententiam, *ad fidem faciendam, regem nihil adversus Aegyptum tentaturum*. nam nulla re magis fidem facere poterat Romanis, falsam esse illam suspicionem, quam societatem cum illis ineundo. DUK. Gronovius locum ex 34, 25. laudavit, ut doceret, Antiochum ad Quinctium legatos misisse, qui de societate agerent. Crevierius voces *ad fidem* vel delendas, vel corrigendas existimat. Doujatius intelligit *ad fidem* sc. faciendam animi ad pacem inclinantis. Quae ellipsis admodum insolens est. [*qui ad fidem faciendam, nihil novaturum regem, de societate agerent*. Bamb.]

§. 6. *Cypri nihilominus quum Chelidonium promontorium superasset, paullisper seditione regum*] *Cyprum nihilominus tendens* legitur in archetypo: et *seditione remigum*, non *regum*. GELEN. Chelidoniae insulae sunt in confinio Lybiae ac Pamphyliae: in Cypro autem nullum ejus nominis promontorium. quare distinguendum post *nihilominus*, hoc sensu: Navigandi quidem in Aegyptum omissum consilium est, Cypri non item: nam tentare in animo habebat, ut sequentia indicant, sed tempestate afflictus omisit. Quamquam huic loco aliquot verba deesse opinor. GLAR. Recte Gelenius *Cyprum nihilominus tendens*. Ita 32, 16, 7. *Euboeam trajecerunt*. 37, 31, 5. *Chium navigat*. Ibid. *Hellespontum misit*. c. 33, 4. *Hellespontum perveniunt*. 36, 42. 4. *Pergit protinus navigare Peloponnensum*. 42, 44, 6. *Peloponnesum proficiscuntur*. (* 44, 46, 10. *Samothracam trajeciste*.) 45, 10, 2. *Aegyptum navigare*. c. 11, 8. *Exercitum Aegyptum induxisset*. Ibid. *Cyprum classem*

Digitized by Google

mari, ut nemo in terram enaverit. Magna vis homi- 8
num ibi interiit, non remigum tantum militumque
ignotorum, sed etiam insignium amicorum. Conlec- 9
tis reliquiis naufragii, quum res non in eo esset, ut
Cyprum tentaret, minus opulento agmine, quam pro-
fectus erat, Seleuciam redit. ibi subduci navibus jus-
sis (jam enim et hiems instabat) ipse in hiberna An-
tiochiam processit. In hoc statu regum erant res.

XLII. Romae eo primum anno triumviri epulones 1
facti, C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de

misit. c. 12, 7. *Cyprum navigare.* V. ad 10, 37, 1. 28, 45, 8. et alibi. Eodem modo etiam auctorem Epit. Liv. locutum esse, videbimus ad l. 59. (* Ita *Aegypti regnare* emendat Gronov. ad Epit. 47.) Similiter etiam alii scriptores. V. Sanctii Minerv. 4, 6, 669. V. doctos ad Flori 3, 10, 16. et Cort. ad Sall. Jug. 7, 2. 22, 1. et 28, 6. [*Cyprum nihilominus petens, cum Chelidoniarum promunturium* Bamb.]

§. 7. *Inde profectum eum ad capita Sari* etc. *classe demersit*] Hoc sic Appianus in Syriaco [p. 88.] *Χειμῶνι δ' ἀμφὶ τὸν Σάρον ποταμον συμπεσὼν, καὶ πολλὰς τῶν νεῶν ἀποβαλὼν.* SIG. Prima vocula deerat in ed. Mog. aliisque aetate proximis, quam addidit deinde Frob. anno 1535. [*Inde profectum eum ad captaque vocant Sari* etc. *demersit. Multae fractae, multae naves, multae ita haustae mari, ut nemo in terra menaret.* Bamb.]

Ut nemo in terram enaverit] Manus ignota in ed. Mog. interpolavit *evaserit.* Male. Valer. Max. 3, 2, 23. *Inter undas, quas hostili cruore infecerus, enasti.* Ita Torren. in plurimis invenit Mstis, *evasisti* in uno. Silius 3, 662.

Has observatis valles enavimus astris.

15, 375.

Forsan et enasset rapidi freta saeva pericli.

Et hic etiam olim *evasset* edebatur. [§. 1. *interit, non remigum modo militumque ignotae turbae, sed* etc. Bamb.]

§. 9. *Jam enim hiems instabat*] Ita Froben. anno 1535. et post eum reliqui omnes ediderunt. Idem anno 1531. vulgarat *jam et hiems instabat.* Sed Mogunt. et proximi dederunt *jam enim et hiems instabat:* quod non puto spernendum. [et ita Bamb.] Ut ita haec altera classem subducendi caussa detur, quod hiems instaret; quum prima foret, quod proxima navium pars naufragio amissa esset. [*in eo essent* etc. *rediit.* mox *Antiochiam concessit. In hoc statu rerum erant res.* Bamb.]

§. 1. *C. Licinius Lucullus, T. Romulejus, qui legem* etc. *et P. Porcius Lecca*] Pro *T. Romulejus* reponendum puto *P.*

Digitized by Google

creandis his tulerat, P. Manlius, et P. Porcius Laeca, his triumviris, item ut pontificibus, lege datum
2 togae praetextae habendae jus. — Sed magnum certamen cum omnibus sacerdotibus eo anno fuit quaestoribus urbanis, Q. Fabio Labeoni et L. Aurelio.
3 Pecunia opus erat, quod ultimam pensionem pecu-

Manlius, primum, quia una etiam paulo post fiunt praetores P. Manlius et P. Porcius Laeca, quorum P. Manlius Hispaniam citeriorem, P. Porcius Pisas sortitur: deinde quia l. 40, [42, 7.] anno DLXX. ait, Q. Fulvium triumvirum epulonem in locum P. Manlii, qui ex Hispania redierat, esse factum: neminem autem factum esse post hos, praeter Q. Fulvium, memoriae tradidit, ut ubique claret. fuisse autem duplicem Manliam gentem ostendit Cicero in 1. Philipp. [13.] *Ut propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliae neminem patricium M. Manlium vocari liceret.* Adde quod *Romulius*, non *Romulejus*, esset scribendum, ut ex *P. Manlius, Romulius* factum sit. SIG. Sigonius *Titum* istum *Romulejum* expungit, cui vix adsentirer, nisi observassem, in Buslid. codice perpetuo loco *τοῦ tribunus plebis*, legi *T. Romulejus*. Ut innumeros locos omittam, in principio l. 34, [1, 2.] *M. Fundanius et L. Valerius Titus Romulejus plebei ad plebem retulerunt.* et deinde: *M. et T. Junius Brutus Titus Romulejus plebei legem Oppiam tuebantur.* Et ne existimemus, solum Buslid. codicem hac macula esse aspersum, ita etiam in Mogunt. Modius repperit. Existimo itaque scripsisse Livium: *C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de creandis his tulerat.* Tertium autem triumvirum, qui fuit P. Manlius, ut Sigonius probat, ab indoctis librariis resectum fuisse puto, cum tres jam triumviros (si suppositicium T. Romulejum computes) nominatos esse viderent. Sic acute ad me Alb. Rubenius. De *Tito Romulejo* testari possum, me idem nomen pro *tribuno* subjectum observasse etiam in compluribus Italicis. Et tertium est exemplum in fronte l. 34. Nam pro eo, quod recte est, *Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis Q. Fabio, Tib. Sempronio consulibus*, Andreas omnesque, antequam ex Mog. corrigeretur, *Tulerat eam M. Oppius et T. Romulejus tribuni pl.* J. FR. GRON. Pighius, deceptus vitiosa hujus loci scriptura, *T. Romulejum* inter tribunos plebis A. V. DLVII. numerat, praeterito C. Licinio Lucullo. DUKER. Vocem *tribunus* saepe in *T. Romulejus* scribarum errore degenerasse, certissimum est; ejus rei exemplum non modo exstat tribus locis ex l. 34, 1, 2. 3. et 4. in Voss. aliisque codd. sed et innumeris aliis locis in variis Livii Mstis. V. ad 31, 6, 4. Pro lectione igitur Sigonii *C. Licinius Lucullus, P. Manlius, qui legem de creandis his tulerat*, quae etiam nunc vulgo obtinet, eam recepi, quae Gronovio placuisse videtur, *C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de creandis his tulerat, P. Manlius.* Perperam enim Ampl. Cuperus in epist. quam edidit Cel. Burm. Syntagm. epist.

Digitized by Google

niae in bellum conlatae persolvere placuerat privatis. Quaestores ab auguribus pontificibusque, quod 4
stipendium per bellum non contulissent, petebant. ab sacerdotibus tribuni nequidquam adpellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum est. Eodem anno duo mortui pontifices, novique in 5

tom. 2. p. 695. existimavit, Gronovium Sigonio consensisse, et triumviros epulones lege Manlia creatos esse; cui, quod ad legem Manliam, adsentitur Nic. Heins. Cupero respondens ibid. p. 697. [*C. Licinius Lucullus TR. pl., qui legem de creandis his tulerat, et P. Manlius* etc. Bamb.]

P. Porcius Lecca] *Laeca*, ex nummis argenteis. SIG. V. eumdem Sigonium ad 32, 7, 4. Mox *pontificibus* domum exhibet ultima Gruteri editio, et quidem ex conjectura Pighii in Annal. ad A. V. DLVII. p. 260. Priores typis excusi legunt *item ut pontifici*. [*iis triumviris, item ut pontifici* Bamb.]

§. 2. *Q. Fabio Labeoni et L. Aurelio*] L. Aurelium familiari cognomine ab aliis ejusdem gentis non distingui, quum plures tamen tunc in civitate floruerint Aureliorum familiae, neglegentiae librariorum, qui tam truncum ac mutilum ubique nobis Livium reliquere, adscribit Pighius in Annal. ad A. V. DLVII. p. 261.

§. 3. *Ultimam pensionem pecuniae*] V. Glarean. ad 31, 13, 2. DUK. [*in bellum allatae persolvi placuerat privatis*. Bamb.]

§. 4. *Ab auguribus, pontificibus, quod stipendium*] Cur ab his solis, quum certamen esset cum omnibus sacerdotibus? An dicendum est, ceteros deinde ultro destitisse certamine, augures et pontifices, quod fortassis se jure majóris sacerdotii immunes esse putarent, pertinacius in eo perseverasse? Stewechius ad Veget. 3, 3. scribit, pontifices, augures, reliquosque sacerdotes tum stipendium dare coactos, *quamvis ante non dedissent*; et Gutherius 1. de Vet. Jur. Pontif. 28. ab iis, ut ab aliis civibus, stipendium *extortum* esse. Crederem, si docuissent, iis lege immunitatem concessam fuisse. Nam quod Dionys. Halic. 2, 21. tradit, Romulum sacerdotes *negotiorum urbanorum immunes* fecisse, id de muneribus personalibus, non patrimonialibus, quae vocant Jurisconsulti, accipi nihil vetat. Verba Livii, *omnium annorum, per quos non dederant, exactum est*, argumento sunt, eos, quum ante, ut alii cives, dedissent, ab aliquot annis immunitatem usurpasse. DUK. Copulam addidi *ab auguribus pontificibusque*, quam servant [Bamb.] edd. Mog. Aldina, et aliae, usque ad Froben. qui anno 1531. primus omisit. Forte autem intercidit ob sequentis voculae *quod* similitudinem. V. ad 44, 13, 10. Mox *nequiquam* ed. Mog. quam eamdem scripturam etiam exhibet infra c. 44, 9. V. ad 40, 47, 9. [*ab sacerdotibus Tr. pl. nequicquam* Bamb.]

§. 5. *T. Sempronii Tuditani, qui*] Superiori libro [c. 27, 7.] *Cn.* dicitur. Dixi autem videri, *C. Sempronium* appellandum.

Digitized by Google

eorum locum subfecti, M. Marcellus consul in locum C. Sempronii Tuditani, qui praetor in Hispania decesserat: et L. Valerius in locum M. Cornelii Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus est admodum adolescens, priusquam ullum magistratum caperet: nec eo anno augur in ejus locum est subfectus. Comitia inde consularia habita a M. Marcello

SIG. Non aliter etiam adpellatur in ed. Mog. Ejus loco jam Aldus *T. Sempronii* edidit. [*C. Semproni* Bamb.]

L. Valerius in locum] *Flaccum* intelligit, nam [40, 42, 6.] anno DLXX. ait: *L. Valerius Flaccus pontifex mortuus est.* SIG. [*et L. Val. Flaccus* Bamb.]

§. 6. *Admodum adolescens*] V. Gronov. ad 28, 9, 1. DUK. *adolescens* ed. Mogunt. V. ad 6, 34, 11. [*subjectus*, pro *subfectus*, Bamb.]

§. 7. *C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo*] Ad hunc locum et ad c. 22. et 25. hujus libri respexisse credo Manutium ad Cicer. 8. Famil. 8. scribentem, apud Livium l. 33. duos Labeones fratres eodem praenomine appellari. Putavit nimirum alium esse *C. Atinium Labeonem*, qui c. 22. et 25. tribunus plebis fuisse dicitur; alium, qui hoc anno praetor fuit. Sed nihil est in Livio, unde hoc magis colligi possit, quam eumdem, qui anno superiore tribunus plebis fuerat, et aliquot mensibus ante, quam comitia praetoribus creandis haberentur, tribunatu abierat, hoc anno praetorem fuisse. Neque enim tum adhuc leges annales erant; et quum multi ante eas ex aedilitate plebis praetores facti fuerint, 28, 10. 29, 38. 30, 26. et aliis locis apud Livium, nihil obstare poterat, quo minus quis, postquam ante aliquot menses tribunus plebis esse desierat, praetor crearetur. Certiores sunt aliae auctoritates, quibus Manutius ibidem offendit, duos fratres interdum idem praenomen habuisse. Nec minus certa Livii de duobus filiis Fabii Cunctatoris, quorum utrique praenomen fuit *Quintus*. V. ad 24, 9. 43. 33, 26. et hoc cap. Adde Sueton. Calig. 8. DUK. Haec duorum priorum praetorum nomina deerant in ed. Mog. quae deinde Aldus ex cap. seq. ita supplevit *C. Fabricius Luscinius, Catinius Labeo.* ita enim mendose eo loco exhibet ed. Mog. Sed Frob. anno 1531. recte *Luscinus*, quadriennio post etiam *C. Atinius* substituit. Alibi *Catinius* vel *C. Catinius*, pro *C. Atinius*, librarios dedisse, videbimus ad 38, 35, 2.

C. Manlius Volso] *Cn. Manlius Vulso*, ex consulatu Capitolino. SIG. Quasi vero ita sine copulae subsidio fiare non possent, aut soli Vulsoni praenomen invidisset Livius. Sed est temeritas quarundam editionum, quam recorrexi, quum jam ante monuisset Sigonius, nomen esse *Cn. Manlius Vulso.* JAC. GRON. Error est ultimae editionis Gruteri, quae admiserat *et Manlius.* Eum emendat Jac. Gronov. substituens ex Sigonii emendatione *Cn. Manlius Vulso.* Perperam

Digitized by Google

consule. creati consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. Praetores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Laeca. Aediles curules, M. Fulvius Nobilior et C. Flaminius, tritici decies centum millia binis aeris populo diviserunt: id C. Flaminii honoris caussa ipsius, patris-

Caji praenomen ipsi etiam supra dabatur in vett. edd. c. 25, 1. Quod quum ibi Frob. anno 1535. recte emendasset, hic idem facere neglexit. De cognomine *Vulso* v. ad 22, 35, 1.

P. Manlius Nobilior] Hic omissae sunt aliquot voces. Integra lectio sic habet: *P. Manlius, P. Porcius Lecca. Aediles curules M. Fulvius Nobilior*, etc. GELEN. Ita haec leguntur in exemplaribus vulgatis. Sed diligentius haec consideranti constabit aperte, verba aliquot hic desiderari. *Nobilior* enim cognomen, ut Fulviis familiare, ita Manliis prorsus extraneum est, ut P. Manlio hoc attribui non posse videatur: cujus verum, ut opinor, cognomen *Vulso* in Liviano codice periit simul cum sexto ejus anni praetore *P. Porcio Laeca*, quem paullo post non omisit Livius, praetorum provincias enarrans. Ubi sane nulla *C. Flaminii* mentio est, ut hic quoque, licet aexti locum obtineat, inter praetores referri non possit: praesertim cum ex sequentibus Livii verbis manifestum sit, aedilem curulem fuisse, quorum erat annonae curam gerere, frumentum populo dividere, et ludos Romanos edere. Hinc sequitur, collegae nomen insuper deesse, et *M. Fulvium Nobiliorem* fuisse, ex cognomine adhuc residuo verisimile fit. Triennio enim ante tribunum plebis habuimus, et tertio rursus abhinc anno cum eodem Flaminio praetorem, et demum cos. per consuetos honorum gradus succedit. Igitur Livii ille locus in hunc fere modum supplendus videtur: *Praetores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius* (*Vulso, et P. Porcius Laeca. Aediles curules M. Fulvius*) *Nobilior et C. Flaminius tritici* etc. Ex his omnia, quae parenthesi signata vides, in Livianis exemplaribus librariorum negligentia sunt praetermissa. PIGH. in Annal. ad anni ıɔlvii. p. 259. Nescio, quo auctore Pighius P. Manlio cognomen *Vulso* addiderit. DUR. [*Praetores inde facti Cn. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, M. Porcius Laeca, C. Fabricius Labeo, P. Manlius. Eo anno aed. curules C. Fulvius Nobilior et C. Flaminius.* Bamb.]

§. 8. *Tritici decies centum millia binis aeris populo diviserunt*] Non est mihi dubium, quaedam hic desiderari verba. Nam verbum *diviserunt* nominativum non habet certum. Sex praetores erant, quorum postremos aediles curules fuisse puto, ut l. 32. non ita longe ab initio [c. 7.] ubi consules creantur Sex. Aelius Paetus, et T. Quinctius Fla-

Digitized by Google

9 que, advexerant Siculi Romam. Flaminius gratiam ejus communicaverat cum collega. Ludi Romani et
10 adparati magnifice sunt, et ter toti instaurati. Aediles plebis, Cn. Domitius Ahenobarbus et C. Scribonius Curio, multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati sunt; ex eorum multaticia pecunia aedem in insula Fauni fecerunt.
11 Ludi plebeji per biduum instaurati, et epulum fuit ludorum caussa.

1 XLIII. L. Valerius Flaccus et M. Porcius, quo die magistratum inierunt, de provinciis quum ad se-
2 natum retulissent, Patres censuerunt, *Quum in His-*

minius: ac l. 31. ad finem, ubi consules L. Cornelius Lentulus ac P. Julius Appulus, prope similes dicendi modos, sed clariores, reperies. GLAR. Haesitanti Glareano satisfecit Gelenius superiori adnotatione: cujus emendationem postea ulterius adstruxit Pighius. De locutione *decies centum millia* v. ad 43, 6, 11. [*discripserunt*, pro *diviserunt*, Bamb. qui *advexerant* omittit. §. 9. *communicaverat collegae*. idem.]

§. 9. *Ter toti instaurati*] Vocula *ter*, quam demum adscivit Frobenius anno 1535. abest a vetustioribus, quibus usus sum, edd. [est in Bamb.]

§. 10. *Cn. Domitius Aenobarbus*] Lapides Capitolini, et nummi argentei, et Graeci annales satis ostendunt, *Ahenobarbum* esse scribendum. In Graecis enim Ἀηνόβαρβος est. SIG. V. ad 34, 42, 4. [*Ahenobarbus* Bamb.]

C Scribonius curio maximus] Omnes, qui Livio manus admoverunt, hunc locum, quasi sanus foret, nulla adnotatione dignati sunt, nisi quod Cl. Crevier respicienda moneat, quae notavit ad 3, 7, 6. ubi, qualis sacerdos foret curio maximus, docuit. At C. Scribonium hoc tempore eo sacerdotio functum non fuisse, certissimum puto. Sane id C. Mamilius adeptus dicitur supra 27, 8, 3. *Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius Vitulus.* Is autem demum mortuus narratur 41, 21, 8. *Sacerdotes publici ex pestilentia mortui sunt* etc. *C. Mamilius Vitulus curio maximus.* Ipsi deinde in administratione sacerdotii successit C. Scribonius Curio, teste Livio ibid. *Decemvir sacrorum C. Sempronius Longus, curio maximus C. Scribonius Curio subficitur.* Deleta igitur voce *maximus* scribendum puto *C. Scribonius Curio.* ut illud *Curio* sit nomen familiare gentis Scriboniae. Forte olim ad marginem adnotatum fuit, Scribonium hic memoratum fuisse postea curionem maximum, unde vox *maximus* contextum invasit; ex quo me iterum ejecisse ne-

Digitized by Google

pania tantum glisceret bellum, ut jam consulari et duce et exercitu opus esset, placere, consules Hispaniam citeriorem et Italiam provincias aut comparare inter se, aut sortiri. Utri Hispania provincia evenisset, eum duas legiones et quinque millia sociûm Latini nominis, et quingentos equites secum portare, et naves longas viginti ducere. Alter consul duas legiones scriberet. His Galliam provinciam obtineri satis esse, fractis proximo anno Insubrium et Bojorum animis. Cato Hispaniam, Valerius Italiam est sortitus. Praetores deinde provincias sortiti, C. Fabricius Luscinus urbanam, C. Atinius Labeo peregri-

minem vitio versurum confido. [*C. Scribonius Curio Maximos* Bamb.]

Pecuarios ad populi judicium adduxerunt] Memini olim me ex D. Erasmo Roterodamo audisse, Livium hoc in loco abigeos per *pecuarios* intelligi voluisse, quod statim meminerit Fauni, pecorum sive agrestium numinis, ut appellat Virgilius 1. Georg. GLAR. Potius fuisse publicanos, qui pascua publica conduxerunt, ut inde vectigal colligerent, docuit Cel. Burm. de Vectig. c. 9. p. 140. [*multos specularios ad populi* etc. Bamb.]

Aedem in insula Fauni fecerunt] Vide, num legendum *aedem Fauni in insula fecerunt.* Insulam autem Tiberis intelligo, qua de libro 2. non ita longe ab initio [c. 5.] meminit Livius. GLAR. Sic 34, [53, 6.] *In insula Jovis aedem dedicavit.* De hac Fauni aede dedicata eodem in libro [c. 53, 3.] Insulam autem Tiberis intelligit. SIGON.

§. 11. *Ludi plebis per biduum instaurati, et epulum fuit ludorum*] Livius non ludi *plebis*, sed ludi *plebeji*, nec *epulum* simpliciter, sed *epulum Jovis* ludorum caussa solet dicere. V. 25, 2. 27, 36. 29, 38. 30, 39. 31, 4. 32, 7. DUK. *Ludi plebeji* edd. Mog. et plures aliae. Paris. deinde *Ludi pleb.* per compendium anno 1573. dederunt. Id vero obtinuit usque ad ultimam Gruteri, cui qui praefuit, non consultis prioribus excusis, dedit *Ludi plebis:* quam lectionem servant omnes recentiores. Priscam igitur lectionem loco restitui. [*Ludi plebei* Bamb.]

§. 1. *Quidem magistratum habuerunt*] Integra lectio habet *quo die magistratum inierunt.* GELEN. [*L. Valerius Flaccus et M. Porcius Cato Coss. Idibus Martiis, quo die magistratum inierunt* Bamb. §. 2. *Hispaniam citeriorem Italiamque provincias* idem.]

§. 3. *Duas legiones ex quinque millibus sociûm*] Lege *et quinque millia.* GELEN. — Hunc numerum *quinque millia sociûm*

Digitized by Google

nam, Cn. Manlius Vulso Siciliam, Ap. Claudius Nero Hispaniam ulteriorem, P. Porcius Laeca Pisas, ut ab tergo Liguribus esset: P. Manlius in Hispaniam
6 citeriorem adjutor consuli datur. T. Quinctio, suspectis non solum Antiocho et Aetolis, sed etiam Nabide Lacedaemoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est, duas legiones ut haberet. in eas si quid supplementi opus esset, consules scribe-
7 re, et mittere in Macedoniam jussi. Ap. Claudio praeter legionem, quam Q. Fabius habuerat, duo

sibi suspectum esse monuit Cel. Dukerus ad Livii 33, 13, 3. — (* l. 40, 36, 6.) [*evenisset, et eum duas legiones et.* XV. *milia socium Latini nominis, et* DCCC. *equites ctc. Alter consul duas scribet legiones. Iis Galliam obtineri provintiam satis* etc. *Insubrum*, etc. Bamb.]

§. 5. *Ut ab tergo Libuis esset*] Lege *ab tergo Liguribus.* GELEN. Pighius in Annal. ad ann. DCLVIII. p. 264. legendum arbitratur *ut ab tergo Lebuis Liguribus esset.* Sed eum errasse, et Lebuos seu Libuos a provincia Pisana longe remotos ac trans Padum sitos fuisse, contra propiores exstitisse Ligures Apuanos cis Padum habitantes, docuit Cl. Jac. Gronov. Dissert. epist. ad Livii loc. quaed. Geogr. epist. 1. p. q. cujus sententiam postea amplexus est Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. 1, 1. p. 8.

A djutor consuli datur] An *datus?* ut cum *sortiti* conveniat. 26, 19, 10. *M. Junius Silanus adjutor ad res gerendas datus est.* DUK. [*P. Manlius Hispaniam citeriorem adjutor consul datus? Quinctio, suspectis* etc. Bamb. qui §. 6. *sed jam etiam Navidae.*]

§. 7. *Quam P. Fabius habuerat*] Ubi prioris anni magistratus creantur, in hoc adeo libro [c. 24. et 26.] *Q. Fabius Buteo* praetor bis nominatur, cui in sorte Hispania ulterior evenerat. Pro *P.* igitur legendum *Q.* GLAR. *Q. Fabius* jam ante, quam Glareanus ita emendandum doceret, edidit Froben. anno 1535. Ceterum hunc §. corrupte admodum exhibuerunt edd. Mog. et proximae ita: *Ap. Claudio praetori legionem, quam P. Fabius habuerat, duo millia et ducenti equites novosque scribere permissum.* Id quod nunc vulgo exstat, ei substituit Frob. anno 1531. nisi quod *P. Fabius* retinuerit, quadriennio demum postea, ut dixi, in *Q. Fabius* mutatum. [*habuerat, duo et ducentos equites novos scriberet permissum.* Bamb. qui §. 8. *novorum et P. Manlio* etc. *sub Q. Minucio.*]

§. 9. *Ducenti peditum et quingenti equites ex Gallico exercitu*] Hic peditum numerus nimis concisus est, si ad equites comparaveris. Tum id *ex Gallico exercitu* obscurum. Nisi dicamus exercitum Gallicum, quem consul Valerius adversus Gallos ductürus erat. GLAR. Videa, ut

Digitized by Google

millia peditum et ducentos equites novos conscribere permissum. Par numerus peditum equitumque 8
novorum P. Manlio in citeriorem Hispaniam decretus: et legio eadem, quae fuerat sub Minucio praetore, data. Et P. Porcio Laecae ad Etruriam circa 9
Pisas duo millia peditum et quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo.

XLIV. Provinciis ita distributis, consules, prius- 1
quam ab urbe proficiscerentur, ver sacrum ex pon-

locum prodigiose corruperunt librarii scriptores, dum numerorum veteres notas ↀ ↀ *D.* non intelligunt, vel negligunt, quibus locus descriptus fuisse videtur. Legendus igitur sic locus videtur: *P. Porcio Laecae ad Etruriam circa Pisas duo millia peditum, quingenti equites ex Gallico exercitu decreti.* PIGHIUS in Annal. ad ann. ıɔlvııı. p. 264. Primitus edebatur *ducenti peditum et quingenti equites.* Eo pertinent, quae Glarean. ad hunc locum notavit: peditum numerum nimis concisum esse, si ad equites comparetur. Ab eo igitur moniti posteriores substituerunt *ducenti peditum et quinquaginta equites:* quae lectio primum obvia fuit in ed. Paris. anni 1573. Huc referendum, quod Pighius monuit, librarios veteres notas ↀ ↀ *D* non intellexisse, quos nimirum *ducenti* pro ↀ ↀ, et *quinquaginta* pro *D* dixisse credebat; quum posterioris erroris non librarii auctores esse videantur, sed ei ansam dederit adnotatio Glareani. Pighii emendationem ultima Gruteri ed. recepit: nisi quod copulam *et* inter numerum peditum et equitum a Pighio omissam, quam vett. edd. agnoscunt, recte servarit. Ceterum numeri millenarii et centenarii notas ↀ et *C* saepius librarii commutarunt. Exempla v. ad 21, 25, 10. 27, 26, 6. et alibi. [*circa Pisas* $\overline{X}$ *peditum et quingenti equites et Gallico exercitu decreti.* Bamb.]

§. 1. *Ver sacrum ex pontificum jussu fecere*] Dodwell. de Cyclis differt. 10. §. 40. 41. errasse hic dicit Livium: nam hoc fuisse ver sacrum, quod ante quinquennium, bello adversus Philippum decreto, voverat P. Sulpicius Galba consul. De ea re ita scribit Livius 31, 9. *Civitas* etc. *ludos Jovi donumque vovere consulem, cui provincia Macedonia evenisset, jussit.* Et: *vovit in eadem verba consul, praeeunte maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant.* In his *doni* nomine *ver sacrum* intelligi, ex loco Livii 34, 44, 1. *Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio et L. Valerio consulibus:* Item, *De integro faciendum arbitratu pontificum* [ver sacrum Patres] *censuerunt, ludosque magnos, qui una voti essent:* ac denique, *Ver sacrum ludique votivi, quos voverat P. Sulpicius Galba con-*

Digitized by Google

2 tificum jussu fecere, quod A. Cornelius Mammula praetor voverat de senatus sententia populique jus-

sul, facti, cum 31, 9. collato apparere dicit. Mihi ex collatione horum locorum nondum liquet, Livium jure erroris arguri. *Ver sacrum* et *ludos magnos* anno V. IOXXXVI. vovit A. Cornelius Mammula, Liv. 22, 10. quod, etsi eum ibi non nominat Livius, tamen ex hoc loco constat, et recte adversus Sigonium ostendit Gronovius. P. Sulpicius consul A. V. IOLIII. *ludos Jovi donumque vovit*, 31, 9. *Ver sacrum*, A. V. IOXXXVI. ab A. Cornelio votum, A. V. IOLVIII. a consulibus factum hic prodit, sed de *ludis magnis*, qui una cum eo voti erant, nihil addit Livius. Quum autem non rite factum fuisset, illud *de integro faciendum, et ludos magnos, qui una voti essent*, ab A. Cornelio scilicet, faciendos censuerunt Patres A. V. IOLIX. idque eodem anno ex illorum decreto factum, et *ludi votivi, quos voverat P. Sulpicius Galba consul, facti* sunt 34, 44, 6. In his nihil est, e quo Livius erroris convinci possit. Sed credo, eruditissimum Dodwellum maxime ex verbis Livii, quae e 34, 44. postremo loco descripsi, in hanc opinionem venisse. Verum ex iis non sequitur, Sulpicium una cum ludis votivis ver sacrum vovisse: nam non necesse est ibi conjungi, quae disjungi superior narratio Livii jubet, et res ipsa magis postulat, quam patitur. *Ver sacrum* et *ludos magnos* voverat A. Cornelius: *ludos Jovi* et *donum* P. Sulpicius. Utrumque votum, quum prius A. V. IOLVIII. non rite solutum fuisset, deinde rite solutum est A. V. IOLIX. sed Sulpicii, quod in annum quintum factum fuerat, anno serius, quam debuerat. Ita haec sine reprehensione Livii videntur constitui posse. Certe Sulpicium non vovisse *ver sacrum*, probabilius ex silentio Livii 31, 9. colligitur, quam eum id vovisse ex iis, quae 34, 44. leguntur. Ille quidem superest scrupulus, quod, si 34, 44. non conjungimus *ver sacrum ludique votivi*, sed *ver sacrum* intelligimus, quod A. Cornelius A. V. IOXXXVI. et *ludos votivos* illos, quos P. Sulpicius consul A. V. IOLIII. voverat, Livius, quum *ver sacrum* factum dicit, *ludos magnos* autem, qui una cum eo ab A. Cornelio voti fuerant, quosque Patres itidem fieri censuerant, neque hic, neque 34, 44. factos memorat, negligentiae in ea re notam vix effugere possit. Sed si jam demus, aliquid in ea re culpae esse, qua tamen fortassis liberari potest, si dicamus, ex eo, quod *ver sacrum* ex decreto senatus factum scribit, intelligi, etiam *ludos magnos*, qui una cum vere sacro ab A. Cornelio voti fuerant, factos fuisse, quum senatus uno eodemque decreto utramque rem complexus fuisset 34, 44. ea tamen levissima est prae illa, cujus eum accusat Dodwellus. Quidquid est, non persuadet mihi, nomine *doni* in Livii 31, 9. *ver sacrum* intelligendum esse. Hoc non patiuntur verba Livii eodem loco: *Tanta pecunia, quantam tum, quum solveretur, senatus censuisset, ludos donaque facturum vovit.* Nam *ver sacrum* nec vovebatur, nec fiebat de pecunia. Nec quum *dona* Diis voveri dicuntur, usquam *ver sacrum* designari credo. Livius 5, 23, 8. *Agi deinde de Apollinis dono coeptum, cui se decimam vovisse praedae partem quum diceret Camillus.* 36, 2, 2. *Utique M'. Aci-*

Digitized by Google

su, Cn. Servilio, C. Flaminio consulibus. annis post uno et viginti factum est, quam votum. Per eos- 3

lius consul ludos magnos Jovi voveret, dona ad omnia pulvinaria. Et ibid. *Donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantam senatus decreverit.* Adde 40, 37, 2. et 42, 28, 8. Ex his votum Acilii bello adversus Antiochum decretum est, Popillii 42, 28. in apparatu belli cum Perseo. In iis autem cum nomine *donorum* non contineatur *ver sacrum*, quae ratio esse potest, cur in ejusdem generis voto Sulpicii, initio belli adversus Philippum facto, nomine *doni ver sacrum* intelligi debeat? DUK. [*ver sacrum ex decreto pontificum jussit fecere.* Bamb.]

§. 2. *Quod C. Cornelius Mammula praetor voverat*] Hic praetor 22, [9, 11.] *M. Aemilius* vocatur. GELEN. Hunc praetorem *M. Aemilium* 22, [9, 11.] vocavit, cum inquit: *Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Aemilium praetorem ex collegii pontificum sententia, omnia ea ut mature fiant, curare jubet.* Fuisse autem eodem anno praetorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo, quod idem ab eodem 23, [21, 4.] sequenti anno pro praetore obtinuisse Sardiniam provinciam traditur. Quare aut *M. Aemilius*, aut *A. Cornelius Mammula* hoc loco legendum est. nam anno etiam DLIX. [35, 24, 6.] alter A. Cornelius Mammula praetor, atque alio tempore alii nominantur. Nisi autem emendatorum vitium sit, lapsus sit memoriae Livianae, necesse est. SIG. *A. Cornelius Mammula* hoc loco legendum esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad ann. IDXXXVI. p. 156. eique dicto obediens Gruterus lectionem hanc in contextum posterioris ed. recepit. Ceterum *A. Cornelium Mammulam* hoc loco dici ver sacrum vovisse, quod 22, 9, 11. *M. Aemilio* praetori adscribi videtur, neque emendatorum, neque memoriae Livianae lapsus est, ut Sigonius existimat. Nam l. 22. non refertur, M. Aemilium omnia fecisse, quae decemviri facienda monuerant, adeoque ver sacrum vovisse; sed tantum, *omnia ea ut mature fiant, curare jussum*, et hinc tantum curare jussum, ut ver sacrum mature voveretur. Ex eo igitur, quod Fabius aedem Veneri Erycinae, T. Otacilius Menti voverint, decemviri lectisternium curarint, Mammula hoc loco ver sacrum vovisse dicatur, verisimile fit, omnia ea, quae ex relatione decemvirum paranda erant, inter magistratus ejus anni ac sacerdotes divisa fuisse, Aemilio autem praetori urbano negotium datum esse, ut videret, ea mutare fieri. Si quis tamen in his lapsus Livii, is in eo consistit, quod l. 22. ubi debuerat, non satis adcurate exposuerit, a quo factum fuerit quidque eorum, quae retulit Aemilium curare jussum esse, ut mature fierent. Sed levior culpa est, talia omisisse eo anno, qui gravissimis rebus unus omnium historicos vel maxime occupat, et onerat. Haec latius deducit Cl. Perizon. Animadv. hist. c. 4. p. 163. et J. Fr. Gronov. ad 22, 9, 11. Alia exempla, Livium suo loco omissum postea per occasionem uno verbo indicasse, vidimus ad 4, 12, 2. 10, 33, 9. 36, 36, 4. ac pluribus locis. [*quod Cn. Cornelius Mammula praetor moverat.* Bamb.]

Annis post uno ac viginti fa-

Digitized by Google

dem dies C. Claudius, Ap. filius, Pulcher augur in Q. Fabii Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus
4 inauguratusque est. Mirantibus jam vulgo hominibus, quod Hispania movisset, bellum neglegi, literae a Q. Minucio adlatae sunt, *Se ad Turbam oppidum cum Budare et Besaside, imperatoribus Hispanis, signis conlatis prospere pugnasse: duodecim millia hostium caesa: Budarem imperatorem captum:*
5 *ceteros fusos fugatosque.* His literis lectis, minus terroris ab Hispanis erat, unde ingens bellum exspectatum fuerat. Omnes curae, post adventum utique decem legatorum, in Antiochum regem conver-
6 sae. Hi, expositis prius, quae cum Philippo acta essent, et quibus legibus data pax, non minorem
7 belli molem restare ab Antiocho docuerunt. *Ingen-*

ctum est] Ita Gronov. in priori ed. notarum emendavit, quum Dan. Heinsius apud Elzevir. *annis post unum ac viginti*, sed verisimiliter operarum errore, evulgasset. Ut Gronov. emendavit, Gruterus edidit in ed. postrema, ita exprimens notas numerales *annis post XXI*, quae primum in ed. Paris. anni 1573. exstiterunt. At si priores typis excusos consuluisset, a Mogunt. usque editum fuisse vidisset *annis post uno et viginti*, quod revocavi. Ceterum inter Cn. Servilium, C. Flaminium consules, quo anno ver sacrum votum, et L. Valerium, M. Porcium consules, quo anno factum est, unum et viginti paria consulum intersunt: ut pateat, Livium numero hic edito neutrum annum, neque quo votum susceptum, neque quo solutum sit, comprehendisse. V. ad 42, 10, 5. [*annis post uno et viginti factus est, quem vocum.* Bamb.]

§. 3. *In Q. Fabii Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus*] Vocem *locum*, quae in prioribus excusis deerat, primus adjecit Froben. qui anno 1535. ut hic; at *in locum Q. Fabii Maximi* quadriennio antea edidit. Si alterutro loco codicis unici auctoritatem secutus est, non intercedo; sin, malo *in Q. Fabii Maximi, qui priore anno mortuus erat, locum lectus.* Ut propter similitudinem vocis *lectus* praecedens *locum* exciderit. [*in Q. Fabi Maxim locum in priore anno* etc. Bamb.]

§. 4. *Mirantibus jam vulgo, Minutium, quod Hispania movisset, bellum neglegere*] Vera lectio: *Mirantibus jam vulgo hominibus, quod Hispania mo-*

Digitized by Google

ti classe, egregio terrestri exercitu, in Europam eum trajecisse. nisi avertisset vana spes, ex vaniore rumore orta, Aegypti invadendae, mox bello Graeciam arsuram fuisse. neque enim ne Aetolos quidem quieturos, quum ingenio inquietam, tum iratam Romanis gentem. Haerere et aliud in visceribus Graeciae 8 *ingens malum, Nabin, nunc Lacedaemoniorum, mox, si liceat, universae Graeciae futurum tyrannum; avaritia et crudelitate omnes fama celebratos tyrannos aequantem. Cui si Argos, velut arcem Peloponneso* 9 *inpositam, tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus; nequidquam liberatam a Philippo Graeciam fore, pro rege, si nihil aliud, longinquo vicinum tyrannum dominum habituram.*

XLV. Haec quum jam ab gravibus auctoribus, 1

visset, bellum negligi. GELEN. [*quod cum Hispania movisset, bellum neglegerent.* Bamb.]

Se ad Turbam oppidum cum Budare et Besaside] De citeriore Hispania nunc loquitur: nam ulterioris regulos M. Aelius praetor superius [c. 21.] nominavit Culcam et Luscinonem. Quamquam quis cum iis finis belli fuerit, non explicavit Livius, ut de his prope sit suspicio, eosdem esse, et corrupta esse nomina. Porro *Turbulam* oppidum in Bassetanis longe ultra Iberum flumen ponit Ptolemaeus [2, 6.] ut nesciam, quam hic quadret. Sed comparet haec studiosus lector. GLAR. [*se ad Turdam oppidum cum Budare et Baesadine* Bamb. §. 5. *Omnes curae utique post adventum decem* etc. §. 6. *legibus* omissum.]

§. 8. *Nabin tyrannum Lacedaemoniorum*] Vera lectio *Nabin nunc Lacedaemoniorum.* et [mox §. seq.] *tenere Argos*, non *occupare.* GELEN. [*Habere et aliud* etc. *Nabim, nunc Lacedaemoniorum* etc. Bamb.]

§. 1. *Haec quum jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirentur majores*] Quidam *audirentur* in *audirent* mutarunt. At ego post *audirentur* distinguendum puto, et quae sequuntur verba corrupta non dubito, quamquam sensus manifestus est, majoribus natu visum esse, Nabidis caussam rejiciendam ad Quintium: at Antiochi, Hannibalis, Carthaginiensiumque non item. GLAR. Locus haud dubie corruptus non meo tantum, sed et Glareani judicio. Ut enim taceam, obscura et confusa hic esse omnia, numquam

Digitized by Google

tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, au-
2 dirent majores; quod ad Antiochum adtineret, ma-
turanda his, quum rex quacumque de caussa in Sy-
riam concessisset, de tyranno consultatio visa est.
3 Quum diu disceptatum esset, utrum jam caussae sa-

absolute *majores* in senatu vocat Livius, quos alibi fere semper *seniores*, aliquando etiam *majores natu*, ut 31, 48, 2. appellat. Tum recessum est, ubi minime oportuit, ab antiquissima editione, quae rectius praefert *audirentur majores*, non *audirent*. Legendum censeo: *Haec quum tum ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirentur, major res, quod ad Antiochum attineret, maturanda magis, quum rex* etc. Sic omnia levi mutatione aperta et clara erunt. JAC. PERIZ. Videtur hunc sensum in iis invenisse: major quidem res visa est, quod ad Antiochum attineret; sed quum rex quacumque de causa in Syriam concessisset, magis maturanda visa fuit consultatio de tyranno. Tamen magis probarem conjecturam Gronovii, si quod vestigium vocis *dilato* in MS. esset. Totum locum usque ad verba *faceret, quae e republica censeret esse*, ulcerosum esse, mihi persuadeo. DUK. In constituenda vera lectione primorum hujus cap. verborum, minus a recepta lectione abit conjectura Perizonii, quam Gronovii, quae mox sequetur. Prior enim *tum*, non, ut errore operarum excudebatur, *tam*, legit pro *jam*; quas voces alibi etiam commutari videbimus ad 37, 45, 3. deinde *audirentur*, ut Mogunt. ex eod. ediderunt, quod Froben. anno 1531. mutarat in *auditent*, revocat. Tum *majores*, una voce in duas divisa, mutat in *major res*, quomodo etiam Rhenanus *certiores* in *certior res* supra 29, 6, 13. Denique pro *his* substituit *magis*. Alter vero primo *audirent* contra fidem priorum edd. servat. Hinc verba *quod ad Antiochum attineret* post sequentia *maturanda his* trajicit. Tandem integram vocem *dilato*, cui nullum in Msto praesidium est, de suo inserit. Hisadde, ita servandum esse *majores* pro *seniores*; de quo v. Perizon. Vulgatum tamen mutare non ausus satis habui hic palam ostendisse, quid praestare censeam. [*Haec cum ab tam gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata adferrent, audirentur major res; quod ad Antiochum adtineret, maturanda magis, quō rex* etc. Bamb.]

§. 2. *Quod ad Antiochum adtineret, maturanda*] Videtur fuisse *audirent majores, maturanda his* (*quod ad Antiochum attineret, quum rex quacumque de caussa in Syriam concessisset, dilato*) *de tyranno consultatio visa est*. J. FR. GRON. Doujatius, verbis quatuor prioribus, *quod ad Antiochum adtineret*, deletis, clariorem fore sententiam existimat: minus etiam probabile esse putat, Livium, qui mirus variandi artifex est, bis intra alterum vel tertium versum eadem loquendi forma usum, *quod ad Antiochum adtineret*, et statim *quod ad Nabin Lacedaemonium adtineret*. Nisi vero haec verba deleantur, aliquid adjiciendum fore credit,

Digitized by Google

tis videretur, cur decerneretur, an permitterent T. Quinctio: quod ad Nabin Lacedaemonium adtineret, faceret, quae e republica censeret esse, permiserunt; eam rem esse rati, quae maturata dilatave non 4
tam magni momenti ad summam rem populi Romani

ut *differenda*, scilicet consultatio visa est; vel, quod etiam Gronovio in mentem venit, *dilato*, scilicet eo, quod ad Antiochum adtineret. Verum, admissa Perizonii conjectura, nihil adjiciendum erit; sed ad voces *major res* ex seq. revocandum est *visa est*: satis clara etiam loci sententia erit; et verba, quae Doujatius contra fidem cod. unici ejicienda opinatur, sensui erunt necessaria. Denique Livium, licet mirum variandi artificem, non tantum singula verba, sed etiam integras locutiones, paucorum versuum ambitu iteraſſe, vidimus ad 1, 3, 9.

§. 3. *Faceret, quae e republica censeret esse, permiserunt*] Scribendum *facere*. J. FR. GRON. Nihil muto. 24, 14, 5. *Permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse*. c. 16, 17. *Permisit, in publico epularentur omnes*. 27, 10, 2. *Permissum ab senatu iis quum esset, agerent, facerentque, ut e republica ducerent*. c. 22, 11. *Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum*. Sallust. Catil. 45. *Cetera, ut facto opus sit, ita agant, permittit*. Interdum omissam voculam *ut* in hac locutione Livius addidit; ut 22, 37, 13. *Permissumque est, ut, si e republica censeret esse, in Africam trajiceret*. 32, 1, 3. *In supplementum ejus, quantum militum videretur, ut scriberet, ipsi permissum*. 35, 20, 4. *Consuli permissum, ut duas legiones scriberet novas*. (* 39, 23, 10.) 40, 26, 6. *Permissum, ut, qua irent, protinus milites subitarios scriberent*. A Gronovio se pariter diffentire, monuit etiam Cl. Dukerus. [*utrum satis jam caussae videretur, cur decerneretur bellum, an permitterent T. Quinctio: quod ad Nabin Lacedaemoniorum adtineret, faceret, quod e republica* etc. Bamb.]

§. 4. *Eam rem rati maturatam dilatamve non magni momenti ad summam rem populi Romani esse*] Sine caussa hic quoque mutata lectio: nam in manuscripto sic est: *eam rem esse rati, quae maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset*. GELEN. Particulam *tam* utrum Gryphius an Curio prior addiderit, incertum mihi. Caetera sic Gelenius, arguens, qui Moguntiaci dederunt: *eam rem rati maturatam dilatamve non magni momenti ad summam rem populi Romani esse*. Vix est tamen, ut hoc praevaleat apud me, tamquam multo rotundius: etsi meminerim, quae scripsi ad Senecam de Benef. 7, 24, sed et scripsisse Livium puto *ad summam rempublicam populi Romani*. Utramque formulam, et *summa respublica*, et *respublica populi Romani* saepius alibi nostro reddidimus. Libro sequenti [c. 34, 9.] *Versis itaque subito voluntatibus, facere, quod e republica populi Romani sociorumque esse crederet, permiserunt*. J. FR. GRON. Grono-

Digitized by Google

5 esset. Magis id animadvertendum esse, quid Hannibal et Karthaginienses, si cum Antiocho ortum fo-
6 ret bellum, acturi essent. Adversae Hannibali factionis homines principibus Romanis, amicis quisque suis, idemtidem scribebant, *Nuncios literasque ab Hannibale ad Antiochum missas, et ab rege ad*
7 *eum clam legatos venisse. Ut feras quasdam numquam mitescere; sic inmitem, inplacabilem ejus viri animum esse. marcescere otio situque civitatem, queri eum, et inertia operis; nec sine armorum sonitu*

vio inposuit Modiana ed. adnotionum Gelenii; qua voculam *tam* in Gelenii emendatione omittente credidit, eam vel a Gryphio, vel a Curione additam esse: quum tamen priores edd. ea addita, ita, ut nunc edidi, exhibeant, et Frobenius, anno 1535. ante Gryphium et Curionem ex monte Gelenii contextum Livii constituens, eamdem similiter receperit. Non igitur ex conjectura, sed ex Mſo insertam, et genuinam atque ab ipsius Livii manu esse arbitror. *non tam magni momenti*, id est, non admodum, non valde magni. 4, 20, 8. *Quod tam veteres annales cum T. Quinctio Penno A. Cornelium Cossum consulem habeant.* ubi quaedam dixi. 6, 18, 2. *Spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, foenoris expugnandi.* 7, 8, 3. *Neque, tam vires pares quae superaverit res, facile dictu est.* 10, 1, 8. *Vix credibile erat, tam adfectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos.* 34, 11, 5. *Orant, ne se in rebus tam trepidis deserat.* 45, 34, 14. *Ut mirum videri posset, inter tam opulentos reges Antiochum Ptolemaeumque tantum legatorum Romanorum verba valuisse.* Ubi particulam *tam* postea omissam ex fide primae editionis revocavi. (* Ovid. 16. Her. 315.) Eodem sensu τὸ *tam* etiam adverbiis jungitur. Infra 35, 8, 3. *Tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto.* Licet autem Gronovio daretur, rotundiorem esse lectionem a Gelenio ejectam, non ideo tamen eidem ex fide unici codicis substituta rejicienda foret. Quis enim praestabit, Livium, cujus lactea ubertas laudatur, concisa hac rotunditate ubique uti voluisse. V. ad 23, 34, 15. Locutio illa *is, qui* etiam infra apud Liv. obcurrit 30, 40, 7. *Nec is tantum, cujus lingua vivo eo viguerit.* ubi alia vide. Adsentior tamen eidem Gronovio, legenti *ad summam rempublicam populi Romani.* Locutionem *summa respublica* inlustrarunt Gronov. ad 38, 50, 9. et viri docti ad Suet. Caes. 28. locutionem vero *respublica*, vel *publicum populi Romani* idem Gronov. 4. Obs. 14. p. 224. Voces *res* et *respublica* saepius inter se commutari, vidimus ad 8, 31, 2. praesertim sequente voce, quae incipit a litera *p.* V. ad

Digitized by Google

nitu excitari posse. Haec probabilia memoria prio- 8
ris belli, per unum illum non magis gesti, quam moti faciebat. Irritaverat etiam recenti facto multorum potentium animos.

XLVI. Judicum ordo Karthagine ea tempestate 1
dominabatur; eo maxime, quod iidem perpetui judices erant. Res, fama, vitaque omnium in illorum 2
potestate erat. qui unum ejus ordinis, idem omnes adversos habebat; nec accusator apud judices infensos deerat. Horum in tam inpotenti regno (ne- 3
que enim civiliter nimiis opibus utebantur) praetor

24, 22, 19. [*eam rem esse rati, quae maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem p. esset. Magis si id animadvertendum esse, quid Hannibal et Karthaginiensi cum Antiochi bellum motum foret, acturi essent.* §. 6. *principibus Romanis, hostibus* (*l. hospitibus*) *quisque suis* etc. Bamb.]

§. 7. *Marcescere otio tum queri civitatem eum*] Depravatius etiam hoc. id sic restitutum est: *marcescere otio situque civitatem queri eum.* GELEN. [*ut feras quasdam nulla mitescere arte; sic inmitem et implacabilem ejus viri animum esse. marcescere otio situ, queri civitatem, et inertia sopiri; nec sine* etc. Bamb.]

Et inertia operis, nec sine armorum sonitu excitari posse] Non incommode Rubenius *et inertia sopiri.* J. FR. GRON. Dolauit Doujatius, ut Livius hic *inertia operis* dixit, ita Cic. *inertia laboris* dixisse pro Q. Roscio cap. 8. *Qui tantas et tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.* Attamen *excitari*, quod sequitur, efficit, ut Rubenii conjectura non displiceat.

§. 8. *Per unum illum tam gesti, quam moti*] Paulo elegantius scriptum est in archetypo: *non magis gesti, quam moti.* GELEN.

§. 2. *Nec accusator apud judices infensos deerat*] Ita demum Froben. edidit anno 1535. priores dederant *infestos:* quod si in alterum mutatum est praeeunte unico codice, nihil habeo, quod obponam. Sin, *infestos* loco movendi justam caussam non fuisse existimo. Quamvis enim saepe *infestus* et *infensus* a scribis librariis commutentur, ut vidimus ad 2, 46, 7. non tamen illi ejecto passim hoc substituendi jus est; praesertim vero non hoc loco, ubi prior lectio commode servari potest. Supra 2, 42, 3. *Eo infestior facta plebes seditione domestica bellum externum excivit.* 4, 54, 4. *Ex familia infestissima Patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos.* 22, 35, 3. *M. Aemilium Paul-*

Digitized by Google

4 factus Hannibal vocare ad se quaeſtorem. Idem pro nihilo habuit. nam et adversae factionis erat: et, quia ex quaeſtura in judices, potentiſſimum ordinem, referebantur, jam pro futuris mox opibus ani-
5 mos gerebat. Enimvero indignum id ratus Hannibal, viatorem ad prehendendum quaeſtorem misit: subductumque in concionem, non ipsum magis, quam ordinem judicum, prae quorum superbia atque opibus nec leges quidquam eſſent, nec magiſtratus, ac-
6 cusavit. et, ut secundis auribus accipi orationem animadvertit, et infimorum quoque libertati gravem eſſe superbiam eorum, legem extemplo promulga-
7 vit, pertulitque, *Ut in singulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex esset.* Ceterum, quantam eo facto ad plebem inierat gra-

lum, infestum plebejis, diu ac multum recusantem ad petitionem compellit. 23, 2, 3. *Jam diu infestam senatui plebem ratus magnum ausuram facinus.* 42, 22, 2. *Ne caussam diceret adverso senatu, infestiore populo.* [*qui unum ejus ordinis offendisset, omnes adversos habebat: nec accusator apud infensos judices deerat.* Bamb.]

§. 3. *In tam potenti regno*] *tam impotenti* legendum, ut alia minutiora hic dissimulem. GELEN. Prima syllaba intercepta erat a praecedentis voculae *tam* litera finali. V. ad 5, 27, 6. *Inpotens* eo sensu Livio frequens esse docebimus 38, 48, 1. In hac eadem voce similiter peccatum eſſe, supra vidimus ad 30, 16, 5. [*Hannibal vocari ad se quaestorem jussit.* Bamb.]

§. 4. *Idem pro nihilo habuit*] Illud *Idem* plane oſtendit, hic aliqua deeſſe verba: refert autem quaeſtorem, et neque cauſſa dicitur, quare Hannibal praetor quaeſtorem ad se vocarit. GLAR. Scribe *Id is pro nihilo habuit.* J. FR. GRON. Vel proxime veſtigia vulgatae lectionis *Is rem pro nihilo habuit.* JAC. PERIZ. [*Quaestor id pro nihilo habuit.* Bamb. mox *referebatur* idem.]

§. 5. *Subductumque in concionem*] Utrum quia in loco superiore ſtatutus eſt, an ut alibi, *productumque?* J. FR. GRON. [*ad prendendum* Bamb.]

Prae quorum superbia atque opibus nec leges quidquam essent, nec magistratus] Ita Froben. vulgari curavit anno 1531. Priores ignorant praepositionem *prae*, quae neque neceſſaria videtur. Si tamen ex Mſto unico recepta eſt, exponam propter. V. ad 6, 40, 1. [*prae quorum.* Bamb.]

Digitized by Google

tiam, tantum magnae partis principum obfendebat animos. Adjecit aliud, quod, bono publico, sibi 8
proprias simultates irritavit. Vectigalia publica partim neglegentia dilabebantur; partim praedae ac divisui principum quibusdam et magistratibus erant: quin et pecunia, quae in stipendium Ro- 9
manis suo quoque anno penderetur, deerat, tributumque grave privatis inminere videbatur.

XLVII. Hannibal postquam, vectigalia quanta 1
terrestria maritimaque essent, et in quas res erogarentur, animadvertit, et quid eorum ordinarii reipublicae usus consumerent, quantum peculatus averteret; omnibus residuis pecuniis exactis, tri- 2
buto privatis remisso, satis locupletem rempublicam fore ad vectigal praestandum Romanis, pro-

§. 7. *Ne quis biennium continuum judex esset*] Fortassis *neu quis*. 29, 2, 13. *Hortantur, orant milites, ut perculsos invadant, neu restitui uciem petiantur*. Caesar 2. B. Gall. 21. *Milites non longiore oratione cohortatus, quam uti suae pristinae virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo*. Vel *neve quis biennium*. Idem 3. B. Civ. 92. *Pompejus suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent, neve se loco moverent*. Paullo post *offenderat animos* magis convenit cum praecedenti *inierat*, quam *offendebat*. DUK. [*Ut*, post *pertulitque*, omittit Bamb. qui mox *offenderat animos*.]

§. 8. *Quo, bono publico, sibi proprias simultates irritavit*] Haec lectio demum in Heinsii Elzevir. ed. adparuit. Omnes priores servarunt *quod bono publico*; quod revocavi. [*Adjecit et aliud, quod* Bamb.]

Divisui principum quibusdam erant] V. J. Fr. Gron. ad 4, 56, 6. et Jac. Gronov. ad 1, 54, 9. DUK.

§. 9. *Quae in stipendium Romanis suo quoque anno penderetur*] Lege *suo quaeque anno*. J. FR. GRON. V. supra ad 3, 22, 6. 10, 6, 7. et 25, 17, 5. Adde viros doctos ad Vellej. Paterc. 2, 113, 3. et ad Colum. 11, 3. in princ. [*quin* omittit Bamb.]

§. 1. *Quid eorum ordinati reipublicae usus consumerent*] Parum videri non debet, quod *ordinarii reipublicae usus* depravavit, nescio quis, in *ordinati*. GELEN. [*ordinari* Bamb.]

Quantum peculatus averteret] V. Gronov. 4. Obs. 5. DUK. Per-

Digitized by Google

3 nunciavit in concione, et praestitit promissum. Tum vero isti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infensi et irati Romanos in Hannibalem, et ipsos caussam odii quaerentes, instiga-
4 bant. Itaque, diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi Romani dignitate esse ducebat, subscribere odiis accusationibusque Hannibalis, et factionibus Karthaginiensium inserere publi-
5 cam auctoritatem, nec satis habere bello vicisse Hannibalem, nisi velut accusatores calumniam in
6 eum jurarent, ac nomen deferrent, tandem pervicerunt, ut legati Karthaginem mitterentur, qui apud senatum eorum arguerent, Hannibalem cum Antio-
7 cho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres

peram, repetitis duabus ultimis τοῦ *averteret* literis, *averteret, et omnibus* est in ed. Mog. V. ad 39, 18, 8. *To et* delevit Frob. anno 1531. [concinente Bamb.]

§. 3. *Quos paverat per aliquot annos publicus peculatus*] Haec lectio per Froben. anno 1535. inducta est; ea editione priores, et nominatim Mogunt. *paverant publici peculatus.* Mox *non furtorum manibus extortis* Mogunt. et aliae. *non furtis ex manibus extortis* Frob. anno 1531. qui quadriennio postea id dedit, quod nunc vulgo exstat. [*Tum vero iis, quos paverat* etc. *non furtorum manibus extortis, infensi* etc. Bamb.]

§. 4. *Quia parum ex dignitate sua ducebat*] Antea edebatur *quia parum expugnantes se ducebat.* Emendatum est deinde *ex dignitate sua.* Quam emendationem non probat Paulus Manutius. Verum ita legendum esse asserit: *quia parum ex P. R. dignitate esse ducebat.* Qua lectione nihil potest esse praestantius. Ita 30, [23, 2.] *Non videri sibi satis ex dignitate populi Romani esse.* SIG. Livius 5, 4, 9. *Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani.* 21, 19, 1. *Denunciatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est.* 28, 44, 12. *Ad dignitatem populi Romani pertinebat.* 29, 11, 4. *Ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras.* 34, 57, 5. *Quae ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi possent.* Caesar 4. Gall. 17. *Neque suae, neque populi Romani dignitatis esse statuebat.* Edit. est Frob. anni 1531. quae dedit *quia parum ex dignitate sua*

Digitized by Google

missi, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo. qui quum venissent, ex consilio inimicorum Hannibalis, quaerentibus caussam adventus dici jusserunt; venisse ad controversias, quae cum 8
Masinissa rege Numidarum Karthaginiensibus essent, dirimendas. id creditum vulgo. Hannibalem unum 9
se peti ab Romanis non fallebat; et ita pacem Karthaginiensibus datam esse, ut inexpiabile bellum adversus se unum maneret. Itaque cedere tempori et 10
fortunae statuit; et, praeparatis jam omnibus ante ad fugam, obversatus eo die in foro avertendae suspicionis caussa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilii est egressus.

XLVIII. Quum equi, quo in loco jussi erant, 1

ducebat. Cl. Crevierius legendum conjicit *qui parum.* [*Ita diu repugnante P. Scipione Africano, qui parum ex dignitate p. R. esse ducebat, subscribere odiis accusatorum Hannibalis* etc. Bamb.]

Subscribere odiis accusationibusque Hannibalis] Forte *accusatorum*; aut *accusantium Hannibalem.* J. FR. GRON. Nihil muto. *accusatio Hannibalis* passive accipi debet illa, quae Hannibali intentatur. V. ad 40, 2, 6. (* *Odium Hannibalis* est aliorum in Hannibalem. v. ad 30, 44, 7.)

§. 5. *Calumniam in eum jurarent*] Apud antiquos erat solenne jusjurandum de calumnia, quod accusator praestare solebat, se non calumniae nec vexandi causa accusationem suscepisse. Hujus mentio est in Digestis, et apud Asconium in Orat. pro Cornelio, ubi *per calumniam jurarem* scribitur male. H. VALES. V. Sigon. de Judic. 2, 10. [*nec satis haberi* etc. *jurabant, ac nomen deferrent* Bamb. qui mox *qui ad senatum* etc. §. 7. *Cn. Servilius* etc. *qui cum Carthaginem venissent* etc. *querentibus c. a. d. j.; venisse se ad* etc. §. 9. *Unum Hannibalem* etc. Bamb.]

§. 10. *Obversatus eo die in foro*] V. Gronov. 3. Observ. 24. DUK. [*praeparatis jam ante omnibus ad fugam* Bamb.]

§. 1. *Nocte via cita regionem quamdam agri Vocani transgressus*] Per *viam citam*, si nihil hic vitii sit, Cl. Crevier. intelligit maturatum iter. Moguntiae editum est *visa cita.* ab Al-

Digitized by Google

praesto fuissent, nocte via cita regionem quamdam agri Vocani transgressus, postero die mane inter
2 Achollam et Thapsum ad suam turrim pervenit. Ibi eum parata instructaque remigio excepit navis. ita

do *vi accita*. Pro quo Frob. anno 1531. *via cita* subposuit. Quis sit *ager Vocanus*, se non intelligere, Glareanus ad verba sequentia fatetur: neque mihi notior est. Alibi ejus mentionem non invenio. Oppidum *Vacca*, unde *agri Vaccani* emendandum videri posset, memoratur Hirtio in B. Afr. c. 74. Verum, quamvis Vacca eodem itinere inter Karthaginem et turrim Hannibalis sita sit, forte tamen longius a Karthagine abfuit, quam ut vespera inde profectus ejus agrum proxima nocte transgrederetur. Doujatius legendum existimat *agri Volani* a *Vol* loco in Africa propria non procul Tunete, quem memorat Ptolem. 4, 3. [*nocte Byzacium* (*ita regionem quamdam agri vocant*) *transgressus* Bamb. pro *agri* Kreyssig. *Afri* legendum conjicit.] Paullo ante *quo in loco fuerunt* Mogunt. *quo in loco fuerant* Frob. anni 1535. *quo in loco jussi erant* Vascos. quam lectionem recentiores probarunt. [et ita Bamb.]

Postero die mane inter Ancillam Thapsumque] *mane*, non *mare*, legendum, et *Acyllam*, non *Ancillam*. cujus oppidi meminit Hirtius 5. de bello civili [bell. Afr. 33.] Ptolem. [4, 3.] ac Strabo [17, 831.] *Achollam* vocant prope Thapsum. Quidam pro *Acylla* satis temere *Adrumetum* contra exemplariorum fidem reposuerunt, cum Ruspina et Leptis parva mediae sint urbes. *Suam* autem *turrim* quid sit, haud equidem intelligo, sicut nec, qui praecedit, *Vocanum agrum*. GLAR. Ptolemaeus, Strabo, Stephanus maximo inter se consensu hoc oppidum Ἀχόλλαν vocant. Quare et ipse *Achollam* legendum censeo. SIG. V. Cellar. 4. Geogr. ant. 4. p. 89. *inter ancillam Tapsum* Mog. *inter Adrumetum et Tapsum* Frob. anni 1531. *inter Acyllam et Thapsum* Vascos. *inter Achollam et Thapsum* Sigon. in nulla editione *Thapsumque*, ut notis Glareani praescribitur, inveni. *Thapsum* cum adspiratione scribendum, vidimus ad 29, 30, 5. [*postero die ad mare inter Acyllam et Thapsum* Bamb.]

Ad suam turrim pervenit] Justinus *suburbanum* vocat l. 31, [2.] *Appropinquante vespere equum conscendit, et suburbanum, quod prope littus habebat, ignaris servis jussisque ad portam divertentem opperiri, contendit*. SIG. Plinius 2, 71. *In Africa Hispaniaque turrium Annibalis, in Asia vero propter piraticos terrores simili specularum praesidio excitato*. J. FR. GRON. Quod Justinus *rus urbanum*, Livius *turrim* vocat, id est praedium, ut putat Surita ad Antonini Itiner. p. 34. ed. Amstel. Nam veteres in praediis solebant struere turres, sive ornatus, sive munimenti, sive voluptatis, ut ex iis prospectum ad circumjecta loca caperent, causa. Seneca Ep. 86. de villa Africani majoris: *Vidi villam structam lapide quadrato, murum circumdatum silvae, turres quoque in propugnaculum villae utrimque subrectas*. Celsus l. 18. §. 2. D. de Acquir. vel amitt. posses. *Si vicinum mihi fundum*

Digitized by Google

Africa Hannibal excessit, saepius patriae, quam suorum eventus miseratus. Eo die in Cercinam in- 3
sulam trajecit. ubi quum in portu naves aliquot onerarias cum mercibus invenisset, et ad egressum

mercato venditor in mea turre demonstret, vacuamque se possessionem tradere dicat. De turri Timonis est in Pausan. 1, 30. Eam ille apud Lucian. p. 135. ed. Amst. se in agro, in quo thesaurum invenerat, aedificaturum dicit, simul certioris custodiae thesauri causa, et ut solus vitam in ea ageret. In domibus urbium quoque turres in altum eductas memorant veteres, de quo v. Broekh. ad Tibull. 1, 8, 19. Ad alterutram genus videtur referri posse, quod in Euangelio Lucae 14, 28. scriptum est, de ratione sumtuum antea ineunda ab eo, qui turrim aedificaturus est, quam opus aggrediatur. Turrium in vineis, quarum mentio est in libris sacris Matth. 21, 33. et alibi, fortassis etiam usus fuit ad colligendos adservandosque fructus et instrumentum vineae. DUK. *Turrim Hannibalis* rus suburbanum interpretatur Heinreich in Karthag. l. 2. sect. 1, 8. p. 264. [*ad suam turrem* Bamb.]

§. 2. *Saepius patriae, quam suorum eventus miseratus*] Immo *quam suos.* J. FR. GRON. Ita et Rollinus legebat, nulla Gronovii mentione facta, in Hist. ancienne des Carthaginois tom. 1. p. 398. Eamdem conjecturam Clericus in contextum recepit: qua iterum ejecta, veterem lectionem revocavi, non quod eam veram esse existimem, (contra mendosam esse consentio) sed quod dubium sit, quidnam ejus loco Livius reliquerit. Non modo enim legi posset *suorum eventuum misertus*, quemadmodum ipse Clericus vidit, verum etiam *suorum eventuum miseritus.* V. ad 5, 45, 4. vel, quod proxime ad vulgatum accedit, *suorum eventuum miseratus.* Τῷ *miserari* enim etiam casum secundum jungi, quamvis id negare videatur Servius ad Virg. 1. Aen. 597. constare potest ex illis, quae notantur ad Silii 11, 381. et Cl. Jac. Gronov. ad Minuc. Fel. c. 8. [*quam suum eventum miseratus* Bamb.] Paullo ante *ita Lucius Africa Hannibal excessit* ed. Mogunt. ex unico cod. *excepit navis Italica. Africa Hannibal excessit* Aldus. Cujus loco id, quod nunc vulgo exstat, Froben. anno 1535. substituit. [concinente Bamb.]

§. 3. *Naves aliquot Poeni onerarias cum mercibus invenissent*] Et hoc a Gryphio, an Curione accepimus. Pessime mediusfidius, quum rectius et apertius nihil sit prius vulgato: *ubi quum in portu naves aliquot onerarias cum mercibus invenisset.* Ipse scilicet Annibal. J. FR. GRON. Lectio, quam Gronov. damnavit, neque Gryphio, neque Curioni, sed Frobenio accepta ferenda est, qui eam anno 1535. recepit. [*Eodem die* etc. *naves aliquod Phenicum onerarias* etc. *percunctantibus, legatum se Tyrum missum dici jussit.* Bamb.] Mox §. seq. *Tapsum aut Adrumetum nunciaret* Mogunt. unde Frob. ansa data videtur supra etiam §. 1. *inter Adrumetum et Tapsum* edendi. *Thapsum aut Acyllam nunciaret* Vascos. ex mente Glareani dedit. *Thapsum aut*

Digitized by Google

eum e nave concursus salutantium esset factus; per-
4 contantibus legatum se Tyrum dici jussit. veritus tamen, ne qua earum navis nocte profecta Thapsum aut Achollam nunciaret, se Cercinae visum, sacrificio adparari jusso, magistros navium mercatoresque invitari
5 jussit: et vela cum antennis ex navibus conrogari, ut umbra (etenim media aestas forte erat) coenan-
6 tibus in litore fieret. Quantum res et tempus patiebantur, adparatae celebrataeque ejus diei epulae sunt: multoque vino in serum noctis convivium
7 productum. Hannibal, quam primum fallendi eos,

Achollam nunciaret Sigonius. [*Thapsum aut Hadrimetum.* Bamb.]

§. 5. *Vela cum antennis et navibus conrogari*] Desperatum hoc. Cogitabam tamen *et malis collocari.* 30, [10, 5.] *Malis antennisque de nave in navem trajectis.* Nisi tamen hujusmodi aliquid deest: *et vela cum antennis et malis remisque prompta e navibus collocari.* J. FR. GRONOV. Verum ad hunc usum, ad umbram sc. faciendam in litore, non videtur mihi quidem malis opus fuisse, nedum remis. sufficiebant vela cum antennis. Opus erat antennis, ut vela ad eas panderentur et tenderentur. Putem itaque scripsisse Livium, *et vela cum antennis ex navibus corrogari.* Hoc sensu: jussit vela cum antennis corrogari, i. e. colligi, ex navibus. Levis est haec mutatio pro *et* posito *ex.* LAMB. BOS Specim. animadv. in script. Latin. Lectio, quae viris doctis recte displicuit, primum adparuit in ed. postrema Gruteri, sed sine dubio operarum errore, quia ea recepta sensus idoneus ex verbis Livii colligi nequit; et tamen eam servarunt Dan. Heinsius apud Elzevirios, Blavius, Gronovii, Hearnius, et Londinensis anni 1722. Antea constanter edebatur *ex navibus corrogari*, quod omnino verum est, et viris doctis etiam sponte in mentem venit. Primus Livii sensum vidit Doujatius, et docuit eum velle, Hannibalem, ne qua navis nocte proficisceretur, *corrogasse* id est petiisse, *ex* cunctis simul *navibus vela et antennas:* usum etiam verbi *corrogare* inlustravit ex Cic. 3. ad Att. ep. 90. et 4. ad Herenn. quorum locorum prior exstat potius Orat. 3. in Ant. 8. alter 4. ad Herenn. 51. In contextu tamen vitiosae lectioni locum dedit. Mox Cleric. anno 1710. Livium edens *ex navibus* legendum docuit, et ita recepit. Hinc Boffius quinquennio postea eamdem lectionem ex ingenio Livio restituendam docuit, et tandem Crevier. etiam Clerici conjecturam probavit. Ante omnes etiam Ampliss. Cuperus *e navibus* emendavit ad marginem editionis, qua uti solebat. At nemo eorum antiquiores editiones

Digitized by Google

qui in portu erant, tempus habuit, navem solvit. ceteri sopiti quum postero die tandem ex somno pleni 8
crapulae surrexissent, id quod serum erat, aliquot horas remis in naves conlocandis et aptandis armamentis absumserunt. Karthagine et multitudinis, 9
adsuetae domum Hannibalis frequentare, concursus ad vestibulum aedium est factus: et, ut non com- 10
parere eum vulgatum est, in forum turba convenit principem civitatis quaerentium, et alii fugam consciffe, (id quod erat) alii fraude Romanorum inter- 11
fectum, idque magis, ferebant: variosque vultus

consuluit, ex quibus partim de vera Livii manu constitissset, partim se recte conjecisse vidissent. Verbo autem *conrogare* utitur Liv. infra 39, 22, 10. *Tum conlutas ei pecunias, conrogatosque per Asiam artifices.* Ita plures exhibent codd. non, ut nunc editur, *congregatosque.* 43, 9, 7. *Auxilia ab sociis conrogando ad octo millia hominum vario genere armavit.* [*ut umbrae (tum media aestas forte erat) cenantibus in litore fierent.* Bamb.]

§. 6. *Quantum res et tempus patiebatur*] Haec lectio auctorem habet Frobenium, qui ita anno 1535. edi curavit. Mogunt. Aldus, et reliqui priores praeferunt *patiebantur:* quod cur displiceat, non video. V. ad 1, 31, 7. et 5, 8, 13. [*Quanto* etc. *patiebatur, apparatu celebrataque ejus diei aepulae sunt* etc. *nocti convivium perductum.* Bamb.]

§. 7. *Quum primum fallendi eos tempus habuit*] Ita primum editum vidi Lugduni anno 1553. hinc biennio postea Basil. tum Paris. anno 1573. inde vero apud omnes recentiores. Mogunt. aliique antiquiores *quam primum fallendi.* quod revocavi. (* v. ad 40, 8, 1.) [*Hannibal, quod primum.* Bamb.]

§. 8. *Id quod serum erat*] Lege *id quod quaesitum erat.* J. FR. GRON. Conjecturam hanc damnare nolo: Potest tamen commode vulgatum servari, ut Livius indicare voluerit, sero demum et multa jam luce surrexisse eos, qui convivio interfuerunt, quia convivium multo vino in serum noctis productum fuerat. Vide etiam, an mox *velis in naves collocandis*, pro *remis*, legendum sit. [*aliquod horas referendis in naves collocandis armamentis adsumserunt.* Bamb.]

§. 10. *Et, ut non comparere eum*] Voculam primam *et*, quam Mogunt. [et Bamb.] ignorant, primus addidit Aldus. An, trajectis particulis, legendum, *Karthagine ut multitudinis, adsuetae domum Hannibalis frequentare, concursus ad vesti-*

Digitized by Google

cerneres, ut in civitate aliorum alias partes foventium factionibus. Visum deinde Cerçinae eum, tandem adlatum est.

1 XLIX. Romani legati quum in senatu exposuissent, *Compertum Patribus Romanis esse, et Philippum regem ante ab Hannibale maxime accensum,*
2 *bellum populo Romano fecisse, et nunc literas nunciosque ab eo ad Antiochum regem profectos: haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum*

bulum aedium est factus, et non comparere eum vulgatum est? [*et aliis fugam conscisset* etc. *idque magis vulgo fremebant:* Bamb.]

§. 11. *Variosque vultus cerneres, ut in civitate aliorum alias partes foventium factionibus*] *foventium et factionibus* Mogunt. Sed conjunctionem jam Aldus expunxit. Crevierius hic vocem *plena*, vel *distractâ* deesse opinatur, ut sit in civitate distracta factionibus aliorum alias partes foventium. [*foventium et factionibus discordi.* Bamb.]

§. 2. *Bellum toto orbe terrarum conscisset*] Lectionem hanc, quam servant Mog. Ald. ejusque traduces, tantum non placuisse videtur Gronov. ad Livii 21, 8, 7. sed *concisset* substituit Frob. anno 1531. quod iterum omnes editores probarunt usque ad Gruter. cujus ultima ἔκδοσις exhibet prius *conscisset*; ejus loco Crevier. *concisset* revocavit; quod sibi etiam placere Cl. Duker. indicavit. Et recte. *conscisset* enim non potest esse declinatum a verbo *conscire*, quidquid dicat Gronov. loc. laud. sed a verbo *consciscere*. At *consciscere bellum* dicitur, qui bellum decernenti consentit. V. ad 10, 18, 2. Id autem hic sensus respuit, qui indicat, Hannibalem haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum concitasset Romanis; id autem est *concisset*. Ita 10, 18, 1. *Romanis in Etruria iterum bellum ingens multis ex gentibus concitur.* 29, 1, 19. *Eadem aestate in Hispania coortum ingens bellum, conciente Ilergete Indibili.* (*41, 8, 4.) Solent autem voces *concivi* et *conscivi* in Mstis commutari. V. ad 10, 18, 2. Adde ad 25, 19, 13. et 29, 36, 12. [§. 1. *Et Romani legati* Bamb. qui §. 2. *ad Antiochum et Aetolos missos, consiliaque inita inpellendae ad defectionem Carthaginis, nec alio eum, quam ad Antiochum regem profectu; aut quieturum eum quam bellum ante quam toto orbe terrarum conscisset.* Bamb.]

§. 3. *Ne his debere inpune esse*] Quid referat illud *his*, obscurum est. Ego aliqua verba deesse puto. GLAR. Nihil huic loco deest. *his* intellige, Annibali et nunciis ab eo ad Antiochum profectis. Ejusmodi autem dicendi genere usus est 44, [36,

Digitized by Google

concisset. Ne his debere inpunè esse, si satisfacere 3
Karthaginienses populo Romano vellent, nihil eorum
sua voluntate, nec publico consilio factum esse. Kar- 4
thaginienses responderunt, quicquid aequum cen-
suissent Romani, facturos esse. Hannibal prospero 5
cursu Tyrum pervenit: exceptusque a conditoribus
Karthaginis, ut alia patria, vir tam clarus omni
genere honorum, paucos moratus dies, Antiochiam
navigat. ibi profectum jam regem quum audisset, 6

8.] *Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam.* pro *ne his quidem.* SIG. Corruptum. Numquid, *id his debere impune esse?* An *Poenis debere?* ut deleatur mox, tamquam ab interprete sumptum, *Carthaginienses.* J. FR. GRON. Etiam conjici potest *Civibus debere impune esse.* Sed cum omnibus conjecturis deest aliquid, puta *dixerunt*, aut aliud ejusdem potestatis: quod in hujus generis orationibus non inusitatum est Livio. Ita 30, 42, 14. *Qui quum varia oratione usus esset, nunc purgando crimina, nunc quaedam fatendo* etc. *Si se atque Hannonem audissent Carthaginienses, et tempore uti voluissent.* Et 31, 3, 4. *Ad quem quum M. Aurelius legatus venissset, edocuissetque eum, quantum navium numerum comparasset rex* etc. *majore conatu Romanis id capessendum bellum esse.* DUK. Clericus legebat *Nec id debere*, aut *Nec hoc debere:* prius etiam Crevier. in mentem venit. Locum lacerum ac fractum puto, licet, *ne* pro *ne quidem* poni, ut Sigonius censet, constear. V. ad 44, 36, 8. Ejus tamen expositio si placet, *τὸ si*, quod sequitur, positum erit pro etsi. V. Hotom. ad Cic. pro Rosc. Am. 43. Divin. in Caecil. 2. et Graev. ad Cic. 12. ad Fam. 2. Eodem sensu *non si* inlustramus ad 5, 51, 1. *si non* infra ad 39, 37, 14. [*Id ei non debere inpunè esse, si satisfacere Carthaginienses p. r. vellent. Nihil eorum sua voluntate, nec publico consilio factum esse, Carthaginienses responderunt, quid aecum censuissent Romani facturos esse.* Bamb.]

§. 5. *Exceptusque a conditoribus*] Ita Froben. anno 1535. vulgari curavit. [et ita Bamb.] Priores copulativa abjecta praeferunt *exceptus a conditoribus.* [*ut ab altera patria* Bamb.]

§. 6. *Quum audisset, filium ejus sollemne ludorum ad Dapinen celebrantem convenisset, comiter* etc.] Hoc iidem recte emendarunt *ad Daphnen.* Est autem urbs XL stadiis ab Antiochia distans ad Orontem fluvium, ut author est Strabo l. 16, [750.] qui [p. 749.] ideo eam Antiochiam *ἐπὶ Δάφνῃ* vocatam ait. Plinius item 5, 30. *Intus ipsa*, inquit, *Antiochia libera, Epidaphne cognominata.* Haec velut levi brachio, sed non absque taedio tamen, in hoc fragmentum anno-

Digitized by Google

filium ejus sollemne ludorum ad Daphnen celebrantem convenisset: comiter ab eo exceptus, nullam mo-
7 ram navigandi fecit. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello, sed haud parvum momentum animo ejus ad
8 moliendum adventus Hannibalis fecit. Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt: quorum legatos Pharsalum et Leucadem, et quasdam alias civitates ex primo foedere petentes, senatus ad Quinctium rejecit.

tare placuit, quamquam id vehementer optamus, tam pure aliquando prodeat vel totus Livius, vel hic liber, ut his meis conjecturis non sit opus. At ita habent literarum negotia, ut nulla doctorum, quamvis sedula ac diligens, opera satis sit vel uni corruptori. Adeo in errores prona est humana imbecillitas. GLAREAN. Videtur requiri vox forte absumpta ob similitudinem vocis praecedentis, vel *quum convenisset.* GRUT. Legendum apparet *convenit, et comiter ab eo.* JAC. GRON. Clericus, copula alio loco interposita, ex ultimis literis vocis praecedentis duplicatis edi curavit *quum audivisset, et filium ejus sollemne ludorum ad Daphnen celebrantem convenisset: comiter ab eo;* neque hujus mutationis lectorem in notis certiorem fecit. Emendationem ejus probavit Cl. Crevierius. Mihi Gronoviana conjectura praestare videtur. Ceterum *Dapinnen* ed. Mog. pro quo Froben. anno 1531. *Daphnen* vulgavit. [*filiumque ejus sollemne ludorum ad Alaphnen celebrantem convenisset: comiter* Bamb. qui §. 8. *incertumque Romano bello, sed haut parvum momentum ad animum ejus moliendum adventus Hannibalis fecit.* Bamb.]

§. 8. *Aetoli quoque eodem tempore alienati ab societate Romana et Aminander: quorum legatos*] In Moguntino legitur *Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt: quorum*, etc. GELEN. Ultima Gruteri editio dedit *quoniam legatos.* quod posteriores editiones inconsiderate servarunt. Priorem lectionem *quorum legatos* revocavi. [*ex primo foedere repetentes, senatus ad T. Quinctium rejecit.* Bamb.]

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google